2 verum. 10. di. quoniam. † Vnde neutri eorum in ſubditos alterius eſt attributa poteſtas, merito ſtatuta Cæſaris non ligant ſubditos Papæ, niſi propter aliquod contingens ſint effecti de foro Cæſareo, nec econtra, vt l. omnes populi. & l. cunctos populos. ff. de iuſti. & iur. D. Io. An. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. li. 6. ſed licèt lex vnius non liget ſubiectos alterius; vt eſt dictum propter iuriſdictionis defectũ: tamen municipalis cenſura non improbata lege Cæſarea aut canonica in quolibet territorio prædictorum, vbi viget dicta cenſura, ſeruanda eſt: vnde in terris Imperij ſtatutum municipij non improbatum ſeruandum eſt inter illos de municipio: quoniam autem Cæſaream habent populi poteſtatem ſecundum eorum ſtatuta & conſtitutiones viuendi & ſe regendi, quantumcunque ſint legibus contraria, niſi ſint ab ipſis legibus improbata, vt ff. de legi. l. de quibus. & d. l. omnes populi. & l. cunctos populos: etiam ſi dicta ſtatuta tendant ad præiudicium ſingulorum, vt ff. quod cuiuſque vniuerſitatem eorum. §. j. & etiam ſint contra ius commune, vt videtur expreſſum de verb. ſig. ex parte. el 3. de cle. coniug. cum olim. de cog. ſpi. c. 3. facit C. de ædifi. priua. l. an in totum. ff. quod vi aut clam. l. prohibiem. §. non tamen. de offi. ord. irrefragabili. de elec. dudum. de ſol. compe. cum contingat. & quod no. Dy. in dicta regula, indultum. † Et eodem modo auctoritate apoſtolica populi ſubiecti eccleſiæ in temporalibus poſſunt ſtatuta rationabilia condere, & ſecundum illa viuere, licèt ſint contraria canonicis ſanctionibus, niſi ſint reprobata, vt in c. de conſti. lib. 6. & in iuribus ſupra alleg. Ideo dixi rationabilia, quia illa ſolum defendit eccleſia, 14. diſt. c. fi. & 1. diſt. ſi qui. Et quæ ſint rationabilia, relinquitur iudicantis arbitrio, cum certa non poſſit dari doctrina, ſecundum Io. And. in d. c. j. in ver. rationabilia: vel ſecundum Fran. Vercel. & Pau. de Elea. illa ſunt rationabilia, quibus ſimilia reperiuntur a iure expreſſa, ſed ſimilia reperiuntur a iure expreſſa, cum a iure diuino reperiatur in ſimili expreſſum, φ exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedant, vt patet Numeri. 27. b, ergo iſtud ſtatutum ſeruandum eſt in terris de temporali iuriſdictione eccleſiæ, licèt ſit contra ius canonicum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum volens minorem 25. an. ex mutuo ſibi facto non obligari, an valeat.*

2 *Actionis ortus ſtatuto non tollitur ſed eius exercitium impeditur.*

CONSILIVM XIX.

AN ex ſtatuto laicorum diſponente, ꝙ ex
1 mutuo facto minori 25. ann. † ipſe minor non obligetur: & ꝙ iuramentum præſtitum per minorem talem non repręſentet cum maiorẽ, ſi talis iurat, maxime qui ſui iuris eſt, poſſit compelli per iudicem eccleſiaſticum virtute iuramenti, non ob. tali ſtatuto. Et videtur, ꝙ ſtatutũ non potuerit tollere obligationis effectum, qui ex iuramento oritur. vt in cle. ne romani. de elec. ſed virtus iuramenti fuit, ꝙ promiſſum medio iuramẽto ſeruetur de iureiur. debitores. & c. cum contingat. & c. licet. eo. tit. lib. 6. de pig. ſignificante. de pac. quamuis. li. 6. ergo apparet, ꝙ compelli poteſt, niſi dolo vel fraude præſtitum fuiſſet, vt in iuribus præalleg. Item de iure communi cum tali, qui ſui iuris eſt, valet contractus, & obligatur ex tali carens curatore. vt l. ſi curatorem. cum ibi no. C. de in inte. reſti. Item per ſtatutum non prohibetur contrahi cum minore, & ſic prohibitio non fit contra contractum.
2 † Item nec per ſtatutum tollitur ortus actionis, ſed ſolum impeditur actionis exercitium. vt dicitur de Macedoniano & Velleiano, ita ꝙ obligatio & actio oritur, ſed dum in exercitium deducitur, obſtat exceptio ſi opponitur, vt l. j. an prin. ff. ad Maced. & ibi Bart. & in l. j. §. ſi hęres. ad treb. & l. ait prętor. cum l. ſeq. idem Bar. ff. de iureiuran. ita ꝙ reſpectu actionis ſtatutũ nõ prohibet perſonã cõtrahere, nec ex ſtatuto vllum præceptum colligitur in perſonam, & ſic non ob. qđ dicitur in c. 2. de maio. & obe. vbi dř, ꝙ quia nõ obedierit principi, nulla morte morietur: vt per hoc poſſet quis dicere contrahentem cum minore peccare mortaliter, cũ faciat contra præceptũ ſuperioris, cum per dictum ſtatutum non inducitur prohibitio in perſonam. Et per hoc non vř ob. quod not. Bart. in l. is cui bonis. ff. de ver. ob. & in l. ſi quis pro eo. in prin. ff. de fideiuſ. per hæc no. non ob. gl. rubricę. C. de fideiuſ. vbi dicitur, ꝙ quando l. prohibitio fit in perſonam, actus non poſſit iuramento firmari: quod etiã voluit gl. in l. pactũ. ff. de reg. iu. Preterea dictum ſtatutum nõ reſiſtit contractui prohibendo, ne fiat, ſed contractui iam facto non aſſiſtit, & ſic cõtractus de ſe eſt validus quo ad producendã obligationẽ & actũ, licèt exercitium actionis non competat, ſi opponatur: ſi vero non opponatur, ſed feratur ſententia pro creditore, vř dicendũ eã valere, vt no. Bar. in l. nã & poſtea. in prin. ff. de iureiur. Præterea etiã ſi contractus nõ tenuiſſet, quia fuiſſet prohibitus, vř ꝙ quia talis prohibitio nõ reſpicit aliquid turpe vel partis odiũ, propter quod fiat, ſed potius minoris fauorem: & quia etiam nõ eſt perpetua prohibitio, quia minore facto maiore poſſet illud ratificare ſeu approbare, merito validatur talis contractus iuramento, vt in c. quamuis. de pac. li. 6. & ꝙ ibi no. Ioan. And. & no. gl. in c. cum contingat. de iureiur. & eo. ti. licet. li. 6. ad hoc l. j. cũ autem ſacramenta. C. ſi aduerſus vendi. fateor tamen ſm Bar. ꝙ ſtatutum prædictum quatenus reſpicit filiumfa: dicitur odioſum propter odium creditorum factum, ſicut & macedonianum, cum multoties ſoliti fuiſſent filijfamil. patres occidere, vt dicitur in l. j. in prin. ff. ad Macedo. & tunc bene fateor, ꝙ iuramentum eſſet obligatorium tanquam præſtitum contra bonos mores, eius obſeruantia inducere poſſet peccatum, & vergeret in ſalutis æternæ diſpendium, ſed in minore non eſt ſic, quia minus fauor minoris verſatur in ſtatuto, vt dictis iuribus. & ita tenet Bar. in d. l. ſi quis pro eo. & Dy. in regula, non eſt obligatorium: de reg. iur. li. 6. Idem Nico. Mat. & Iac. de Belui. quos ponit Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de ſen. & his quæ a ſe. § vt autem. ver. hæc autem not. Præterea vbi prohibetur contractus odio creditorum, tamen iuramentum eſſet ſeruandum, & ligaret contrahentem ad obſeruantiam, vt c. debitores. de iureiur. & c. ſignificante. de pigno. cum gloſſ. ſua. Nec ob. quòd ſtatutum dicat, ꝙ iuramentum præſtitum per minorem non repręſentet cum maiorem: quia illud tantum reſpicit habilitatem perſonæ iure ciuili inſpecto: nõ tamen infringit contractum, nec iuramentum tollit quo ad alios ſuos effectus canonicos & ſpirituales. Præterea remoto ſtatuto, valeret ſine dubio cõtractus adulti curatorem non habentis, vt dixi ſ. licet is poſſet reſtitui, & ſi iurat, minorem perſonam ad contrahendum habilitat, ac ſi natura maior fuiſſet, dummodo contraheret, ita quod tunc beneficium reſtitutionis in integrum non poſſet implorare, alia autem remedia maiori competentia poſſet intentare, vt no. per gl. & doc. in l. 2. C. de reſcin. ven. & in d. auth. ſacramenta. & in c. pe. de empti. & ven. ita in propoſito, licet ſtatutum tollat effectum iuramenti quo ad habilitatem perſonæ, non tamen tollit quo ad alios effectus iuramenti, & quin contractus de ſe contineat. Præterea ex quo dictum iuramentum non eſt vi nec dolo præſtitum, nec eius obſeruatio vergit in ſalutis ęternæ diſpendium, videtur debuiſſe iurantem cogi per cenſuram eccleſiaſticam ad obſeruantiam ipſius, per c. cum contingat. & c. quamuis. & c. licet, præalle. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Mater ſtantibus filijs an teſtari poßit.*

2 *Acquiſitio rerum priuatarum eccleſijs fienda ſtatuto non ſtringitur.*

CONSILIVM XX.

1 AN ſi ſtatutum ciuitatis diſponit, † qđ mater non poſſet teſtari ſtantibus filijs, niſi pro anima, & tunc 10. pro centenario. Si poſtea teſtatur vltra dictam ſummam pro anima, valeat? Credo, ꝙ tale ſtatutum valeat, quia cauſa mouens ſtatutum comprobatur iure diuino & canonico, ſ. exiſtentia liberorum. Iſtis enim magis quàm pro Deo eſt hęreditas parentum relinquenda, & qui contrarium vult alium quærat quàm Augu. 17. q. 4. c. ſi. & not. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cle. Hæc enim bona iure ciuili regulantur, quo ſublato nemo poteſt dicere, hoc meum eſt. 8. diſ. quo iure. poteſt igitur ſtatutum reſtringere poteſtatem dominorũ diſponendi de rebus ſuis. Nec mirum, quia poſſet ex cauſa totum auferre, vt no. Inno. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & quod not. in l. j. de conſti. principum. ff. Item vt dicit Augu. iura humana per leges ſeculi Deus humano generi diſtribuit, vt d. c. quo iure. & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, 11. q. 3. qui reſiſtit. Itẽ monemur ſubeſſe regi tã quã pręcellẽti, de maio. & obe. ſolitę. iure & canonico

nico iubemur leges cuſtodire, 10. diſt. de capitulis. & quaſi per totum: de no. opc. nun. c. 1. Ex quibus iuribus infert Fede. de Se. in quadã ſua diſputatione, q quicquid vult lex humana condita ab eo, qui poteſtatem habet condendi legẽ manifeſtã nõ cõtinẽs iniquitatẽ, obliget nedũ in foro iudiciali, ſed etiã in foro cõſcientiæ. iſtud autẽ ſtatutũ non cõtinet manifeſtã iniquitatẽ, imo tendit ad prouiſionẽ filiorum, qui ſunt in talibus bonis cæteris præferendi, vt d. c. ſi. 17. q. 4. Non ob. q poteſtas relinquendi pro aĩa eſt libera, vnde reſtringi nõ poteſt, vt l. j. C. de ſacroſan. ec. Item relicta pro anima videntur eſſe relicta ad pias cauſas, vt no. in l. ſi quis Titio. ff. de leg. 2. talia legata ad pias cauſas regulantur ſm ius canonicum, non ſm ius ciuile vel ſtatutũ, de teſta. cũ om-

2 nes. & c. relatum. † Itẽ q per ſtatutum non poteſt arctari acquiſitio rerum priuatarum fienda eccleſijs, & alijs pijs locis, quia Imperator hanc liberam poteſtatem dedit catholicis relinquẽdi eccleſiis, vt d. l. j. In generali ergo poteſtate ſtatuendi data populis, vt l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure non vr includi, nec etiam conceſſit, q poſſint tali priuilegio derogare, maxime cum concernat ſalutẽ animarũ, quæ bonis temporalibus eſt præferenda. C. de ſacroſan. ec. ſanctius. Ciuitas nõ poteſt ſtatuere in præiudiciũ culminis imperialis, ar. ff. de ope. no. nun. l. j. & q piæ cauſæ, quæ concernunt animã, regi debẽt lege Dei, de reſtit. ſpo. literas. 11. q. 3. Iulianus. quia omnia iſta iura loquuntur, cum nulla ſubſiſtente cauſa per l. vel ſtatutum libera voluntas reſtringeretur quo ad pia legata, quo caſu manifeſtam continent iniquitatem, & tunc eſſet contra iura ſuperius alleg. Pe. de Ancha. hoc tamen non placuit, vt ipſe dicit, nihil tamen alleg.

SVMMARIVM.

1 *Molendino epiſcopi grani, quod defertur, duodecima pars ad ianuam ciuitatis licitè an petatur.*

2 *Ciuitas propriæ magis quàm epiſcopi ſtudere debet vtilitati.*

3 *Argumentum de loco ad perſonas validum.*

CONSILIVM XXI.

EPISCOPVS habẽs extra ciuitatem mo-
1 lendinum; † & dominus vel commune ciuitatis ibidem fecit ſtatutum, q quicunque laicus portat bladum ad molendinum, ſoluat duodecimam partem ad ianuam ciuitatis: & hoc, quia ante ſtatutum ſoluebatur ad molendinã, & bladum occulte portabatur extra territorium, & penuria fiebat in ciuitate: Epiſcopus dicat ſtatutum non valere, quia ſaltem indirectè eſt contra eccleſiaſticam libertatem, quia homines non vadunt ad eius molendinum ſicut ante ſtatutũ? Quæritur, quid iuris. Quod valeat ſtatutum, probatur primò ex perſona ſtatuentium: ſecundo ex perſona ſubiecti: tertiò ex cauſa ſtatuti: quartò ex regula naturali ordinatæ ciuitatis: quinto quaſi per caſus legum. Ad primum ratione poteſtatis probatur per l. omnes populi ff. de inſt. & iur. Ad ſecundum ſubditi tenentur obedire ſuperiori, l. j. 2. & 3. ff. de leg. l. fi. ff. de decre. ab. or. fa. C. de cõſſi. prin. l. 2. in fi. Ad tertium cauſa ſtatuti iuſtificat ſtatutum, de conſti. c. j. li. 6. Sed optima ratio eſt, ne victualia ſubtrahantur, & cariora fiant, & fraudibus obuietur. Iſtæ rationes ſunt probabiles & neceſſariæ, ex quo ſunt in legẽ ſcriptæ: accedat qđ no. C. de ędi priua. l. ſi qs poſt. C. de nau. fœno. cũ ꝓponas. C. quæ res exportari nõ debent. l. 2. cum ſi. fraudibus etiam obuiari publica ſimul & priuata nos ſuadet vtilitas, ff. de iure pã ſi

2 libertus. † Ad quartum ciuitas tenetur ex ordinata charitate magis ſibi & ſuis vtilitatibus prouidere, quàm epiſcopi: communia enim multa ſupportant onera, quæ ſine pecunia expediri nõ poſſunt, C. de vecti. & commiſ. l. fi. vnde ſi commune facit legem pro habendis amplioribus redditibus de bladis laicorum, licèt redditus epiſcopi minuantur per accidens, non propterea debet dici lex iniqua, quam ſimul ſonet charitas & ratio naturalis, vt C. de ſer. & aqua. l. præſes. & ibi no. Nõ enim mittit cõmune falcem in meſſem alienam, ſed in ſubditos ſuos, quibus collectas indicere poteſt, ff. de mu. & ho. l. rei ceri pro. §. fi. Nã etiã ſi cõmunitas non haberet propria molendina, poſſet imponere onus duodecimi molendinis, C. de vec. & cõmiſ. l. omniũ rerum, & l. ex

3 præſtatione. & l. vectigalia. † Ad quintum probatur ſic, Paria ſunt, aliquid facere in meo loco, vel in meos ſubditos, arguendo de loco ad perſonas, qđ eſt licitum, quia iſta ſunt ſimilia, locus, tẽpus & perſona, & ſępè de vno ad aliud arguimus, vt l. vinũ. ff. ſi cer. pe. de vulga. ſubſti qui plures. cũ ſi. ſed certiſſimũ eſt, q in meo loco poſſum facere qđ volo principaliter, vt mihi proſim, licèt alijs per conſequens noceatur, vt ff. de dã. infec. l. Proculus. ſi autem mihi non prodeſſet & alijs obeſſet, illud facere nequeo, ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. idẽ, qđ ergo eſt in loco, idem in perſona, vt poſſit ciuitas legem ſuæ reipub. vtilẽ ꝓmulgare, licèt redditus epiſcopi diminuantur: nõ enim obligata eſt ciuitas epiſcopo ad ſuos redditus cõſeruãdos ſpecialiter, ſed quadam generali æquitate, quã excludit charitas ordinata: & facit ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. l. quia autem. §. ſi patronus. in rõne ſui. ſic poſſet ciuitas derogare ꝑ obliquũ molẽdino epiſcopi, vt vbi ẽps aufert duodecimã in ſuo, ciuitas in ſuis aufert viceſimã partẽ: nã licèt premiũ ꝓponere accedẽtibus, nec dr ad alterius iniuriã fieri, ſed ad ꝓpriũ cõmodũ, ar. ff. de condi. & demon. l. Titio centũ. §. j. & idẽ poſſet ẽps in ſuo, licèt ex eo præiudicaretur ciuitati, & ſic dico ſtatutũ valere. Nec ob. c. fi. de immu. ec. li. 6. quia dico, q ratio illius c. facit pro iſta parte, quæ eſt, cũ talia fiant in derogationẽ eccleſiaſticæ libertatis. ſiue ergo illud, cũ, capiatur pro qñ, ſiue pro quia, vbi ceſſat illa ratio, ceſſat diſpoſitio l. adigere. §. quãuis. de iure pat. Sed hìc ceſſat cauſa præſumendi fraudem, quia fraudẽ non videtur committere, qui ſe plus alio diligit, vt eſt dictum ſ. Et in hoc diſtinguo, quia aut ſtatutum eſt directe prohibitorium, ne quis vadat ad molẽdina eccleſię, & non valet, vt d. c. fi. quia immittit falcem directe in meſſem alienam: Et ita loquitur dictum capitulum. Aut ſtatutum per quandam conſequentiam tendit ad hoc, & tunc antecedens eſt licitum & permiſſum, & trahit ad ſe conſequens, & ceſſat pęna illius c. cos. ar. ff. de lib. leg. l. ſi is qui duos. Et ita eſt in caſu noſtro. Aut non eſt licitum antecedens, puta in aliquo exemplo, in quo reſpublica non ſentiret commodum, & eccleſia ſentiret detrimentum, tunc tale ſtatutum non valeret, quia eſſet odioſum & illicitum, ar. ff. qua. re. ac. non da. l. j. §. quæ honorande, ff. de do. exec. l. j. in fi. In caſu autem noſtro ſtatutum bona fide factum videtur pro bono ciuitatis, quod eſt æquale bono eccleſiarum, C. de ſacroſan. ec. l. fi. Pet. de Ancha. Gaſ. de Calde. Lauren. de Pin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus modum licite an ordinet, qui vſurariū manifeſtum eſſe probet.*

2 *Statutum ſingularium commodo derogans reprobatur, niſi bonum commune per id conſeruetur.*

CONSILIVM XXII.

1 AN epiſcopus poſſit vnum modum † vel plures inducere per ſuum ſtatutum, per quos probetur quis manifeſtus vſurarius. Et planum, ꝙ ſic, quia non eſt dubium, epiſcopum poſſe facere ſtatutum diœceſi etiam contra laicos ſuper criminibus eccleſiaſticis, vt planè dictū eſt ſ. in conſi. 8. Sed ſtatutum iſtud eſt factum ſuper materia ſubiecta epiſcopi, de vſur. cum in diœceſi. ergo nec iſtud ſtatutum eſt iuri contrarium, quia licèt certi modi ſint ſtatuti a iure probandi quē eſſe manifeſtum vſurarium, vt no. in c quanquam. de vſur. eo. tit. c. j. lib. 6. non tā ius reſtringit illos caſus intantū, vt alter non poſſit probari, alias ſequeretur ſi hoc contra ius diceretur, eſſe multa iura, nō tenere, nam probatio vnius teſtis vel ſolius famę valeret, quæ tamen certo caſu probant, quia lex diuina dicit, ꝙ in ore duorum vel trium &c. Matth. 18. de teſti. in omni. Et tā lex permittit in multis caſibus, 8. diſt. credi. vel requirit vltra tres: ſufficit allegare c. licèt. el 3. cū ibi not. de teſti. & tamen per hoc non dicuntur illa contraria iuri diuino, aliàs non valerent, 6. diſt. c. his ita. 25. q. j. nulli fas. Cum ergo hoc non ſit a iure damnatum, poterit per conſtitutionem modus induci, imo dico tale ſtatutum conſonum iuri communi: nam per argumenta probatur de iure, quem eſſe manifeſtum vſurarium, vt eſt caſus in c. cum in diœceſi. de vſuris. patet etiam in c. illo vos. de pigno. & de emp. & ven. ad noſtram. Dom. de ſancto Gemi. Item indicia probant quem criminoſum, de hære. c. excommunicamus. §. pe. & fi. facit de cle. percuſ. c. 2. Non ob. ſi dicatur, ꝙ ſtatutū non valeat contra laicos ſine ipſorum conſenſu, iuxta no. per Hoſt. de lo. c. 2. quia poſſet negari illud non eſſe verum: quia c. pe. quod ibi alle. hoc non probat. Imo probatur contrarium a contrario ſenſu, quia ibi dicitur, ꝙ non valuit conceſſio epiſcopi, ex quo non affuit conſenſus capituli: a contrario ergo ſi affuiſſet, valuiſſet, & tamen præiudicabitur illis eccleſijs: Non ob. c. fi. de his, quæ fiunt a præla. quia ratio quare admittuntur capitula in ſynodo non eſt propter præiudicium, quod fiat eis ex ſtatutis, quia ſi hæc eſſet vera ratio, de neceſſitate deberent vocari & ipſi & alij ſubditi, quod tamen non eſt neceſſe, vt ibi no. Sed vera ratio eſt quia capitulum
2 & epiſcopus faciunt vnum corpus. † Vel poſſum dicere, ꝙ non valet ſtatutum in præiudicium ſingularium, niſi ex eo verſetur communis vtilitas, vt eſt in caſu iſto, & talis vtilitas non erat in caſu c. 2. de loca. Hic ſic, quia in odium vſurariorum, & vt ceſſent ab vſurarum extorſione: & fauore reſtitutionis vſurarum, qui vſurarij de facili non poſſunt conuinci: ideo vt conuincatur, facilius ſtatuere modos & vtile reipublicę vt in cle. j. §. cæterum. de vſur. vel poſſum dicere, quod tale ſtatutum non eſt præiudiciale, ſed eſt vtile illi, qui habet reſtituere & eius hæredibus, ne ipſorum animæ damnentur: nam nihil dicitur alteri deperire, ſi quæ ſunt aliena reddantur, 54. diſt. frequens. & ſic concluditur ſtatutum valere. Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in communi memoria non poſitum ad quæ dicatur validum.*

2 *Teſtamentum piæ cauſæ gratia emanatum, a iure eſt approbatum.*

CONSILIVM XXIII.

1 AN teſtamentum, quod non eſt † poſitū in memoriali communis, valeat quo ad legata ad pias cauſas ſtatuto laicorum diſponente, ꝙ probationem nullam inducat? Et videtur ꝙ valeat, nam ſtatuta laicorum requirentia approbationem legati inſtitutionis vel teſtamenti collati in eccleſiam vel pium locum, vltra quàm ius commune requirat ſ. ius canonicum non valent, auth. caſſa. C. de ſacroſan. ec. Imo etiam ſtatuta inferiorum diſponentia circa res vel iura eccleſiaſtica, ſicut iſtud, inquantum tangunt legata ad eccleſias vel pia loca, vel circa eorum probationē etiam fauorabilia non valent: de conſti. eccl. ſanctæ Mariæ. & no. Inno. de iudi. nouit. multo fortius quando ſtatuta diſponunt contra illa, quæ iure communi conſuetudine vel priuilegio illius ſunt conceſſa, ſiue a Deo ſiue ab eccleſia ſiue a principi-
2 bus, vt not. Inno. in c. non erit. de ſen. excom. † Sed a iure conceſſum eſt eccleſiæ, ꝙ teſtamenta ad pias cauſas valeant cum duobus teſtibus, l. j. C. de ſacroſan. ec. de teſt. relatum. & c. cum omnes. Et ꝙ ſine ſolennitate legali prædicta debentur, qualitercunque conſtet illa ad eccleſiam debere peruenire, vt in dictis iuribus: & de ſucceſ. ab inteſta. c. fi. ergo ſtatuta contra illa diſponētia, ſicut ſtatutum, de quo quęritur, & etiam ſtatutum circa modum probationis diſponens non valeret. Ita etiam firmat Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma Tri. & l. j. C. de ſacroſan. eec. in fi. nec miretur quis de tanto fauore legatorum piorum: ſi enim ius ciuile diſponit has ſolennitates ceſſantes in teſtamento inter liberos facto nō facere teſtamētum, vt l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. l. fi. C. fa. ercis. hī & in can. ſi qua mulier. 19. q. 2. quāto magis vbi ſubeſt fauor aię. 12. q. 2. ꝑcipimus. de ſimo. mactemꝰ. Imo plus dico, ꝙ ſi teſtm ꝓ parte ꝯcernit pia, ꝓ ꝑte nō pia, licèt ſtatutū vitiet nō pia, nō tā vitiabit pia, ſicut dicimus in teſtamento facto inter liberos, vt in d. §. ex imperfecto. & nō erit tūc abſurdū dicere, quē decedere pro parte teſtatū & pro parte inteſtatum, vt dicimus in milite, vt l. 2. C. de teſta. mili. vt ſic æquiparetur voluntas pia & militaris, licèt in hoc ſolennitates iuris poſitiui deficiant. Sufficit enim iure gentium ſeruari, iuxta no. in l. j. ff. de teſta. mili. & in præalle. l. j. C. de ſacroſan. eccle. Gaſp. de Cald.

De reſcriptis, Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, non obſtan. conſuetudi. &c. in reſcriptis poſita, impedimenta quæ ſubmoueat.*

CONSILIVM I.

1 CLAVSVLA, non obſtantibus † cōſuetudinibus vel ſtatutis, poſita in reſcriptis nō tollit obſtacula tēporalia, ſed illa tantum, quæ inducerent extinctionem gratię, iuxta notata per Ioan. Mo. & Io. An. in c. cū aliquibus. de reſcri. li. 6. & bñ ꝓbat

tex. in

tex.in c. ſi propter tua debita.eo.ti.& ti.nec enim talis gratia habet ampliare gratiam, licet ſutreptionē tollat, vt no. Ioan. Mo. in ca. ſi pro clericis pauperibus.de præben. lib. 6. facit optimè text. in clem. j. de præben. §. j. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus quando abſoluatur, antequàm per eum ſatiſdetur.*

2 *Satiſfactio abſolutionem præcedat, ſi contumacia manifeſta appareat.*

CONSILIVM II.

1 SI mandatur per reſcriptum, q̄ †excommunicatus abſoluatur ab excommunicatione, præſtita ſatiſfactione, poſſit abſolui, antequàm ſatiſfaciat: ſi præſtat cautionē, videtur quòd ſic, quia reſcripta debent interpretari ſecundum ius, etiam ſi quantum ad uerba videantur diſcrepare à iure cōmuni, ut eſt caſus in c. cauſam. de reſcript. & c. ſuper litteris. de offic. dele. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. & eſt ratio, quia reſcripta contra ius elicita, niſi aliud appareat de uoluntate principis, non ualent, C. de preci. impe. offe. l. reſcripta canonica. 25. q. 2. reſcripta. cum ſi. ergo inquantum poſſunt, debent reduci ad ius commune: & hoc recte probatur in hac litera, de reſcript. ab excommunicato. Sed ius commune diſponit, quòd quis abſoluatur alternatiuè, an uelit prius ſatiſfacere, an cauere de parendo, vt patet de ſen. exc. ex tenore. cum deſideres. ſacro. de off. ordi. ad repri. clarius de arbi. qua fronte. de ſent. excom. uenerabilibus. §. porro.

2 †Sed in caſu præmiſſo non eſt manifeſta contumacia, quo caſu requireretur prior ſatiſfactio, vt d. c. venerabilibus. §. porro. & §. ſecus. quid plura, de hoc eſt caſus in c. ex parte. el j. de ver. ſig. ibi n. conceſſum erat priuilegium, vt non abſolueretur excommunicatus abſq; congrua ſatiſfactione: & tamē Papa illud priuilegium intelligit, an ſit excōīcatus pro manifeſta offenſa, an occulta. Nō ob. quod forma reſcripti innuit contrarium, quæ exacta diligentia eſt ſeruanda, de reſcri. cum dilecta. Quia c. cum dilecta. loquitur in ordine facti, qui ſeruandus eſt, c. cauſam. loquitur in ordine, ſecundum quem reſcriptū eſt interpretandum, cum in dubio non ſit veriſimile, q̄ propterea per reſcriptum voluerit tollere ordinem iuris. de elec. eccleſia veſtra. vel ſecundò pōt dici, ordinem reſcripti ſeruandum, quia per eum nō peruertitur ordo iuris: & ita loquitur cap. cum dilecta. ſecus quando peruerteretur, quia tunc ordo reſcripti, nec verba ſeruarentur, vt dicta decr. cauſam. & ibi ponuntur hæ ſolutiones.

Gaſ. de Calde. Idem quod hic, habes infra de ſentē. exc. conſilio primo.

SVMMARIVM.

1 *Rectore prouinciæ quo ad voluerit officium conferente, eius finito rectoratu inexpiret officium.*

2 *Beneficium, quod à principe confertur, latè interpretabitur.*

3 *Mors ciuilis naturali ſimilanda in caſibus expreſſis.*

CONSILIVM III.

1 RECTOR prouinciæ vſque ad ſuum beneplacitum contulit officium. † An eius rectoratu finito ſit illius officium finitū? Hoc videtur deciſum per c. ſi gratioſe. de reſcrip. li. 6. Sed in contrarium videtur, quia priuilegium conceſſum à principe debet eſſe perpetuum, vt in regula, decet. de reg. iur. libr. 6. Et quia gratia facta eſt nam re integra per mortem facientis non expirat, de offi. dele. ſi ſuper gratia. lib. 6. Nec ob. capi. ſi gratioſe. immo facit pro, quia loquitur de gratia ambitioſa & reſtringenda: de præben. quamuis. li. 6. videlicet de retentione fructuum beneficiorum, quæ obtinebat impetrans. quod eſt contra ius, de ele. cum in cunctis. 100. di. quoniam quidam. ¶Itē contra iura, quę prohibent pluralitatem beneficiorum, de elec. dudum. el 2. de præben. de multa. cum ſimi. ¶Item contra iura, quæ vetant beneficia conferri tēporaliter, 50. di. præcepta. Sed gratia, de qua tractamus, eſt fauorabilis, quia bene merito, vt in ea exprimitur, 12. q. 2. ſi quos de ſeruis. Et quia prin-

2 cipis † beneficium latè eſt interpretandum, de donatio. cum dilectus. de verb. ſig. olim. cum ſimi. & hoc eſt, quod voluit gl. in d. c. ſi gratioſe. in verſi. expirat. pro hac parte etiam facit l. ambiguitatem. C. de vſu fru. l. generali. § duas filias. ff. de vſufru. leg. Præterea licet ſuga videatur, non eſt tamen, nec puto abſurdum dicere illam decre. ſi gratioſe. loqui in morte naturali: ratio, quia per mortem finitur volūtas, quia iam amplius non eſt, vt l. 4. ff. loc. ſed hic iſta voluntas durat, quia adhuc viuit, nec pſumitur mutata, niſi probetur, de baptiſ. maiores. ver. adhuc, ergo c. ſi gratioſe. non habet locū. Nec ob. ſi dicatur, q̄ quātum ad officium rectoratus cenſeatur mortuus, quia

3 reſpondeo, q̄ mors † ciuilis nō equiparatur naturali, niſi in caſib. expreſſis in iure, vt no. 16. q. j. placuit. 2. & in c. ſuſceptū. de reſc. li 6. vñ poſſet eſſe adhuc rector, quod non procederet, ſi eſſet mortuus, de pœ. di. j. a mortuo. ſi dicatur, q̄ operantur illa verba vſq; ad noſtrum beneplacitum: dico, q̄ operantur, quia ab ipſo, vel ſucceſſore poterit reuocari, quod alias non potuiſſet, vt in regula, decet. de regu. iut. li. 6. ad hoc bene facit c. ſi delegatus. ſecundo reſpon. de of. deleg. lib. 6. Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Monachus non recipitur propter reſcriptum, quod ab excommunicato impetratur.*

CONSILIVM IIII.

1 NON valet receptio monachi facta in monaſterio prætextu reſcripti apoſtolici ab excōīcato impetrati: hoc probatur p c. j. de reſc. li. 6. Nec ob. q̄ profeſſio excōmunicati eum obliget, vt no. in c. cum illorum. de ſent. exc. quia ibi recipiebatur auctoritate ordinaria, hic virtute reſcripti nulli: fateor tamen, q̄ profeſſio per talem emiſſa obligat religioni ſaltem in genere, ſed non religioni in ſpecie, ſi ille alias non erat recepturus, & ratio, quia quantum in ſe fuit, potuit ſe obligare religioni in genere etiam nullo recipiente profeſſionem, iuxta not. per Inno. de reg. porrectū. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Legatus ad creandum in eccleſia prælatum alteri mandatum committens, talis commiſſio reſcriptum ad litem an dicatur.*

CON-

CONSILIVM V.

AN ſi legatus habens ſpeciale mandatum
1 † creādi per ſe vel alium prælatum in ec-
cleſia, ſi cōmittit alteri, talis commiſſio
dici poteſt reſcriptum ad litē? Et videtur
ꝙ non, ſed potius quoddam mandatū ad negotia,
vel quædam facultas attributa, quia per eam nulla
iuriſdictio tribuitur, quia tūc ſolet committi cum
clauſulis vocatis vocandis cum cōmiſſione pote-
ſtatis cenſuræ, cum clauſula, teſtes autē &c. quarum
clauſularū nulla erat in dictis literis, ſed ſola datur
facultas vices ſubſtituendi, & prælatū eligēdi, & ſic
committitur certum miniſterium, de offic. dele. c.
fi. & quod ibi no. in gl. pen. Ioannes Calder.

SVMMARIVM.

1 *Iudex virtute reſcripti aliquem dicentis titulum
iuſtum in beneficio habere, an poterit de benefi-
cij titulo cognoſcere.*

2 *Reſcripti concluſio generalis ſecundum præmiſſa
reſtringibilis.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi in reſcripto † narratur, qualiter quis
canonicū titulum habet in beneficio, vn
de cōmittitur iudici, vt compellat aduer
ſarium, quatenus non impediat impetrā
tem pacificè poſſidere, poſſit talis iudex cognoſce-
re de titulo beneficij virtute illius reſcripti? Et vide-
tur ꝙ non, quia forma reſcripti eſt attendenda. de
reſcrip. eam te. & c. cum dilecta. & de priuile. porro.
Sed illud reſcriptum erat impetratum ſuper poſſeſ-
ſione tantum: ergo non ob. narratio canonici titu-
li facta in reſcripto: quia verba debēt intelligi ſecun
dum finem, ad quem proferuntur, de ord. cogni. ca-
pi. 1. de diuor. gaudemus, ſed dicta verba fuerūt ex-
preſſa tantum ad iuſtitiam ſuæ poſſeſſionis: ergo &
bene fecit, ne videatur habuiſſe vitioſum ingreſſum,
2 vt in reg. 1. de regu. iur. lib. 6. † Non obſtat generalis
concluſio reſcripti, quia intelligitur & reſtringitur
ſecundū præmiſſa, de app. ſecundo requiris. 32. q. 7.
Apoſtolus: & quia talia ſunt ſubiecta qualia prædi- 3
cata permittunt, de fi. inſtru. inter dilectos. ver. cæte
rum nec plus poteſt peti, quàm in reſcripto fuerit
comprehenſum, nec aliter, de of. delega. cum olim.
cum lim. ¶ Item dato, ꝙ dicitur reſcriptum include
re actionem cōfeſſoriam, & ſic petitio, in qua opor-
tet agentem probare ſe dominum, vel quaſi, ff. de
ſer. l. 2. ff. ſi vſusfr. pet. l. vti frui. & maxime hoc, cum
peteret declarari ſuum ti. canonicum fuiſſe, &c. ar-
gu. eorum quæ no. Inno. de procur. ex inſinuatione.
& Compo. in c. capitulum, de reſcri. in magna gl. in
verſic. nec ob. quia non propterea ſequitur, ꝙ in do-
minio ſiue tit. alteri fiat præiudicium. ¶ Itē cum di-
ceret, ꝙ impediebatur in pacifica poſſeſſione, innue
bat ſe poſſidere quo caſu etiā in confeſſionali actio
ne non eſt neceſſe, ꝙ actor probet ſe dominum, vel
ius ſuum, vt clarè no. Inno. de verb. ſig. abbate. & ſic
ex ſuperabundanti id fuit dictum: ſatis eſt enim, ꝙ
pronunciatio habeat effectum actionis, ſuper qua
principaliter eſt fundata petitio, ſcilicet quòd ne
reus actorem impediat vel moleſtet; ad hoc de de-
ci. dudum, de reſcrip. veniens. & no. Compo. de re-
ſcrip. mandatum. vltra medium magnæ gloſſæ.
Gaſpar de Calder.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vnum & idem à Pontifice Romano
impetrantium quotus præferatur.*

2 *Reſeruatio Papæ de beneficio viuentis quaſcun-
que literas excludit.*

CONSILIVM VII.

1 QVis præferatur † ex duobus impetrantibus
ab eodem Romano Ponti. vnum & idē
beneficiū. An primus, qui ſimpliciter im
petrauit. An ſecundus in data, qui illud
obtinuit tanquàm ſpecialiter reſeruatum? Et videt
ꝙ primus in data, nam licet gratia ſit ambitioſa &
reſtringenda, de præb. quāuis. lib 6 de reſcrip. ſuſce-
ptum. eo lib tamen quantum ad præiudicium cōce
dentis latam damus interpretationem iuxta no. per
Inno. in c. cum dilectus. de dona. nā de reſeruatione
ſpeciali hoc caſu non curamus. Sed ſecus eſſet, ſi be
neficium eſſet generaliter reſeruatum, puta ſi narre
tur per obitum alicuius capellani Papæ aut ſcripto
ris, vel abbreuiatoris, vel ſimilium: quia tunc niſi in
impetratione eſſet expreſſum, ꝙ beneficium huiuſ-
modi vacabat per obitū talis, gratia talis eſſet ipſo
iure nulla, vt in regula cancellariæ Grego. xj. Et ſi cir
ca vnum & idem beneficium concurrant plures ta
les reſeruationes generales, puta quòd vnus, & idē
ſit ſcriptor, abbreuiator, & collector, de omnib. his
fienda eſſet mentio expreſſa in impetratione huius,
alias gratia eſſet ipſo iure nulla: & ita tenet cancel-
laria. Deciſio non vr̄ mihi iuridica, quia licet cōtra
concedentē gratiam lata fiat interpretatio, non ta-
men illa prima gratia debet latè interpretari contra
tertium, pro quo fuerat ſpecialiter reſeruatum quia
illa ſpecialis reſeruatio non cedit ad vtilitatē Papæ,
ſed illius, pro quo fuerit ſpecialiter reſeruata. Item
ꝙ non valeant literæ primi, probat apertè decre. de
reg. iur. cum olim. Et ꝙ fuerit pro illo ſpecialiter re-
ſeruata, probant literæ eius, de prob. liberis. in clem.
Item ſi non valeret in beneficio generaliter reſerua
to, quia capellanus &c. multominus ſpeciali: nam
primo caſu ſub eſt rō ſupra aſſignata, videlicet ex ge
nerali reſeruatione ſolum concedentem offendi,
contra quem lata, vt ſupra dr̄, debet fieri interpreta
2 tio. Itē alias ſpecialis reſeruatio nihil operaret. † Itē
reſeruatio facta ſpecialiter per Papā de beneficio vi
uentis excludit quaſcunq; literas generales præſen-
tatas, vel non, per quas ſint facti proceſſus, vel non,
afficientes præbendas vel non, vt eſt tex. de præben.
dudum. li. 6. Hinc eſt, ꝙ beneficia etiam generaliter
reſeruata non veniunt in talibus literis, niſi de reſer
uatione fiat expreſſa mentio, vt in capitu. 2. de præb.
lib. 6. Et ratio eſt, quia Papa non tollit nec tollere in
tendit in dubio a ſe primo diſpoſita, & ordinata.
Ideo ſi hoc facit, præſumitur circumuentus, de re iu
di. cum olim. ergo diſpoſita & ordinata ſuæ ſpeciali
collationi non veniunt in collatione, vel poteſtate
cuiuſcunque executionis: alias inutiliter faceret ip-
ſas reſeruationes, Et procedit hoc, maximè ſi in ta-
libus gratijs reſeruatis aliorum impetrantiū gratiæ
præſeruantur, quod habet ſtylus qui eſt attenden-
dus, de crimine falſi. quam graui. facit quod no. Ioā.
And. in c. ſi poſtquam. in fi. de præb. lib. 6. & in c. du-
dum eo. tit. ſuper prima gl. Vnde per prædicta, & per
decretum Papæ apponi conſuetum non poteſt per
primum acceptari, nec ſibi conferri, ſed omnia ſunt
irrita: ad hoc d. ca. dudum. & facit de conceſſ. præb.
auctoritate

anctoritate Martini.co.li. æquiparando clanſulam
anteferri,quod operatur reſeruatio ſpecialis, quod
oſtendit præſeruatio iurium aliorum impetrantiũ,
quę fit in vtriſque literis de ſtylo curię: & in termi-
nis e prædicti, auctoritate, erat etiam affecta præ-
benda pro primo impetrante.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Papa exprimenti ætatem inhabilem, reſcriptum ad beneficia tradens, an eum habilitet.*

2 *Princeps gratiam iuri contrariam præſtans, clauſulam iure tali non obſtan. exprimet.*

3 *Papæ mandatum ſic expiendum, vt alterius iuri non afferat præiudicium.*

4 *Stylus curiæ ſuper defectu diſpenſans, de vberioris gratiæ dono ſemper exprimit.*

CONSILIVM VIII.

AN exiſtens in ætate inhabili exprimens
1 † ætatem Papa concedendo ei reſcriptũ
ad beneficia videatur eum habilitare ad
beneficia incompatibilia ętati ſuę, ſi non
exprimit verbum diſpenſamus. Et videtur ꝙ non,
quia talis expreſſio defectus vel impedimenti non
tollit defectum vel impedimẽtum, niſi Papa dicat,
ſuper quo diſpenſamus: ad hoc de elec.cum dilec.
de æta.& qualita.c.1.lib 6.de fil.presb.c.1.eo. lib. de
ſchiſm. fraternitati.& no.Innoc.de cler.per ſal.pro-
mo.c.2.& eſt caſus in clem.1.de præb.vbi impetrans
beneficium, licet in literis inſeratur, quod anima-
rum cura non negligatur, ſi ipſi poſt in eſt, non dici-
tur per hoc expreſſiſſe beneficium fuiſſe curatum.
Nec ob. ſi dicat, ꝙ in illa clem. erat clauſula appoſi-
ta dubitatiue per dictionem, ſi: ſed in literis expri-
mitur ſine illa, videlicet talem clericum, qui, vt aſ-
ſerit, in octauo ætatis ſuæ anno conſtitutus exiſtit:
& ſic ætas non narratur conditionaliter. Sed dico,
ꝙ etiam hic ponitur dubitatiuè per verſi. qui vt aſſe
rit, tamen poſito ꝙ dixiſſet in octauo anno exiſten-
tem: adhuc idem dicerem, nam vt not. glo. in ea-
dem cle. illa habet locum, ſiue dicatur ſub conditio
ne, ſiue purè, animarum cura imminens non negli
gatur: cum ergo in caſu noſtro non fuerit facta hæc
expreſſio, non valet hæc gratia, quę contra ius eſt,
de reſcri. nonnulli. de cap. mo. c. pen. de reſcri. cum
aliquibus.& c. ſuſceptum. lib.6. bene facit de pręb. ſi
motu proprio. lib.6. vbi nõ dicitur gratia facta mo-
2 tu proprio, niſi id in literis exprimatur. ¶ † Confir-
matur hoc, quia quando Princeps facit gratiam cõ-
tra iura, exprimere debet ad hoc vt teneat actus nõ
obſtante tali iure, quod hic nõ fit: maior probatur
iuribus, rationibus & teſtibus. Iuribus, de reſcr. nul-
li. de ęta.& qua. cam te. quę loquitur propriè in ma
teria noſtra: de capel. mon. ex parte. de confir. vtil.
vel inutil. porrecta. cum ſim. Rationibus, effectus di
ſpoſitionis regulatur ſm intentionem agentis ex-
preſſam, vel præſumptam, l. obligationum ſubſtã-
tia ff. de act.& oblig. 26. diſtin. deinde. de diuort. gau
demus. cum ſim. Sed dominus Papa non habuit in-
tẽtionem diſpenſandi, vt in iuribus ſupra proximè
allegatis: ergo &c. Item cum clerici habeant ora-
re pro populo, & peccata comedere ſeu delere,
debent ad hoc eſſe idonei, 1. q. 1. ipſi ſacerdotes. 3.
q. 1. nulli ergo præſumi nõ debet, quod huic iuri pu
blico. Papa voluit derogare, C. de inoffic. teſtam. ſi
quando de reſcrip. ſi quando, de elec. eccleſia. el 2.
Et licet non ſit ſubiectus legi, ſi ſecũdum legem vi-
uere intendit, C. de legi. l. digna vox. ne inde naſcã-
tur iniuriæ vnde iura oriuntur, 11. q. 1. peruenit. de
3 accuſ. qualiter. ¶ † Item mandatum Papæ debet in-
telligi, ita vt iuri alterius non præiudicet, de offi. de-
leg. ex parte. el 2.& ca. ſuper eo. cum ſim. Cum ergo
non appareat Papam voluiſſe tollere defectum, ex
quo hoc non expreſſit, ſaltẽ expectet, donec ſit ido-
neus, de pręb. ei cui lib.6. Pręterea aut dicetur per il
la verba expreſsè diſpenſatum, aut tacitè: expreſsè
non, quia non eſt ex verbis elicita, ff. de verbo. obli.
quicquid aſtringendæ de reſcri. lib.6. in fi. nec etiam
tacitè, quaſi a lege ſubintelligitur, quia diſpenſatio
verſatur contra id, quod eſt de iure communi. de fi-
lijs presbyterorum. cap. is qui. lib.6. de præbend. nõ
poteſt, eo. lib. ergo à lege non ſubintelligitur. ad qđ
facit quod no. ff. de legatis j. l. talia reſcripta. & de le
ga. 3. vxorem. §. 1. Et ſi diceretur, nõ erat neceſſaria
diſpenſatio: hoc falſum, per ea quę ſunt dicta ſu-
pra. ¶ Item quęritur, fuit narrata ætas, niſi ut defe-
ctus tolleretur, quem non tollit niſi quando expri-
mit, vt dictum eſt ſupra, vel niſi ex certa ſciẽtia ſcri-
bat, ꝙ tunc tantũ fit, quando ex certa ſcientia hoc
facere ſe vel mandare exprimit, de offi. deleg. paſto-
ralis. § præterea.& ibi not. de præb. non põt. eod. lib.
6. imo non incongruè poſſet dici etiam quando di-
ſpenſatur, diſpenſationem nõ tenere, niſi cauſa ſub
ſit, & interuenerit ſummaria cauſæ cognitio, quod
quia non procedit impropriè in his beneficialibus,
licet etiam impropriè loquatur Inno. in c. cũ olim.
el 1. de priuil. ideo de hoc non curandũ ad pręſens,
tamen nõ eſt veriſimile, ꝙ diſpenſet ſine cauſa, quę
tamen deberet exprimi vel certa ſcientia vel mo-
4 tu proprio, vt in iuribus pręalle. ¶ † Item ſtylus cu-
rię hoc habet, quod ſemper i tali defectu exprimat
de vberioris dono gratię, tecũ ſuper dicto defectu
diſpenſamus: cum ſtyli omiſſio reddit gratiam nul
lam, de crimine falſi. licet de reſti. hoc probatur per
not. per Accurſium, C. de donat. libe. l. 1 & in l. fi. C.
ſi contra ius vel vtilitatem pub. & in Auth. quibus
modis nat. efficiuntur ſui. §. fin. in glo. ſuper verſi.
participium. collat. 9.& in Authen. vt om. ob. iu. §.
iiua. collat. 6. per Hoſtien. in ſumma, de reſcrip. §.
quas vires. verſicu. ſed ſunt. per Azo. in ſum. tit. pręg
alleg. ſi contra ius vel vtilita. publicam. per Docto.
in cap. nonnulli. de reſcrip. in Specu. de reſcri. pręg
ſen. §. ratione cauſę. verſicu. item quod eſt contra.
Pręterea per clauſulam poſitam in reſcripto, dun-
taxat alteri non ſit in dicto beneficio ius quęſitũ,
non excluditur ius impetrantis altero habente ius
ad rem tantum: nam aliud eſt habere ius ad rem,
aliud in re, vt in capitu. fina. de conceſſio. preben. li
bro 6. ſicut aliud eſt beneficium fore tuum, aliud fo
re tibi debitum, ut in cap. ſi tibi abſenti. de pręben.
eod. lib.6.& not. in clemen. auditor. de reſcrip. in 6.
glo. & ſic patet, quod per illa verba intendit dero-
gare habentibus ius ad rem, & pręſeruare haben-
tes ius in re.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans, manualis beneficij an debeas memorari.*

2 *Titulus beneficij non conceditur in vicaria temporali.*

CONSILIVM IX.

1 AN impetrans beneficium, facere † debeat mentionem de beneficio manuali, quod obtinet? Dico quòd ſic, quia de beneficio, quod quis obtinet in titulum, debet facere mentionem, de præſcrip. ſi proponente. de præben. ſi motu proprio. lib. 6. nec iſto caſu ius diſtinguit, an ſit temporale vel perpetuum, ſed tantum conſiderat, an detur in titulum. Sed manuale beneficium bene datur in titulum, vt clem. quia regulares. cum ibi not. de ſup. neg. prælа. ergo de eo debet fieri mentio. Gaſ. de Cald. ¶ In contrarium facit tex. in capi. poſtulaſti. de reſcript. vbi videtur facere differentiam inter titu-
2 lum temporalem & perpetuum. † Sed dic, quòd ibi ideo ponderat titulum vicariæ perpetuæ & non temporalis, quia in vicaria temporali non datur titulus in beneficio, vt patet ex no. de elec. cum ex eo. de appel. peruenit. quod ſecus eſt in vicaria perpetua, vbi datur titulus, vt in c. G. perpetuus. de fi. inſtru. & in c. ſuper eo. de præben. lib. 6. Et ideo fit ibi differentia inter perpetuam & temporalem vicariam nõ ratione temporalitatis, ſed ratione tituli qui datur in vno & nõ in alio.

Do. de ſanto Gemi.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad beneficia qualitatum memorabitur, quæ a iure exprimuntur.*

CONSILIVM X.

1 IN reſcriptis ad † beneficia non debet fieri mentio niſi de his qualitatibus, quæ reperiuntur a iure expreſſę, vt de eis fiat mentio. Taciturnitas aliorũ nõ vitiat literas, vt no glo. in cle. ſi dignitatem. de pręben. & dominus & pater meus in cap. In noſtra. de reſcrip. in 4. q. ¶ Gaſpar de Calde. Confirma hoc quia quod gratia ſit nulla, eſt quædam pœna ſeu punitio: ſed vbi ius vel iudex pœnam non imponunt, non debemus illam imponere, 32. q. 2. ſeculares. §. in hoc c. & no. in regula, in pœnis. de reg. iu. lib. 6. Gaſ. de Cald. Et idem habetur infra de fi. presby. conſilio primo.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans gratiam ad beneficium ſeparatum tribus quas habet gratijs; quarum vna nulla eſt, renunciare dicens, an ſurreptitie impetret.*

CONSILIVM. XI.

1 AN impetrans † gratiam ad beneficium, exprimens qualiter eſt paratus dimittere & renunciare tribus alijs gratijs, quas habet, & vna illarum gratiarum eſt nulla, dicatur iſta vltima gratia ſurreptitia? Et dicitur quòd non, niſi aliter de fraudulenta expreſſione conſtet: imo ſi non fuiſſet facta mentio de illa etiam nulla, iſta impetratio vltima fuiſſet ſurreptitia: cæterum eſt enim, quòd de facto iſte habeat tres gratias, de biga. nuper. concor. gloſſ. 2. de electi. ſi poſtquam. lib. 6. Item de facto potuiſſet grauare illam eccleſiam vel collatorem plus vel magis quàm poſt dimiſsionem, & ſic aliquem effectum poteſt habere talis dimiſſionis oblatio. Puto tamen, quòd ſi declarata fuiſſet illa gratia nulla, tunc de eo non tenebitur facere mentionem, ar. nò. de reſcrip. ex tenore. de conceſ. præben. cum noſtris. in 4. gloſſ. imo ſi tunc expreſſiſſet, præſumeret fraudem hanc concluſionem, quod de illa gratia nulla debeat de alia gratia facere mentionem, tenet Hoſtien. & do. & pater meus in ca. In noſtra. de reſcrip. pri. glo. literæ ante notabilia. Et reddunt rationem, ne melioris conditionis ſit ſtultus, quam peritus, id eſt nulliter impetrans, quam valide: ad quod de pręben. cum qui. lib. 6. Nec ob. quòd taciturnitas alicuius rei, qua expreſſa literas non habuiſſet quis, vel ſaltem non ſic de facili, inducit ſurreptionem, de reſcrip. ſuper literis. & in cap. in noſtra. Et in caſu iſto princeps videtur motus, quia iſte offert ſe dimiſſurum tres gratias expectatiuas, id eſt ius quod per illas habeat ad rem talis impetrans non dimittit, niſi duas, ex quo tertia eſt nulla: nullũ enim & inutile æquiparantur, de pœni. diſt. 1. § hoc idem. de transla. prælа. c. 2. Et ſic etiam talis videtur expreſſiſſe falſum, quia obtulit ſe facturum quod erat impoſſibile, ergo gratia ſurreptitia, de præben. non poteſt. lib. 6. Quia dico, quòd omnia iſta procedunt, quando ipſe expreſſerat hoc in fraudem & hoc conſtaret, aliàs non.

Gaſpar de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Papa diſpenſans ſuper defectu impediente beneficij receptionem, an tollere ius alteri quæſitum dicatur.*

CONSILIVM XII.

1 AN ſi † opponitur contra impetrantem beneficium aliquis defectus reſpiciens gratiam vel perſonam, ita vt gratiam reddat nullam lite pendente Papa facit gratiam, vt nõ obſtante tali defectu gratia ſortiatur effectum, Papa per hoc videatur tollere ius, quod propter hoc erat alteri quæſitum? Dico, quòd ſi defectus erat iuris poſitiui, & iſtæ vltimæ literæ aliàs non ſunt ſurreptitiæ: & Papa hoc clarè exprimit, quòd vult iſtam gratiam trahi retro ad principium alterius, tunc iſte cenſetur habilitatus retro, quia hoc vult Papa, dumtamen hoc ex litteris appareat ex ipſis litteris, quia inſtar ſacrilegij eſt & c. C. de crim. fal. l. 2. & in his, quę ſunt iuris poſitiui, Papa nedum poteſt impedimentum tollere ſola voluntate, vt no. doc. de conceſ. pręben. propoſuit. ſed effectum facti tollere & fingere quod factum non ſit, vt not. glo. quæ eſt ſingularis in clem. j. de immunita. eccle. Tales tamen gratiæ licèt ex pluribus poſſent reddi ſurreptitiæ, tamen ſtante eorum valore iuri alterius non præiudicant iam quæſito, de reſcript. quamuis. lib. 6. cum concord. non quia Papa non poſſit in his, quæ ſunt iuris poſitiui, & præſertim in beneficialibus, in quibus habet amplam adminiſtrationem, clemen. j. ut lite penden. ſed quia non vult præiudicare alteri, de reſcrip. ad aures. de vſu pal. ex tuarum. de offic. delega. ſuper eo. de offic. ordin. licet. Aduertendum tamen, quòd licet dicam gratiam non ſurreptitiam ſeu validam, adhuc dubitari poſſet, an talis habilitatio validet gratiam interim impetratam, ſi de ea non fiat mentio in eadem. Et dicendum quòd non, quia hoc erat exprimendum, de fil. presb. c. 2. li. 6.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Littera ab iniuſtè poſſidente impetrata iniuſtæ poſſeſſionis mentionem non facientes, an ſint ſurreptitię.*

CONSILIVM XIII.

AN poſſidens beneficium iniuſtè, ſi impetrat litteras ad illud non habita mentione de ſua poſſeſſione, litteræ † dicãtur ſurreptitiæ? Et dicitur quòd ſic, quia hic tacet talis quid,

auctoritate Martini.eo.li. æquiparando clauſulam anteferri,quod operatur reſeruatio ſpecialis, quod oſtendit pręſeruatio iurium aliorum impetrantiũ, quę ſit in vtriſque literis de ſtylo curię: & in terminis c prædicti, auctoritate. erat etiam affecta præbenda pro primo impetrante.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Papa exprimenti ætatem inhabilem, reſcriptum ad beneficia tradens, an eum habilitet.*

2 *Princeps gratiam iuri contrariam præſtans, clauſulam iure tali non obſtan. exprimet.*

3 *Papæ mandatum ſic expiendum, vt alterius iuri non afferat præiudicium.*

4 *Stylus curiæ ſuper defectu diſpenſans, de vberioris gratiæ dono ſemper exprimit.*

CONSILIVM VIII.

1 AN exiſtens in ætate inhabili exprimens
† ætatem Papa concedendo ei reſcriptũ
ad beneficia videatur eum habilitare ad
beneficia incompatibilia ętati ſuę, ſi non
exprimit verbum diſpenſamus. Et videtur ꝙ non,
quia talis expreſſio defectus vel impedimenti non
tollit defectum vel impedimẽtum, niſi Papa dicat,
ſuper quo diſpenſamus: ad hoc de elec.cum dilec.
de æta.& qualita.c.1.lib 6.de fil.presb.c.1.eo. lib. de
ſchiſm. fraternitati.& no.Innoc.de cler.per ſal.promo.c.2.&
eſt caſus in clem.1.de præb.vbi impetrans
beneficium,licet in literis inſeratur, quod animarum
cura non negligatur,ſi ipſi poſt ineſt, non dicitur
per hoc expreſſiue beneficium fuiſſe curatum.
Nec ob.ſi dicat, ꝙ in illa clem.erat clauſula appoſita
dubitatiue per dictionem, ſi: ſed in literis exprimitur
ſine illa, videlicet talem clericum,qui,vt aſſerit,
in octauo ætatis ſuæ anno conſtitutus exiſtit:
& ſic ætas non narratur conditionaliter. Sed dico,
ꝙ etiam hic ponitur dubitatiuè per verſi.qui vt aſſerit,
tamen poſito ꝙ dixiſſet in octauo anno exiſtentem:
adhuc idem dicerem,nam vt not.glo.in eadem
cle.illa habet locum,ſiue dicatur ſub conditione,ſiue
purè, animarum cura imminens non negligatur:
cum ergo in caſu noſtro non fuerit facta hæc
expreſſio,non valet hæc gratia, quę contra jus eſt,
de reſcri.nonnulli. de cap.mo.c. pen. de reſcri. cum
aliquibus.& c.ſuſceptum.lib.6.bene facit de pręb.ſi
motu proprio.lib.6.vbi nõ dicitur gratia facta mo-
2 tu proprio,niſi id in literis exprimatur. ¶ † Confirmatur
hoc,quia quando Princeps facit gratiam cõtra
iura,exprimere debet ad hoc vt teneat actus nõ
obſtante tali iure, quod hic nõ fit: maior probatur
juribus, rationibus & teſtibus. Iuribus,de reſcr.nulli.
de ęta.& qua cam re. quę loquitur proprię in materia
noſtra:de capel.mon. ex parte. de confit. vtil.
vel inutil.porrecta.cum ſim. Rationibus,effectus diſpoſitionis
regulatur ſm intentionem agentis expreſſam,
vel præſumptam, l. obligationum ſubſtãtia.ff.de
act.& oblig.26.diſtin.deinde.de diuort. gaudemus.cum
ſim.Sed dominus Papa non habuit intẽtionem
diſpenſandi, vt in iuribus ſupra proximè
allegatis: ergo &c. Item cum clerici habeant orare
pro populo, & peccata comedere ſeu delere,
debent ad hoc eſſe idonei, 1. q. 1. ipſi ſacerdotes. 3.
q.1.nulli ergo præſumi nõ debet, quod huic iuri publico.
Papa voluit derogare, C.de inoffic. teſtam.ſi
quando de reſcrip. ſi quando, de elec.eccleſia. el 2.
Et licet non ſit ſubiectus legi, ſi ſecũdum legem viuere
intendit,C.de legi.l.digna vox.ne inde naſcãtur
injuriæ vnde iura oriuntur, 11. q.1. peruenit. de
3 accuſ.qualiter. ¶ † Item mandatum Papæ debet intelligi,ita
vt iuri alterius non præiudicet, de offi.de-
leg.ex parte.el 2.& ca.ſuper eo.cum ſim. Cum ergo
non appareat Papam voluiſſe tollere defectum, ex
quo hoc non expreſſit, ſaltẽ expectet,donec ſit idoneus,de
pręb. ei cui lib.6.Pręterea aut dicetur per illa
verba expreſsè diſpenſatum, aut tacitè: expreſsè
non,quia non eſt ex verbis elicita, ff. de verbo. obli.
quicquid aſtringendæ de reſcri.lib.6.in fi.nec etiam
tacitè, quaſi a lege ſubintelligitur,quia diſpenſatio
verſatur contra id,quod eſt de iure communi. de filijs
presbyterorum.cap. is qui.lib.6.de præbend. nõ
poteſt,eo.lib.ergo à lege non ſubintelligitur. ad qđ
facit quod no.ff.de legatis j.l.talia reſcripta. & de lega.3.vxorem.§.1.Et
ſi diceretur, nõ erat neceſſaria
diſpenſatio: hoc falſum, per ea quę ſunt dicta ſupra.
¶ Item quęritur,fuit narrata ætas, niſi ut defectus
tolleretur,quem non tollit niſi quando exprimit,vt
dictum eſt ſupra, vel niſi ex certa ſciẽtia ſcribat,ꝙ
tunc tantũ fit, quando ex certa ſcientia hoc
facere ſe vel mandare exprimit,de offi.deleg. paſtoralis.§
præterea.& ibi not.de præb.non põt.eod.lib.
6.imo non incongruè poſſet dici etiam quando diſpenſatur,
diſpenſationem nõ tenere,niſi cauſa ſub
ſit, & interueniat ſummaria cauſæ cognitio,quod
quia non procedit impropriè in his beneficialibus,
licet etiam impropriè loquatur Inno. in c.cũ olim.
el 1.de priui.ideo de hoc non curandũ ad pręſens,
tamen nõ eſt veriſimile, ꝙ diſpenſet ſine cauſa,quę
tamen deberet exprimi vel certa ſcientia vel mo-
4 tu proprio, vt in iuribus pręalle. ¶ † Item ſtylus curię
hoc habet, quod ſemper i tali defectu exprimat
de vberioris dono gratię, tecũ ſuper dicto defectu
diſpenſamus:cum ſtyli omiſſio reddit gratiam nullam,de
crimine falſi.licet de teſti. hoc probatur per
not. per Accurſium,C.de donat.libe.l.1 & in l. fi.C.
ſi contra ius vel vtilitatem pub. & in Auth. quibus
modis natu.efficiuntur ſui.§.fin. in glo. ſuper verſi.
participium.collat.9.& in Authen.vt om.ob. iu. §.
una. collat. 6. per Hoſtien. in ſumma, de reſcrip.§.
quas vires. verſicu. ſed ſunt. per Azo.in ſum.tit.pręalleg.ſi
contra ius vel vtilita. publicam. per Docto.
in cap.nonnulli. de reſcrip. in Specu.de reſcri.pręſen.§.ratione
cauſę. verſicu. item quod eſt contra.
Pręterea per clauſulam poſitam in reſcripto, dummodo
alteri non ſit in dicto beneficio ius quęſitũ,
non excluditur ius impetrantis altero habente ius
ad rem tantum: nam aliud eſt habere ius ad rem,
aliud in re, vt in capitu.fina.de conceſſio.preben.libro
6.ſicut aliud eſt beneficium fore tuum,aliud fore
tibi debitum,ut in cap.ſi tibi abſenti. de pręben.
eod. lib.6.& not.in clemen.auditor.de reſcrip.in 6.
glo. & ſic patet, quod per illa verba intendit derogare
habentibus ius ad rem, & pręſeruare habentes
ius in re.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans, manualis beneficij an debeat memorari.*

2 *Titulus beneficij non conceditur in vicaria temporali.*

CONSILIVM IX.

1 AN impetrans beneficium, facere † debeat mentionem de beneficio manuali, quod obtinet? Dico quòd ſic, quia de beneficio, quod quis obtinet in titulum, debet facere mentionem, de præſcrip. ſi proponente. de præben. ſi motu proprio. lib. 6. nec iſto caſu ius diſtinguit, an ſit temporale vel perpetuum, ſed tantum conſiderat, an detur in titulum. Sed manuale beneficium bene datur in titulum, vt clem. quia regulares. cum ibi not. de ſup. neg. præla. ergo de eo debet fieri mentio. Gaſ. de Cald. ¶ In contrarium facit tex. in capi. poſtulaſti. de reſcript. vbi videtur facere differentiam inter titu-
2 lum temporalem & perpetuum. † Sed dic, quòd ibi ideo ponderat titulum vicariæ perpetuæ & non temporalis, quia in vicaria temporali non datur titulus in beneficio, vt patet ex no. de elec. cum ex eo. de appel. peruenit. quod ſecus eſt in vicaria perpetua, vbi datur titulus, vt in c. G. perpetuus. de fi. inſtru. & in c. ſuper eo. de preben. lib. 6. Et ideo fit ibi differentia inter perpetuam & temporalem vicariam nõ ratione temporalitatis, ſed ratione tituli qui datur in vno & nõ in alio.

Do. de ſanto Gemi.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ad beneficia qualitatum memorabitur, quæ à iure exprimuntur.*

CONSILIVM X.

1 IN reſcriptis ad † beneficia non debet fieri mentio niſi de his qualitatibus, quæ reperiuntur a iure expreſſę, vt de eis fiat mentio. Taciturnitas aliorũ nõ vitiat literas, vt no glo. in cle. ſi dignitatem. de pręben. & dominus & pater meus in cap. in noſtra. de reſcrip. in 4. q. ¶ Gaſpar de Calde. Confirma hoc quia quod gratia ſit nulla, eſt quædam pœna ſeu punitio: ſed vbi ius vel iudex pœnam non imponunt, non debemus illam imponere, 32. q. 2. ſeculares. §. in hoc c. & no. In regula, in pœnis. de reg. iu. lib. 6. Gaſ. de Cald. Et idem habetur infra de fi. presby. conſilio primo.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans gratiam ad beneficium ſeparatim tribus quas habet gratijs, quarum vna nulla eſt, renunciare dicens, an ſurreptitiè impetret.*

CONSILIVM. XI.

1 AN impetrans † gratiam ad beneficium, exprimens qualiter eſt paratus dimittere & renunciare tribus alijs gratijs, quas habet, & vna illarum gratiarum eſt nulla, dicatur iſta vltima gratia ſurreptitia? Et dicitur quòd non, niſi aliter de fraudulenta expreſſione conſtet: imo ſi non fuiſſet facta mentio de illa etiam nulla, iſta impetratio vltima fuiſſet ſurreptitia: cæterum eſt enim, quòd de facto iſte habeat tres gratias, de biga. nuper. concor. gloſſ. 2. de electi. ſi poſtquam. lib. 6. Item de facto potuiſſet grauare illam eccleſiam vel collatorem plus vel magis quàm poſt dimiſsionem, & ſic aliquem effectum poteſt habere talis dimiſſionis oblatio. Puto tamen, quòd ſi declarata fuiſſet illa gratia nulla, tunc de eo non tenebitur facere mentionem, ar. nõ. de reſcrip. ex tenore. de conceſ. præben. cum noſtris. in 4. gloſ. imo ſi tunc expreſſiſſet, præſumeret fraudem hanc concluſionem, quod de illa gratia nulla debeat de alia gratia facere mentionem, tenet Hoſtien. & dominus & pater meus in ca. in noſtra. de reſcrip. pri. glo. literæ ante notabilia. Et reddunt rationem, ne melioris conditionis ſit ſtultus, quam peritus, ideſt nulliter impetrans, quam valide: ad quod de pręben. eum qui. lib. 6. Nec ob. quòd taciturnitas alicuius rei, qua expreſſa literas non habiſſet quis, vel ſaltem non ſic de facili, inducit ſurreptionem, de reſcrip. ſuper literis. & in cap. in noſtra. Et in caſu iſto princeps videtur motus, quia iſte offert ſe dimiſſurum tres gratias expectatiuas, ideſt ius quod per illas habeat ad rem talis impetrans non dimittit, niſi duas, ex quo tertia eſt nulla: nullũ enim & inutile æquiparantur, de pœni. diſt. 1. §. hoc idem. de trausla. præla. c. 2. Et ſic etiam talis videtur expreſſiſſe falſum, quia obtulit ſe facturum quod erat impoſſibile, ergo gratia ſurreptitia, de præben. non poteſt. lib. 6. Quia dico, quòd omnia iſta procedunt, quando ipſe expreſſerat hoc in fraudem & hoc conſtaret, aliàs non.

Gaſpar de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Papa diſpenſans ſuper defectu impediente benficij receptionem, an tollere ius alteri quæſitum dicatur.*

CONSILIVM XII.

1 AN ſi † opponitur contra impetrantem beneficium aliquis defectus reſpiciens gratiam vel perſonam, ita vt gratiam reddat nullam lite pendente Papa facit gratiam, vt nõ obſtante tali defectu gratia ſortiatur effectum, Papa per hoc videatur tollere ius, quod propter hoc erat alteri quæſitum? Dico, quòd ſi defectus erat iuris poſitiui, & iſtæ vltimæ litteræ aliàs non ſunt ſurreptitiæ: & Papa hoc clarè exprimit, quòd vult iſtam gratiam trahi retro ad principium alterius, tunc iſte cenſetur habilitatus retro, quia hoc vult Papa, duntamen hoc ex litteris appareat ex ipſis litteris, quia inſtar ſacrilegij eſt & c. C. de crim. ſal. l. 2. & in his, quę ſunt iuris poſitiui, Papa nedum poteſt impedimentum tollere ſola voluntate, vt no. doc. de conceſ. pręben. propoſuit. ſed effectum facti tollere & fingere quod factum non ſit, vt not. glo. quæ eſt ſingularis in clem. j. de immunita. eccle. Tales tamen gratiæ licèt ex pluribus poſſent reddi ſurreptitiæ, tamen ſtante eorum valore iuri alterius non præiudicant iam quæſito, de reſcript. quamuis. lib. 6. cum concord. non quia Papa non poſſit in his, quæ ſunt iuris poſitiui, & præſertim in beneficialibus, in quibus habet amplam adminiſtrationem, clemen. j. ut lite penden. ſed quia non vult præiudicare alteri, de reſcrip. ad aures. de vſu pal. ex tuarum. de offic. delega. ſuper eo. de offic. ordin. licet. Aduertendum tamen, quòd licet dicam gratiam non ſurreptitiam ſeu validam, adhuc dubitari poſſet, an talis habilitatio validet gratiam interim impetratam, ſi de ea non fiat mentio in eadem. Et dicendum quòd non, quia hoc erat exprimendum, de fil. presb. c. 2. li. 6.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Littera ab iniuſtè poſſidente impetratæ iniuſtæ poſſeſſionis mentionem non facientes, an ſint ſurreptitię.*

CONSILIVM XIII.

AN poſſidens beneficium iniuſtè, ſi impetrat litteras ad illud non habita mentione de ſua poſſeſſione, litteræ † dicãtur ſurreptitiæ? Et dicitur quòd ſic, qa hic tacet talis quid,

quo expreſſo literas non habuiſſet, vel ſaltem non ſic de facili: & hoc eſt ſatis, vt impediatur litera ad beneficium impetrata, de reſcrip. poſtulaſti. in fin. & capitu. ſi proponente. de præbend. cum qui. & capitu. ſi motu proprio. libro ſexto, per quam decre. crederem valere collationem factam motu proprio, licèt non fuerit facta mentio poſſeſſionis, cum motus proprius ſurreptionem excludat, vt ibi not. & in clemen. ſi Romanus, ſed vbi non confert motu proprio, non eſt veriſimile, quòd ſi ſciret de poſſeſſione illicita iſtius impetrantis, quòd hoc faceret, quin ſaltem faceret mentionem: ad hoc de præſcript. veniens, & quod ibi not. Innocent. Item negari non poteſt, quin iſtud vitium, quòd illicitè poſſederit beneficium, non inducat maiorem difficultatem ad ſibi conferendum, quàm ſi ſine tali vitio poſſediſſet, & ſic eſſet tali priuatus, vt clarè probatur de elec. commiſſa. libro ſexto. §. porro. de ſta. regu. ne in agro. §. cæterum. in fin. & optimè eodem titu. dudum. per quam videtur factus irregularis: ſola enim difficultas in impetratione habet literas vitiare, ſi id non exprimitur, quod difficultatem induciit: ergo. Præterea maius videtur vitium tacere ſuam poſſeſſionem illicitam, licèt coloratam, quàm alterius, quia in aliena poſſeſſione poſſet cadere excuſatio ignorantię facti, quæ non caderet in propria: ad hoc de reſcrip. ex communicato. Sed taciturnitas poſſeſſionis coloratæ, quam habet alter, reddit vitioſam impetrationem, de conceſ. præben. cum noſtris. & capitu. literas. ergo taciturnitas proprię poſſeſſionis illicitę, licèt coloratę: facit ad prædicta de conceſ. præbend. capitu. primo.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio de eccleſia, an ſit vitioſa, tacita de electione, nulla de eadem facta.*

2 *Actus alij nocinus non habetur infectus.*

3 *Impetratio ſic fienda, vt nil ſubticeatur, quo princeps, vt deneget, moueatur.*

4 *Compromiſſum impetrandi poteſtatem non impedit, donec electio proceſſerit.*

CONSILIVM XIIII.

1 AN Impetratio facta † de eccleſia ſit vitioſa, non facta mentione de electione primo facta ad illam eccleſiam, quæ tamen eſt nulla ipſo iure, vel ſaltem per ſententiam annullanda. Et quid ſi præceſſerat compromiſſum de eligendo, non tamen erat facta electio tempore impetrationis? Pro cuius declaratione principaliter eſt attendendus præuentionis actus ſe habere aduerſus eos, qui illud ius concedere potuerunt. Circa quod talis datur regula, quòd pluribus prætendentibus ſe ius habere aduerſus quid, præueniens præferri debet præuento: probatur hæc regula in iuriſdictione contentioſa, ff. de iuriſd. om. iudi. quædam. de fo. comp. propoſuiſti. de ap. ex debitus. not. Ioan. And. de offi. ord. paſtoralis. ſuper prima glo. Idem in collati. beneficiorum; facit de præben. ſi tibi abſenti. libro ſexto. Et generaliter ius primo quæſitum vni per priuilegium poſtea conceſſum alteri non vitiatur, ff. de excuſat. tuto. j. reſpon.

2 ¶ † Secundò eſt conſiderandum, quòd actus alij impediens non debet haberi pro infecto, quia ſi haberetur pro infecto, non poſſet impedire alterius poteſtatem, vel habentem diſpoſitionem de eo: ad hoc de elect. bonæ. j. & capitu. congregato. & capitu. conſtitutus. de app. & ſi hoc procedit in eadem perſona, de iure patrona. illud. & capitu. cum laici, & capitu. ſina. cum ſimi multo fortius in diuerſis.

3 ¶ † Tertiò eſt attendendum, quòd in beneficiorum impetratione nihil eſt tacendum, quod principem poſſet mouere ad denegandum, vel id faciliter concedendum, quod ſi ſit, eſt impetratio vitioſa. In hoc enim omnis puritas debet adeſſe, & omne vitium abeſſe, prima quæſtio. prima, ſi quis neque. de reſcrip. ad audientiam. ſecundo, & capitu. ſequen. de electio. dudum. el ſecundo, & capitu, cum dilecti. de fil. presbyt. ad noſtram. de conceſ. præbē. cum noſtris. ¶ Ex prædictis ſequitur, quòd gratia dicta non eſt ſurreptitia ex taciturnitate electionis nullæ, vt probat ſecunda conſideratio ſupra poſita: & facit ad hoc quod not. de offic. delega. cum plures. libro ſexto. ¶ Confirmat hoc regula generalis, nõ præſtat. de regu. iur. libro ſexto. Et hoc quo ad primum articulum. Sed ſi electio tenuit mero iure, poſito, quòd eſſet annullanda, puto impetrationem prædictam fuiſſe ſurreptitiam ad hoc, per ea quæ dixi in tertia conſideratione. Non obſtat etiam, quòd impetrans illa ignorauerit veriſimiliter, cùm in impetratione non excuſet ignorantia impetrantis tacentis, quod eſt exprimendum, etiam ſi illud eſſet de facto alterius, de conceſſio præben. cum noſtris: cum ſimi. Et hoc eſt propter intentionem concedentis, vt ibi: facit de offic. delegat. ex parte. el primo, cum ſim. Et per hoc reſpondetur ad l. ſi dari ſtipulor. ff. de verborum. obligatio. vbi pendente prima ſtipulatione, quæ non eſt vlla ipſo iure, ſed annullanda, tenet ſecunda: ibi enim non attenditur ſuperioris intentio, ſed partium poteſtas, & voluntas, à quibus pendet ipſa ſtipulatio, prout dicit Hoſtien. de exceſ. præla. Inter dilectos. Et per hoc eſt reſponſum ſecundo articulo. Et ad iſtam materiam poſſent ſumi plura argumenta ex quęſtione, quam poſuit Ioan. And. in regu

4 la, non præſtat. de regul. iur. libro ſexto. ¶ † Secundam quæſtionem habeo pro indubitata: planum eſt enim, quod compromiſſum tantum, donec procedatur ad electionem, non impedit poteſtatem impetrandi, cùm ex illo alteri in beneficio ius non quæratur in re, vel ad rem, nec pendeat ex facto domini Papæ: nec compromittentibus plus iuris acquiratur, quàm primo haberent. Et ideo non poteſt dici aliquid tacitum, quod ſi fuiſſet expreſſum, mouiſſet Papam ad denegandum, vel difficilius concedendum: & ſic ceſſat ratio, de qua ſupra dixi: qua exiſtente, literæ cenſentur ſurreptitiæ: & ideo ea omnino ceſſante ceſſat ſurreptio, quæ induceretur ex illa, vt in iuribus vulgaribus. Et maxime, quando ceſſat cauſa ante diſpoſitionem actus, de quo quæritur, ſufficit remittere ad ea quæ ſolent dici, de renunc. poſt transla. & quod no. de Iureiuran. & ſi Chriſtus. in fin. nec variatur caſus, ſi compromiſſum ſit factum pro illa vacatione, & animo donandi, & honorandi perſonam compromiſſarij, ſiue aliter, propter no. de elec. in cauſis.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum quibus indicijs cognoſcitur eſſe iuſtum.*

CONSILIVM XV.

1 COGNOSCITVR † reſcriptum, quod ſit meræ iuſtitiæ ex tenore eius, ſi in eo contineatur iuſta, & honeſta ſupplicatio voti &c. quę clauſula not. petita, & conceſſa ius commune continere. Item ſi in ſupplicatione ponecta dicant ſupplicantes, quòd aduerſarij indebitè contradicunt, quæ clauſula etiam ſonat, quòd ipſi petebant iuſtitiam. ¶ Itē perpenditur ex forma commiſſionis,

miſſionis, quando Papa committit, quæſtio prima ratione procedat, quæ omnia concludūt tenorem reſcripti continere ius commune: ad hoc de offic. delega.capit.fina.declara ratione: prima patet, quia debet partes vocare, & exceptiones legitimas dimittere, de offi.dele.ex parte.el 2.

De conſuetudine. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit in eccleſia poni operarius operatio laico habitum immutante, ſtante conſuetudine, &c.*

2 *Præſcriptio contra eligentes, electione per ſcrutinium ſecundum tempus, de quo contrarij memoria non extat, in eccleſia facta, an fiat.*

CONSILIVM I.

1 AN ſi conſuetum† eſt poni operarium in eccleſia laicum per 80.annos continuè, qui facit obedientiam epiſcopo, & capitulo, & habitum mutat, poſſit ibi institui clericus ſecularis, cum ex forma arbitrij fuerit pronunciatum taliter poni? Et videtur, quòd clericus poni poſſit: probo, quia aut diceтur prohibitus abſolute de iure communi, aut vigore arbitrij, ſiue laudi, aut ratione obſeruantiæ; quia dicitur ſemper gubernata per laicum conuerſum, & oblatum eidem, & nunquàm per clericum. Primum eſt notum, quòd de iure clericus non eſt prohibitus præfici tali operariæ, ſcilicet fabricæ eccleſiaſticæ, vel pij loci: hic non credo iure expreſſum, & contrarium probatur 10.q.j. epiſcopum.j. q.3. c.2.12.q.2.vobis.& c. Vulteranæ.& pluribus c.ſe. ¶ Itē nec ex forma arbitrij ſupradicti, quia vt patet ex eius forma, & tenore de qualitate perſonæ, quæ debet inueſtiri, nihil continetur in eo, ſed ſolum de perſona, vel perſonis pręſentantibus, & inueſtientibus, & obedientia recipienda, & cui adminiſtrationis ratio non ſit reddenda: vnde quantum ad caſum præmiſſum per arbitrum deciſio huius caſus iuri communi eſt commiſſa, de elec.conſtitutio.de reſcrip.ſuſceptum.lib.6. de tēpo.ord.dilectus.lib.6.& quòd non mutatur &c. l. præcipimus.C.de appel.l.ſancimus.C.de reſt. facit de ap.ręęe.cum ſi. ¶ Item quo ad tertium, videlicet de obſeruantia, quia non ponitur ſic fuiſſe obſeruatum ad præſcriptionem, videlicet inducendam. Et licet propriè, & ſtrictè non poſſet dici conſuetudo hoc caſu, quia non niſi in dicto loco ſingulari, & ipſius perſona, tamē de hoc non curo, quia iura apponunt etiam conſuetudinem, & vſum in ſimilibus caſib. vt in ca. cùm dilectus. de conſue.de ver.ſig.abbate: cum ſimi. attamen cū præiudicetur libertati ordinarij inueſtitoris, per talem cōſuetudinem, ſiue obſeruantiam debet eſſe præſcripta: ſed hoc caſu nulla poteſt dici ex tali obſeruantia inducta pręſcriptio, quia vt acquiratur in his iuribus incorporalibus ius ei, qui non habet, requiritur perſona vera, vel repręſentata, quæ intendat ſibi ius acquirere, ff. quemadmodum ſer.amit.l.fi.ff.de aqua quoti. & æſti. l.j.§. Ariſt.ff.de iti.actuque priua.l.prima.§. videamus, & l.fi.& facit de poſtu.præl. bonæ.el 2.in prin.vbi hoc not. Innocent. Sed quæ eſſet iſta perſona, quæ in caſu iſto intenderet ius ſibi quærere? Certe non apparet: nam de epiſcopo, & capitulo non poteſt dici, tamen quia inueſtiendo prima vice laicum non faciebant, vt hoc ius laicis acquirerent: & eo modo, nec ſecunda, nec tertia, vel vlterioribus, & hoc patet, quia non eſt veriſimile, ex quo aliud non apparet, quòd ſibiipſis vellent voluntariè præiudicare, de renunc. ſuper eum ſi. quod indubitanter procedit in actibus compatibilibus, & non contrariis. Iſta autem ſunt compatibilia, & non contraria, quod vna vice inſtituatur laicus, & alia clericus, ex quo vterque ad illud officium eſt capax per ſe. ¶ Item abſoluiè loquendo non poteſt hoc dici conſuetudo, vel obſeruantia, per quam deueniatur ad præſcriptionem in præiudicium libertatis inſtitoris ordinarij: & ſic non eſt derogatum libertati eorum: quod enim clericus non poſſit inueſtiri, non apparet per aliquem actum contrarium diſpoſitioni illius libertatis, cum inueſtitura laici, & clerici non ſint ſibi adinuicem aduerſaria, vt eſt dictum: ergo non habemus actum contrarium poſitiuum huic negatiuo, ſcilicet quòd clericus non poſſit inueſtiri: vnde ſi Ius commune eſſet, quòd in tali officio ſolummodo clerici inueſtirentur, & laici fuiſſent inueſtiti tanto tempore, quòd fuiſſet præſcriptum, fateretur de plano, quòd presbyter non poſſet inueſtiri, & dato, quòd non appareat de contradictione. Sed ex quo laicus, & clericus poſſunt inueſtiri, tunc licet ſeruatum fuerit magno tempore, quòd laici fuerint inueſtiti, & non clerici, non tamen poteſt dici præſcriptum contra clericos. Ad pręдicta faciunt, quæ not. in capitu. cùm ex officij. de præſcrip. de eo qui viſitauit, & procurationem non recepit: & propter hoc in procuratione contra eum non præſcribitur, Ceſſauerunt ergo inueſtitores voluntarie inſtituere clericum: & ideo in hoc non pręſcribitur contra eos: facit quod not. de priui. vt priuilegia.in glo.pen.& quod not.de cleri.con-
2 iug. Ioannes.in tertia oppo. ¶ † Pone enim, quòd in vna eccleſia fuit facta electio per viam ſcrutinij per longum tempus, ita quòd de contrario non eſſet memoria: nunquid ex hoc eſſet præſcriptio contra eligentes ipſos, ita vt non poſſint poſtea eligere per viam compromiſſi? Certe non credo, quòd aliquis diceret viam compromiſſi eis pręcluſam. Similiter ſi multo tempore eligit voluntarie de gremio ſuo, nunquid erit præſcriptum, quòd non poſſit eligere extra eccleſiam, vel econtra. Certè non, quia non præſumitur contra ſeipſum ex facto ſuo voluntario velle facere: ita eſt in propoſito, vt patet per ſupradicta. ¶ Non ob.capi. poſſeſſiones. de rebus eccle. non alie. & de præben.cum de beneficio.libro ſexto, quia loquitur in impetratione, in qua ſtrictior fit interpretatio, eodem titu.quamuis, & ad hoc not.in nouella, de pręben.ſępe.lib.6. Per pręдicta reſpondetur ad clem. quia regulares.de ſup.negli.prælat. quia per hoc proprie non mutatur ſtatus loci, ex quo ſolum voluntariè, & non pręcedente aliquo colore, vel titulo ita fuit ſeruatum, cum ſemper penes ordinarium inueſtitorem habitualiter plenaria fuerit libertas conſeruata: & ſi ſubtiliter aduertatur, probantur pręдicta in cap.abbate.de verbo.ſignifica. vbi quantum ad perſonam patientem non ponderatur vſus, vel conſuetudo voluntaria, ſed priuilegium. Ioan.Cal.

Poſſet reſponderi ad iura contraria, quòd loquuntur, quando conferens beneficium certe hoc facit animo, & intentione imprimendi illum ſtatum in beneficio, ita & taliter, quòd illi, & non alteri non habenti qualitatem tale beneficium non conferant. Et tunc procedant illa iura 1 ad quod optime facit de conſue. capitu. cum dilectus. vbi fuit ordinatum a principio, quòd de tali monaſterio aſſumeretur: & facit de reſtitu.in integ.ca.2.hic autem non erat facta inſtitutio, vt imprimeretur ſtatus laicis. ¶ Do. de ſancto Geminia.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quòd inter Hebræos legis Abrahæ periti ſcribunt teſtamenta, quibus fides habeatur, valet.*

CONSILIVM II.

1 CONSVETVDO. † quæ habet, quod inter Hebreos periti legis Abrahę vel alij habeant poteſtatem ſcribendi teſtamenta, & taliter ſcriptis adhibeatur plena fides, valet, & tali
2 conſuetudini eſt ſtandum, ar. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædi. edic. C. quæ ſit lon. conſue. l. 2. de fi. do. inſtru. ea. cum dilectus. pro hoc quod no. Inno. eo. titu. cap. 1. Et maxime, quia eccleſia tolerat Iudęos, & eorum cęrimonias & obſeruantias eis permittit.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quòd præbendæ a Papa reſeruatæ licitè optentur, valet.*
2 *Inferiorem ſe non intromittere de ſuperiori reſeruatis, quomodo intelligatur.*
3 *Conſuetudo quando dicatur interrupta ſit, vt non poſſit præſcribi.*

CONSILIVM III.

1 AN valeat † conſuetudo, quod præbendæ ſpiritualiter per Papam reſeruatæ, vel vacantes in curia poſſint optari? Et videtur quòd ſic, primo, quia conſuetudo rationabilis contra ius tollit illud, ſi ſit legitime præſcripta, de conſue. cap. fi. Iſta enim conſuetudo nititur rationi & æquitati: ergo. 60. di. quid proderit. & cap. ſequenti. 71. diſt. epiſcoporum. de tranſ. quanto. & no. In di. cap. fi. in 4. gl. & ſuper illa. Non obſt. §. in præbendis. in cap. fi. de conſue. lib. 6. quia loquitur, quando conſuetudo generalis erat de optando præbendas, vt tunc talis conſuetudo non extendatur ad præbendas vacantes apud ſedem Apoſt. & eo modo ad ſpiritualiter reſeruatas: ſed vbi eſt ſpiritualis conſuetudo, quòd optari poſſint vacantes in curia vel ſpiritualiter reſeruatæ, §. ille illam non tollit: vnde notabiliter ille §. dixit, prædictæ conſuetudini. & primo prædixerat in generali conſuetudine: ergo &c. Præterea confirmatur hæc concluſio, ſiue dicas, quòd talis conſuetudo præceſſerat dictum c. fi. §. in præbendis. quia tunc per illud non tollitur dicta ſpiritualis conſuetudo: de conſti. c. 1. lib. 6. ſiue dicas, quod fuerat ſecuta: & idem, quia conſuetudo ſequens legem illam tollit, 4. di. §. leges. ex quo eſt rationabilis, vt eſt dictum. Ad idem facit quod no. Pau. in clemen. vt hi qui. de ęta. & qualita. vbi quæritur, an conuerſi eccleſiarum collegiatarum, qui habebant vocem in capitulo ante illam clemen. ex conſuetudine, an ſit ſublata? Et tenet quòd non, & tamen illa clementina in fi. Nam ille finis reuocat conſuetudines & ſtatuta contraria in prohibitis per illam cle. ſi ibi non erat prohibitum in conuerſis habentibus vocem de conſuetudine, ſic dicam in caſu iſto, quia in §. in præbendis. non prohibetur, ſi eſſet con-
2 ſuetudo in ſpiritualiter reſeruatis. ¶ † Non ob. ſi dicatur, quòd inferior non poſſit ſe intromittere de his, quæ ſuperior ſibi reſeruauit, de appellatio. vt noſtrum. de appella. ſi eo tempore. lib. 6. quæ regula probatur 2. quæſtio. 6. decreto. 3. quæſt. 6. dudum. de pręben. inter cętera. & ſic de tali præbenda reſeruata non poterit inferior ſe intromittere, quia poſſet dici, quòd illud procedat ceſſante conſuetudine, quæ diſponeret de ſpiritualiter reſeruatis: ſed vbi conſuetudo ſpiritualiter diſponeret de reſeruatis, tunc ſecus: quæ conſuetudo a iure approbatur, vt dixi ſupra: non enim intendit Papa per ſuam reſeruationem vel mandatum conſuetudinem eccleſiæ tollere, vt probatur bene de conceſ. præben. ex parte, in fi. de conſuetudi. cum olim. & in prædicto c. fi. de conſue. lib. 6. & de præben. cum in eccleſia. eo. lib. Et procedit hoc, etiam ſi in literis ſit poſita clauſula, non obſtan. conſuetudinibus vel ſtatutis &c. quia virtus illius clauſulæ eſt tollere conſuetudines & ſtatuta quo ad finem, vt non pereat gratia, quæ petitur: vnde illa, quæ concernunt dilationem vel alterationem, non tollit: bene probatur de reſcrip. propter. lib. 6. & no. doc. eo. titu. cum aliquibus. vel poteſt dici, quòd de reſeruatis per papam inferior ſe non intromittit reſeruationi præiudicando, vel effectum tollendo, vel impediendo, ſicut dicimus in ſimili, quòd de priuilegio Papæ inferior ſe non intromittit illi præiudicando, ſecundum eum, ſic, vel de intellectu verborum, de priuileg. accepimus. not. de iudi. cum veniſſent. Idem de appellatione interpoſita ad Papam, quòd illi præiudicando inferior ſe non intromittit, ſed manente effectu appellationis in his, quæ illi non præiudicant, ſic: de appella. cum teneamur. cum ibi not. ¶ Item eccleſiam reſeruatam poteſt Epiſcopus cõmendare, vt no. Ioan. An. in c. nemo. de elec. lib. 6. in nouel. quia per hoc non præiudicatur reſeruationi: Imo etiam ſecundum Fede. de Se. poteſt vnire eccleſiam ſpiritualiter reſeruatam ceſſante fraude, quia per talem reſeruationem non tollitur ius ordinariæ poteſtatis, qua ordinaria poteſtate poteſt eccleſias vacantes & non vacantes vnire, cle. ſi vna. de re. eccle. non alie. Item facit opin. habens talia beneficia poſſe permutari, de quo per Ioan. And. in cap 1. de re. permu. lib. 6. Sed talis optatio non præiudicat reſeruationi Papæ, quia reſeruatio Papæ concernit ſolum tituli collationem faciendam per Papam, vt probatur in cap. 2. de præben. lib. 6. æquiparando beneficia vacantia in curia & reſeruata: quæ ęquiparatio procedit, quia pari paſſu ambulant, vt no. Archidia. cap. etenim 2. & Ioan. An. in d. §. in præben. præal. reſeruans beneficia vacantia Se. apoſtolicæ vtitur ver. collatione, in prin. & in fi. dicit, conferre alicui & cęt. In optatione autem nulla fit collatio, vt no. Archid. in di. cap. fi. quia quis per ſeipſum ſibi titulum non acquirit, de inſti. cap. fin. vnde canonicus optans domum vel præbendam vtitur priori titulo. Et per prædicta eſt reſponſum ad dictum Archidia. in dict. § in præben. vbi dicit, allegando tamen, quòd capitulum contra factum Papæ non poteſt conſuetudinem inducere, neque legem: alleg. 21. di. inferior. de electio. innotuit. cum ſi. quia hoc non eſt contra reſeruationem Papę, vt ſupra dictum eſt. ¶ Item illud dictum poteſt procedere ante conſuetudinem inductam ſeu præſcriptam, qua inducta tuti ſunt hi, qui conſuetudinem introducunt, dummodo ſit rationabilis & præſcri-
3 pta; ad hoc facit, quod includit glo. 6. fruſtra. ¶ † Ad aliud vero dubium, quòd talis conſuetudo ad hoc vt ſit præſcripta, non debet eſſe interrupta, de præſcrip. illud: de præben. ſi de beneficio. lib. 6. dico quod interruptio non inducitur per non vſum ſimpliciter: cum enim tractemus de actu mere voluntario introducto a conſuetudine, hoc eſt de actu, qui poteſt facere & non facere ad ſui libitum, abſtinentia ab illo non inducit conſuetudinem, vt no. glo. pen. & Vinc. in c. vt priuilegia. de priui. Et hoc tenet Ioan. And. in proprijs terminis in c. fi. præalle. de conſue. lib. 6. Oportet ergo, vt interumpatur talis conſuetudo, quòd interueniat aliquis actus contrarius conſuetudini: & hoc voluit Lap. in d. c. cum de beneficio. in prin. & non ex actu negatiuo, quia non entium non ſunt cauſæ, 32. q. 1. quod nemo. de deſponſa. impub. ad diſſoluendũ.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus an ſine ſuperioris licentia poſſit retinere bona ſibi in teſtamento vel aliter relicta.*
2 *Canones à religioſis obſeruandi iubentur.*

CON-

CONSILIVM IIII.

1 AN valeat conſuetudo, quòd † bona, quæ relinquuntur religioſo intuitu ſuæ perſonæ à conſanguineo, vel extraneo, ſiue ſint mobilia, vel immobilia, vel annui redditus, poſſit ad vſum ſuum liberè retinere abſque licentia ſuperioris, donec vixerit? Et dicitur quòd non, quia omnis conſuetudo irrationabilis eſt abijcienda, 8. diſtin. mala, & capitu. ſequent. de conſuetu. capitu. fina. facit de præbend. extirpandæ. quòd ſit irrationabilis, patet, quia obuiat canonicis inſtitutionibus,
2 11. di. capitu. 2. & 3. de conſue. quanto. † Nam canones a quibuſcunque profeſſis tria ſubſtantialia regulæ obſeruari præcipiunt, inter quæ eſt paupertas: ad hoc 12. quæſtio. prima, non dicatis. & capitu. nolo. de ſtatu regu. ſuper quibuſdam. vnde prælatis in hoc prohibetur diſpenſatio, de ſtatu mo. cum ad monaſterium. Contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos non valet conſuetudo, 4. diſt. §. huic etiam. Et not. Innocent. ſuper rubrica de conſuetudine. & hoc maxime contra mendicantes, quibus ibi certa mendicitas victum præbere debet, de religio. do. capit. primo, lib. 6. Item iſtud maxime procedit, cum conſuetudo dicet, quod ſine licentia ſuperioris hoc poſſit: & ſic eſt contra aliud de ſubſtantialibus regulæ, videlicet contra obedientiam, cum ipſe velle, vel nolle non habeat, ſed ille, cuius arbitrio ſe ſubiecit loco Dei, 12. quæſt. prima, non dicatis. de elect. ſi religioſus. lib. 6. Item dicta conſuetudo obuiat iuri naturali, videlicet voto profeſſionis, cuius redditio ſecundum omnes eſt de iure naturali, quod in lege, & Euangelio continetur, j. diſt. in principio, ergo talis conſuetudo non valet, de conſue. cap. fin. Item quia inducit ad peccatum mortale: ergo ſeruanda non eſt, de conſue. cum tanto. cum ſi. ¶ Quod autem inducat ad mortale, patet, quia obſeruantia voti eſt præcepti: qui autem venit contra præceptum, peccat mortaliter, 14. q. prima, quòd præcipitur. & capit. ſe. Non obſt. quòd bona ſint collata intuitu illius fratris: quia talia bona non ſibi, ſed ordini, ſi eſt capax bonorum, quæruntur, 12. q. prima, non dicatis. 18. q. prima, cap. vno. Ex hoc infertur, quòd talis conſuetudo per ſuperiorem non eſt toleranda, quia debet ſubditos prohibere ab illicitis: quod ſi non fecit, illorum culpæ ſe inuoluit, 13. quæſtio. 4. ita planè. 11. quæſtio. 3. præcipue. nec eſt paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & ipſe ignorat: de regu. iur. quamuis, & hæc negligentia in prælato eſt mortale, 81. diſtin. dictæ, j. quæſtio. j. cura interioris.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quòd canonici poſſint optare, an extendatur ad prælatos eiuſdem eccleſiæ.*

CONSILIVM V.

1 AN ſi conſuetudo eccleſiæ habet, † quòd canonici poſſint optare, iſta conſuetudo extendatur ad prælatos illius eccleſiæ? Et dicitur quòd non, cùm ibi omnino diuerſa conſuetudo in vno extendatur ad aliud, & maxime ad alias perſonas, quæ ſunt alterius qualitatis, vel conditionis, iuxta not. per docto. in capitu. fina. de offic. Archiepi. de cap. mo. capitu. ſecundo. Nam in huiuſmodi, quæ ſunt ſtricti iuris, vno expreſſo non includitur reliquum, de reſcrip. ſuſceptum. lib. ſexto, & de præben. quamuis eodem libro. Item ſi approbetur conſuetudo, quòd canonici optari poſſint, vt capitu. fina. de conſuetu. libro ſexto. non tamen quòd dignitatem habentes poſſint optare præbendas canonicales: ergo in illis hoc non ſeruabitur.

Gaſp. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus, cui conceditur ſemel optare vnam præbendam, ſi op-ptauerit, ſuper qua lis ſibi mouetur, an poſſit pendente lite aliam optare.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi conſuetudo eccleſiæ habet † quòd canonicus non poſſit, niſi ſemel optare, & canonicus optauit vnam præbendam, & poſtea ſuper illa mouetur ſibi lis, poſſit illa pendente aliam præbendam vacantem optare? Et dicitur, quòd non, quia aut conſtat, quòd bene optauit, & planum eſt, quòd amplius optare non poteſt, quia ſufficit ſemel feciſſe vigore conſuetudinis: Aut conſtat, quòd male: & tunc ſi fecit per ignorantiam iuris, vel facti non probabilem, non excuſatur, ſed ſibi imputari debet, j. q. 4. §. notandum. 11. q. 3. curæ. de poſt. præl. ca. j. cum ſi. Aut dubitatur: & tunc ex quo optauit etiam cum proteſtatione, antequàm illud dubium ſit declaratum, ita quòd appareat ipſum excuſatum ex ignorantia facti, & probabili, de reg. iur. ignorantia. lib. 6. & de cle. excõmuni. apoſtolicę. vlterius optare non poterit. Si n. renunciando primæ optationi poſſet facere ſecundam: tunc litis pendentia non impediret: bene facit, quod no. de reſcrip. in noſtra. Sed quando id non poteſt fieri, niſi ſemel, & conſtat id factum eſſe, licet ſit dubiũ, nunquàm ſecundo poterit fieri, niſi primo appareat, quod primo factum eſt non valere, ipſumque facientem excuſatum fore: hoc enim finale iudicium pendet ex futuro euentu, de frig. & mal. fraternitatis. cum ſim. Ad materiam facit, quod no. de reſcri. cum in multis. lib. 6. per Ioan. An.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quòd præbenda optetur, iuris regulis aduerſatur.*

CONSILIVM VII.

1 CONSVETVDO † de optando præbendã eſt contra regulas iuris generales, & ſic contra iuris rigorem. Nam quòd quis poſſit propria auctoritate ius ſpirituale, vel ſpirituali annexum acquirere, eſt contra ius commune, de inſt. c. fin. de iure pa. per noſtras. de inſt. cap. 3. Item contra illud, quia debet manere in ea vocatione, &c. 21. q. j. ca. j. Itẽ contra illam, qua dicimus, quòd variatio, & inconſtantia reprobantur, 8. q. 2. dilectiſſimi. cle. j. de tenun. cum ſi. Item quia ex ambitione procedere videtur, contra id, quod habetur 47. diſt. bonorum. 96. di. bene quidem. Et ideo tales conſuetudines ſunt reſtringendæ: ad hoc regula. odia. de re. iu. lib. 6. Ex quo infertur, quòd ille ſolus poteſt optare, quia conſuetudine permittitur.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo an requirat probationem tituli.*

CONSILIVM VIII.

1 AN IN CONSVETVDINE requiratur † probatio tituli? Et dicitur quòd non: ſatis eſt. n. quòd habeat cõſenſus tacitus, vel ex-

preſſus illius, qui ex cõſuetudine tangitur, vel cui præiudicatur, quia conſenſu etiam tacito obligationes inducuntur, ff. de pac. l. 2. & 3. de his quæ fiunt a ma. par. capi. ex ore. primum probatur ff. de leg. l. de quibus. & l. ſi ea quæ. In. iit. de iure natura. gen. & ciuili. §. ex non ſcripto. 9 quæſtio. 3. conqueſtus. de offic. ordina. duo ſimul. vbi hoc ad literam tenet Hoſtien. de præſcript. cum olim. in Specu. de reſtitu. ſpol. § nunc dicamus. ad fi. quod not. Innocen. de poſtu. prçl. bonæ, el 2. argum. de conſuetu. cap. 3. lib. 6. Sed glo. ibi ſuper verſi. canonicæ: videtur contradicere, ſed ipſa glo. in hoc ſe correxit in nouella, per ea quę no. de conſue. c, ſi. ſuper glo. fina. Aequum tamen eſſet tenere, quòd ſi contra epiſcopum eſſet quęſtio, deberet titulus allegari & probari ſaltem per tranſcurſum temporis, ff. de vſu. cum de in rem verſo. & quod not. de cenſi. peruenit. ſecus ſi contra alium, vt in prędictis iuribus: tamen ſi proprie inducatur conſuetudo, titulus non eſt neceſſarius, etiam ſi contra epiſcopum ageretur, per ea quæ dicta ſunt, per quæ patet reſponſio ad cap. 1. de reſcrip. lib. 6. quod in præſcriptione non in conſuetudine loquitur. Non ob. c. cum cauſam. de re iudi. quia non apparet, de qua conſuetudine loquatur, & plures ibi dantur lecturæ. Communis tamen eſt, quòd intelligatur de conſuetudine, qua habetur, quod temere venditio rei eccleſiaſticæ facta per prælatum ſine conſenſu epiſcopi, quæ ideo non tenet quia grauabatur eccleſia, & per conſequens irrationabilis & impræſcriptibilis, de conſti. capitu. 1. & fina. & hæc eſt communis ratio quantum ad alias lectutas dictæ decre. Sed nego conſuetudinem irrationabilem, & grauamen eccleſiæ inducere, qua inducitur, quod præpoſitus, qui immediate præeſt capitulo, ſimul cum ipſo capitulo poſſit de nouo infeudare bona, quæ omnino ſunt deſcripta inter epiſcopum & capitulum etiam quo ad adminiſtrationem: & etiam quando erant conſueta infeudari, & erant reuerſa ad eccleſiam: quia talis conſuetudo a iure recipit ſuffragium, per cap. edoceri. de reſcrip. & ſic talis conſtitutio non eſt totaliter contra cap. ſine excep. 12. quæſtione. 2. cum hic ſit prælatus & capitulum, quorum adminiſtratio eſt diuiſa ab adminiſtratione epiſcopi: & ſic etiam faciunt pro & non contra, not. per Hoſtien. de his quæ fiunt a prælato. ea noſcitur. & quod not. de re. eccleſ. non ali. nulli. per hoc quod no. Lap. 12. quæſtio. 2. abbatibus. vbi dicit, quòd inferior prælatus epiſcopo poteſt alienare ſine conſenſu epiſcopi ſi hoc habet conſuetudo: & ſic not. Hug. 17. quæſtione 4. in venditionibus. Item poſito, quod non valeret conſuetudo, quod ſolus prælatus per ſe non poſſet infeudare de nouo, quia conſenſus tacitus capituli non ſupplet defectum formę, capitu. ſine exceptio. tamen vbi prælatus, qui habet adminiſtrationem diuiſam cum ſuo capitulo, hoc facit, non deficit forma.

Gaſ. de Cald.

De electione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electi non idonei tempore electionis a vicario epiſcopi de ipſius mandato facta, an valeat.*
2 *Diſpenſatio quid operetur.*
3 *Confirmatio electionis facta non expectato edicti termino, an dicatur nulla.*

CONSILIVM I.

1 AN confirmatio valeat, ſi epiſcopus mandat vicario, vt confirmet electionem canonicam, & electus non erat idoneus tempore electionis, ſed tempore confirmationis eſt effectus idoneus per diſpenſationem ſuperuenientem. Et videtur quòd ſic: ſufficit enim, quod perſona ſit habilis tempore collationis, ſed non ſit tempore impetrationis, de præbendis. cui. libro ſexto. Item ad hoc de electio. commiſſa. §. cęterum. lib. 6. Idem de re iudi. Abbate. lib. 6. Idem in beneficij collatione quantum ad conferentem: in clementina, ſi de beneficio. de præbendis. Idem in ſimili validatur hæc. Item mandatum iſtud de confirmando electionem canonicam ſecundum mutationem qualitatis ipſius mutari debet, l. di. ferrum. & cap. ponderet. in fi. de pœniten. diſtin. 3. Acab. de teſti. teſtium. de offi. delega. ſi is cui. lib. 6. Sed iſta electio mutauit qualitatem, quia canonica facta eſt per diſpenſationem, quare & cęt.
2 † Item quia diſpenſatio omnem defectum præcedentem tollit, non ſolum habilitat ad id, quod eſt faciendum, ſed etiam factum facit tenere quod nullum erat: de colla. beneficij eſt expreſſum de cle. excommu. mini. poſtulaſti. 1. reſpon. de cle. coniu. diuerſis. de cle. per. cap. fi. de ſup. neg. præla. literas. & quę iura probant de eo, quod eſt collatum: de conferendo patet 40. di. multi. 15. q. 2. cap. 1. vbi Archi. hoc expreſſe tenet. Inn. Hoſt. & Io. An. in cap. innotuit. de electio. in confirmato, cum quo poſtea diſpenſatur ſuper defectu, propter quem impediebatur beneficium habere. Idem no. de renun. niſi. §. perſonę. & Spe. in titu. de leg. §. nunc de epiſcoporum. iuxta finem, ver. quid ſi electus. Nec ob: quòd iſte fecerit contra formam mandati, quo ſibi committebatur confirmatio canonicæ electionis, quia canonica erat tempore confirmationis: quia ſufficit, quòd perſona ſit habilis tempore confirmationis, vt eſt dictum. Non ob. ſi dicatur, quod termino edicti non expectato iudex confirmauit: quia reſpondeo, quòd propter hoc confirmatio non redditur nulla, licet male fecerit iudex, qui ex hoc eſſet puniendus, de electio. cum inter vniuerſas. Item poſt terminum edicti nullus comparuit, ergo confirmatio facta non inualidatur: per hoc allega.

Gaſ. de Cald.

3 ¶ † An confirmatio electionis reddatur nulla pro eo, quia is, ad quem ſpectabat confirmatio, confirmauit non expectato edicti termino. ¶ Contrarium conſuluit Ioan. Cal. motus, quia electus non habuit originem æquitatis, 16. quæſtio. 3. ſi ſacerdos. inſpicitur enim in talibus tempus electionis, non confirmationis, vt probatur de reſcriptis. ſi eo tempore li. 6. facit quod dicitur de iudice delegato, qui tempore nũc eſt habilis, qui tñ in impetrationis erat inhabilis, quod non poſſit procedere in cauſa deleg. no. de reſcriptis. ſtatutum. in gl. habentibus. in fin. Item dicit lex tutorem non excuſat priuilegium ſuperueniens etiam ante decreti dationem, ff. de excu. tuto. leg. 1. §. qui ad munera. & leg. tutor petitus. 1. reſponſo. Ad idem ff. de iure immu. leg. ſemper. §. hoc circa. Poſſent ſumi multa argu. ad hoc ex not. in capitu. 1. de obli. ad ratio. Item illud generale de initio ſpectando, de electio. dudum. cum ibi not. & de excommunicato tempore impetrationis reſcripti, & abſoluto tempore præſentationis, de quo de præben. dilectus. el. 2, ad idem quod not. de electio. innotuit. ſuper glo. de electio. In legitimo & ante confirmationem legitimato per coniugium ſubſequens, quod non iuuat electum.

Ioan. Cal.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio edicti ſuper electione, & eius confirmatio per plebanum facta, an valeat abſque diœceſani licentia.*

2 *Plebanus iudiciales actus extra territorium ſuum non exercebit.*

CONSILIVM II.

1 AN commiſſio edicti ſuper electione, † & eius confirmatio facta per plebanum in eccleſia cathedrali de eccleſia ſita in plebanatu ſuo valeat ſine diœceſani licentia. Et dicitur quòd non, quia non potuit fieri ſine licentia. 9. q.3. nullum epiſcopum ibi, vacua quidem, & inania erunt omnia, quæ geſſerit. & per no. per Ioan. And. de of. ord. vt litigantes. lib. 6. Optime facit cle. quamuis. §. volumus, & quod ibi no. de foro compe. vbi dicitur, non valet proceſſus licentia non petita. Non enim eſt dubium, quòd licet plebanus non habeat certũ territorium, iuxta no. per doc. de foro comp. cum contingat. tamen habere poteſt de conſuetudine, vt ibi. bene facit quod no. Ioan. And. de offi. ordi. cum epiſcopus. lib. 6. in glo. 2. in nouel. cum ergo ſit nullum ipſo iure, quod ſit per ordinarium in alterius diœceſi in his, quę ſunt iuriſdictionis, vt d. §. volumus. 18. q. 2. luminoſo. Et cum actus edicti inſtitutionis, & confirmationis ſit iudicialis, & contentioſę iuriſdic. quando ſit inter partes contradicentes, ergo non valuit factum per plebanum in eccleſia cathedrali. imo etiam dato, quòd nulla pars contradicat, actus commiſſionis edicti eſt iudicialis, etiam dato, quòd nullus comparuit: nam editio eſt citatio, cuius commiſſio eſt actus iuriſdic. & vim habet interlocutoriæ, vt not. Ioan. And. in nouel. in capit. Romana. de foro competen. lib. 6. in verſicu. citati. Et eodem modo confirmatio, quæ ſit etiam partibus non contradicentibus, habet vim interlocutoriæ: not. Ioan. And. in capitu. fina. de elec. lib. ſexto, ſuper glo. dicebamus. Interlocutoria autem eſt de pro-
2 ceſſu iudicij, de proba. quoniam contra. † Cùm ergo prædicti ſint actus iudiciales, & iuriſdictionis, patet, quod non poſſunt fieri per plebanum extra ſuum territorium: In contrarium alleg. quia iſta ſunt voluntariæ iuriſdictionis, quando eſt ibi contradictor: quod apparet, quia illa dicuntur contentioſæ iuriſdictionis, quæ redduntur in inuitum, vt no. in l. ſecunda, de offi. proconſul. & leg. ea vero, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictio. poſſunt fieri extra ſuum territorium etiam non petita licentia alicuius, vt l. ſecunda, de offic. proconſul. & l. emancipati. de adop. & not. in l. fina. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Non ob. quòd dictum eſt citatio, & quòd habeat vim interlocutoriæ. Et idem de confirmatione, & ſic ſit de proceſſu: quia ridiculum eſt dicere, quòd omnis interlocutoria ſit de contentioſa iuriſdictione: immo nec diffinitiua ſit ſi materia, in qua agitur, non eſt de contentioſa iuriſdictione. Nam quis dubitat, quòd in voluntaria iuriſdictione fertur interlocutoria, & diffinitiua, vt l. prima, de officio proconſulis. Et in ſuperioribus iuribus probatur, non tamen per hoc ſequitur, eas eſſe de contentioſa, aliàs eſſet contradictoria implicare, quod eſſet voluntariæ iuriſdictionis, & eſſet contentioſæ. Item quando confirmatio non ſit in figura iudicij, poteſt fieri extra territorium: no. Archidia. 51. di. c. ſi. Iſtæ fuerunt alle. diuerſorum doc. nec aliter erat poſita ſolutio. Pro iſta vltima opin. facit, quia iſta commiſſio edicti non eſt actus iudicialis, quia iſtæ citationes, quæ ſiunt in principio iudicij, dicuntur iudiciales, & non iudiciales, vt no. gl. in clem. prima, de iud. in glo. ſecunda. Et ſic ex quo non ſunt iudiciales, videtur quòd poſſint fieri extra territorium. Item in talibus citationibus emanantibus in principio iudicij non requiritur cauſæ cognitio, & poſſunt fieri etiã ab illo, qui non haberet iuriſdictionem: not. Innocent. de reſc. cum contingat. de offic. delega. prudentiam. de accu. licet. ſi ergo non requiritur cauſæ cognitio, nec quòd iudex ſuadeat, vt dicit Innocẽ. poterit ergo fieri extra territorium, arg. eorum quæ no. de offic. leg. nouit. Dominicus de ſancto Geminia.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta per viam compromiſſi quando valeat.*

CONSILIVM III.

1 AN valeat electio, ſi † procedatur per viam compromiſſi, & eliguntur arbitri, vt eligant aliquem, quem nominent compromittentes. Et dicitur quòd non, nec valet conceſſio talis poteſtatis, quia electio debet fieri de vno ex pluribus: vnde contra naturam electionis eſt, quòd per eos etiam, ad quos pertinet, detur poteſtas de certo, & nominato, quia per hoc tollitur libertas eligendi, vt probatur in capitu. cum terra. de electio. & ibi plene not. etiam, quòd tale compromiſſum non valeat: tenet Compo. in cap. quia propter. de electio. & Guil. Mandegot in tractatu electio. capitu. 45. alleg. ff. de arbit. l. qualem. & Litem ſi §. idem Pomponius.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrationis tempus currit ei, qui à Papa ad epiſcopatum effertur.*

CONSILIVM IIII.

1 A QVO tempore † incipiat currere tempus conſecrationis petendæ illi, qui eſt promotus in epiſcopum per Papam? Concludo, quòd cum ille, qui taliter eſt promotus, maxime per Papam, habeat ius electionis, & confirmationis, vt not. de electio. cum inter canonicos. ſi præſens fuit prouiſus, incontinenti potuit aſſentire, vel diſſentire, & tacendo conſentire videtur, quia promotio eſt res fauorabilis, vt in regula. qui tacet. de regulis iuris libro ſexto, per Innocent. & alios, de elect. in geneſi. vnde ſibi a die prouiſionis incipit currere tempus trium menſium, alias ſibi currit a die notitiæ, quod eſt regulariter etiam in talibus, de ſupplen. negligen. prælat. licet. de conceſſione præbendæ, quia diuerſitatem, & probantur aperte, quæ dixi de electio. cupientes. primo reſpon. libro ſexto, ibi, poſt conſenſum quantum ad primum, vel poſt obtentam notitiam quantum ad ſecundum.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Nominantes diſcedere quando poſſint a nominato Papæ iam præſentato.*

CONSILIVM V.

1 AN nominantes † poſſint diſcedere a nominato, poſtquàm eſt Papæ præſentatus: & dicitur quod non, ſicut dicimus in poſtulatione: de poſtu. prælato. bonæ. el 2. ver.

nec nocebat. Nam eadem ratio eſt in nominatione, quæ ibi aſſignatur in poſtulatione, videlicet ne illudatur ſedi apoſtolicæ: ergo idem ius, de conſtitu. trãſlatione, quia variatio, & illuſio eſt prohibita, vt in cle. j. de renun. cum ibi no. per talem nominationem, & Papæ præſentationem factam eſt translatum negotium ad eum, de appel. vt noſtrum. cum ibi no. & hoc tenet Inn. de poſtu. præla. bonæ. el j. per hoc eſt reſponſum ad ea quod ſicut. de elec. in princip. quod loquitur de nominatione facta in tractatu electionis, & a qua ante præſentationem factam ſuperiori fuit receſſum.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſarij ad eligendum ſub his verbis: dantes eis, & cuilibet eorum poteſtatem eligendi: an eorum quilibet habeat inſolidum obtineat poteſtatem.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi dati ſunt † compromiſſarij quatuor ad eligendum ſub iſta forma: Dantes ipſis, & cuilibet eorum poteſtatem eligendi, &c. quilibet dicatur, habere poteſtatem inſolidum, ita vt vnus ſine alio eligere poſſit? Et dicitur, quod ſic, quia illa verba, cuilibet eorum: æquipollent dictioni inſolidum: vt no. dominus & pater meus de procura. ſi duo. lib. 6. ſuper ver. inſolidum. alle. de offic. deleg. cùm plures. cod. lib. ¶ Ad quod facit illud generale, quod non refert, quid ex æquipollentibus fiat: de verbo. ſignificatio. nihil. & cap. in his. & de teſti. licet ex quadam, nec illud eſt prohibitum a iure, quòd hæc poteſtas poſſit dari pluribus inſolidum: quod probatur, quia nõ reperitur a iure prohibitum, & in abſolute permiſſorijs, quòd non eſt prohibitum intelligitur eſſe permiſſum, vt no. 2. q. 5. conſuluiſti. de tranſac. ea. 2. de rerum permu. ad quæſtiones. de ſpon. cum apud. cum ſi. Nec ob. ſi in inſtrumento dicatur; concedentes & cõpromiſſarij ſupradicti: quia clauſula illa, & cuilibet eorum intelligitur repetita in ſequentibus. 32. q. 7. apoſtolus. de app. ſecundò requiris. Item in dicta clauſula dicitur, quòd ſi de perſona conuenerint, vel diſcordes fuerint, &c. & ſequitur, vnus & ipſorum quilibet vice ſua, & aliorum, quæ verba ſanè intellecta vni ipſorum dant poteſtatem, aliàs viderentur contraria, quod non eſt dicendum, ex quo ſaluari poſſunt, quia vniformis debet eſſe intellectus auctoritatis, 16. quæſtio. 6. & hæc diximus. de bap. maiores. circa medium. ¶ Ex his ergo infertur, quod primus electus ab vno iſtorum compromiſſariorum eſt confirmandus: ad quod optime de reſcriptis. duobus. lib. ſexto, de elect. ſi eo tempore, eodem lib. Ad idem facit de procurato. ſi duo. libro 6. æquiparando procuratores, & compromiſſarios datos inſolidum, in quibus melior eſt conditio occupantis, vt ibi dicitur. Nec obſt. quod in dicto compromiſſo dicitur, quòd cum de perſona cõuenerint, vel ſi diſcordes fuerint, vitæ collegarum, &c. quia iſta verba debent intelligi eo caſu, quo fuiſſent concordes: tunc is, qui eligeret, id facere deberet nomine collegarum: ſed quando ſolus eligeret, tunc ſecus, quia tunc diceret falſum, & eſſet ſibiipſi contrarius: vnde ad hunc caſum non debent referri illa verba, cùm arctarent ad impoſſibile contra ad 4. di. erit autem, & de pac. cap. fina. cum ſimi. & in caſu præmiſſo fuerant diſcordes.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorio & petitorio pro eadem re quandoque agitur.*
2 *Contrarietas non dicitur, ſi duæ gratiæ, vel collationes etiam diuerſorum habeantur.*
3 *Conſenſus electioni præſtitus haud quoquàm erit incertus.*

CONSILIVM VII.

AN e. vt quis duas. de elect. libro 6. habeat locum, quando quis agit pro poſſeſſione beneficij, producendo diuerſos titulos? Et dicitur quòd non. Inducitur primo dictum Archi. in d. cap. vt quis duas. vbi no. quòd quando duo tituli ex eodem fonte procedunt, ita quòd ſecundus titulus nihil iuris adijcit primo, niſi ad quandam, vel imminentem oppoſitionem, vel impugnationem tollendam, ſeu ad defenſionem primi tituli: tunc quis vtroque titulo poteſt vti, vt ipſe dicit apertè probari.
1 C. de contrahend. empt. cum res. † Confirmatur hoc, quia videmus pro eadem re agi poſſeſſorio, & petitorio, de cauſa poſ. paſtoralis. & cap. cum dilectus. Et licèt petitorij effectus ſit ſola declaratio dominij, tamẽ in conſequentiam eſt etiam ad poſſeſſionem vindicãdam: not. doc. de iud. examinata. ergo ex duabus cauſis ſimul poteſt agi.

¶ Item ſicut reo licitum eſt ſimul ex duabus cauſis ſe defendere: de præſcrip. veniens. & in regula, nullus pluribus. de re. iur. lib. 6. ſic debet licere actori, vt in regula, non licet: de reg. iur. lib. 6.

¶ Item regula magiſtralis poſita in dicta regula nullis rationibus, & iuribus roborata, habet, quod vbi ſunt plures actiones non contrariæ, & quæ electione non tolluntur, ſententia in vna lata non parit excep. rei iu-
2 di. in alia † Sed habere duas gratias, vel duas collationes nedum vnius, ſed etiam diuerſorum, non eſt contrarietas, quia multiplicatio vinculi non eſt vinculum tollere, ſicut in multiplicatione excommunicationis non eſt contrarietas, de Iudęis. ita quorundam. Sicut ſecundo appellare non eſt contradicere primæ, vt not. in cle. ſi ante. de dolo, nec ſuccumbens ex vno titulo prohibetur ex alio: nec ſententia lata in vno parit execu. rei iudic. in alio, de cauſa poſ. cap. fina. ergo ex duabus gratijs ad poſſeſſionem, quærendam non eſt iuri inimicus. Et de hoc videtur caſus de conceſ. præbend. poſt electionem. vbi ille Rogerius proſequitur duplicem conceſſionem, & erat actor: quia regula dicit, quod tam ratione primæ quam ſecundæ conceſſionis per ſedem apoſtolicam petit ſibi confirmari: & ita ſentit glo. & probatur etiam ex capi. conſtitutus. de reſcript. quod loquitur de eodem facto. Et poſito, quòd fuiſſet reus, tamen ibi agebatur conuentione, & reconuẽtione: vnde etiam ipſe erat actor: ſic etiam quis proſequitur elec. quam dicit duplici iure ad eligentem pertinere, de conſue. cum dilectus. & in dicto cap. poſt electio. Sed in dicto capitu. vt quis duas. reſpondet ad cõtrarium d. c. poſt electio. & dicit, quòd ibi non dicitur, quòd Rogerius fuerit admiſſus, quaſi velit illa gloſſ. quòd ibi factum narrat: ſed certè, nec ibi dicitur, quòd fuerit repulſus, quia Papa repuliſſet illum, etiam ex officio, ſi petitio non fuiſſet apta, 12. q. 1. ſacerdotibus, de offi. vica. cap. j. & quod ibi not. & de iudi. examinatis. dico igitur, & ita dicit Archidia. in dicto capitu. vt quis duas, quod loquitur in iure, ſeu titulo acquirendo: ſecus in iure iam quæſito: & ſic loquitur capitu. poſt elec. Et diuerſitatis ratio eſt ſecundum eum, quia iura fauorabiliora ſunt, quòd ius quæſitum retineatur, quia ibi nulla poteſt notari ambitio, quam notamus in iure ad rem quærendã: & hoc dictum Arch. tenet & ibi Pau. addens aliam rationẽ, quia in iure quærendo decretum, i. confirmatio requiritur, quod debet eſſe certum non incertum, de conceſ. præben. c. j. li. 6. & in cle. j. eo. ti. & quod dicta diſtinctio inter ius quæſitum & quærendum ſit vera, demonſtro ſic: Si in iure quærendo liceret duas cauſas allegare, & vtranque perſequi, ſequeretur quòd innueret in petitione dicendo ſic,

do ſic, peto confirmari duas electiones de me factas ad talem dignitatem, vel alteram, quæ magis valet: ergo per conſequens id veniret in ſententia, de accu. qualiter & quando. de ſi. licet Heli. ergo ſic poſſet iudex pronunciare dicendo, pronuncio alteram ex duabus elec. de eo factam valere, & ſic neſciret quæ: vnde ſecũdum doc. quod venit in reſcripto, venit in petitione: quod venit in petitione, venit in ſententia, vt no. de cõceſ. præben. cum ſuper. ergo &c. Sed in iure quæſito nõ eſt neceſſarium decretum vel confirmatio, ſed executio, ideo poteſt dicere, prouiſus mihi prouidit epiſcopus de tali eccleſia: item & capitulum, quare peto me poni in poſſeſſione. Io. Calde.

3 † Poſſet addi alia ratio: nam conſenſus, qui præſtatur electioni, non debet eſſe incertus ſed certus, vt no. in c. 2. de elec. li. 6. & electus non poteſt petere confirmationem, antequàm conſentiat electioni, in c. quã ſit. co. ti. & lib. & c. cupientes. Sed ſi ipſe diceret, conſentio illis electionibus vel alteri ipſarum, quæ magis valet: non habemus certum conſenſum, vnde non mirum, ſi requiritur, ꝙ alteram eligat, cui vult cõſentire, vt d. c. vt quis duas. ſed quando beneficium eſt collatũ vel eſt confirmatum, & ipſe agit ad poſſeſſionem, tũc non requiritur nouus conſenſus, quia iam conſenſit, quia collatio recepta continet tacitum conſenſum & acceptatur, vt in cle. i. de conceſ. præben. vnde quantũ ad obtinendam poſſeſſionem ſufficit ei oſtendere titulum, licèt poſſet aliquo alio iure impugnari, de app. conſtitutus. ſecundo. de accu. accedens.

Domi. de ſancto Gemi.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, auaritiæ de elec. lib. 6. an locum habeat in eccleſia parochiali nõ collegiata, in qua præſentationis via rector promouetur.*

CONSILIVM VIII.

1 AN capitulum, † auaritiæ. de elec. li. 6. habeat locum in eccleſia parochiali non collegiata, ad quam aſſumitur rector per viam præſentationis? Et quòd ſic, probant verba ibi poſita poſt prin. ibi, ad regimen eccleſiarum elec. maxime coniuncta glo. ibi poſita, omnium. Et quia præſentatio dicitur electio, de elec. querelam. de iure patro. c. ſi. & c. 3. & c. nobis. ad quod bene facit quod no. de elec. c. ſi. in glo. 2. & quod ibi additur in nouel. ¶ In contrarium facit verbum, dignitatibus. poſitum in d. c. auaritiæ. & quia pœnalis, ergo &c. Putarem locum habere ſaltem, vt priuaretur. Et ſi dicatur, ipſo iure nõ priuatur per dictam decre. auaritiæ. quia non poteſt negari, quin no. in glo. ibi ſuper ver. confirmetur: non habeant locum iſto caſu: & per conſequens diſpoſitio decre. qualiter. de elec. quæ hanc pœnam mandabat imponi. ergo hoc caſu vendicat ſibi locum.

Io. Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio, a qua appellatur, adminiſtrationem non excuſabit.*

CONSILIVM IX.

1 AN appellatio † interpoſita a confirmatione electionis, excuſet confirmationem a pena decre. auaritię. ſi poſtea adminiſtraret? Credo, quòd cõfirmatio, a qua eſt appellatum non manifeſte fruſtratoria interim non excuſet adminiſtrationem, per decre. oblatæ. in fin. de ap. & per ea quæ not. in dicta gl. c. auaritię. & quod ſuper ea ſcribit d. Io. An. Gaſ. de Cal.

De tranſlatione prælatorum. Rub.

¶ Iſtud conſilium fuit datum pro domino An. de Accarolis de Florentia, qui tunc erat epiſcopus Florentinus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ad cardinalatum promotus, ſi cardinalatum noluerit, an contradicere poterit ei, qui ad ipſius epiſcopatum fuerat aſſumptus: & nu. ſeq.*

CONSILIVM I.

1 AN ſi epiſcopus † eſt promotus per papam ad Cardinalatum, & prouiſio de ſuo epiſcopatu eſt ob hoc alteri facta, Epiſcopus ſic promotus vult incumbere poſſeſſioni, quia dicit, quòd non vult acceptare Cardinalatum, licitè contradicat illi epiſcopo, qui fuit promotus ad epiſcopatum, & valeant interim geſta per eum?

Præmitto, quòd iſtud dubium, cùm ſit de maioribus, determinandum eſt per Papam, de bap. maiores. tamen quia de intentione ſcribentis, videlicet Papæ agitur, de iudi. cùm veniſſent: vnde ſtante hoc probabili dubio ille eſſet in poſſeſſione tuẽdus, donec de eius intentione conſtaret, 8. q. 4. nonne. 16. q. j. volumus. Et ſi epiſcopus non acceptauit, vel non vult acceptare capellum vel cardinalatus officium, non deſinit eſſe epiſcopus, quia hoc non eſt de mente Papæ. In omnibus enim, quæ Papa ſtatuit vel mandat, intelligitur, niſi

2 aliud appareat facere ſecundum iuris diſpoſitionem, & ſe iuribus conformare, C. de inoffi. teſta. ſi quando. Inſt. qui. mo. teſt. infirmant. §. ſi. 9. di. iuſtũ de reſcri. cauſam. etiam verba impropriando, de offi. dele. ſuper eo. Sed iura volunt, quod id, quod fit propter gratiam ali

3 cuius, non retorqueatur in eius odium, vt in regula, quod ob gratiam: cum concor. de reg. iur. lib. 6. & beneficio iuuari, decipi non conuenit, de commo. c. j. nec Papa intendit per ſua mandata aliquem grauare, de reſcript. ad aures. de deci. ex multiplici. Eſſet autem deceptio, grauamen ſine lęſio, quod ab inuito auferetur, 56. di. ſatis peruerſum. 16. q. 7. inuentum. vnde dicit lex, quod noſtrũ eſt a nobis &c. ff. de reg. iur. id quod noſtrum. beneficium autem dicitur ſuum, ſ. eius, qui in eo habet canonicum titulum, de præben. ſi tibi abſenti. li. 6. de re. per mu. c. j. eo. li. Et procedit etiã quod dixi, licèt auferatur ſeu tollatur vt ille augeatur, quia tale augmentũ de iure non fit inuitis. ff. de decu. l. 2. C. de app. q ad ciuilia. 74. diſt. ca. j. & 2. 3 2. q. 2. §. integritas. faciunt no. de elec. licet canon. li. 6. Et ſi dicatur, hoc fit propter publicam vtilitatem: tamen dico, quòd licèt publica vtilitas pręferatur priuatæ, iuxta no. in c. bonę. el j. de poſtu. pręla. tamen de iure ad publicam non cogitur quis contra priuatam: loquor de eo, qui cogeretur non propter munus: hoc dico propter id, quod habetur in l. aſſumptio. ff. ad munici. cum ſua materia, alias contra priuatam quis non cogitur, 19. q. 2. duæ ſunt. quod c. loquitur etiam in ſpiritualibus: vnde ad fidem ſuſcipiendam quis non cogitur, 45. diſt. de iu-

3 dęis. 23. q. 5. ad fidem. eo quòd illa non eſſet meritoria, liberi enim arbitrij &c. de pę. di. 2. ſi enim. ver. liberi. Et ideo lex dicit generaliter, quòd inuito non confertur beneficium, ff. de re. iu. inuito. ¶ Ex his ſequitur, quod

5 licet in literis epiſcopi promoti Papa dicat illum abſoluiſſe a vinculo eccleſiæ propter promotionem, quam de eo facit ad Cardinalatum, tamen hęc verba ſunt interpretanda ſecundum iuris diſpoſitionem, vt vim ha

2 beant & effectum eo volente. † ¶ Ex his etiam infertur, quòd promotio facta de alio ad iſtum epiſcopatum

noo

non tenet, quia dicta abſolutio & tranſlatio facta ſunt ob cauſam: & quod ſit ob cauſam cauſa non ſecuta caret effectu.ff.de cōdi.cā da.cau.nō ſe.per totum: ergo talis abſolutio debet carere effectu: vnde dicunt legiſte, quòd cauſa eſt proxima conditioni, vt ſicut neceſſe eſt purificari conditionem, ſic & cauſam, puta cum propter cauſam legaui non legaturus alias, ſicut no. ff.de leg.j.l.ſi ſic legatū.cum ergo dominus Papa fuiſſet promoturus illum ad epiſcopatum, niſi epiſcopatus vacaret, quia hoc eſſet contra iura, de conceſ.præben.c.j.& epiſcopatus non vacet illo non acceptante Cardinalatum, ergo non ſequitur, ille promotus ad epiſcopatum illum, non eſt epiſcopus: confirmantur prædicta per c.ſi tibi abſenti.de præben.lib.6. vbi patet quòd & beneficium non dicitur illius, cui confertur, niſi acceptet: ratio eſt, quia ſicut in matrimonio requiritur conſenſus vtriuſque contrahentium, 27. q. 2.ſufficiat.de ſpon.cum locum.ſic in ſpiritnali: de elec.inter canonicos.ergo cum iſte promotus ad cardinalatum nondum acceptauerit capellum, & ſic non ſit cardinalis, non deſijt eſſe epiſcopus. Concluſio probatur 21.q.2.ſi quis iam tranſlatus, vbi dicitur. quòd tranſlatus nihil habet commune cū prima eccleſia. Et gloſſ. dicit ibi, tranſlatis, confirmatis & poſſeſſionem adeptis: ad quod bene facit de electione. cum in cunctis: & eo.lib.licèt epiſcopus.de præben.ad idem facit quod no.Inno. in c.j.de conceſ. præben.lib.6.in glo.magna, & ibi Io.An.ſuper ver.facultatem.& Io.mo in c.ſtatutum.de præben.eo.lib.qui dicunt, quòd habens literas Papę cum clauſula decreti, tunc demum habet effectū clauſulæ, vt facta contra non valeant, cùm vult vti literis ſuis: tamen clauſula illi inſinuabit voluntatem Papæ, quòd volebat valere contra facta: & tamen valent, ſi ille patitur vel conſentit illa valere: & eſt ratio, quia eius fauore clauſula ſuis appoſita: & cuilibet licet renunciare ei, quod ſui fauore eſt introductum, 7. q.j.quam periculoſum.de reg.ad apoſtolicam. Ad idē quod no.Io.An.in c.pe.de præben.li 6.in verſi. anteferri. vbi dicit quòd ſi habens clauſulam anteferri, non vult vti illa, primus habebit prębēdam, cum illa clauſula poſita fuerit in fauorem ſecundi: & ſic promotio iſtius ſecundi ad epiſcopatum tunc demum debet habere effectum, quando epiſcopus acceptat promo-
3 tionem ad Cardinalatum. † Præterea videtur non incōgrue poſſe probari, quòd per aſſumptionem ad Cardinalatum non vacaret epiſcopatus, niſi ad Cardinalatum aſſumeretur, qui eſſet epiſcopus: quia Cardinalatus non eſt ſimilis epiſcopatui: & quia potius eſt officium, nec per illum efficitur ſponſus alicuius eccleſiæ. Vnde vt no. Hoſti.de elec.eccleſia.el 2. & presbyteri diaconi Cardinales retinent priora beneficia: vnde potius propter commoda eccleſiarum cathedralium, in quibus maius eſt periculum, non conſueuerunt olim epiſcopi promoti ad Cardinalatum retinere epiſcopatum: ſcio tamen, quòd contrarium tenet curia. Ad idem facit, quia etiam actus, qui fiunt pùre, tacitè recipiunt conditiones, nec effectum habent niſi adueniente conditione, 22.q.2.ne quis arbitretur, de iureiu-
4 ran.quemadmodum.cum ibi not. ¶ † Ex quo igitur iſte promotus ad Cardinalatum non conſentit, non valet alia promotio, cum hæc conditio debuit intelligi. Ad idem optimè facit quod not.Ioan.mo.in c.generali.de elec.lib.6.vbi tenet, quòd ſi aliquis habet regalia in eccleſia cathedrali tempore vacationis, quòd ſi epiſcopus transfertur, ille non habet regalia, antequā tranſlatus conſentiat, cum non vacet eccleſia ante illius conſenſum, & dicit ſe ſic vidiſſe pluries declarari. Et placet hæc opi.Io.An.in regula, quod ob gratiam. de reg.iur.lib.6.fateor igitur cum Io.in præalle.c.ſcias. & cum Io.mo.in c.generali. præalleg. quòd Papa poteſt abſoluere inuitum ex cauſa a vinculo, quo tenetur eccleſiæ ſuæ. Imo plus dico, etiam ſine cauſą, licèt illud non eſſet debitū vel honeſtum: & dico, quòd vbi aliud non apparet ſecundum caſum propoſitum, nō debet intelligi nec præſumi Papam voluiſſe promoueri iſtum epiſcopum ad Cardinalatum, vbi ipſe non vult vel non habet ratum: & ſic tranſlatio de alio facta ad epiſcopatum caret effectu. Et ex hoc reſpondetur ad id, quod allegari poſſet in contrarium, quòd velit nolit, iſte debet tranſire, ex quo Papa promouit, qd fateor, quando verè conſtat Papam etiam inuitum velle promouere, ſed ſecus in caſu dubij, vt eſt dictum. Non ob.quod Papa ſtatim confert beneficia promoti in epiſcopum, vt no.glo.in ele.j.vt lit.pen. Quia dico, quòd illud eſt contra iura, vt dicit illa gloſſ. vel ideo iſte ſtylus inualuit, quia communiter promoti in epiſcopos non denegant ſed conſentiunt. Et ideo Papa præſumit illum promoueri, propter quam præſumptionem confert beneficia. Sed ſi diſſenſus adeſſet, habet ſtylus illud, quod ſupra dixit Io.mo. Ex prędictis ergo concluditur, quòd iſte licite incumbit poſſeſſioni, donec appareat de intentione Papę prçciſa, & ſic poteſt interim exercere ea, quæ ad poſſeſſionis commodum pertinent, quæ etiam ſtatim non admittitur per ſententiam, vt not. in c. apoſtolicę de excep. & ſic poterit interim iſte promotus ad Cardinalatum vt verus epiſcopus ſoluere, vel ligare ordines, & beneficia cōferre, pro eccleſia contrahere, & ſoluentes liberare, & in ſpiritualibus & temporalibus prout & ſicut poterat ante promotionem prędictam.

Gaſpar de Calde. Idem conſuluit Io. de fract. motus per dictum Io.mo.ſupra allega. Idem Lau.de Pin.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi tranſlati inuicem vnus ad alterius epiſcopatum, an poſſit vnus epiſcopatum alteri contradicere.*

CONSILIVM II.

1 AN ſi duo epiſcopi † transferuntur vnus ad epiſcopatum alterius, poſſit vnus ipſorum alteri contradicere, ſi venit pro poſſeſſione dicendo, quòd non vult conſentire promotioni. Et dicitur, quòd non, quia Papa etiam inuitum epiſcopum transfert: no.Hoſt.& Ioan.And. de poſtul. præla.c.ſi.& ibi Pau.& Io.And.de re.permu.quęſitum. & Hoſt.in ſumma de tranſla.præla.§.ſi. circa princip. Fede.de Se.in tractatu permuta.q.26. Non ob. concluſio facta ſupra conſilio proximo: quia ibi quærebatur de tranſlatione facta fauore perſonæ, & in eius honorem, hic de tranſlatione facta ad parem, & in vtilitatē eccleſiarum. Et ita planè ſonant literæ, quando Papa tales promouet, per quod apparet, quòd Papa intendit etiam illum inuitum promouere, quod ſecus in conſilio præcedenti, donec aliter declaret Papa intentionem ſuam.

Gaſpar de Calderinis.

De renunciatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio dignitatis facta metu in virum conſtantem cadente, eſt nulla.*

CONSILIVM I.

1 RENVNCIATIO † dignitatis facta per metum, qui poteſt cadere in conſtantem virum, non tenet, vel ſaltem eſt retractanda, ff.quod met.cauſa.l.j. & in c. Abbas, quod met.cau.quod rectè ponit caſum de illo, qui renunciauit eccleſiæ

cleſiæ ſuæ per metum: & innuit, quòd eccleſia ſit ſibi reſtituenda ſine noua colla. & ſic videtur eum ſumma re lo. Sed ſi vellemus tenere renunciationem, non poteſt negari, quin ſaltem ſuperioris officio implorato, vel ſaltem actione, quod me. cauſa, intentata reſtitutionem fieri, vt dict. iur. & co. ti. ad aures: & cap. ad audientiam vbi videtur placere Inno. quod actio. quod met. cauſa intentata ſit reſtitutio.

Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Capellanus legati, an poſſit renunciare capellaniæ inſcio legato.*
2 *Legatus ſicut poteſt capellanum renitentem licentiare, ita capellanus à legato nolente diſcedere.*

CONSILIVM II.

1 AN capellanus † legati habentis priuilegium ab apoſtolica ſede, vt poſſit conferre beneficia capellanorum ſuorum, poſſit renunciare capellaniæ etiam ignorante legato. Et dicitur quòd ſic, quia quilibet poteſt gratiæ ſuæ & fauori ſuo liberè renunciare, 7. q. j. quam periculoſum. & de reg. ad apoſtolicam. cum ſi. ſed capellania principaliter reſpicit fauorem recepti ad capellaniam: ergo &c. Minorem ꝓbāt verba receptionis, q̄ pro eā ſumūtur ibi, vt eum opportunis proſequamur fauoribus & honoribus congruis attollamus: quæ verba oſtendūt fauore ſui iſtud ius fore conceſſum etiam perſonaliter, quod innuunt etiam præcedentia, generis ac morum nobilitas &c. facit de præben. de multa. in fin. Nō ob. quod dicitur, quòd beneficio ſuo quis renunciare non poteſt ignorante ſuperiore, 18. q. 2. abbas. de ren. admonet. Quia illud propter fauorem eccleſiæ, cui alias renunciare volens eſt vtilis, & forte ſuaſione ſuperioris inducitur ad remanendum; qui renunciare volebat. Sed hic fauor iſtius capellani principaliter vertitur, vt ſupra dixi. Item nec capellania talis inducit plenam tranſlationem, vt not. glo. pe. in cle. ſi. de cele. miſ. & tales liberè renunciant, vt not. de tranſ. præla. c. ſecundo, & plene per glo. in c. ſi electio. de elec. lib. 6. quæ glo. non obſt. in quantum dicit, quòd quantum ad præiudicium ſuperioris nunquam tenet renunciatio. Et ſecundum hoc talis renunciatio non debet valere, quia legatus virtute talis priuilegij non poſſit cōferre beneficium tale. Sed hoc non eſt verum, quia talem poteſtatem non habet legatus, niſi durante capellania, vt probat tex. in c. ſi. de verb. ſig. li. 6. Si ergo ante vacationem capellania erat ſoluta, habeo propoſitū. Item illa glo. loquitur de iure iam acquiſito ſuperiori, licet nondum declarato: ſed hic non erat ius quæſitum legato, niſi ſtante capellania, & occurrente vacatione eccleſiæ capellani: ſicut ergo qui non plene tranſtulit actionem in alium contra debitorem ſuum, q̄ a lis non fuit conte. vel adhuc is, in quem facta eſt tranſlatio, nihil recepit, liberè mutat propoſitum, C. de noua. ſi delegatio. & liberè mutatur teſtamentum, quod morte non eſt confirmatum, ff. de leg. 3. ſi quis in principio. de celeb. miſ. cum Marthæ. & patronus accumulat alium præſentando, de iure pat. cum autem. nec clericus vnius eccleſiæ dicitur plenè tranſlatus, niſi illā plenè fuerit conſecutus, de præben. de multa. cum ſimili. Cum ergo non fuerit plene tranſlatus, libere potuit tali capellaniæ renunciare. Præterea aut iſte cōtractus initus inter dominum legatum & capellanū fuit nominatus, aut innominatus. Si nominatus dicitur, non poteſt dici, niſi quod inter legatum & ipſum, videatur quaſi quædam ſocietas contracta, tunc non eſt dubiū, q̄ alter altero inuito & ignorante poteſt tali contractui renunciare. ff. pro ſocio. ſed & ſocius Et eſt ratio, quia regulariter nemo inuitus compellitur ad communem etiam retinendam: ad hoc C. eo. l. fin. ff. de condi. indebi. ſi non ſortem. §. ſi centū. Idem ſi fuerit quiuis alius cōtractus innominatus gratia alterius principaliter, ſicut fuit iſte, vt ſupra probatum eſt: & potiſſime, quando is, cuius gratia celebrata eſt, illi renunciat, vt hic, C. ſi manci. ita fuerit alienatū. l. j. & facit de proc. c. 2. lib. 6. vbi procurator ante li. conteſt. liberè reuocatur: ſed ſecundum veritatem iſte videtur contractus eſſe innominatus, qui eſt debilior. Et ideo facilius renunciatur, potiſſime cum hic non videatur intereſſe delegati, nec ei præiudicari quoad eſſentiam contractus: & quia quantum ad priuilegium, de quo quæritur, res adhuc eſſet integra, ſufficiat remittere ad no. de elec. in cauſis. & c. noſti. Et ſi dicatur, immo acquiſitum eſt ius delegato, ſ. conferendi beneficia capellanorum, quando occurreret dicta vacatio: dico, quòd hic non procedit aliqua obligatione, quæ ſit inter delegatum, & capellanum, ſed ex priuilegio conceſſo & ſic per accidens: vnde capellania eſt cauſa valde remota: ſed ratione priuilegij habet hanc poteſtatem, quare ex tali contractu eius non intereſt.

Gaſ. de Cal.

2 ¶ Pro parte illa facit, quia ſicut legatus poſſet ſua ſponte licentiare talem capellanum a ſe etiam renitentem, & ignorantem, arg. de accu. nullus. ita debet & poſſe iſte capellanus diſcedere ſua ſponte a familiaritate, & capellania iſtius legati, vt æqualitas hincinde ſeruetur: & hoc maximè, quando capellanus non aſſumitur ad tempus determinatum, ſed ſimpliciter, vt ſic vnus videatur alteri commodare ad libitum ſeruitia, & commoda ſua ad inſtar rei commodatæ, quæ poteſt reuocari, ſi tempus eſt finitum. de commodato. cap. j. Ex quo ergo tempus non eſt determinatum, videtur a principio, ſi eis placuerit, permanere in eadem voluntate legati retinendi, & capellani ſeruiendi. ¶ Do. de ſancto Gemi.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij in manu generalis vicarij an valeat.*
2 *Vicarius in beneficijs collatiuis, electiuis, & præſentatiuis nil poteſt.*

CONSILIVM III.

1 AN renunciatio beneficij in manibus vicarij generalis † non habentis ad hoc ſpeciale mandatum valeat? Dico quòd hoc non eſt iuriſdictionis, ſicut nec collatio, vt ſint paris iuriſd. contraria. de pœ. diſt. j. verbum, & collatio non tranſit in generali mandato, de offi. vica. cum in generali. lib. 6. ergo. Præterea ſi renunciatio eſſet iuriſdic. hoc non eſſet, niſi voluntariè, quia nulla cauſa cognita ſit: ſed omnino de plano nulla citatione præcedente: illa autem, quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ debent fieri a ſuo iudice: de pœ. quod autem. & c. pe. qui fi. ſint legi. per venerabilem. vnde exempti nō poſſent renunciare in manibus epiſcopi: not. de conſue. cum venerab. & ſuus iudex videtur eſſe collator, ſed vicarius non eſt collator ſine ſpeciali mandato: ergo &c.

Gaſp. de Cald.

¶ De hoc per docide conſue. cum dilectus. per Ioan.
2 And. de elec. quanquàm. lib. 6. ¶ † Et concludunt rationes prædictæ vicarium non poſſe in beneficijs collatiuis, ſed idem videtur in electiuis, & præſentatiuis: quia licet vicarius cōfirmet in talibus ex generali mādato, vt no. in c. ſi. de offi. vica. lib. 6. tamen non poterit recipere renunciationem, quia per illa clericus ab eccleſia alienatur: quia per talem admiſſionem fit alienatio perſonæ, ſed vicarius alienationem facere non poteſt: ad hoc quod no. Innoc. in c. ad hæc. de offic. Archid. vbi dicit, Archidiaconum, qui eſt vicarius epiſcopi, non

pi, non

pi non poſſe alienationibus conſentire. Ad idem facit quod no. glo. in c. pe. de ſupplen. neg. præla. li. 6. & Io. An. in c. fi. eo. ti. & li. vbi expreſſe volunt, quòd capitulum vacante ſede, quod tamen ſuccedit in poteſtate iuriſdictionali epiſcopi, non poſſit dare licentiā tranſeundi clerico ad aliam eccleſiam, cum illud ſit alienare. Eodem modo dicemus de vicario, qui etiā exercet iuriſdictionem epiſcopalem: non tamen hanc alienationem facere poterit ſine ſpeciali mandato.

¶ Dominicus de ſancto Geminiano.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians beneficio, eius priuatur poſſeſſione.*

CONSILIVM IIII.

1 AN renuncians beneficio perdat † illius poſſeſſionem. Dicitur quòd ſic, quia poſſeſſio animo perditur, ergo per renunciationem amittitur: no. Inn. in c. veniens. in prima gl. de renun. & eo. ti. ſuper hoc. in gl. poteſt autem. & eo. ti. quod in dubijs. in gl. 2. tamen ſi renuncians incumbit poſtea, poſſet retinere naturalem, ſed ciuilem perdidit, ff. de acqui. poſ. l. poſſideri. §. in admittenda. & quod no. de reg. iur. c. j. Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

2 *Impetrans gratiam ad beneficia dicens ſe dimiſſurum aliam, quam prius obtinuerat, an ſufficiat ſibi hoc verbis exprimere.*

CONSILIVM V.

1 AN ſi impetrans gratiam ad beneficia † offerens ſe dimiſſurum aliam gratiam quam obtinuerat, ſi conſequatur beneficium per ſecūdam, ſufficiat ſibi verbo exprimere, quòd habet illam pro derelicta: an requiratur renunciatio expreſſa? Et dico, quòd ſufficit verbo exprimere, nam licet habens ius in re volens renunciare, debet hoc facere in manibus ſui ſuperioris, de renū. admonet. tamē habens ius ad rem tantum, ſicut electus ante confirmationem & impetrans ante colla. de conceſ. præbē. c. pe. & fi. li. 6. ſatis eſt quòd dicat ſe habere gratiā pro derelictis. Ex hoc enim dicitur dimittere. Imo facto dimittere non poſſet, quia factum non habet. Et ideo hæc verbalis dimiſſio ſufficit, per quam declarat ſuam voluntatem, per no. de transla. præ. c. 2. de elec. ſi electio. li. 6. & Hoſtien. de app. conſtitutus. & recitat ibi Io. ſuper gloſ. imo etiam, habens ius in re quo ad ſui præiudicium ei videtur renunciaſſe, ſi habeat pro derelicto: nota. de renūciatione. quod in dubijs. & per glo. penul. in c. ex ore. de his quæ fiunt a maiori parte cap.

Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus an ſit vocandus, quando præſentatus & per epiſcopum inſtitutus beneficio eſt renunciaturus.*

CONSILIVM VI.

1 AN patronus laicus debeat vocari, † quando præſentatus per eum & poſtea per epiſcopum inſtitutus vult renunciare beneficio. Et dicitur quòd non, quia iura loquentia de renunciatione, loquuntur tantum de epiſcopo vel prælato habente reſtituere, de renun. admonet. & c. quod in dubijs. cum igitur hoc non reperiatur iure cautum, non eſt neceſſarium vocare.

Gaſpar de Calderinis.

CONSILIVM VII.

AN quis poſſit etiam pacto renunciare iuri ſuo: vide infra de pac. conſilio j.

De ſupplenda negligentia prelatorum. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Teſtator hoſpitale ædificans ſic, quòd ab aliquibus nominatis prouideatur de rectore, intra quantum tempus debebit prouideri.*
2 *Epiſcopus hæredes detentores bonorum legatorum ad hoſpitalis vſum coget ad ſatisfaciendum.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN ſi teſtator ædificans hoſpitale † diſponit, quòd intra menſem canonici prouideant de rectore, lapſo menſe deuoluatur ad epiſcopum, qui ſi intra menſem non prouidet, deuoluatur ad certos religioſos: nec illis ſtatuit certū terminum, quantum tempus habeant illi ad prouidēdum. Et ſi habent & non prouident, ad quem deuoluatur poteſtas prouidere? Dico, quòd ſi teſtator nō prouidit de tempore, & hoſpitale non habet conferri in titulum, quòd tunc nullum tempus currit, quia c. 2. de conceſ. præb. & c. ne pro defectu. de elec. vel alia iura de tempore prouidendi diſponentia non vendicāt ſibi locum in hoſpitalibus, cum de eis non loquatur: tenet conſequentia, quia deuolutio ad ſuperiorem eſt quædam pena; ergo vbi a iure vel ab homine non eſt impoſita, quis non incurret, 33. q. 2. ſeculares. §. in hoc capitulo. vnde dico, quòd per concilium Lateranen. non fit deuolutio ad ſuperiorem, quia hoſpitalia non ſunt beneficia eccleſiaſtica; quia non conferuntur in titulum: vnde clemen. quia contingit. de reli. do. quæ loquitur de iſtis hoſpitalibus, vtitur verbo commiſſionis: ideo prohibet talia conferri in titulum, & vult quòd non valeat conſuetudo de eis conferendis in beneficium, & ſic non ſunt beneficia. Item hoc patet, quia laicis debent committi, vt ibi patet. ergo non ſunt etiā adminiſtrationes tales eccleſiaſticæ vel ſpirituales, 96. diſt. bene quidem. de iudi. decernimus. Et licet in caſu noſtro committatur vel committi debeat ſacerdoti, hoc eſt ex diſpoſitione teſtatoris, quæ diſpoſitio non alterat naturam hoſpitalis: nam & ipſis ſacerdotibus committitur, vt bonis viris: tamen remanet locus profanus: ideo licet teſtator dixerit, quòd non volebat, quòd eſſet locus religioſus, nec ipſum eſſet ſubiectum iuriſdictioni epiſcopi vel eccleſiaſticæ perſonæ, tamen eſt effectus inuito teſtatore religioſus & ſubiectus epiſcopo: ad hoc de reli. do. de xenodoch. 10. q. j. ſicut qui-
2 dam. & c. nouerint. Vnde † licet teſtator prohibuerit, tamen epiſcopus coget hæredes vel detentores bonorum legatorum ad vſum hoſpitalis, quòd in hoſpitalitatis vſum conuertantur, vt dicta cle. quia contingit. non poteſt enim facere teſtator, quin leges habeant locum in teſta. ſuo, de teſta. tua nos. d. c. requiſiſti. cum ſi. Item voluit, quòd huic præeſſet presbyter. Itē quòd ſi intra menſem non prouideretur, deuoluatur ad epiſcopum: quæ omnia oſtendunt locum ſubiectum epiſcopo. Ad prædicta, quia in acquiſitione talium locorum committitur ſimonia, vt no. j. q. 7. ſi quis omnē. Ad præmiſſa igitur dico, quòd ſi religioſi, ad quos vltimate deuoluitur, prouidere poſſunt de rectore quādocunque, nec eis currit tempus: poteſt tamen epiſcopus eos monere, vt intra certum tempus conferant. Et ſi intra illud tempus non prouiderit, epiſcopus iure communi prouidebit, quia ipſe eſt a iure executor in his hoſpitalibus, vt hoſpitalitas obſeruetur, vt in d. c.

de

de xenodochijs.imo & generaliter omnium teſtamẽtorum ſaltem quo ad pias voluntates, de teſta. tua ſi. hæredes.& c.Ioannes. quod dixi de aſſignatione termini per epiſcopum facienda, probatur per ea quę no. Inno.& Hoſti.de pręben. extra pandę. §.qui vero.

Gaſpar de Calde.

Melius facit quod no. de electio. cum eccleſia vulterana.& de conceſ.pręben.ex parte.

Do.de ſan.Gemi.

De filijs presbyterorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus ſacerdotis an poſſit eſſe canonicus in eccleſia, in qua pater fuit canonicus.& nu.3.*

2 *Gratiæ ad beneficia ambitioſa,& ideo reſtringendæ.*

CONSILIVM. VNICVM.

1 AN ſi filius illegitimus ſacerdotis, † cum quo, diſpenſatum eſt, quòd poſſet ad omnes ſacros ordines promoueri, & quod poſſit etiam, habere eccleſiam curatam, ſi poſtea beneficium curatum permutat cum canonicatu eccleſiæ cathedralis in qua pater etiam eſt canonicus, non facta mentione in permutatione, qualiter pater eſt ibi canonicus, valeat permutatio, quæ eſt facta in Romana curia ex commiſſione Papę.& an dicta diſpenſatio habilitet eum ad eccleſię cathedralis canonicatum.

2 ¶† Premitto, quòd licet gratię ad beneficia ſint ambitioſę,& ideo reſtringendę, tamen quanto ampliores ſunt, amplius ſeu largius interpretandę: ita dicit tex. in c.quamuis. §.fi.de pręben.li.6. vnde diſtinguendum eſt in forma diſpenſationis, quia quędam eſt arcta, vt quia diſpenſatur ſimpliciter cum illegitimo, vt poſſit beneficia eccleſiaſtica obtinere.& tunc propter excellentiã eccleſię cathedralis non veniat canonicatus ipſius, vt dicta decre.quamuis. ad idem 12.di.nos conſuetudinẽ, & ſic procedit opi.Io.mo.poſita in c.j.de fil.presby.li.6. Quędam diſpenſatio eſt ampla, vt in caſu noſtro, in qua diſpenſatur etiam quo ad curatum,& ſic in quolibet beneficio circa dignitates. Item diſpenſatur, vt ad omnes ſacros ordines poſſit promoueri. ergo videtur diſpenſatum, vt beneficia poſſit obtinere, ne in clericorum opprobrium mendicet. de præben.cum ſecundum.& no.Inno.de fil.presby.c.fi. ſunt enim conſecutiua vnum ad aliud, ordo & beneficium, 21.di. cleros.81. di.ſi quis ſacerdotes.cum ſi. Cum igitur in diſpenſatione ſit adiectum, quòd poſſit obtinere beneficium etiã curatum, patet quòd ex tali notabili expreſſione cõprehenduntur omnia beneficia maiora & minora, de verb.ſig.tua.pręter tamen dignitates, de pręben. c. ſi. Et hac ratione moti doc. dixerunt, quòd epiſcopi diſpenſant cũ illegitimo, vt poſſit eſſe canonicus cathedralis.no.Hoſt.in ſumma, de fil.presby.§.ſi. iuxta fi. & Arch.in d.c.j.de fil.preſ.li.6.& ibi Io.An. Item ſi diſpenſatum eſt in curato habendo, in quo requiritur omnis integritas ætatis, ſcientiæ & natalis, vt c.cum in cũctis. de elec.§ inferiora.de æta.& quali.cum ſit ars, quis diceret, talem a ſimplici beneficio ſicut eſt canonia licet eccleſiæ cathedralis repelli, vbi hoc ſic non requiritur? de elec.ex eo quod.li.6. Non ob.ſi opponatur de no.in c.licet.de transla.præla.& per rationem ibi poſitam in tex. propter maiorem vtilitatem, quæ erat in promotione ad archiepiſcopatum, quam in tranſlatione ad epiſcopatum: quia ibi diſpenſatio non tollebat impedimentum tranſlationis ex fauore prouenieus ſcilicet primi vinculi, quo epiſcopus erat ſuæ primę eccleſiæ matrimonialiter alligatus: vnde poſt diſpenſationem adhuc remanebat epiſcopus. Sed in diſpenſatione, de qua loquimur de tollendo defectum illegitimitatis pręter omnem culpam tuam contractã, 50.di naſci.non eſt par eadem ratio diſſoluere fauorẽ, vt in prædicto caſu,& odium abolere: & hoc eſt quod voluit Archi.in d.c.1.de filiis presb. hęc etiam videtur fuiſſe mens Spec.in tractatu diſpenſationum.§.poſtremo.ver.ſed quid ſi cum tali licet non clare, ſed ex allegatione quam facit decre. pro illorum. de pręben.& c. accepimus. de ętate & quali. Concluditur illud, cum ambo loquantur in eccleſiis cathedralibus. Item, vt di xi, gratia beneficialis licet ſit odioſa, quando eſt amplior, includit eccleſiam Metropolitanam, vt d.c.quãuis.de pręben. multo ergo fortius, quando eſt magis ampla ſicut iſta, quę nedum includit iſtum habilem in vna ciuitate & prouincia, ſed etiam in toto mundo, ff.de poſtu.l.penul.11.q.3.ſi quis a principio. hanc concluſionem apertè probat ca.per venerabilem. qui filij ſint legitimi. vbi diſpenſatio facta ſuper defectu quo ad ordines quaſi ad maius habet effectum: quo ad ſucceſſiones & honores ſeculares quaſi ad minus, & tamen ſunt diuerſarum ſpecierum: hęc fuerunt de mente Ioan.Andreæ in addi.Spec.de fil.presbyte. licet non
3 ita clarè: & hoc de primo dubio. ¶ † Ad ſecundum de patre, qui eſt canonicus in dicta eccleſia, an per hoc gratia ſit nulla ex taciturnitate. Dicitur quòd non: pro quo declarando facio hanc concluſionem, quòd reddere gratiam nullam ex taciturnitate alicuius exprimendi non debemus dicere: nec vbi ius exprimit de illo tali facere mentionem: nam quod gratia ſit nulla, eſt quædam pœna, ſeu punitio: ſed vbi ius, vel iudex pœnam non imponunt, non debemus dicere pœnam fuiſſe impoſitam, 32.q.ſecunda, ſeculares.§.in hoc capitulo.no.in regula, in pœnis.de reg.iur.lib.6. ſed non eſt iure expreſſum de tali impedimento patris mentionem fieri debere: ergo confirmatur hoc, quia non debet remoueri vt obſtans, quod de iure non ob.not. doc.de reſcriptis.mandatum. ſed iſtud non reperitur in iure expreſſum obſtare: ergo nõ debet obſtare: hoc voluit gl.in cle.prima.de præb.in gl.5. ¶ Quod autem iſtud non ſit probatum, oſtendo: nam duo tex.videntur contrarij, videlicet cap.cum decorem.& capit.ad abolendam.de filiis presby. Sed decreta. cum decorẽ. non ob.quia loquitur de illegitimo, cum quo non eſt diſpenſatum: & idem ibi ſummat Ioan. And. & ſentit ibi glo.ſecus ſi eſſet legitimus: cum autem eum, cum quo eſt diſpenſatum, æquiparamus legitimo, quia per illam ſublata eſt macula, qui filij ſint legi. per venerabilem.C.de nup.l.imperialis.§.primo.no.Innocen.de filijs presby.veniens.ergo decreta.ad abolendam.loquitur etiam de illegitimo, vt dicit ibi glo.prima. Sed hæc eſt concluſio Hoſtien.& Ioan.And.& quaſi omnium: & veritas, quòd circa ſucceſſionem filij in beneficio paterno curato, dignitate, vel præbenda diſtinguenda eſt identitas beneficii, vel quaſi: & an ſit diſtinctio prębendarum, vt no.Ioan.And.in c.ad hæc.eo.ti.filius poteſt eſſe epiſcopus in eccleſia, in qua pater eſt canonicus præbendatus, vel alias beneficiatus Archidiaconus, vel aliam dignitatem habens, dummodo legitimus. Item poteſt habere beneficium in eccleſia, in qua pater eſt beneficiatus, nec de minoritate curandum, ſed de identitate beneficij, vel quaſi, ſicut in rectoratu de vicaria perpetua, vt in ca.ad extirpandas.& capit. Michael. Idem vbi indiſtinctè ſint præbendæ,& certus numerus præbendarum, vt de præbend. dilecto. de conceſ.præbend.ex parte.ergo dummodo non ſit idẽ canonicatus, & præbenda, qua ſuccedat filius patri, non eſt prohibitum filio legitimo, vel cum quo eſt diſpenſatum, habere canonicatum in eccleſia paterna: ſic hæc gratia valuit.

Gaſpar de Calderinis.

De

De officio archidiaconi. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Statutum alicui ſoli licentiam doctorandi tribuens, iuri communi an ſit contrarium.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN Archidiacono Bononienſi † per priuilegium apoſtolicum ſit conceſſa poteſtas impartiendi licentiam doctorandis per hæc verba: Autoritate præſentium duximus ſtatuendum, vt nullus vlterius in autoritate prædicta docendi regimen aſſumat, niſi a te obtenta licentia. Tale priuilegium emanans per modum ſtatuti aliquid ſibi conferat præter vel contra ius commune? Et videtur quòd ſic, quia dare talem licentiam non ſpectat de iure communi ad archidiaconũ, de offi. archi. & hæc per totum vbi talia non ponuntur. Imo potius de iure cõmuni videtur ſpectare ad epiſcopum & capitulum loci, vbi viget ſtudium, ar. c. quia nonnulli. de mag. & de hæc. cum ex iniuncto. quod videtur ſentire Hoſtien. in ſumma, de magiſt. §. quid iuris. poſt prin. & ſic concedit aliquid contra ius commune. ¶ Poſt dictum priuilegium conceſſum eſt aliud epiſcopo & capitulo Bononienſi ſub iſto tenore: Statuentes, quòd archidiaconus, qui pro tempore fuerit, niſi abſens pro negocijs & euidenti eccleſię vtilitate fuerit, fructus in abſentia non percipiat, nec officium ſuum alicui valeat committere exequendum: ſed abſente archidiacono, vel ipſo vacante officium exequamini, & prouentus percipiatis, ſicut ad vos pertinet communiter vel diuiſim. ¶ Modo quæritur, an iſtud ſecundum priuilegium aliquid conferat vltra quàm fuerit conceſſum per primum: imo adimet archidiacono, & illud de nouo cõcedit epiſcopo & capitu. nam ante illud priuilegium poterat archidiaconus in abſentia per alium doctorẽ licentiam interponere, cùm ſibi competeret ratione officij archidiaconalis, vt quo aliter poterat committere, de offi. or. c. fi. & quod ibi no. & ponit D. & pater meus dominus Io. Cal.

De officio vicarij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi autoritatem donationi iuris patronatus alteri factæ an poſſit interponere.*

CONSILIVM PRIMVM.

1 AN vicarius epiſcopi ex generali mandato poſſit interponere autoritatem donationi iuris patronatus alteri factæ? Et dicitur quod non: quia requiritur ſpeciale mãdatum: ad hoc de offi. vica. & quod no. per Io. And. & per Fede. de Senis in ſuis conſilijs. Hæc eſt allegatio, & cuius fuerit non apparet.

SVMMARIVM.

1 *Collatio epiſcopi extra diœceſim exiſtentis an præualeat collationi vicarij in diœceſi ſpeciale mandatum de eodem beneficio habentis.*

CONSILIVM II.

1 AN collatio epiſcopi exiſtentis extra diœceſim & vicarij ſui exiſtentis in diœceſi habentis ſpeciale mandatum de eodem beneficio facta præualeat illi factæ per vicarium cadẽ die? Et dicitur, quòd illa epiſcopi, quia facta a maiori præualet a minori, de præben. ſi a ſede. lib. 6. facit quod no. Io. mo. in c. pe. de reſcrip. lib. 6. Maior eſt poteſtas epiſcopi, quàm ſui vicarij, de præben. dudum. lib. 6. ¶ Item epiſcopus poteſt vicarium ad ſui libitum reuocare tacite & expreſſe: ſed conferendo beneficiũ quãrum ad illud videtur reuocaſſe poteſtatem vicarij, ſicut dicimus in domino tractante cauſam, in qua dederat procuratorem: de procu. li. 6. ſi quem. Et tamen procurator inuitus non poteſt reuocari, niſi poſt litem conte. de procu. c. 2. lib. 6. vicarius ſic, vt no. de offi. vica. clericos. Item mandatum procuratoris durat poſt mortem & non vicarij, vt no. Io. And. in c. fi. de offi vica. Si ergo facilius reuocatur poteſtas vicarij, quàm procuratoris, & per exercitium actus, quẽ facit dominus, reuocatur poteſtas procuratoris, fortius illa vicarij. Item in ſimili per cognitionem, quam facit delegans, videtur reuocare poteſtatem ſubdelegatum: no. de app. intimaſti. & Archi. de offi. dele. quãuis. lib. 6. ergo pariter ordinario conferente videtur reuocari dicta poteſtas. Ad idem quod dicimus de Papa, quòd conferendo beneficium videtur alijs poteſtatẽ abſtuliſſe, vt no. vt eccleſiaſti. bene. vt noſtrum, & not. de conſtitu. cum M.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi auctoritatem monaſterij ædificationi interponere & abbatiſſam illi præficiendo, an poſſit.*

CONSILIVM III.

1 AN vicarius generalis epiſcopi † habens ſpeciale mandatum ſuper executione teſtamẽtorum, poſſit auctoritatem interponere ædificationi monaſterij per teſtatorem relicti, & illi præficere abbatiſſam: & ſi ſit corrupta, diſpenſare cum illa. Et dicitur, quòd non, quia iſtud eſt de maioribus, quæ non tranſeunt in generali mandato: ad hoc de conſecra. diſt. j. nemo. j. 16 q. j. quicunque 18. q. 2. quidam. de priui. cum olim & eod. ti. auctoritate. lib. 6. in quibus exprimitur de epiſcopo. Nec ob. gl. d. cap. nemo. dicentis, per ſe, vel alium, quia vt dicit ibi Arch. illud, alium, intelligitur de delegato epiſcopi ſpeciali, & tunc hoc fateor, ſed in generali mandato iſtud tã graue reſeruatum epiſcopo non tranſit: ad hoc de of. leg. quod tranſlationem. de proc. qui ad agendum. libro 6. Nec ob. quòd ſi habet mandatum ad exequendum teſtamenta, ergo ad iſta, quæ ſunt præambula, de offi. deleg. præterea. & cap. prudentiam. §. pen. & ſi quia talis monaſterij ordinatio eſt principalis, quod fieri debet. Nam primo oportet domum compaginari, & ſic habitatorem induci, 32. q. 2. Moyſes. per talem ergo poteſtatem ſibi datã generaliter poteſt facere executionem, vt potuiſſent executores, ſi neglexiſſent, vel defeciſſent: ſed executores debuiſſent ad epiſcopum recurrere, vt eſt dictum: facit de teſta. nos quidem. ergo in tali generali mandato hoc non venit, vt ſic hæc poteſtas intelligatur ſecundum iuris diſpoſitionem, de reſcrip. cauſam quæ. de tranſla. præla. c. fi. de verb. ſig. ex parte. el tertio. ¶ Item non tenuit diſpenſatio facta per vicarium cum dicta abbatiſſa: tum quia poteſtas diſpẽſandi non tranſit in generale mandatum, vt probant iura ſupra alleg. & ca. pe. & fi de offi. vica. lib. 6. nec ſibi dicenti eſt credendum, ſed debet apparere. C. de eden. ſi quis in aliquo. 100. diſtin. contra morem. de verbo. ſignifi. abbate. de fide inſtrum. ca. primo, tum quia epiſcopus non poſſet etiam ipſe diſpenſare, ſi notoria eſſet corruptio, vt no. Archid. 26. diſt. Achatius.

Ioan. Calde.

CON-

CONSILIVM IIII.

AN vicarius epiſcopi ex generali mandato poſſit recipere renunciationem beneficiorum, vide ſupra de renuncia. conſilio 4.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi executionis faciendæ terminum quando prorogare queat.*

CONSILIVM V.

1 POTEST vicarius epiſcopi ex cauſa legitima prorogare terminum executionis faciendę de vltima voluntate defuncti ad pias cauſas, etiã ſi ſit iuris vel conſtitutionis ſynodalis, quæritur, ſi poteſt epiſcopus ex cauſa mutare locum, quod eſt, multo fortius terminum quod eſt minus: primum probatur de teſtamen. nos quidem. ſecundum per argumentum a minori, iuxta no. de elec. cùm in cũctis.
Io. Calde.

CONSILIVM VII.

AN vicarius epiſcopi poſſit permutare beneficia ſine ſpeciali mandato: vide infra, de rerũ permu. conſilio 7.

De officio delegati, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Legatus eum, quem excommunicauit, quando abſoluere poſſit.*

CONSILIVM I.

1 AN legatus abſoluat excõmunicatũ † a ſe poſt lapſum anni, quo fuit prolata ſententia, Et dicitur quòd non, vt in c. quærenti. de offi. deleg. Nec ob. quod ibi no. Inno. ſuper verſi. annum. quia illud habet locum, cum fuit appellatũ, & de executione tractatur, quia appellatione pendente non currit annus: de quo in dicto capitulo quærenti. vnde ſi poſtea confirmatur ſententia in cauſa appellationis, tunc tenendo quòd primus iudex poſſit exequi, non curamus lapſum anni, quo durauit appellationis cauſa, vt no. co. ti. paſtoralis. in glo. ſed pone. vbi verò quæritur de abſolutione ab excommunicato lata per diffinitiuam, ſi fuit appellatum a ſententia, & appellatio per ſuperiorem recepta, ipſe abſoluet, vel is, cui commiſerit: facit de offi. dele. paſtoralis. §. præterea. Si autem non fuit appellatum, vel appellatum, ſed appellans non fuit proſecutus, vt in caſu noſtro ponitur, intra annum poteſt delegatus abſoluere: ſed poſt annum non, vt not. Inn. de reſcrip. ab excommunicato. in gl. remiſſio. & facit quod ipſe no. de offi. dele. prudentiam. §. cęterũ, in gl. quòd ſi fuerit. & Io. An. de ſen. excom. ad hoc. Nec ob. quod no. Inn. de præben. pro illorum. imo facit pro prædictis, vbi apertè dicit, quòd poſt diffinitiuam iuriſdictionem non habet niſi vſque ad annum: vnde iſto caſu abſolutio debet peti a Papa, cum alius non poſſit niſi in mortis articulo, de offi. ordi. paſtoralis. §. præterea.
Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

Monachus an valeat per epiſcopum delegari ſine abbatis licentia.

CONSILIVM II.

1 AN geſta per monachum datum delegatũ † a diœceſano ſine licentia ſui abbatis valeant? Et dicitur quòd ſic: nam diœceſanus committendo licentiam concedit. Eſt autem diœceſanus prælatus religioſorum non exemptorum non ſolum mediatus, ſed etiam immediatus, vt poteſt colligi ex no. 11. q. j. de perſona. de offi. ordi. quanto. ergo habet licentiam expreſſam ſui prælati. Et per hoc reſpondetur ad iura, quæ religioſum reddunt inhabilem ſine licentia ſui prælati, 16. q. j. præſentium. & c. monachi. & clemen. 3. de procu. Et plane quod dixi, videtur expreſſum 16. q. j. q vere. bene facit quod no. Archid. de teſta. c. 2. lib. 6.
Io. Calderi.

SVMMARIVM.

1 *Officium decem libertatis Florentiæ an ſic ſit, quòd ipſi iuriſdictionem delegatam vel ordinariam obtineant.*

CONSILIVM III.

1 AN officium decem libertatis de Florentia, † qui interponunt ſe de cauſis ex conuentione cuiuſdam comitis inter commune Florentiæ, dicantur habere iuriſdictionem delegatam vel ordinariam, an verò certam notionem, vel tanquàm arbitri? Et dicendum eſt, quòd non eſt delegata nec ordinaria, cum procedant ex voluntate illorum, qui in ſe commiſerunt: vnde non poteſt dici, q ſit poteſtas a publico introducta aliquam ſpeciem iuriſdictionis producens: & ideo intelliguntur, & ſunt veri arbitratores, vel iudices, aut arbitri: & ita gl. hanc q. decidit in terminis in l. pe. ff. de arbi. Et licet ipſi decẽ laudent ex poteſtate eis tradita per commune Florentiæ per modum legis, non tamen per hoc dicam ipſos decem vlla iuriſdictione ſuffultos, quia ex illa poteſtate nihil facere poterant: ſed ſolum ex poteſtate eis tradita per comitem, qui in eorum manibus ſe cõmiſit. ¶ Ex his patet, quòd non ſunt aſſeſſores, non cõſultores, non auditores, non executores meri, cum dictæ contentiones & lites ad eorum audientiam concurrant, & ipſas debeant ſine debito terminare ex originali poteſtate per ipſum comitem attributa, velut reconciliari volenti, non velut iuriſdictionem tribuere volenti: & ſi hanc partem tenere vellemus, quòd haberent delegatam, cum ipſe ordinariam dare non poſſet: & ſic contraria eius voluntate talis iuriſdictio finiretur, ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur.

SVMMARIVM

1 *Mandatum moriente mandatore an dicatur expirare.*

CONSILIVM IIII.

1 AN mandatum expiret re integra, mandatore moriente? Dic, quòd aut mandatum vel præceptum conſiſtit in iuriſdictione: & tũc re integra expiret, de offi. dele. licet. & c. legatum. de offi. le. c. fi. Aut in executione alicuius facti: & tunc aut illud eſt ab initio neceſſarium, ſicut mandatum factum a iudi. nuncio: & tunc non expirat, vt Inſti. manda. §. recte. ſic eſt in præcepto, quod obligat ſemper & ad ſemper, 93. q. 5. ſi non licet. & ita intelligo dictum §. & Auth. vt nulli iudicum. ſi autem de mãdato procu. ad litem, dic vt in cle. procurator. cum ibi not. de procur. Si autem de mandato procu. ad negocia, dic vt not. Innocent. in capitu. dilecti. de ſo. competen. de materia, 13. quæſt. prima, quod præcipitur. 18. q. ſi. dudum. & no. doc. de offi. deleg. licet. & Roſr. bene
in

in rubri.de accuſationibus. Gaſpar de Calder.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatio ſuper electionis confirmatione facta, dicitur valida.*

CONSILIVM V.

1 AN valeat delegatio facta ſuper † confirmatione electionis, quæ nondum erat facta? Dico quòd ſic, quia ſicut curator & procurator dantur liti nondum inchoatæ, ſic & index poteſt dari: primum probatur de procu. per totum. & de iudi. ſi annum. lib. 6. Item etiam datur iudex liti, quæ nondum eſt, de offi. deleg. c. j. & fi. lib. 6.

Gaſpar de Calde.

S V M M A R I V M

1 *Sacerdos & regularis poteſt eſſe laici delegatus.*
2 *Chriſtus non vult ſacerdotes iudices, vel ſecularium negociorum eſſe cognitores.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſacerdos vel prælatus regularis † poſſit eſſe delegatus laici in cauſa ciuili? Et dicitur quòd ſic, quia edictum de iudicibus delegatis eſt permiſſorium regulæ, ſicut dicitur de teſte in l. j. ff. de teſti. in procu. mutus in matrimonio, de ſpon. cum apud. Sacerdos verò non reperitur expreſſe prohibitus imo permiſſus, vt infra oſtendam, iſta dicit Spec. de dele. §. conſtituitur autem delegatus. Item iſtud eſt expreſſum a iure etiam in cauſa criminali ciuiliter mota, vel tali, in qua non agatur ad pęnam ſanguinis, 23. q. 8. ſępe. & c. ſeq. de rap. in archiepiſcopatu. facit de fide inſtru. inter dilectos. ver. 2. Non ob. ſi dicatur, quòd ſacerdos debet vacare diuinis & horis ſuis canonicis, de cele. miſ. c. j. cum ſi. quia intelligo, quòd illas horas non prætermittat, alias ſi omitteret præter cognitionem cauſæ, tunc peccaret. Nec ob. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. ſacerdotis. Imo facit, prout enim ibi patet in ſacerdote poteſt compromitti: licet per ſacerdotium aſſumptum nouiter ſoluatur compromiſſum primo factum, per ea quæ ſupra dixi. Et ſi intelligeretur de quadam dignitate ſeculari, quæ ſic appellabatur, vt ſolet dici in l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de pac. & in c. ſi diligenti. de foro compe. nihil faceret ad propoſitum. Non ob. ſi dicatur, quòd ſicut eccleſiaſticæ cauſæ ſunt committendæ viris eccleſiaſticis, ita ſeculares ſecularibus, ne iuriſdictiones turbentur, 10. di. quoniam. de iudi. nouit. cum ſi. quia per hoc non ſequitur, quòd excludantur clerici: nam clericus ſuppler negligentiam iudicis ſecularis etiam in cauſis laicorum, ſed non econuerſo, in Auth. vt dif. iu. §. ſi cõtigerit. col. 19. de iud. qualiter. & quod ibi no. ¶ Nõ ob. c. te quidem. 11. q. j. quod multum videtur facere contra: quia poteſt intelligi, quando ſacerdotes propter hoc retraherentur a diuinis: & probatur in d. c. j. ibi, ne præfa. vel. dic ibi no. Hug. † quod mens illius eſt,
2 quòd Chriſtus non vult, quòd ſacerdos ordinetur ad hoc, vt ſit iudex vel cognitor ſecularium negociorum: & ſic dicit illa litera: & idem eſt dicendum de prælato regulari, arg. iurium prædictorum. Non ob. ſi dicatur, quòd illa iura loquantur de epiſcopis: quia epiſcopi etiam cenſentur religioſi, eo quòd locum tenent apoſtolorum. 12. q. j. videntes. vnde religioſus poteſt eſſe epiſcopus, de elec. nullus. lib. 6. Quod ergo dicitur de epiſcopis, multo fortius habet locum in alijs religioſis prælatis, vt religio non obſtet aperte. Coadiuuatur hæc ratio, quia propter conditionem & ſtatum ſuum prohibetur ne de ſecularibus quæſtionibus & litibus ſe intromittant, vt c. monachi. & c. præſentium. 16. q. j. & c. j. & 2. de poſtu. ne cleri. vel mona c. j. ſed ſecundũ omnes ſtatus epiſcoporum eſt perfectior, quàm ſtatus religioſorum prælatorũ, vt plenè ſcripſi 14. q. j. in prin. ſed non repugnat ſtatui epiſcoporum talis delegatio, ergo multo minus ſtatui prælatorum regularium. Ad idem facit quod dicitur de compromiſſo, quod poteſt fieri in ſacerdotẽ: circa quod poſſet videri quod no. in Spe. de arbi. §. fi. ver. ſed quæro. hoc etiam probatur aliter. Eadem enim eſt ratio in cognitione cauſarum eccleſiaſticarum per viam delegationis, quæ eſt in cognitione ſecularium inter laicos: quia vtroque caſu immiſcent ſe litigijs, & retrahunt a contemplatione diuinorum: & tamen in primo caſu tenet delegatio facta prælato regulari, quæ non teneret facta nõ principali officiali epiſcopi obedientiario, vel priori clauſtrali, vt in cle. & ſi principalis. de reſcrip. in Spe. de legato. §. fi. ver. nunquid monacho. ergo eodem modo in caſu iſto: vnde etiam Papa cauſam ciuilem inter laicos committit interdum laico, interdum prælato eccleſiaſtico, vt patet de ap. ſua nobis. per quę reſpondetur ad c. j. 2. 3. & 4. 88. di. & c. monachi. & c. de pręſentium. 16. q. j. & ad rationem l. repetita. C. de epi. & cle. & ad id quod no. Inn. in c. j. ne cleri. vel mo. quæ omnia habent locum, quando talis pręlatus vel clericus vellet cauſam ciuilem audire, & de ea cognoſcere inter laicos, vel quando conſtitueretur generalis iuſtitiarius domini temporalis, vt d. c. j. ne cleri. vel mo. & ita loquitur Gra. 11. q. j. §. ex his. ſecus autem, quando ex delegatione ſuperioris ordinarij etiam ſecularis, per ea quę ſupra dixi in vtroque articulo, & no. Inn. in d. c. in archiepiſcopatu.

Io. Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Delegans ſi de cauſa cognouerit, delegatum ipſe reuocabit.*

CONSILIVM VII.

1 AN delegans cognoſcendo de cauſa, † videatur delegatum vel ſubdelegatum reuocare? Et dicitur quod ſic, vt no. Inn. & Hoſti. de app. intimaſti, & Arch. in c. quamuis. de offi. deleg. lib. 6. allega. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. §. j. & facit quod dicitur de procura. vt in capitulo 2. de procura. libro ſexto. Gaſpar de Calderinis.

De officio legati. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus de latere eccleſiam ſuæ prouinciæ monaſterio alterius ſubiectam in conuentualem quando poſſit erigere.*

CONSILIVM I.

1 AN legatus de latere poſſit erigere vnã eccleſiam ſuę prouinciæ in conuẽtualem legitima cauſa ſubſiſtente, quę eſt de ſua prouincia, ſubiecta tamen monaſterio alterius prouinciæ? Et dicitur ꝙ ſic, quia legatus eſt epiſcopus exemptorum, vt patet in c. abbatem. de elec. li. 6. & in c. auctoritate. de priui. co. lib. Sed ſicut epiſcopus facere poſſet legitima cauſa ſubſiſtente, de reli. do. conſtitutus. de eccle. ędifi. c. 3. de reb. eccle. non alie. dudum. lib. 6. multo ergo fortius poſſet legatus, imo etiam poſſet hoc facere inuito monaſterio maiori, ex quo legitimæ cauſę ſubſunt, ſicut poſſet epiſcopus cum capitulo, vt no. in iuribus pręallegatis.

Ioan. Calde.

CON-

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta a legato, cuius poteſtas non eſt probata, an ſit bona.*

CONSILIVM II.

1 AN valeat collatio † beneficij facta p legatũ de latere in prouincia, qui cõiter putabatur legatus, licet aliter nõ pbcẽ eius ptãs? Et vr̃, ꝙ ſic, quia propter eorũ honeſtatẽ credẽdũ eſt eis, 97. di. nobiliſſimus. & ibi no. in gl. fi. vñ nõ eſt veriſimile, ꝙ contuliſſet, ſi ptãtẽ nõ habuiſſet: item ex quo ſic cõiter reputabaẽ error cõis, facit valere geſta, licet in veritate ptãtẽ non haberet, ff. de offi. prę. l. Barbarius. 8. q. 4. nonne. ſicut dicimus in patrono, de iure pa. cõſultationib. de ele. querelã. ad hoc qđ no. Guil. in Spe. de eo qui putabaẽ legatus, qui tñ non erat, ꝙ valẽt perpetuo geſta per eũ, vt in Spe. de le. §. ſupereſt. ver. qđ ergo. Nõ ob. c. eũ in iure. de of. delega. quia loquitur in delegato. Sed legatus eſt ordinarius, vt in c. 2. de offic. leg. lib. 6. Io. & Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM

1 *Legatus ab onere, quod impoſuit, quando abſoluere poſſit.*

CONSILIVM III.

1 AN ſi legatus hñs mãdatum † diſpẽſauit in cãmẽimoniali, imponẽdo diſpẽſato, vt ſeruiat in guerra eccłiæ cũ certis eq̃s, poſſit poſtea mutare dictũ onus, vel abſoluere? Et dr̃, ꝙ ſic, q̃a per impoſitionẽ talis ſeruitij nõ fuit conſumpta ptãs dicti legati, de pb. dudũ. lib. 6. facit 36. q. j. de rap. de voto. c. j. & qđ ibi no. 82. di. pſbyter. imo alterũ de pdictis eſt opportunũ: q̃a guerra, quã tunc hẽbat eccleſia in puincia Romandiolæ, ad quã ſe referũt dictæ literæ diſpenſationis, olno ceſſauit: vnde id adimplere ſm ſui formã eſſet impoſſibile: ergo & c. ad hoc ff. de pę. l. j. § fi. & ff. de iur. om. iu. l. ſi q̃s §. in ſeruos. C. de ſer. fu. l. quicũque. 12. q. 2. fraternitas. de male. cap. 2. bene facit quod no. de ele. ſi compromiſſarius. li. 6. Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Legati ignorantis ſe a Papa reuocatum geſta, an ſint valida.*
2 *Ignorantia in dubio præſumenda.*

CONSILIVM IIII.

1 AN ſi Papa reuocat legatũ in publico cõſiſtorio, pſuppoſito ꝙ ad eius notitiã nondũ venit, valeãt † geſta per eũ poſt dictam reuocationẽ, & añ notitiã. Secũdo, an in dubio pſumaẽ notitia reuocationis ad eũ peruenisse. ¶ Ad primũ dr̃, ꝙ valent, per c. audita. de reſti. ſpo. & qđ ibi no. doc. vbi valẽt per delegatũ reuocatum añ reuocationis notitiã. Et idem Io. And. in c. j. de conceſ. præb. §. ex parte. lib. 6. ¶ Itẽ ſimplr reuocatio ſine notitia reuocationis rẽr nõ ipedit nec priuat actionẽ alias lẽimẽ geſtã poſt reuocationẽ in piudiciũ gerẽtis, vel eius, cũ quo eſt geſtũ, ſiue ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis, de reſc. ex parte decani. & qđ ibi no. per Io. And & in cle. j. de renũ. & quod ibi no. & de proc. c. 2. li. 6. Fallit in trãſlatione dominij, quod ſine voluntate dñi in aliũ trãſferri nõ põt, ff. ſi cer. pe. l. eius qui in prouincia. Fallit ẽt in caſũ c. fi. de proc. li. 6. ¶ Itẽ negari non põt, ꝙ licet reuocatum fuerit officium legationis, tamẽ ex quo legatus reuocationẽ ignorauit, & ſp exercuit officium ipſum & bona fide, quin rõne ſaltẽ quaſi poſſeſſionis officij, quã habuit bona fide, valere debeant geſta, ex quo eſt in quaſi poſſeſſione. Ad hoc faciunt no. ã. in conſi. 2. Nõ ob. l. iudiciũ ſoluitur. ff. de iud. quia dẽt intelligi, vel qñ reuocatio trãſiuit in notitiã, vel intelligendo iudiciũ pro iuriſdictione, põt dici ꝙ iuriſdictio bene reuocaẽ, ſed nõ p hoc annullaẽ, vel impediẽ actus geſtus poſtea per ignorantiã reuocationis. Nõ ob. c. pſenti. de of. dele. li. 6. vbi per reuocationẽ expirat officiũ legati: quia dẽt intelligi cũ limitatione pdicta. Nõ ob. dictũ Cy. C. mãda. l. mandatis. vbi tenet, ꝙ iuriſdictio reuocata etiã ignorãte illo facit inualidũ proceſſum poſtea geſtũ. cũ & ignorãti conferaẽ iuriſdictio: all. ff. de iudi. l. cũ furioſus. quare ſuppoſito, ꝙ eſſet verum de iure ciuili, tamẽ ipſemet fatẽt canoniſtas id nõ tenere. ¶ † Circa ſecun-
2 dum dubium dr̃, ꝙ ignorãtia præſumiẽ. ff. de prob. l. verius. de reg. iu. pſumiẽ. li. 6. Item caſus vr̃ in cle. j. de iud. vbi ſi Papa mandat ſpecialiter, & ex certa ſciẽtia, & in publica audiẽtia apoſtolicarũ literarum, vel in papali palatio publicè ſint factæ citationes de aliquib. quę citationes ẽt poſtea affigantẽ ianuis maioris eccleſiæ loci, in quo Romanus Ponti. cum ſua curia reſidebat, non arctant citatos, tanquàm perſonaliter ſint citati, niſi in caſu quo illi impediunt, quominus ad eorũ notitiã poſſit peruenire. In alijs ergo ſecus. Non ob. c. j. de poſtu. prę l. vbi pſumiẽ ſcientia geſtorũ publice: quia illud procedit quo ad illos, qui ſunt pſentes in loco, in quo actus ſit publicè: ſecus in abſentib. & remotis a loco illo, vt no. 12. q. 2. qui & humanis. & 82. di. propoſuiſti. & gl. in dicta regula. pſumiẽ: in quib. oĩb. no. probari ignorãtiã eius, quod eſt publice factum, pbat abſentia a loco, quod puto de abſentia ſic remota, qđ aliàs non ſit veriſimile perueniſſe ad notitiam: facit cle. cauſam. ver. verum. de elec. Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Legatus treugas a ſe ind. ctas, an relaxare queat.*

CONSILIVM V.

1 AN legatus, qui treugas indixit, poſſit illas relaxare, vel incurrentes pęnas ex non obſeruantia abſoluere? Concludiẽ, ꝙ ſi hoc fecit ex ſpeciali mandato Papę, nõ poſſet abſoluere, & illas remittere, niſi per hoc ẽt haberet ſpeciale mandatũ ab apoſtolica ſede: bene facit de ver. ſig. c. ſi. quod no. ff. de proc. l. qui procurator. & quod no. de reg. iur. odia. lib. 6. & quod notat Io. And. in c. cum ex iniuncto. de hære. in fin. Si autem propria auctoritate, tunc abſoluere poſſet. Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Legatus taxationem procurationis cum clerico facta quãdo poſſit mutare.*
2 *Papæ literæ ſecundum commune ius interpretandæ.*

CONSILIVM VI.

1 AN legatus poſſit mutare taxationem pcurationis factę cũ clerico puincię, & ſic obſeruãte. Et dr̃ ꝙ ſic, q̃a ſtãdũ eſt ei, qđ pſumiẽ iuſtè factũ, donec de ɔ̃rio cõſtet, ſiue ſit actus iudicialis, vt ſnĩa, de renũ. in pñtia. de re iu. cũ cãm. ſiue extraiudicialis factus ab hnte ptãtẽ, Inſti. de ſi. inſtr. §. fi. & quod no. in ca. ſiçut. de re iu. ad hoc 2 t. q. j. quid ergo. de preſc. ad audientiã. & qñ certa forma illi actui a iure nõ eſt. præfixa: facit qđ no. Io. An. in c. in Geneſi. de elec. ſuper ver. tractatũ. & per hoc quod vltimo dixi ceſſant ɔ̃ria. Sed hic tractaẽ de facto legati extraiudiciali, cui certa forma non eſt a iure pręfixa, & ad eius ſpectabat officium, ſaltẽ conſentiente clero Rauẽnati tacite, vel expreſſe: ergo illi ſtandum: facit ẽt, quia pręſumitur pro geſtis a legato, de elec. bonæ. el j. Non obſt.

prima taxatio, quia illa retractata fuit per ſecundam, quod quidem fieri potuit. Imo debuit, ſi prius minus legitimè taxata fuit: & enim tractemus de actu, qui pẽdet ex voluntate facientis cum conſenſu illorum, contra quos fit tacitè, vel expreſſe, & de eo, ſecundæ ſtandum eſt, & non primæ: facit de conſti. cap. j. libro 6. & quod ibi nor. C. de pac. l. pacta nouiſſima. Roboratur quod eſt dictum ratione obſeruãtiæ ſubſecutæ, de qua conſtat. In talibus enim ſtatur vſui quo ad ipſarum procurationum quantitatem, ex quo aliud non apparet, licet non curat præſcriptio, vt nil ſoluatur. Primũ patet de cenſi. eccleſiis. & ca. ſuper eo. Secũdum patet de cenſi. cum inſtantia. de præſcrip. accedentes. maxime autem procedit primum, quia vt no. Ioan. And. de cenſi. procurationes. legati hodie recipiunt procurationes nõ ratione viſitationis, ſed communis oneris: facit de elec. vt præteritæ: de procur. cum pro cauſa. de ſtatu regu. cum ſſ. ſingulis. Et ideo eo fortius valet cõſuetudo in quotitate, vel quantitate. Et ſi dicatur, conſuetudo prædicta præſcripta non eſt: dico, quod ſiue ſit præſcripta, ſiue non, nil refert, ex quo id poteſt conſuetudine introduci, & ſecundum ſtatũ, in cuius poſſeſſione ſunt, vel quaſi, eſt iudicandum, ex quo de contrario vſu præſcripto non apparet, & ad contrariũ mãdatum Papæ, vel aliud non vrget: ad hoc de elec. cũ eccleſia. de preb. cum de beneficio. li. 6. fateor tamẽ, quod ſi legatarius aliquid rationabile dicat, quòd taxatio ſit iniuſta etiam ſecundum ſtatum modernum quantum ad facultates eccleſiarum facta fide de hoc coram iudice competenti ad modum iuſtum, & rationabile eſſent omnia reducenda: quia licet legati præcedentes potuerunt ſibi præiudicare, nõ tamen ſucceſſoribus: ad hoc de inſt. cum veniſſent. de reb. eccle. non alie. epiſcopi. de rerum permu. c. 2. Item cum ſecundum facultates ipſarum eccleſiarum dicatur facta taxatio facultatibus augmentationis, neceſſaria eſt alia taxatio ſaltem miniſterio hominis, vt de cenſi. quanto. † Non ob. literæ Papæ, quæ debent interpretari ſecundum Ius cõmune, ex quo aliud non apparet: de conſue. cum dilectus. vt ſic quantitas ſola intelligatur, quæ iuri communi ſit conſona: vel illud verbum, ſola, in literis poſitũ reſpiciat caſus, vel modos procurationis recipiendarum, non quantitate. Io. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere, an poſſit conferre beneficium ſimplex ſpectans ad collationem abbatis.*

CONSILIVM VII.

1 AN legatus de latere habens ſpecialem commiſſionem conferendi beneficia, & dignitates etiam curatas vſque ad certam ſummã, poſſit conferre beneficium ſimplex ſpectãs ad collationem abbatis ſuæ prouinciæ excedens dictã ſummam? Et dicitur quòd ſic: nam iſtud põt virtute legationis abſq; alio mandato, de of. leg. c. 3. li. 6. Iſta aũt poteſtas iuris cõis non tollitur per poteſtatem ſibi ſpecialiter cõceſſam: & hoc probãt multæ regulæ. Prima, qa Papa nõ intendit tollere per ſuas literas ius cõe, niſi hoc exprimat: de reſc. nõnulli. cum ſi. Secũda, quia qđ eſt inductum ad augmentum, nõ dẽt operari diminutionẽ eius, qđ primo competebat. Tertiò, quia beneficiũ conceſſum nõ dẽt eſſe dãnoſum. Quarto, qđ fauore alicuius eſt cõceſſum, vel ob gratiã, non dẽt in læſione redundare, de reg. iu. quod ob gratiã. li. 6. Et hoc ꝓbant iura allegata in dicta regula. Quinto, quia priuilegiũ non debet extendi vltra mentẽ concedentis, 13. q. 2. §. ad hoc callida. de præb. cui de non. li. 6. Sexto, quia idem actus non debet inducere præmium, & pœnam, vel diuerſos effectus, 16. q. prima. legi.

SVMMARIVM.

1 *Legatus an poſſit dignitates ſuo capellano in ſtudio commoranti conferre.*

CONSILIVM VIII.

1 AN ſi legatus habet poteſtatem conferẽdi dignitates familiaribus ſuis commenſalibus, poſſit conferre capellano ſuo abſenti, & in ſtudio commorãti? Et dicitur, q ſic, fraude ceſſante, quæ non præſumitur, niſi probetur, l. dolũ. ff. de dolo. & de renun. c. 2. li. 6. maxime in legato atteſtãte ipſum ſuum eſſe capellanum, qui eſt nobiliſſimus, nec etiam in capellano deſcripto in c. j. qui licet ſit in ſtudio, tamen ſecundum atteſtationem legati poteſt, & debet cenſeri continuo commẽſalis, licet prima facie c. fi. de ver. ſig. li. 6. videatur dicere contrarium, vbi dicitur, illos eſſe, qui ſuis expenſis domeſtici commenſales exiſtunt &c. ſed intelligentia verborum debet ſumi ex cauſis, vt dicit tex. in c. intelligentia. de ver. ſig. vnde ex loco, ex tempore, ex perſona conſideranda ſunt, vt dicit textus 29. di. in prin. & c. j. & ex aliis circunſtantiis, 23. q. 5. de occidendis. de iureiur. Quintauallis. cum ſi. Item illud verbum continue illius text. & priuilegij, debet intelligi ciuiliter, vt poſſit etiam ſe abſentare ꝓ factis legati, & propriis, vt no. glo. in c. fina. vt in ſi. dicit can. nunquam de manu tua exeat pſalterium. de conſe. diſt. 5. nunquàm, & tamen intelligimus, ideſt horis congruis, vt ibi not. Et clericus continuè debet reſidere in eccleſia, de cle. non reſi. quia nonnulli. Et tamen dicitur reſidere abſens ex cauſa infirmitatis, vel ſtudij, eo. titu. relatum, vel in ſeruitio Papæ, vt eo. ti. dilectus vel epiſcopi. eo. ti. de cætero. Et ideo dicit Arch. in d. cap. fi. continuo, i. tempore congruo: ad idem concordantiæ, quæ allegãtur gl. ſi. ibi: ad idem de preb. præſenti. §. j. li. 6. per quod c. iuncto c. relatum. de cle. nõ reſi. incunctanter hoc eſt dicẽdum, quod ſi ſine fraude cauſa ſtudij animo redeundi ſtudio finito moraturus, & in officio capellaniæ legato fuerit ſeruiturus, quo ad priuilegia conceſſa legato includitur, etiam ſi proprijs expenſis eſſet in ſtudio: quia (vt eſt dictum) verba illa, quę ſunt in priuilegio, videlicet ſuis expenſis debent intelligi ciuili modo, quare præſupponitur in ſeruitio legati actualiter eſſe. Sed cum iſte, qui dicitur continuo capellanus, vt eſt dictum, poſſit etiam pro ſuis negocijs abſentare eo modo, vt etiam tunc ſuis expenſis poſſit in ſtudio ſtare, & inhumanum, & inhoneſtum eſt dicere, quòd non ſeruiens actualiter ab ipſo aliter vellet conſequi expenſas, 13. q. 2. ergo ad hæc callida. Præterea illud, ſuis vel ſuis expenſis: debet intelligi ſecundũ conſuetudinem patrisfa. ff. de pigno. act. l. vel vniuerſorum. ff. de vſu. qui ſemiſſes. §. fi. ff. de leg. 1 ſi ſeruus facit de pig. illo vos. debet ergo intelligi de expenſis faciendis, vel recipiendis, vt ipſe etiam legatus aliis præſtat quot enim & quanti ſunt familiares, qui domino Papæ, & Cardinalibus proprijs expenſis ſeruiunt, & interdum robbam ſoluunt, & etiam interdum contribuũt ad expenſas victus: ergo propter hoc non minus ſtabitur aſſertioni legati, vel eius literis, quibus aſſerit ſuum eſſe capellanum quotidie commenſalem.

Gaſpar de Calderinis.

CONSILIVM IX.

AN ſi legatus reſeruauit præbendam vacaturam pro Titio, & dedit ſibi executorẽ in certa eccleſia, poſtea vacante præbenda legatus confert non facta mentione de ſua reſeruatione Seio: & etiam executor confert Titio, quis horum ſit potior in præbenda? vide infra de præbend. conſilio 3.

CON-

CONSILIVM X.

AN legatus de latere poſſit permutare beneficia collegiata ſuę prouinciæ: vide j. de rerũ permu. cõſi 8.

De officio ordinarij, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit ſubditi iuramentum alicui de aliena diœceſi factum relaxare.*

CONSILIVM I.

1 AN Epiſcopus illius, qui iurauit ſeruare inſtrumentum alteri exiſtenti de aliena diœceſi, & in diœceſi aliena ſit ille, qui habeat relaxare iuramentum? Et dicitur quòd ſic, quia ad illum epiſcopum principaliter ſpectat compellere illum ad obſeruantiam, cum neceſſario foret obſeruandum: probatur 11. q. 1. experientiæ. de offi. ordi. c. 1. de fo. compe. cum contingat. depu. cano. nos inter. de vſur. poſt miſerabilem. etiam ſi dicatur ſpectare ad. epiſcopum diœceſis in qua iuratum eſt: quia per hoc non excluditur proprius diœceſanus: ad hoc de ſen. excommunica. nuper. in fi. propter delictum vel contractum non excluditur iudex domicilij: probatur C. vbi de cri. agi oportet. l. 1. de foro compen. c. fi. vnde ſacerdotem Ferrarienſem ſtudentem Bono. in legibus poteſt abſoluere Bono. ab excommunicatione, vt no. Hoſti. ne cleri. vel mo. cap. fi. Ioan. Andr. in cap. pen. de offi. de. facit quod no. 16. q. 1. c. 1. Item in pluribus iudicibus poteſtatem habentibus locus eſt præuentionis de app. vt debitus. de foro compe. cap. pe. Nec eſt verum, quòd in huiuſmodi abſolutione a iuramento epiſcopus perſonæ iurantis, & epiſcopus loci, vbi fuit præſtitum iuramentum, debuerint conueniri, per id quod habetur de ſenten. excommunica. cum illorum, quia vt ibi no. etiam in caſu illo abbas perſonæ monachi excommunicati abſoluit: ſed abbas monachi verberati verberat excommunicatum, prout fit in tali abſolutione. Et hoc eſt ideo, quia abbati monachi percuſſi debet fieri ſatiſfactio, eo quòd ei ſiue eius monaſterio in perſonam monachi fuit iniuria irrogata: quam ſatiſfactionem monachus percuſſor facere non poteſt, cum nihil habeat, 12. q. 1. non dicatis. nec monaſterium tenetur ad illa, quia delictum monachi &c. vt in regula, delictum. de regulis iuris, libro ſexto.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata iudice non ſedente, an valeat.*

CONSILIVM II.

1 AN ſi vicarius epiſcopi, vel alius ordinarius non ſederit † in procedendo in loco conſueto iuxta l. pe. ff. de iuſti. & iu. & l. cum ſententiam. C. de ſenten. iudicium teneat? Et dicitur quòd ſic, per tex. c. cum epiſcopus. de offi. ordi. li. 6. dummodo enim locus ſit honeſtus, vbicunque prætor ſalua honeſtate ſui imperij, i. loco honeſto. Et ſaluo more maiorum, i. non extra territorium, 9. q. 2. c. 1. Is enim eſt mos maiorum, vt extra territorium ius nõ dicant, tenet iudicium: ita no. Hoſt. in ſumma. de ſen. §. apud quem. verſicu. nam is &c. & Archidia. in dicto c. cum epiſcopus. vbi tex. etiam in fi. dicit libere, quaſi nõ obſtante aliquius contradictione etiam partis: per totum enim territorium non præſumit ius ſubditum grauari. Ad prædicta Auth. de ſanc. epiſcopis. §. vt autẽ. colla. 9. C. vbi ſena. vel cla. l. 1. & c. cum perſonæ. de priui. li. 6. ibi, loco congruo & ſecuro, cum ſi. facit de app. qua fronte. ibi; nõ in camera tua. Et ideo dicit Archi. in d. c. cum epiſcopus. ꝙ non ad vnum angulum diœceſis reſtringendus eſt locus, ſed in omni loco ius põt reddere: dat ſimile de eo quod dicit l. 1. ff. de vi & vi ar. Ad idem quod not. Spe. de ſen. §. iuxta propoſitionis. ver. item eſt nulla. vbi dicit, ſententiã non fore nullam, licet feratur in loco inhoneſto partibus non contradicentibus. Non ob. l. in contrariũ alle. quia illa voluit determinare ius dici interdum pro loco: nec etiam ibi dicitur proceſſus alio loco habitus non valere, l. cum ſententiam. loquitur, quando in loco occulto ſententiam profert.

Gaſpar de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ciuitatis quã polleat poteſtate.*

CONSILIVM III.

1 QVam poteſtatem habet poteſtas † ſecularis ciuitatis vel caſtri? Primo eſt adminiſtrator cõmunis ciuitatis: vnde; ſi non eſt diligens in ſatiſfactionibus, captionibus, & fideiuſſionibus recipiendis, tenetur vtili negociorum geſt. actio communi ad intereſſe, C. de admi. reipub. l. 1. & quod ibi no. maximè cũ ciuitas cenſeatur pupilla, C. de iure rei pub. l. rem publicam vt pupillam &c. Et hęc pertinerent ad præſidem exercentem iuriſdictionem, cum ſit executor iuriſdictionis & ſententiæ: licet ſecus eſſet in adminiſtratione rerum corporaliũ, vt no. C. de admi. reipu. in rub. Tenetur etiam Poteſtas ex debito officij exequi condemnationes communis, & eas exigere ex neceſſitate. Primo, quia gerit perſonam adminiſtratoris communis, & gerit eius negocia in officio exequendo, ff. de ne. geſtis. l. 2. Item ex debito rationis publicæ vtilitatis, ne maleficia remaneant impunita, vt ſ. dictũ eſt: aliàs præſides puniuntur, C. de priua. carce. inhib. l. vnica. nec debet diſſimulare prædicta, vt ibi patet. Item ne pęnę elidantur, quę eliſio prouenit dupliciter: Vno modo per dilationum ſubterfugia, C. de app. l. quoniã nonnulli; Item & per fraudationem diſſipationum rerum delinquentis: & propter fugam rei, cum non ſit idonee cautu fiſco, ff. de iure fiſ. l. in fraudem. §. ſi principalis rei bona. propter quæ res ponitur in tuto, vt C. de aſſer. tollẽ. l. j. & ne penæ impoſitio elidatur, punitur in corpore, ff. de pęn. l. j. Item requirendi fugitiuos bannitos & transfugas præſidialis officij eſt: alias qui prædicta non facit, videtur facere qđ non debet, no. C. de ſi. cã. l. ſolo obſequio. allegata ſunt, nec apparet cuius.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio, quam habet epiſcopus in ciuitate, an dicatur de lege diœceſana eſſe.*

CONSILIVM IV.

1 AN ſi epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem in ciuitate illa dicatur eſſe de lege diœceſana, an iuriſdictionis? Et dicit, ꝙ de neutra, quia epiſcopus illam non habet iure cõmuni, ſed ex accidenti, quæ nõ includitur ſub lege diœceſana vel iuriſdictionis: quæ competunt epiſcopo de iure communi, iuxta no. 10. q. 1. in ſumma. de offi. ord. dilectus. & c. conquerente queritur, is, cui etiam talis iuriſdictio committitur, non poteſt dici habere idem auditorium cum epiſcopo.

Gaſ. de Calde.

De treuga & pace, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Guerra a quo licitè moueri poſſit.*
2 *Bellum vt iuſtum dicatur, quibus circumſtantijs araetur.*

3 *Papa bellum an mouere poſſit.*
4 *Eccleſiaſticus iudex bellum indicere poteſt.*
5 *Inferior aduerſus ſuperiorem poteſtate non vtatur.*
6 *Bellum iniuſtum mouens, an teneatur ad omne intereſſe.*

CONSILIVM I.

QVIS poſſit de iure guerram mouere?
1 † Gl.ff.de iuſt.& iur.l.ex hoc iure.dicit, ꝙ pupulus Romanus, vel Imperator, vt l.hoſtes.ff.de capt.& poſtli.reuer.vel alius legis ſcriptæ auctoritate: & ſubijcit exemplum, ſi facit ad vim vel iniuriam propulſandam, vt l.vt vim.eod.ti. Aliqui addunt dicentes, quòd cum bella licita fuerint introducta a iure gentium, vt d.l.ex hoc iure.& per conſequens añ imperiũ populi Rom.vel principis, quod quilibet populus, rex, princeps, dux vel baro gubernans in aliqua ſui parte rempublicam ad vtilitatẽ propriam põt indicere iuſtum bellum, ſi tamen cãm habet iuſtã: & pro hac inducũt dictam l.ex hoc iure.& in 10.coll.in ti.hic finitur lex Corradi.c.domino guerrã. Aliqui alij dicũt, ꝙ a exẽpla iſtorum ſunt bona, anteq̃ prouiſum eſſet per principẽ, ne vſus armorum fiat eo inſcio, vt C.ne vſus armorũ inſcio prin.li.11. Et nõ ſtant cum gl. in l.ex hoc iure. Et pondera gl.in ſua generali concluſione, ꝙ quilibet põt, dumtamen faciat legis ſcriptæ auctoritate. Concludo in hac materia, ꝙ.quãq; indicitur ab Imperatore, vel olim a populo Romano ratione publicæ vtilitatis imperij. Quandoq; ab alio contra Imperatorẽ, & publicã vtilitatẽ Imperij. Quandoq; ab vno rege cõtra alium regẽ, vel principem. Qñq; a barone cõtra baronẽ, vel ciuitate contra ciuitatem. Quandoq; ab vno præſide tpali pro exercitio, vel defenſione iuriſdictionis ſuæ. Quandoque a priuata perſona cõtra priuatam perſonam, Primo caſu rõne vtilitatis Imperij guerra olim indicta a populo Romano, vel hodie, vel ab Imperatore, in quẽ imperium eſt translatum, cenſebitur iuſta ex trib. Primo, quia quod principi placet, legis hẽt
2 vigorem, vt ff.de conſt.princ.l.j.& 2 ¶ † Vel diſtingue melius, ꝙ bellum dicitur iuſtum, vel iniuſtum ex loco, tpe, cã. vel perſona, negocio, ſtãte neceſſitate, & ex animo. ¶ Dicitur ergo bellum iniuſtum ex rancore, vel animo vlciſcendi, etiam ſi habens iuſtam cãm bellum moueat, & iõ iniuſtè agit. Et econuerſo ſimiliter in eo, qui patitur, vt in c.qui culpatur.ſtatim allegãdo: & ideo bellum dicitur conferi iniuſtum: & hoc voluit Aug.23.q.j.noli æſtimare.& c.qui culpatur.ibi, nocendi cupiditas vlciſcendi crudelitas &c. Ad idem c.militare.ea.q.ibi, propter prædam militare peccatum eſt. Et prodeſt hoc ſcire, an acquiſita per talem iuſte poſſint retineri: quia quidam volunt diſtinguere inter forum iudiciale, & pœnitentiale. Ego dico, ꝙ iſto caſu quãtũcunque quis habeat iuſtam cauſam belli, ſi ex animo eſt iniuſtum, tunc non licitè capit, nec retinet, vt d.ca. militare 47.di.omnes.& c.bonorum.cum ſi. His poſſet occurrere dubium, an peracta pœnitentia, & culpa ceſſante, res tales licitè poſſint retineri. De quo argumenta pro & contra poſſent inueniri, de ſimo.c.ſi. Dicitur iniuſte ex loco, quia in loco ſacro, 42.di.c.fin.de immu.eccl. decet.li.6. Dr̃ iniuſtum ex tẽpore, vt ca.j.de treu.& pa. In caſib.aũt prædictis rationibus ſequentib. ſecurè tenendum, ꝙ exiſtens pro parte, quæ fouet iniuſtum bellũ, ſi qua acquirat, non facit ea ſua, ſed omnia ſubiacent reſtitutioni, 14.q.6.ſi res.de rap.c.j.cum ſi. Et adde quod dicam in 12.articulo. Eſt ẽt iuſtum ratione cauſæ, quando videlicet inferens, vel defendens habẽt iuſtitiam pro parte ſua, ſimiliter econtra iniuſtum, qñ inferens, vel defendens non fouent iuſtam cãm inferẽdi, vel defendendi, ſufficit all.23.q.3 §. item ab aliquo. & c.fortitudo. Et ſic põt intelligi, qd voluit glo.in l.vt vim.ff.de cap.& poſtli.reuer.& 23.q.2.in ſumma, ꝙ volunt, quòd iniuſtum eſt bellum rõne rei, vt ſi nõ eſt de repetendis rebus, intelligo proprijs, vel pro defenſione patriæ, intelligo iuſta. Si enim Papa, vel Imperator, vel alius populum ſuum, ſeu de iure ſibi ſubditum ſibi inobedientem, vel rebellem bello opprimeret, defendentes patriam iniuſtè agerent, & peccarent, vt probatur 12.q.2.cum deuotiſſima.23.q 3.§. item ab aliquo. cum c.ſeq.& q.5.non eſt noſtrum.vbi patet, ꝙ iuſtè interficiendus non debet ſugere mortem, vel vitare, tanta eſt vis iuſtitiæ: ſic intelligitur c.ſi nulla.ea.q.8. quod alle.d.gl.2. ¶ Eſt iuſtum, vel iniuſtum ratione perſonæ: & hic conſidero perſonam, cuius cõtemplatione bellum actuare gerit perſonam auctorizantem perſonã, cuius contemplatione bellum geritur. ¶ De primo cõſiderandum eſt, qui bellum gerit, an ſit clericus, vel laicus: & in hoc ſufficit remittere ad no.23.q.j.in princ.in gl.2.& q.8.in ſumma: & ad nõ.in ca.petitio.de ho. perdo.& patrem me.reſtando de perſona auctorizante debet dici iuſtum, vel iniuſtum. Talis eſt primo Deus, cuius relatione bellum factum eſt iuſtum, vt legitur 23. q.2.dominus noſter. Et in hoc bello occupata ab eo, qui cauſam Dei gerit, efficiuntur capientium: & ita caſtra, & ciuitates captæ a populo Iſraelitico fuerunt eorum, 23.q.2.c.ſi. Item dicitur iuſtum bellum ex edicto principis, Papæ vel Imperatoris. Papæ, quando eius edicto geritur bellum nedum contra hoſtes fidei hæreticos, & alios rebelles, 23.q.8.diſpar.vbi no.an eis quiete viuentibus poſſimus bellum indicere.c.q. ſi de trib. per Inn.de voto, quod ſuper his. Sed ad id, quod prædixit, facit de hære.ad abolendam. Imo etiam quãdo ſui ſubditi opprimuntur, iniuriãtibus iuſte bellum inferri eſt expreſſum.23.q.8.ſcire.vbi ẽt no. quid de epiſcopis.
3 ¶ † De Papa autem non dubitõ, licet quidã voluerint dubitare, dicentes hoc tantum pertinere ad Imperatorem. Sed cum Papa habeat ius ſuperioritatis, maxime in terris ſuis, ſicut Imperator. Item in factis fidei certo certius eſt, quod prædixi. Ad prædicta pallea. Conſtantinus.96.di.de ma.& obe. ſolitæ, qui filij ſint le. per venerabilem. Et ita etiam expreſſe dicit Inn. in c.olim.de reſtitut. ſpol. Imo (vt ipſe dicit) contraria opinio ſapit quaſi hæreſim. ¶ De Imperatore etiam non eſt dubiũ, quòd eius edicto iuſtum geritur bellum, vt no. de iuſti.& iure.l. ex hoc iure. & probatur in l.hoſtes.ff. de cap.& poſtli.reuer.C.vt armorum vſus.in rubro, & nigro.li.11.12.quæſt.2.c.j.& vt dicit Inn. loco prædicto: bellum autem ſolus princeps, qui ſuperiorem non habet, indicere poteſt: & põt id indicere contra eos, contra quos nõ competeret executio iuriſdictionis: quod autem dictum eſt de Papa, & Imperatore, intelligo ẽt ſi iuſtitiam habent pro parte ſua. Si enim iuberent mala, vel iniuſta, eis obediendum non eſt, 11.q.3. non.ſi. & c. Iulianus.& c.qui reſiſtit.& c.Imperatores. Et in his bellis capti efficiuntur ſerui, ſecundum Inn. vbi ſupra, & de iureiu.ſicut.probatur j.di.ius gentium. ſimiliter acquiſita per illos, quibus ſic eſt indictum bellum a Papa, vel Imperatore, efficiuntur capientium, 23.q.5.dicat.2. q.7.ſi de rebus.Inſt.de re.di.§.idemque.ff.de acqui.re. domi.l.naturaliter.§.fina. & vt dicit ibi Innocen.quòd aliqui velint dicere, quòd omnia ſint regis, ſeu domini, qui habet diuidere prædicta acquiſita ſecundum merita exiſtentium in bello: & faciunt pro & contra, no.in d.c.dicat.& d.c.ius gentium. Puto tamen, quod ſalua cõſuetudine, quæ in hoc eſſet ſequẽda, quia hoc caſu eſſet legum interpres, de conſue.cum dilectus.de iure.licet quidam diſtinguant mobilia ab immobilibus, puto ſtandum ei, quod voluit gl.in prædicto c.dicat.& Hoſt.in ſumma, de treu.& pa.§.quid ſit iuſtum. poſt princi. Aut talis capiens erat ſtipendiarius Papæ, vel principis, vel aliàs ratione feudi ad tale ſeruitium tenebatur: & tunc principi debent omnia aſſignari, nedum mobilia, ſed etiam immobilia, maxime mobilia, vt illa diuidat ſecundũ merita perſonarum,

ſonarum,vt in ca.ius militare.j.di.vbi dicit gl.ſic intel-
ligi debere id,quod dicitur, quod acquiſita in bello
noſtra fiant: ad idem 12. quæſtio.ſecunda, conceſſo.
Immobilia vero ſi ſunt Imperij, ad Imperium rema-
neant:ſi autem non erat conductus,vel ſtipendiarius,
ſed alias liber,qui fortè libere venit, vel vt efficeretur
miles ibi,vel pro ſalute animæ,vel aliàs qualitercun-
que aliter quam ex debito:tūc quæ acquirit,ſua ſunt,
vt in præalle.c.dicat aliquis,& hæc procedat diſtinctio
in alijs caſibus,in quibus dicetur bona fieri capientiū.
¶ Eſt etiam iuſtum bellum ratione perſonæ ſicut: qđ
bellum fit iuris auctoritate,puta contra hæreticos,vel
infideles,vt dicto cap.ſi de rebus. & de hære. excōmu-
nicamus.de homi.pro humani.lib.6.de pœ.fęlicis. co.
li.tales enim ſunt diffidati,& rebelles iuris: vnde cū epi
ſcopi ſint executores canonum,de offi. or.c.j. ipſi poſ-
ſunt contra tales bellum indicere:ad hoc dictum capi-
tu.excommunicamus.§.primo.Idem de quolibet,qui
haberet ipſius iuris executionem exercere,ſeu facere:
ideo fortè, & quilibet priuatus, & dummodo præce-
dat declaratio ſui iudicis, quæ declaratio in criminib.
eccleſiaſticis eſt neceſſaria ab ipſo ſienda, de hære.præ
ſidentes.& c.vt inquiſitionis.§. prohibemus.libro ſex
to.Idem enim puto eſſe cenſendum in qualibet conſi
ſcatione,vel pœna pecuniaria, ſeu bonorum. appre-
henſione facta a iure,quòd eius executio fieri non de-
bet,niſi præcedat iudicis declaratio,vt not.Ioan. And.
4 poſt Archi.in capitu.fœlicis præallegato. ¶ Eſt autem
bellum iuſtum, vel iniuſtum reſpectu perſonæ,ſcilicet
iudicis eccleſiaſtici,vel ſecularis. Breuiter dico, quòd
licet quidam velint prælatum eccleſiaſticum etiam in
caſu licito,qui alias habet gladium temporalem,non
poſſe vti gladio temporali,niſi prius vtatur gladio ſpi
rituali: tamen hoc communiter reprobatur per Inno
cent.& Hoſtien.& alios docto.de ſenten.excommun.
dilecto. libro ſexto. Idem ergo ſit dicendum de his,
quod de alijs temporalibus:vt enim dicit Innocen: in
dicto.cap. olim. quilibet prælatus iuriſdictionem ha-
bens temporalem contra inobedientes ſubditos lici-
tè mouet arma: alle. 15. quæſtio.6. nos ſanctorum. &
capitu.auctoritatem . & alia iura. Et ea, quę dico dè
tali prælato eccleſiaſtico,intelligenda ſunt de eo, qui
habet mixtum imperium,ff.de iuriſdict. omnium iu-
dicum.l.ſecunda,& tertia, & eſt ratio ſecundum Inno-
cen. quia tunc propriè non dicitur fieri bellum per
prælatum,ſed eſt potius iuſtitiæ executor,de rei vend.
qui reſtituere,quaſi dicat,quod iuris executio non ha
bet iniuriam ff.de iniu.iniuriarum.In tali bello,an ca-
pti fiant ſerui, & an bona fiant capientium:dic,vt in ſe
quen.articulo.Indicitur etiam bellum a iudice, vel ab
habente iuriſdictionem in loco temporalem. Et tunc
aut indicitur contra ſubditum,aut contra non ſubdi
tum:ſi contra ſubditum rebellem contumacem in nō
parendo iuſtis mandatis,quæ ad ipſius iuriſdictionem
pertinent,tunc licita eſt diſſidatio , & licitum bellum,
dummodo iuris ordine hoc fiat:hæc probantur ratio
nibus moralibus, iuribus & abſurdo. Dixi primo dè
habente iuriſdictionem,quia aliàs ea ceſſante,eſſet in-
iuſtum,de conſue.ad noſtram.de iudi.at ſi clerici. Sed
intelligo etiam meri imperij animaduertendum in fa
cinoroſos.Et in hoc ſupplet Hoſt. dictum Innoc. in d.
c.olim.alleg.l.2.& 3.ff.de iur.om.iu. Dixi etiam iuſtū
mandatum,per ea quæ habentur 11.q.3.ſi dominus.&
c.Iulianus.Dixi etiam iuris ordine ſeruato , vt probat
2.q.j.nos in quemquàm.de reſt.ſpol.conquerente. vbi
dicitur,iudicem ſpoliare,qui non procedit iuris ordi-
ne ſeruato,vnde primo debet ferri ſententia per talem
iudicem,non curo talem interlocutoriam,vel diffini
tiuam,dummodo iuſtam: licet Inn. & Hoſt. in hoc ſi-
bi videantur contradicere in d.c.olim. Quod.n. iudex
habens merum imperium hoc poſſit,probatur per ab
ſurdū: nam abſurdum eſſet, φ iuriſdictio iudicis eſſet
deluſoria: & quòd pęnali iudicio non poſſet tueri iu-
riſdictionem ſuam,de of.del.c.j.& ca.ex literis.de ſent.
exc.nuper.de pę.dilectus.hoc tamen caſu diſtinguen-
dum eſt,vtrum is,contra quem iudex vult indicere bel-
lum,eſt ſubditus ipſius, vel alterius: ſi alterius , debet
iudex,qui vult bellum indicere,requirere iudicem cui
eſt ſubditus, & de eo iuſtitiam petere. Et ſi eius iudex
non facit iuſtitiam , poteſt bellum indicere, ſecundū
Inn.alle.23.q.2.dominus noſter. ſi verò non ſit iudex.q.
de tali poſſit iuſtitiam facere:tunc licet tali iudici bel-
lum indicere. Et iſtud bellum indicitur iuris auctori-
tate: nec mirum,quia poſſet etiam priuatus hoc caſu
propria auctoritate ſuam rem recuperare. C. de iudę.
iudęi.& l.nullus. & quod dixi de iudice, procedit, ma-
ximè ſi ille talis extraneus deliquit in eius territorio,
C.vbi de crimi.agi oportet.authen.qua in prouincia.
& de rap.capitu,primo. Si autem eſſet eius ſubditus,
tunc planum,quòd poterit propria auctoritate, quia
nil prodeſſet obedientia humilibus,ſi contumacia cō-
tumacibus non obeſſet, de poſtu. prælato. capitu, pri
mo,melius tamen faceret ipſe ſuperior,ſi ipſe,& ſubdi-
tus committerent cauſam arbitrorum iudici,11.quæ
ſtio.prima,ſi clericus In hoc tamen caſu capti etiam ꝑ
parte iuſtè bellum inferentis non ſunt ſerui,ff. de ca-
pti.non dubito.& l.hoſtes. Nec bona etiam acquiſita,
vel occupata tranſeunt in poteſtatem acquirentium,
licet poſſint retineri vſque ad congruam emendam,
& æſtimationem damni illati,vel iniuriæ illatæ: facit
quod infra dicam. Si tamen illi ſubditi eſſent rebelles,
& cōtumaces,vt prædixi,poſſet ipſe ſuperior iudex de-
cernere,quod eorum bona acquirerentur per capien
tes quaſi in pœnam delicti,23.q.5.prodeſt . & ſimiliter
ſecundum ipſum Inno in c.ſicut.poteſt liberos homi-
nes capere,& retinere,vel captos ſibi mandare aſſigna
ri,ar.no.de ſent.ex.ca nobis.j.& tales erunt potius ob-
ſides,quàm ſerui. Et ſic poteſt intelligi ff.de leg.j.l.j.§.re
ſponſo,§.j.vult etiam,quòd ſine conſtitutione, ſi tales
rebelles terram ſuam inuaſerint,vel in ea damnum de
derint,φ eos damnare,& punire poſſit,C.vbi de crim.
agi oportet auth.qua in prouincia. & de rapto.capi.j.
5 ¶ Item eſt iniuſtum ratione perſonæ, vt quia ingeri-
tur a priuato contra ſuum ſuperiorem. Abſurdum eſt
enim,ſi inferior in ſuum ſuperiorem velit ius,vel pote
ſtatem exercere,21.diſt.inferior.cum quinq; ca.ſequē
tib.ſiue offendendo, ſiue defendendo : ſi tamen ſupe-
rior iniuſte vexat ſubditum : hic dubium puto hoc ca-
ſu,quòd propter bonum obedientiæ ipſe ſubditus me-
lius faceret humiliter obedire, ſiue ipſe ſuperior iniu-
riam faceret perſonæ: quia tunc ipſe pótius exerceret
bellum ad vindictam, vnde habet locum dictum apo
ſtoli: Non vos defendentes,ſed date locum iræ. 23.
quæſtio.prima,in princip.ſiue in rebus. Nam melius eſ
ſet dimittere pallium,de homici. ſuſcepimus, quia ta-
men prædicta ſunt conſilij de rigore dico, φ ſi talis ſu-
perior habet ſuperiorem , coram illo ipſe ſubditus de
ſuo ſuperiore querelam deponat, 16.q.7.ſi is.de iu.pa.
nullus.vel ſaltem apud epiſcopum illius iniuſte offen-
dentis, vt in Auth.vt diffe.iudi.§.ſi tamen contingit.
col.9.quòd ſi ille ſuperior ſuperiorem nō habeat , vel
non recognoſcat,vel etiam aliàs in vanum cōqu erere
tur epiſcopo, vel alteri,tunc puto quòd violenter po-
terit ei reſiſtere.quia hoc eſt ſe defendere, ar.ff. de vi &
vi ar.l.vt vim.& eſt expreſſum in h.feu.de mili. vaſ.qui
cōtumax eſt c.j.in fi.vbi tex.dicit,φ ſi dn̄s militi vaſal
lo iuſtitiā facere noluerit,vaſallus poterit dn̄m deroba
re:ad id qđ dicimus de ſpoliato a iudice iuris ordine
nō ſeruato,reſtituit ante omnia,ſicut ſi eſſet a priuato
ſpoliatus,vt no.3.q.j.in ſumma:in prin.& probat 8.q.j.
pñtiū,& ibi no.hoc Arch.gl,tn̄ ibi in fi. vr contradice-
re:ſed illa gl loquitur præſumptiue,hoc eſt φ bn̄ pręſu
mitur pro his, q fiunt a iudice : qđ intelligunt doc. de
his,quæ fiūt in iudicio, & iuris ordine obſeruato, aliàs

non, vt probatur & no. de reſti. ſpo. conquerente.

6 ¶ Sed an qui mouit bellum iniuſtum, teneatur ad reſtitutionem omnium, quæ perdita ſunt in bello? Et puto quòd ſic, a quacunque parte ſint perdita, quia talis cenſetur prædo vel latro. ff. de captiui. l. hoſtes. ff. de verb. ſig. l. hoſtes. C. vnde vi. l. inuaſor. & l. ſi quis in tantam. & C. ad l. iul. de vi. l. ſi quis a ſe fundum. Et videtur caſus in l. vſus feudorum. in ti. hic finitur lex. Contra, diſt. 100. domino guerram. Item quia occaſionem damni dat, &c. ff. ad leg. Corne. de ſica. l. nihil intereſt. notat Innocen. de iureiuran. ſicut. & vide de iniur. cap. fin. Interdum vnus dominus vel priuatus mouet bellum contra dominum vel priuatum, non tamen ſibi ſubditum, nec mutuo ſunt ſubditi: & tunc aut vult mouere contra habentem vel recognoſcentem ſuperiorem, aut contra non habentem vel recognoſcentem. Primo caſu non poteſt, niſi primo requiſito ſuperiore, vt de tali ſubdito ſibi miniſtret iuſticiam, qua denegata, ei licitè poteſt mouere bellum: & dicit Inno. in capitu. dilectus. de appelatio. hic non dubium, alias non: Imo ſi mouet propria autoritate, iniuſtam partem mouet, etiam ſi talem prius diffidauerit: & ille, contra quem iuſte ſe defendit, vt hoc probatur aperte C. vt armorum vſus inſcio prin. in rub. & nigro. lib. 11. in Auth. de man. prin. colla. 3. 46. diſtin. ſeditionario. 23. q. 2. cap. 2. & ibi eſt caſus. de homici. ſuſcepimus. cum ſi. imo tales inferentes forte incidunt in pœnam legis Iul. maie. ff. ad l. Iul. maie. leg. 3. & per conſequens talis inferens tenetur ad damna & expenſas paſſo bellum: probantur hæc; quia agere volens ſibi ipſi non poteſt ius dicere, nec etiam iudex in cauſa propria eſſe poteſt; imo actor debet ſequi forum rei. de foro compe. cum ſit. cum ſi. Hæc eſt concluſio communis doc. in gl. ca. olim. de reſtitutio. ſpo. Et procedunt prædicta, etiam ſi inferens vel volens inferre haberet iuſtitiam pro parte ſua, vt ſupra eſt probatum, multo fortius ſi fouet iniuſtitiam. Quid de perſonis vel rebus tunc captis, ſtatim dicam. Si ille, contra quem vult mouere bellum, non recognoſcit ſuperiorem, adhuc puto quod ſi eſt paratus ſtare iuri vel iudicio arbitrorum vel bonorum virorum habẽs etiam iuſtitiam pro ſe, nõ debet mouere bellum; quia bellum debet eſſe neceſſitatis, 23. q. 1. militare. ideo enim bellamur, vt ſine iniuria in pace viuamus, vt ibi: ad prædicta etiã facit 11. q. 1. ſi quis cum clero. de re iu. ad apoſtolicæ. lib. 6. vbi bene hoc probatur: facit C. de pigno. debitores. licet illa lex loquatur de honeſtate, vt in ea no. & in d. c. ad apoſtolicæ. ſcilicet vbi non vult ſtare iuri, nec recognoſcit ſuperiorem, licet de honeſtate antequam fiat bellum deberet requiri ipſe iniurians, vt d. l. debitores. & no. de ſimonia. licet Heli. in gl. ex hoc tamen ſi inferre volens habet iuſtam cauſam, iuſte infert, & is, cui infertur, iuſte patitur: & per conſequens ſi contra inferentem infertur ab ipſo paſſo iniuſte infert. ¶ Nam & hoc caſu quis licite ſibi ius dicit, res proprias propria autoritate capit: & ſi illas non poterit recuperare, alias poterit loco illarum, no. in l. 1. C. quando liceat ſe ſine iu. vin. per doc. in d. c. olim. & per Hoſti. in c. 1. de treu. & pace. vbi dicitur, quòd iſto caſu licitum eſt aduerſarium deprædari. Et ſimiliter quando dominus vel ciuitas requiſita denegat de ſuo ſubdito iuſtitiam facere: alle. in lib. feu. de inueſtitura quam Titius recepit a Sempronio. §. fi. Ad prædicta facit, quia lex permittit ſuum debitorem fugientem capere, quia iudicis copiam habere non poteſt, ff. de his quæ in frau. cre. ait prætor. ¶ De captis autem in iuſto bello non puto, ꝙ ſint ſerui, ſed vt quaſi obſides poſſint retineri, ſi capti ſunt ab illis, qui fouent iuſtum bellum, vt dixi ſ. in 11. articulo: & tenet Inn. de ap. dilectis, dicens, ꝙ ſingulos ſubditos domini iniuriantes capere poſſet. De rebus & damnis datis, dico, ꝙ ſi ſunt illata damna ei, qui eſt principalis, contra quem iuſtè bellũ infertur, non dubium ꝙ ad illa reſarcienda non tenetur, quinimo ſua vel ſibi debita capere non occupata poteſt ſibi iuſte retinere, & econtra paſſus bellum iuſte damna ſibi illata debet imputare, vt regula, damnum. de re. iu. li. 6. nec talis paſſi bellum pars capta vel occupata facit ſua, quinimo tenetur inferenti, qui iuſte bellum inferebat, in quadruplum, ff. vi bon. rap. l. j. poteſt autem, & hoc caſu iuſte bellum inferens nedum principalis, ſed etiam ſociorum, & adhærentium, vel collegiatorum, vel ſubditorum iuſte bona capere, territoriũ inuadere, & eorum bona capere, ſecundum Inn. in d. c. dilectis. Sed cõtra hoc facit Auth. vt non fiãt pi. §. 1. colla. 5. vnde fuit aſſumpta auth. omnino. C. ne vxor pro mar. & de iniur. c. 1. li. 6. Sol. Hæc iura loquuntur de alijs omnino inſontibus, qui pro alio licet culpabili puniri non debent: & hoc caſu repræſaliæ, vel tales pignorantes, vel damna inferre, eſt prohibitum: per hoc tamen nõ tollitur, vt dicit Archi. in d. c. vnico. quin contra dominum vel ciuitatem negligentem facere iuſtitiam poſſint repræſaliæ concedi. Dicit tamen præmiſſa monitione & ſententia iudicis ipſius ſpoliati ſuper negligentia & defectu iudicis ipſius vel ipſius ciuitatis ſpoliantis: & ſic intelligit c. dominus noſter. 23. q. 2. ſic etiam no. gl. in d. c. vnico. Sed quod dicitur de dicta monitione & ſententia iudicis ſpoliati, non puto neceſſaria; quia ille non eſt iudex ſpoliantis vel ciuitatis: & per conſequens talis ſententia eſſet non ſui iudicis, de iudi. at ſi clerici. & actor ſequitur forum rei, non econtra: ſed plus placet quod dicit Ia. de Bel. qui hanc q. proſequitur in d. Auth. vt nõ fiant pignora. vbi dicit, ꝙ vbi pro iuſtitia poteſt recurſus haberi, non eſt locus repræſalijs, vt in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. 1. & 2. & §. ſi tamẽ, in Auth. de quæſtore. §. ſi vero. alias concedi poſſunt etiam reipublicæ propter iniuriam vel iniuſtitiam ei factam: & eadem etiam ratione priuatæ perſonæ: & per præalleg. c. dominus noſter. nam vt ibi etiam dictum, eſt licitum pugnare etiam per inſidias: fortius ergo per viam repræſaliarum: & hoc nedum contra magiſtratus & officiales denegantes iuſtitiam, de ſen. exc. ratio. li. 6. ff. quod quiſq. iur. l. 1. ff. de dolo. l. ſi ex dolo. §. 1. vbi de hoc: ſed & contra vniuerſitatem iuſticiam denegantem, ff. quod me. cauſa. l. metus. §. animaduertendum. Et contra dominum & ſuos ſubditos & ſibi auxilium præbentes ad iuſtitiam: probatur de ſen. excom. ſi ſententia. lib. 6. C. de hære. ſi vero dominus. ſic & contra principalem debitorem, & eos, qui reos detinent, ff. de his quæ in frau. credi. ait prætor. §. ſi debitorem. Imo his caſibus non ſolum in res, vt in §. ſi debitorem. ſed etiam in perſonas concedi poſſunt: nam iuſtitiam denegantes habentur pro condemnatis: quod patet, quia poteſt eis indici bellum & ipſorum res apprehendi, vt d. c. dominus noſter. & ff. de rei ven. qui reſtituere. C. de epi. & cle. l. captatorias. & condemnati ſi capi & in carcere detrudi, C. qui bo. cedere poſſunt. l. j. Imo idem in debitore, qui patrimonium diſpergit, vt creditor ad ſuum debitum peruenire non poſſit, ff. de his quæ in fraudem credi. l. fi. Concludit igitur, quòd hoc caſu perſonæ capi poſſunt: ſed an hoc caſu ille, qui eſt conſequutus in bello totum ſuum intereſſe, nunquid de hoc poterit aduerſarium conuenire in iudicio, vel in bello perſeuerare, & damna & iniurias vindicare: vlterius recitat hic no. per gl. & argu. 23. q. 2. dominus noſter.

Gaſ. de Calde.

De pactis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pacto an quis iuri ſuo renunciare dicatur.*

CON-

CONSILIVM I.

1 AN pacto quis renunciet iuri ſuo? † Aut quærit de iure naturali, aut alio. Si naturali, nõ põt, puta iuri ſanguinis, ff. de pac. l. ius cognationis. 5. diſt. in princ. Si de alio, tunc aut illud eſt introductum in fauorẽ renũciantis tantum: aut ſui, aut alterius. Primo caſu aut renuncians nõ hẽt illius iuris plenã diſpoſitionẽ: & tunc nõ põt ſimpliciter, ff. ad l. Aqui. l. liber homo. C. de lib. cã. l. nec volẽs. Inſt. de iure na. §. ſerui. de pb. dilecto. Aut illius iuris plenam hẽt diſpoſitionẽ: & tunc aut renũciatio eſt contra bonos mores, quo caſu nõ põt, C. de pac. l. fin. ff. ſo. ma. alia. §. eleganter. ff. ad mace. l. ſed & ſi pſ. de fer. c. fi. quantũ ad ferias introductas in honorẽ Dei, de iurei. Quintaual. Aut nõ eſt contra bonos mores: & tunc; aut per talẽ renunciationẽ quis inducitur ad delinquẽdũ: & tunc non valet, ff de pac. l. ſi vnus. §. illud. & de pac. dota. l. cõuenire. de iurei. quemadmodũ. § j. quia nec in hoc valeret conſuetudo, de cõlue. ex parte. Aut per hoc non inducitur ad delinquẽdũ: & tunc valet, de ſo. comp. ſi diligenti. in fi. & c. dilecti. de conſt. cũ acceſſiſſent. 7. q. j. quã periculoſum. de reg. ad apoſtolicã. & c. ſtatuimus. ſi vero eſt introductũ in fauorẽ eius & alterius, ſiue rei publicæ, ſiue alterius: tunc non põt renunciare, ff. de pac. do. l. 2. ſol. mar. l. j. ff. de proc. l. j. de iur. cal. c. 2. ſecundo reſponſo. li. 6. de arb. cũm tempore. de ſen. exc. contingit. de immu. eccl. non minus. Sed tali iuri bñ renũciatur per actum contrarium, infra de ſent. exc. perpẽdimus. & c. contingit. Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio ad intereſſe contra alienantes bona committitur.*
2 *Pacto dominium impeditur.*

CONSILIVM II.

SI appoſitum eſt pactum in inſtrumento de non alienando bona in illo cõtenta, nec eſt adiecta pœna, ſi contra fiat nec ẽt in quem bona trãsferantur, ſi contra pactum fiat alienatio, ſi poſtea contra fiat aliquid obligetur veniẽs contra pacta: ſecũdo, an per dictũ pactum impediatur trãslatio dominij.
1 ¶ † Ad primum dicendum eſt, quòd contra hæredes alienantes committitur ſtipulatio ad intereſſe, vt l. ſtipulationes nõ diuidũtur. §. Celſus. de ver. ob. qđ intereſſe ſolet, vt plurimum ad minimam ſummam deduci, ff. de præto. ſtipul. l. fina. & hoc propter difficultatem
2 probationis ipſius, vt probatur ibi ¶ † De ſecundo dicendum eſt reiectis ſuperfluis, quòd per dictum pactũ impeditur tranſlatio dominij pro eo, quod concedentes bona in dicto pacto contenta reſeruauerunt in eis pro obſeruatione omnium contentorum in dicta conceſſione ius reale, quia voluerunt ipſa bona eſſe eis ſpecialiter obligata pro obſeruantia ſupradicta, de diſtrac. pig. l. ſi creditor. §. fina. prout eſt in litera nullam eſſe venditionem, quæ eſt litera vera, prout apparet in li. pandectarum Piſis, hodie Florentiæ. Et hoc tenuit Barto. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. & de ver. ob. l. ſi ita quis. §. ea lege. per Cynum in l. j. C. ſi antiq. credi. Angelus de Peruſio.

SVMMARIVM.

2 *Lex hoc poteſt, quod & pactum.*

CONSILIVM III.

1 AN procedat hæc argumentatio, † quod poteſt pactum poteſt & lex, & econuerſo? Et videtur quòd non, nam per pactum non poteſt fieri, quòd quis non alienet rem ſuam, niſi in certam perſonam: & tamen lex bene poteſt prohibere certas perſonas: text. not. & communis, C. de contrah. emp. l. dudum. & quòd hoc non poſſit pactum, text. eſt ff. de actio. emp. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ver. ſi ita. concor. de ver. ob. qui Romam. §. cohæredes. facit ff. de pac. l. nemo in fundo. Item pactum, & prohibitio iudicis æquiparantur. Imo plus poteſt factum iudicis, quàm pactum, ff. de pigno. act. l. non eſt
2 mirum. C. de euicti. l. ſi ob cauſam. Sed prohibitio iudicis non poteſt impedire alienationem, niſi ex cauſis a lege permiſſis, puta propter prodigalitatem, furorem, aut minorem ætatem, aut alias ſimiles, ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. Seiæ. de verborum obligationibus. l. is cui vero. C. quando prouocare non eſt neceſſe. l. 2. ff. de pollicitationibus. l. pollicitationibus. in fine: cum multis ſimilibus. Alle. eſt iſta.

SVMMARIVM.

1 *Pactum iuramento, an ſit veſtitum.*

CONSILIVM IIII.

1 AN pactum veſtiatur iuramento? † Et videtur quòd non quia ſpeciale eſt in duob caſibus, quòd ex iuramento detur actio in cauſa libertatis, vbi libertatis fauore poteſt aliquis obligari per iuramentum, ff. de liber. cauſa. l. fin. & iuramento iudiciali, vt l. qui iuraſſe. ff. de iureiurã. & ſic ſi ſpeciale eſt in his duobus caſibus: in contrarium eſt ius commune, vt l. j. in fi. ad munic. Allegatio eſt.

De tranſactionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio quare dicatur inualida.*

CONSILIVM I.

1 EX quibus cauſis tranſactio dicatur † inualida: quia debet fieri aliquo dato, vel retento, ſeu remiſſo, C. de tranſac. l. tranſactio. Item non valet, niſi inſpectis, & cognitis verbis inſtrumenti, vel contractus, ſuper quo fit tranſactio, ff. de tranſact. l. de his. & l. non eſt ferendus. Item requiritur partium conſenſus, ff. de tranſactioni. l. j. C. de tranſac. l. ſi diuerſa. Ideo ſi errans conſentiret tranſactioni, non valeret, quia errans non conſenuit, l. ſi per errorẽ. de iuriſd. om. iud. Ang. de Peruſio.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio vt tranſactio ſi non valuerit, vt pactum ſaltem valebit.*

CONSILIVM II.

1 TRANSACTIO, quæ non poteſt valere † vt tranſactio, ſi poteſt valere vi pacti, debet valere vt pactum, niſi conſtet de mente contraria: & hoc, quia in tranſactione ineſt pactum. Item vt res potius valeat, quàm pereat, ar. l. ſi inſulam. ff. de præſcrip. ver.

Fran. de Rampo. & Gaſpar de Calder.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactioni contrauenit quando poſſit.*

CONSILIVM III.

1 POTEST veniri contra tranſactionem, † ſi quis probat per tranſactionem ſe deceptum, vltra dimidiam iuſti pretij, conſiderato dubio litis euentu, & non aliter. Et hoc propter not. per doc. in l. ſecunda, C. de reſcind. vendi. & ideo diximus, conſiderato dubio litis euentu, propter text. cõiuncta gl. l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. quod ibi per Bart.

Fran. de Ramp.

De procuratoribus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio per procuratorem facta non exprimentem, cuius ſit procurator, an valeat.*

CONSILIVM I.

1 AN valeat appellatio facta per † procuratorem, ſi procurator dicit ſe procuratorem, non exprimẽdo cuius ſit procurator. Et dicitur quòd non, etiam ſi dicat ſe procuratorem perſonarum antedictarum: & nullæ perſonæ ſint ante nominatæ, licet in ſequentibus plures, & diuerſi nominentur, non tamen ſpecificatur cuius ſit procurator, & ſic non apparet cuius nomine appellet, & ſic appellatio friuoſa, cum perſonæ debeant eſſe certę, & ſpecificatæ, ſufficiat allegare de reſcript. ad hoc. & de arbi. innotuit. ſpecialiter ſatis expreſſum eſt de elect. procurator. lib. 6. & habent locum prædicta, poſito quòd repertus fuerit poſtea procurator, ex quo ex tenore appellationis non apparet, cuius nomine dicat ſe appellaſſe.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis criminaliter ab abbate intentata, an poſſit a procuratore agitari.*

2 *Procurator interponitur, vbi cauſa capitalis non diſcutitur.*

CONSILIVM II.

1 AN ſi abbas narrat in libello crimina † monachorum, per quæ poſſent deponi, & carcerari, tamen ſolum concludit de carceratione in aliquo monaſterio facienda. An iſta dicatur cauſa criminalis criminaliter intentata, vt non poſſit per procuratorem agitari? Et videtur, quòd non: nam legis diſpoſitio ſumẽda eſt ab eius ratione, vt in eo caſu habeat locum lex, in quo ſubeſt eius ratio, & non in alio: ſic argumentatur Aug. 16. di. Acatius. & c. ſc. ad idem de tranſac. ca. 2. de biga. debitum. vbi eſt expreſſum: ſed in caſu iſto deficit ratio, propter quam lex prohibet procuratorem admitti: nam licet gl. in §. ad crimen. videatur dicere, quòd ratio huius prohibitionis eſt, quia in procuratore eſt ſententia proferenda: tamen hoc non approbatur per doctores, per l. finalem. C. de iniuriis, & notatur C. de procuratoribus. l. nihil. ¶ Item quia ſecundum illam ſequeretur, quod ſemper ad media cauſæ criminalis poſſet interuenire procurator. Poſſet enim dominus poſtmodum in ſe iudicium ſuſcipere ſaltem procuratore conſentiente, de procuratoribus. ca. ſecundo. lib. 6. Sed ex qualitate pœnę criminis iudicium modo dicitur criminale, modo ciuile: vt ſi agatur ad depoſitionem, intelligatur criminale: ſi ad remotionem, ciuiliter intentari videtur, vt eodem ti. qualiter. el ſecundo. ¶ Sed hic agitur ad correctionem tantum, vt patet ex concluſione libelli: ergo non dicitur criminaliter intentatum, & ſic poterit procurator interuenire, de accuſationibus. ſuper his. & ca. veniens. Non obſtant narrata in libello, quia eius virtus conſideratur ex concluſione, de cauſa poſ. & proprieta. cum eccleſia. de ſo. compet. ex parte. de ordi. cogni. c. 2. Et propter hoc quòd finis pœnæ conſideratur, tenet Gof. & Hoſt. quòd etiam ſi per denunciationem, vel inquiſitionem ageretur, tamen ad depoſitionem (quod fieri poteſt ratione criminis, ſuper quo agitur, de accu. inquiſitionis) non poſſet interuenire procurator, vt ipſi not. de do. & contu. veri-

2 tatis. de accu. inquiſitionis. j. reſpon. ¶ † Præterea cum agitur ad pœnam non capitalem, poteſt interuenire procurator, ff. an per alium cauſa app. l. prima, & facit de procu. tuæ. Sed ita eſt in propoſito, quia de nulla pœna, ad quam intenditur, poteſt dubitari, niſi de pœna carceris: ſed illa eſt limitata ad pęnitentiam peragendam in aliquo loco eccleſiaſtico: ex quo ſequitur, quòd non eſt pœna capitalis, vt plene no. Inno. de acc. qualiter. alle. capi. Romanus. 81. di. Et hæc pœna eſt propriè ſumpta ad correctionem, vt bene probatur 50. di. ſi ille. 2. quaſtio, prima, in primis. ver. epiſcopi. not. de ſent. excommuni. vt famæ. de ſimo. dilectus. el 2. vbi patet, quòd de crimine ſimoniæ ſi agatur ad defenſionem in alio monaſterio, non vt deponatur, dicitur agi de crimine ciuiliter. Conſtat enim, quòd per viam inquiſitionis non criminaliter, ſed ciuiliter proceditur, de accu. qualiter. el 2. ergo ſatis eſt expreſſum in dicto capitu. dilectus, quòd detentio in monaſterio ad pœnitẽtiam peragendam non infert cauſam agitari criminaliter, ſed potius contrarium. Et licet gl. eodem ti. quoniam. videatur dicere ſtandum illi conſtitutioni, quoniam; & quòd per pœnam prędictam ſatis videt monachus depoſitus; tamen Innocẽ. & Hoſt. tenent contrarium, & dicunt, quòd ſtandum eſt diſtinctioni decre. dilectus. 2. & per conſequens per huius pęnam, vel pęnitentiam monachus non intelligitur depoſitus. Non ob. quòd talis pœna, vel pœnitentia eſt corporis afflictiua: quia non ex hoc ſequitur, quòd cauſa criminaliter intentetur, vt ſic procurator interuenire nõ poſſit: nam experimentum verborum pœna eſt afflictiua perſonæ, & tamen non eſt capitalis, vt no. Innoc. in d. cap. qualiter. vnde illius pœnæ intentatio non impedit cauſam per procuratorem agitari, ff. an per aliũ cauſa appel. l. prima. Item relegatio ſaltem in inſulam, & non ſolum ad tempus, ſed etiam perpetuo fieri poteſt, ff. de interdic. & rele. l. exilium. ver. hęc pœna. & l. fin. §. hęc differentia. & non poteſt negari, quin talis pœna ſaltem certo reſpectu ſit afflictiua perſonæ: & tamen cum ad talem pęnam agitur, poteſt interuenire procurator, vt dicta l. prima, an per alium cauſa, intelligendo vſque app. quod ibi ponitur excluſiue, vt ibi tenet glo. & ff. de procu. ſeruum quoque. §. publice. Et hæc eſt communis doc. opi. quam etiam tenent omnes Canoniſtę, vt tenet glo. & alij de accu. veniens. Non ob. gloſſ. Innoc. quam ponit de accu. qualiter. 2. quia ſi bene attendatur, conſonat prædictis, per ea quę dicta ſunt ſupra. Item vt ex eadem gloſſ. patet, ipſe idẽ Inno. diſtinguit pœnam carcerum, quam pro grauiſſimo crimine eccleſia imponit, vel imponi iubet, & hic ſecundum eum dicitur capitalis: & detruſionem in monaſterio, quam dicit eſſe non capitalem: alle. prædictum ca. Romanus. 81. di. Videtur ergo diſtinguere, an detruſio fiat in monaſterio ad pœnitentiam peragendam, & pœna non ſit capitalis: ſic intelligatur de ſimonia. dilectus. el 2. cum ſimi. An extra monaſteriũ in carceribus, vbi damnati perpetuò detruduntur: & talis pœna intelligatur capitalis: ſic intelligit ca. fin. de hęre. de ver. ſig. nouimus. alias ipſe Inno. eſſet ſibi manifeſte contrarius: & ſecundum prædicta facit quòd no. pro prędicta concluſione, & non contra. Et ꝑ hoc patet reſponſio ad capi. gaudemus. de conuer. coniuga. & ad id quod habetur in Authen. vt liceat matri, & auiæ. §. cauſas. & §. quia non. colla. 8. quia ibi detruditur

tur in monaſterium, vt ibi perpetuo maneat, & profiteatur, vel poſt biennium, ſecundũ l. vel ſtatim, ſi maritus non vult vxorem recipere ſecundum canones, vt intellexit Hoſtien. prædictum c. gaudemus. quæ detruſio morti æquiparatur, vt no. 32. q. j. in c. publico. & vt ibi no. fit inſcriptio in illo caſu quantum ad hoc, vt lucretur dotem vel donationem propter nuptias: & ſic etiam poteſt intelligi c. tuæ. de procura. in prin. vt ibi not. Ioan. An. ſuper ver. in ſcriptis.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Procurator tempus proſequendæ appellationis quando poſſit prorogare.*

2 *Compromiſſum procuratoris non prorogatur ad tempus appellationis.*

CONSILIVM III.

1 AN procurator ſubſtitutus poſt † lit. conte. poſſit pacto prorogare tempus appellationis proſequendæ? Et quòd non poſſit, probatur per caſus & rationes: per caſus, quia iura diſponunt procura. litis domino non præiudicare paciſcendo, niſi tria genera procura. ſcilicet habens ad hoc ſpeciale mandatum: habens generale cum libera: conſtitutus in rem ſuam: hęc probantur in l. ſcripta. §. fi. cum l. ſequen. ff. de procu. l. quacunque. C. de tranſac. l. tranſ. bene facit l. iuſiurandum. §. fi. ff. de iureiur. probatur ratione in iudicio factum doloſum procura. non pręiudicat domino, cum procura. venit lit. conteſt. Similiter ſi venit ante lit. conteſta. qui tamen non eſt lit. conte. vt l. 2. C. de cõſor. eiuſdem lit. pro hoc l. apud Celſum §. quæſitum. ff. de doli excep. Probatur & alia ratione, quia certum eſt quòd procurator non habet poteſtatem donandi, nec maiores adminiſtrationes & latiores, l. ſi præſes. C. de tranſac. & l. pactum curato. eo. ti. ſed hæc ſunt paria, eſſe plus vel minus tempore vel re, Inſti. de ac. §. plus. & non poſſet procurator concedere aduerſario in eo, quod eſt in re: ergo nec id, quod eſt in tempore: quòd non poſſit procurator prorogare, habetur in tex. & glo. de offic. delegat. cum olim. Item hoc probatur cle. quandiu. de appel. quæ æquiparat iſta duo, compromiſſum partium, & peccatum eorum de pro-

5 rogando.† Sed verum eſt, quòd compromiſſum procura. non extendetur ad tempus appellationis, quia compromittere non poteſt per iura pręḋicta: ergo nec pactum, vt ſic verba illa de partium conſenſu, ex antecedenti membro declarentur, & per extenſionem caſus ad caſum: ad hoc l. ſeruus ff. de ver. ſig. nec ſalua ratione veri intellectus, ſub partium appellatione poſſunt contineri procura. niſi in ſimili commiſſione: & tunc ex interpretatiuo intellectu, & non proprio, ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. l. ſi per alium. in principio. Et ſic non ob. dicta prorogatione, appellatio eſt deſerta.

SVMMARIVM.

Iudicium procuratoris a non habente poteſtate ſubſtituti inualidum.

CONSILIVM IIII.

1 AN valeat iudicium habitum cum † procuratore ſubſtituto, qui ſubſtitutus fuit a non habente poteſtatem? Et videtur quòd ſic; quia exceptio procura. eſt dilatoria, & non habet obſtare, niſi opponatur, l. ita demum. C. de procur. l. nullam. eodem ti. Cum ergo non fuerit in actis propoſita, meritò iudicium valet, ff. de excep. l. 2. & l. 3. in fin. Præterea quantumcunque opponatur in actis hęc exceptio, vel etiam ſi non proponatur, poteſt iudicium ratum haberi per dominum etiam poſt latã ſententiam, ff. rem rat. haberi, l. 3. §. falſus. Imo plus, quia eoipſo, quòd dominus principalis videt, & cognoſcit cauſam per alium agi, & non contradicit, eoipſo mãdare videtur in ſui pręiudicium, vt no. Innocen. de reſcrip. ex parte decani, & accedat de re iudicat. ſępe, & quod ibi not.

CONSILIVM V.

AN Citatus perſonaliter, ſi eſt impeditus, poſſit per procuratorem comparere, & quas cauſas poſſit procura. allegare. vide infra, de dila. conſi. 5.

De his quæ vi metuſue cauſa fiunt. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Profeſſio metu mortis comminatorio profitentem quando liget.*
2 *Metus excuſans qualis eſſe debeat.*
3 *Metus minor mulierem excuſat, quàm virum.*
4 *Profeſſio annorum mora multorum in monaſterio, an ratificetur.*

CONSILIVM I.

1 AN profeſſio facta per metum † comminatoriũ mortis domini ciuitatis a muliere in monaſterio obliget illam religioni in ſpecie, vel in genere? Et quid ſi per multos annos poſtea in monaſterio eſt conuerſata cum habitu. Ad qđ

2 præmitto quatuor præſuppoſita. ¶ † Primo. quòd ad hoc vt metus excuſet, debet eſſe talis, quòd poſſit, & debeat cadere in conſtantem virum & talis metus excuſet, alias non. Et procedit hoc etiam in matrimonio carnali, & ſpirituali: de carnali, 32. q. 5. c. fi. de ſpon. veniens. el ſecundo, & c. conſultationem. de ſpirituali patet, qui cleri. vel mona. c. fi. quod met. cauſa. c. j. ¶ Secũdo, quòd metus iudicatur iuſtus ex circunſtantiis, vt non ſolum qui continet cruciationem corporis, ſed etiam qui continet verba comminatoria maxime mortis, iuſtus iudicatur: vnde conſideratis perſona metum inferentis, & perſona cui infertur, vt ſecundum has circunſtantias, & alias arbitrio iudicis dirimatur, an metus iuſtus, vel non, vt no. glo. & Inno. in ca. cum dilectus. quod me. cauſa, & hoc expreſsè ponit l. j. ſi qs Impera. maledixerit. Et hoc optime probat l. j. ff. quod me. cauſa. vbi ſufficit præſens trepidatio mentis, ſiue procedat a præſenti metu, vel futuro ſecundum diffe-

3 rentiam metus. ¶ † Tertio, quòd minor metus excuſat mulierem, quàm virum propter ſexus fragilitatẽ, 32. q. 6. indignantur. & probatur de ſpon. cùm locum. in prima glo. & eſt caſus in l. ſi quis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maie. Quarto, quòd licet ea, quæ fiunt per metum, regulariter teneant, licèt metum paſſo ſubueniatur, vt veniant reſcindenda per actionem quod me. cauſa, iuxta no. quod me. cauſa. abbas. & de renũ. ſuper hoc, tamen in caſibus ipſo iure non tenet quod fit per metum, & vnus caſus eſt in matrimonio carnali vel ſpirituali, vt patet in iuribus alle. in prima ſuppoſitione, & in pręḋicto c. abbas. ¶ Ex pręḋictis præſuppoſitis apparet mulierem ſic profeſſam nõ obligari: quia ex quo ſic eſt illatus timor per dominum ciuitatis, iuſtus videtur: ad hoc quod not. qui clerici vel vouẽtes. c. fi. & hoc maxime cum dicta mulier ante profeſſionem & in ipſa proteſtata eſt, quòd non ſponte profitebatur. Cu-

ius

lis intentio per verba demonſtratur: ad hoc dictum
c.j.quòd me cauſa.Nec ob.ſi dicatur quòd proteſtatio
facto contraria nõ iuuat.de conſti.cum M. & in pro-
pria materia ꝓfeſſionis videtur expreſſum 32.di quod
interrogaſti. & de reg. vidua. Quia in plurib. proximè
allegatis nõ fuit facta proteſtatio ante vel in ipſa pro-
feſſione,ſed poſtea:alle.quòd contrariam habuit intẽ
tionem: vnde ibi non iuuat, cum contrarium facto
præceſſiſſet.Sed hìc proteſtationes præceſſerunt.Item
tunc non iuuat,quando non præcedit iuſta cauſa: ſed
ſecus,quãdo iuſta cauſa illam corroborat, vt fuit hìc.
Et de hoc eſt caſus in d.c.j. quod me. cauſa. ¶ Reſtat
videre,an per moram,quam per multos annos fecit in
monaſterio, videatur profeſſionem ratificaſſe? Et di-
citur quòd non, ſi cauſa metus durauit. Cuius enim
cauſa conſeruatiua durat,ſemper effectus intelligitur
durare.3.q.7.§.tria.verſi.affinitates.Et hoc ſatis proba-
tur per dictam decre.j.quod me.cauſa facit quod no.
j.q j. conſtat.per Inno. de ſpon. ad id quod. & apertè
ponit Inno.de regu.c.2.Vnde durãte dicto dominio
ciuitatis, ſemper metus dicitur durare. Ex quo con-
cluditur,profeſſionem non tenere, & tale matrimo-
nium licitè contrahere potuiſſe. Io.Calde.

SVMMARIVM

1 *Dos metu promiſſa,an debeatur.*

CONSILIVM .II.

1 AN dos conſtituta per metum teneat: † &
qualiter probetur, quòd metus interceſſe-
rit:quòd dos conſtituta per metum non te-
neat,patet ff. quod me. cauſa.ſimiliter. §. ſi
dos.&no.in c.abbas.quod me. cauſa.probatur autem
metus.ex quo inſtrumentum ſucceſſit matrimonium
per vim contractum de tribus vel quatuor horis:& ſic
ex vicinitate actuum iudicandũ eſſet metum durare,
31.q.2.quæ Lotarius.quod me.cauſa.c.j.
Io.de lig.Gaſ.de Calde.

De arbitris, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis cauſam ad boni viri arbitrium redu
ci,an prohibeat.*
2 *Excipiens nullitatis replicatione an repellatur.*
3 *Dolum in libello exprimere an ſufficiat.*

CONSILIVM I.

1 AN petenti reductionem ad † arbitrium
boni viri obſtet exceptio excommuni-
cationis.Et an admittatur replicatio,ꝙ
excommunicatio fuit nulla. Et an re-
pellatur exceptione iuramenti, quo iu
rauit non petere reductionem. Et an
ſufficiat exprimere in libello, quòd vi vel metu fuit
inductus ad iurandum abſque alia probatione. Et an
iſta duo poſſint peti in eodem libello, relaxatio iura-
menti,& reductio ad arbitrium boni viri. ¶ Ad primũ
allegando dic,& videtur, quòd talis exceptio non re-
pellet,ſi eſt arbitrium iniquum, cum tale laudum ſi
non reducatur ad æquitatem,peccatum videatur fo-
uere:& ne anima periclitetur,auditur excommunica
tus agens, cum non tunc ipſius fauor inſpiciatur ſed
iniquitas arbitrantis,ar.de excep.cum inter.Item ſicut
auditur (vt videtur) petens nullam ſententiam retra-
ctari:quia ſolum videtur ab iniquitate iudicis ſe defen
dere.a qua defenſione non repellitur excommunica-
tus,de excep. cum inter.Ita in caſu iſto ab iniquitate ra
tionis,cum hìc non de aliquo beneficio iuris fauora-
bili quæratur, ſed ſolum de arbitratorum iniquitate,
vt eſt dictũ: vnde per prædictas rationes tenet Hoſtiẽ.
de excep.ſignificauerunt.quòd excommunicatus po
teſt petere reſtitutionem contra ſententiam ex cauſa:
qua probata, niſi ſubueniretur, dãnaretur innocuus,
vel periret anima. Dicit etiam; quòd auditur excom-
municatus,ſi impetret ſuper nullitate ſententiæ:& idẽ
nota.de re iudi.quod ad conſultationem. hæc tamen
2 allegandò ſunt dicta.¶ Super ſecundo, an replicatio-
ne nullitatis repellatur excipiens, puta quia lata poſt
appellationem legitimam, de ſen. excom.per tuas.cũ
ſi.Et dicitur quòd ſic: nec ob.ſi dicatur, appellationẽ
deſertam:quia talis ſententia non conualeſcit per de-
ſertionem appellationis,de ſen.excom.licet. lib.6. vbi
in glo.reſpondetur ad l.furti.ff. de his qui not. infa. fa-
teor tamen,quòd ex quo conſtat de excommunica-
tione,antequam admittatur ad actus legitimos,debet
apparere quod illam præceſſerit legitima appellatio,
vt in prædicto c.licet. Et procedunt præmiſſa, etiam ſi
excommunicatio fuerit prolata per iudicem ſuperio-
rem illius,coram quo nunc diſputatur:iudicare enim
debemus de aliquo petente ſecundum finem, ad quẽ
actus,de quo quæritur dirigitur, vt probatur de ordi.
cogni.c.2. de teſti. veniens. el 2. Sed finis altercationis
eſt,vt per hoc ſciatur, an petens in hac cauſa debeat
audiri vel non:quo inſpecto, licèt ea quæ proponun-
tur per alios iudices fuerint agitata, vel coram alijs pẽ
deant, quia tamen de illorum actuum approbatione
vel reprobatione non quæritur, ideo alterius iudicis
cognitio ad finem prædictum nullatenus impeditur.
Hinc eſt,quòd de priuilegio apoſtolicæ ſedis non po-
teſt per alios iudicari, de iudi. cum veniſſent. quando
quæritur,an valeat vel non,vel de interpretatione ver
borum dubiorum in ipſo contentorum. Sed ſi in cau
ſa,quæ vertitur coram inferiori iudice, allegatur pri-
uilegium,contra quod allegatur præſcriptio vel aliud
priuilegium,vel renunciatio vel aliud ſimile,certum
eſt, quòd inferior iudex de hoc cognoſcet an obſtet
vel non,vt no.in d.c.cum veniſſent.de priuile.cum per
ſonæ.lib.6.Et ideo iura de hac materia loquentia nõ
diſtinguunt, a quo lata ſit ſententia excommunica-
tionis,cum de illa excipitur, vt repellatur ab agendo:
ſed ſimpliciter volunt, quòd iudex cauſæ, in qua ex-
ceptio proponitur,dummodo aliud non obſtet,ipſius
probationes recipiat, de excep. exceptionem.& c.pia.
eo.titu.lib.6.Item cum hæc proponantur incidenter,
planum eſt quòd iudex, qui de cauſa principali co-
gnoſcit,de hoc poteſt cognoſcere, etiam ſi alias prin-
cipaliter non poſſet,de reſti.in inte.c.pe.C.de tu.quo-
tiens.cum ſi.Et quod dictum eſt de excepti.idem dicen-
dum eſt de replicatione appellationis legitimæ, vt etiã
æqualitas ſeruetur in iudicijs,de mutu.pet.c.2. de ſen-
ten.excom.cum inter. Item licet appellationis proſe-
cutio debeat fieri coram iudice appellationis, de ap-
pel.ſolicitudinem. & c. vt debitus. tamen iſtud, quòd
quis appellauit legitime,& ideo excommunicatio po
ſtea in eum lata fuit nulla,probari poterit coram quo
cunque iudice alias competenti,vt notat Ioan. An. in
dicto c.licet.de ſen.excom.facit bene de eo qui mit. in
poſ.c.2. ¶ Super exceptione iuramenti concordant
omnes,quòd ſi iuramentum fuit generaliter præſtitũ,
ſ.de ſtando dicto arbitratoris,& per conſequens de nõ
petendo reductionem, quòd eo non ob. poteſt peti:
& hìc non eſt quærendum de abſolutione iuramenti:
hoc aperte no.Inn. in d.c.Quintauallis.de iureiur.hoc
probatur & eo.tit.veniens.per l.ſi libertus. ff. de ope.li-
ber.C.de dotis promiſ. l. 3. Idem ibi Hoſti. & Guli. in
Spe. de arbi.§.ſi.ver.Item quid ſi compromi. Idem de
pœna,quòd non committitur hoc caſu,tenet Hoſt. in
d.c.Quintauallis.& Dy.in regula,ſcienti.de reg. iu. li.6.
& ibi pulchre.Sed in caſu, in quo quæritur, iuratũ fuit
ſtare

ſtare omnium diffinitioni dictorum arbitrorum & arbitratorum, quantumcunque iniquè arbitrati fuerint, & quantumcunque damnum intulerint alicui partium: vnde fortior videtur quæſtio, an obſtet iuramentum ſic ſpecialiter præſtitum. Hoſti. in d. c. Quintaualis. tenet iuramentum debere ſeruari, niſi contra Deũ aliquid laudatum eſſet: licet forte ex æquitate iudex poſſet occurrere iniquitati penſatis circunſtantijs cauſæ loci & temporis & qualitatis perſonarum, de tranſac. c. fi. Sed non derogando huic opi. vel alteri puto, quòd ſi prædictum arbitrium eſt iniquum ex dolo vel propoſito ipſorum arbitrorum, vel ex gratia vel per ſordes ſic iniquè arbitrantium, peti poteſt reduci ad arbitrium boni viri non ob. iuramento ſic ſpecialiter præſtito, quod poſſet probari, quia iuramentum fundatur ſuper actu per quem quis inuitatur ad delinquendum. & contra id quod eſt iuris publici, & reſpicit publicam vtilitatem quas rationes proſequitur Dy. tractando in dicta regula de pœna: & ideo hic repetere eſſet ſuperfluum: ſufficiat ergo ad id, quod vltimo dixi, allegare c. ſi diligenti. de fo. compe. vbi eſt caſus de iuramento contra publicam vtilitatem inducto. ſed id quod dixi ſpecialiter ſic probatur: Quoties expreſſi & taciti eadem eſt ratio, & generis & ſpeciei, idẽ eſt iudicium in vtroque: de primo patet de offi. cum M. de reſcriptis. c. 2. de præſump. c. fi. Secunda probatur, 28. diſt. §. q. 23. q. 5. ſi non licet 32. q. 4. meretrices. de teſta. relatum. el a. de ver. ſig. c. per. de ſurroga. c. l. li. 6. Sed in generali iuramento præſtito de non petẽdo reductionem non dubium, quòd tacite intelligebantur verba ſupra ſpecialiter expreſſa, & tamen iuramentum generali promiſſioni adiectum non ob. vt ſupra dixi ſecundum omnes: ergo nec huic ſpeciali, vel quæ tacite includebatur, non obſtabit, quia eadem eſt ratio vtrobique, ſcilicet ne iudici detur via vel materia delinquendi per iniquum arbitrium. Item eadem eſt ratio in eo qui iurauit ſoluere vſuras, quas tamen repetit, ne per tale iuramentum detur materia alteri delinquendi: de iureiurã. debitores. Et dato, quòd iuraſſet non repetere, adhuc poſſet eccleſię nunciare eadem ratione, vt no. eo. tit. ad noſtram. & Et per hæc ceſſat quod dicitur quòd iuramentum præſtitum de ſoluendis vſuris ſeruari debet, in c. debitores. quia vſuras remittere vel ſoluere regulariter non eſt peccatum, iuxta no. per doc. de vſuris. ſuper eo. nec talis promiſſio alteri ſaltem patrio ad vſuras mutuare dat viam amplius delinquendi. Sed hic iuramentum ſi diceretur extendi ad caſus prædictos, ſ. cum doloſe, vel ex propoſito, vel ex gratia, vel per ſordes arbitrium promulgaretur, fundatur ſuper eo, quod præſtat ſaltem materiam delinquendi: nec etiam pactum, ſuper quo fundatur iuramentum, de quo loquitur c. quamuis. de pac. lib. 6. eſt contra bonos mores, ſ. quòd filia ſit dote contenta, nec habeat ad bona paterna regreſſum: ſed ad iſtud, de quo eſt quæſtio, bene eſt contra bonos mores, & in alterius præiudicium reſpectu ſalutis animæ aperte redundare videtur: quia tale non eſt obligatorium, vt eſt expreſſum in dicto c. quamuis. & c. cum contingat. eo. titu. Item aperte hoc ſonant verba huiuſmodi iuramenti, dicendo, quòd ſtabunt iniquæ diſtinctioni: quod eſt contra id, quod eſt ſummum in rebus bonum, 11. q. 3. cum deuotiſſimam. ergo ex ipſarum forma patet, quòd contra bonos mores tale iuramentum fuit præſtitum. Præterea arguendo a verbis decre. ad audientiam. de tranſac. c. 2. 31. diſ. omnino. prædicti fuerunt electi in arbitratores communes amicos & bonos viros, vt dicitur in compromiſſo: quæ verba expreſſa excludunt ipſorum iniquitatem, ſecundum quam nec communes amici nec boni viri poſſent dici, ex quo ſequitur quòd de mente & verbis fuit, quòd ipſorum ſtaretur arbitrio vt bonorũ virorum, & per conſequens ſi iniquè arbitrentur, ad arbitrium boni viri reduceretur, vt iura volunt. Et ſi dicis, etiam de his loquuntur verba, quòd ſtetur iniquæ diffinitioni &c. nulli dubium, quòd ſecundum hoc eſt contrarietas in verbis, propter id quod dicitur, bonos viros & cõmunes amicos. Et ſic oportet, quòd altera pars eligatur. Sed conſtat clare, quòd via eſt inhoneſta, iniuſta, illicita, & iniqua repellenda, quod omnia iura clamant. Item eſt etiam in dubio, vt parti ſecuriori & honeſtiori faueatur, de reg. iur. eſtote. cum ſimi. Sed non poteſt negari, quin verba prędicta ſimul iuncta faciant dubium &c. Item (vt dictum eſt) fuit compromiſſum vt in bonos viros: ſed ſi iniquè arbitrati ſunt, doloſe, vel ex ipſorum propoſito, vel ex odio, vel ex gratia, vel per ſordes, planum eſt quòd non fecerunt vt boni viri, 12. q. 4. qui recte. & c. quatuor. 3. q. 7. iudices. facit de re iudi. c. j. li. 6. nam bonus & malus quis ſimul eſſe non poteſt, 32. q. 2. cum renũciatur. cum ſi ergo ſequitur de verbis & mente compromittentium, quòd tali diffinitioni ſic iniquè latæ, vt eſt dictum, nõ eſt de neceſſitate ſtandum: & per cõſequens iuramentum non obſtare petenti reductum. Et ſi illa fuiſſet mens, planum eſſet, quòd non diſtrictè fuiſſet præſtitum tale iuramentum, & ſic non habuiſſet illos tres comites, qui in omni iuramento licito requiruntur, de quibus 22. q. j. & iurabunt. de iureiuran. & ſi Chriſtus. Sed fuiſſet temerarium, & ideo non obligatorium, 22. q. 4. non eſt. & ita illicitum, de iureiurã.
3 ad noſtram. cum ſi. ¶ † Ad id quod quęritur, an ſatis ſit exprimere in libello dolum vel metum ſine alia probatione, planum, quòd non ſufficit, quia ad hoc vt obtineat relaxationem iuramenti, debet primo fidem facere de illa cauſa, propter quam hoc petit, alias eſſet deriſorium dicere, quòd non ſequeretur illud non facta fide de cauſa, propter quam petit illud: ad hoc quod no. Inn. quod me. cauſa. ad aures. & ſufficit hęc remiſſio. ¶ Ad vltimum quęſitum reſpondeo, illa duo poſſe in eodem libello peti. Et quòd relaxatio iuramenti primo expediatur, huius dicti ratio patet, quia talis relaxatio ex cauſa facta his caſibus eſt præambula dictæ petitioni, vnde hic nulla contrarietas ſed debitus ordo ſeruatur: ad hoc quod not. de iureiuran. debitores. in fi. ſecundę glo. & de vſuris. tua. facit quod no. Io. An. de appel. non ſolum. ſuper ver. ante omnia. libro 6.

Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non petere reductionem ad boni viri arbitrium ratione enormis læſionis, an poſſit ratione enormiſſimæ læſionis petere.*

CONSILIVM II.

1 AN iurans non petere reductionem † ad arbitrium boni viri ratione enormis damni, poſſit petere ratione enormiſſimi? Et dicitur quod ſic, nam in iure eſt dare enormẽ, enormiorẽ & enormiſſimum: vnde de vno ad aliud non infertur, quia ſunt ſeparata, & de ſeparatis nõ fit bona illatio, ff. de verb. obli. l. vbi autem. ff. de mino. auxilium. §. in delictis. & plene no. per Bar. ff. de iniuri. l. non ſolum. §. ſi mandato. Non ob. no. per Io. An. in addi. Spe. de arb. §. ſi. quia ibi loquitur in enormi lęſione. Et hoc fortius procederet, ſi damnum eſſet totalis cauſæ, vt quia arbitri abſoluerent in totum: vnde dicit lex, quòd licet aliquis habeat poteſtatem offendendi lumina, tamen non poteſt totaliter, ff. de ſerui. vrb. prędi. Caius. alias incipit, binas. Sic aliud eſt, verberari vel offendi, aliud occidi: de homicidijs qui. lib. 6. & aliud abrogare, ff. de verb. ſig. l. abrogatur. de legi. de quibus. ad finem. Cum ergo arbitri abſoluant a toto, merito apparet hunc caſum in iuramento non includi: accedat ad hoc quod not. glo. in clemen. ſępe. de verb. ſig. Nec ob. ſi in iuramento addatur, vel alia quacunque

ratione

ratione vel cauſa: quia per hoc non includitur enormiſſimum damnum vel totale, quia dictio alia: denotat ſimilem relationem. & ideo refertur ad dictionem ſimilem non maiorem. ff. de re. dubi. l. quidam relegatus. Et videtur expreſſum in ſimili de procurat. qui ad agendum. lib. 6. & eo. tit. in cle non poteſt. & de reſcri. ſedes. & no. per Bart. in l. ſi is qui. §. quæſitum. ff. ſi quis cauuo.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium quando dicatur dolo latum.*

CONSILIVM III.

1 QVANDO dicatur dolo arbitri latum † arbitrium, quando excedit in quātitate enormi, tunc dolus ipſius præſumitur. Caſus eſt in l. omnes. § Lucius. ff. quæ in fraudem creditorum. & in l. nomen. ff. de le. 2. & in l. ſi Neruę. ff. pro ſocio. Vnde ſi excedat in parte maiori quantitatis debuum, vel in totum vnam partium abſoluat ab eo, quod ab altera petebatur, præſumitur dolus, & hæc preſumptio doli transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, vt probat dictus §. Lucius. vbi eo ipſo quod apparet debitorem omnia bona ſua alienaſſe, vel qua ſi omnia, pręſumitur talis alienatio in fraudē creditorum dicti debitoris facta, & dolo ipſius debitoris, & agere poſſunt creditores reuocatoria nullo alio per eos extrinſecus probato: hoc etiam tenet Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Nec ob. ſi dicatur, iura prædicta loqui de dolo proueniente re ipſa, & non ex animo: quia loquuntur in dolo ex mēte & animo proueniente, vt intuenti clarè patere poteſt. Et volens aliē. quod intelligatur de dolo, re ipſa prouenien te probat. quia quoties in iure dolus exprimitur, intel ligi debet de dolo ex animo ſeu mēte proueniente, vt l. j. ff. de dolo.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Damnum enormiſſimum quando ab arbitro inferri dicatur.*

2 *Iuramentum ſi deferatur, perſonę qualitas attenditur.*

CONSILIVM IIII.

1 QVALITER dicatur enormiſſimum † damnum illatum fore per arbitrū? Dico, quod in materia iſta nō cenſetur magnum, enorme, uel enormiſſimum damnum ex qualitate perſonæ: vnde ſi tutiſſimus homo compromiſiſſet minimam cauſam, poſſet in hoc caſu reſpectu ipſius minimæ cauſæ enormiter & enormiſſimè lędi. Et ideo dicit lex, quòd lęſio in 6. parte valoris cauſæ dicitur magna. ff. pro ſocio. l. vnde ſi Neruæ & no. Bart. in l. ſi ſocietatem. § arbitrorum eodem ti. Hic ergo dicitur magna enormis, vel enormiſſima lęſio reſpectu cauſarum, non perſonæ, vt ex prędictis patet, licet alias quandoque in alia materia habeatur reſpectus conditionis perſonarum, iuxta no. in l. j. §. bonæ fidei. C. de iu reiuran. Et accedat ad prædicta, quòd magna eſt cauſa, quę vltra 300. ſolidos aſcendit, vt no. C. de pedane. iudi. l. 2. Nec obſt. ſi dicatur, φ magna enormis vel enormiſſima cauſa dicitur reſpectu dubij euentus, & non reſpectu quantitatis deductæ, ff. ad Treb. Lucius. § fin. & no. per Bar. in l. ſi quis cum aliter. de ver. ob. & præalle. §. arbitrorum, nam dico, quòd hęc conſideratio habet locum, vbi lęſio magna, enormis vel enormiſſima non eſſet euidens, ſed vbi eſt euidens, puta quia facta de tota ſumma petita, vel etiam de maiori parte, tunc iſta conſideratio non eſt attendenda, vt præalle. l. vnde ſi Neruæ, quia in incertis locus eſt coniecturis, non in rebus euidentibus, & apertis, vt l. continuus. § cum ita. de ver. ob.

Gaſ. de Calderi.

2 Poſſet aſſignari ratio diuerſitatis, quia in delatione iuramenti conſideratur qualitas perſonæ, quia nō præſumitur, quòd velit deierare pro minima cauſa, ſi eſt diues. ſed in arbitris conſideratur quantitas, vel qualitas cauſæ quia præſumitur malo zelo, ex quo excedit dimidiam debiti, vel totum auſert, etiam ſi quantitas ſit parua, quia arbiter non potuit lędere in iſta, ita præſumitur quòd lęſiſſet in alia, ſi commiſſum ſibi fuiſſet, cùm iſtud procedat ex animo non ex quantitate rei.

Domi. de ſan. Gem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium probare iniquum cui incumbat.*

2 *Recurſus ad boni viri arbitrium cuius ſit naturæ.*

3 *Nomen diuerſum ſi fuerit, diuerſam capiet intelligentiam.*

CONSILIVM V.

1 CVI incumbat onus probandi arbitrium † iniquum, an dicenti, an neganti? Dyn. decidit in quodam conſilio, quod incipit, Ptolomeus manens, quòd incumbit dicenti nullum, vel iniquum, per l. ei. qui dicit. ff. de proba. & l. actor qd aſſeuerat. C. de proba. Item cum ſit præſumptio in dubio pro publico inſtrumento, quòd ſolenniter fuerit promulgatum, vt hab. ex parte. ff. de probat. & l. prima, C. de fide inſtru. & iure haſtæ. ſi. lib. 10. quę ſunt bonæ leges ad hoc & ſecunda habet bonam gl. ad hoc. Item quia preſumendum eſt, quòd ſolennitates intrinſecæ ſemper adſint potius, quàm deſint actui, cui requiruntur, l. ſciendum. de ver. ob. & l. Titia. § idem reſpondit. eo. ti. cum ſi. Item in dubio eſt præſumptio pro laudo, quòd ſit bonum, & equum, vt dicit Bal. in l. ſi quis arbitratu. de ver. ob. in prima col. in repeti. Item quia partes elegerunt arbitratorem vt bonum virum, vnde prę ſumendum eſt, φ fecerit vt bonus vir, ſi contrariū non appareat, cū eius fides ſit iam probata. Itē facit pro hac parte in argumentum, quod df. de ſnia diffinitiua, pro qua eſt præſumptio, etiam ſi appellatum ſit, vt iuſta præſumatur in dubio, & onus probandi eam iniuſtā incumbat appellanti, vt dicit gl. 2. q. 6. appellatione. de app. cum ſpirituali. ad ſi. gl. antepe. de renun. in præſenti. in quarta gl. & facit tex. in c. bonæ. de elec. j. & de re ind. cauſam quæ. & de app. cum in eccleſia. hoc videtur tenuiſſe Io. An in addi. Spec. de ſen. excom. §. poſtremo. verſi. 16. in ſi. ¶ In contrariū facit quod no. per Compo. in dict. c. bonæ. per Io. An. in d. c. in præſentia. & Spe. de ſen. prola. §. quoniam. verſi. in ſumma. & ver. ſequen.

2 ¶ † Pro iſto dubio declarando eſt primo videndum, an iſte recurſus ad arbitrium boni viri habeat naturam appellationis iudicialis vel extraiudicialis, vel officij iudicis tantum? Et videtur, quòd talis recurſus nec in parte ſui principij neq; in fine habeat materiam appellationis iudicialis, quæ intra 10. dies debet interponi, & cauſa intra annum decidi, de app. ex ratione. & auth. hodie. C. de ſen. Recurſus autem nō habet iſta tempora limitata, vt no. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, & Bal. in l. ſi quis arbitratu. de ver. ob. in repetitio. In progreſſus etiam diſcuſſione ſeu ventilatione differt ab appellatione, nam iudex aditus tanquàm bonus vir non cognoſcit vt iudex appellationis, ſed ſicut cognoſceret arbitrator, cuius loco ſubrogatur: nec ab eo appellatur, vt pridie cōſului, quia ita reperi publice diſputatum, vt refert Io. An. in addi. Spec. ti. de app. §. in quibus. Et confirmatur iſta opi. per id quod tenet Bar. in dicto §. arbitrorum. vbi dicit, quòd non

non debet ſub illo recurſu adiri iudex appellationis. ſed iudex, qui principaliter adiretur in illam cauſam, ſi de ea compromiſſum non fuiſſet: non enim ab arbitratore, cuius laudum impugnatur, appellatur. nec debet facere gradum, quia non appellatur a grauamine iudicis, ſed aditur iudex ſuper grauamine hominis priuati: & appellatio eſt de minori iudice ad maiorem: prouocatio: de ap. dilecti. de conſue. non putamus. lib. 6. Ex his patet, quòd talis recurſus nihil habet cõmune cum appellatione iudiciali. Sed an cum appellatione extraiudiciali? Bar. videtur dicere quòd ſic, ſi interponitur intra 10. dies: nam ſecundum eum etiam poſtea interponi poteſt, vt ipſe no. in l. ſi res. de app. recipi. Et certe ſi poſt 10. dies interponi poteſt, non poteſt dici appellatio extraiudicialis, quæ debet intra 10. dies a die illati grauaminis interponi, clemen. ſicut appellationem. de app. Item in appellatione extraiudiciali proceditur coram iudice & ſolenniter, & cum cauſæ cognitione, vt colligitur ex no. in c. cũ nobis olim. & c. cum inter canonicos. de ele. de app. bonæ. Coram iudice verò, qui eſt adhibitus vt bonus vir, proceditur tanquàm coram arbitratore, vt dixi: & per conſequẽs abſentibus partibus & nullo iuris ordine obſeruato,
3 vt no. Ioan. Andr. in c. Quintauallis. de iureiu. ¶† Concludimus ergo, quòd ex diuerſitate nominis reſultat diuerſitas intellectus, vt l. ſi idem. C. de codi. Et poſito quòd accederet ad naturam extraiudicialis appellationis, dicendum eſſet appellantem, ſiue ad hunc recurſum habentem, probare debere grauamẽ, quod non præſumitur quis inferre, vt in pręalle. iuribus no. Oportet ergo neceſſario concludere, quod iſte recurſus habet vim querelæ proponendæ corã iudice ad reſtringendum grauamen, quod illatum proponitur a priuata perſona: ſic & in ſimili ad reſoluendum contractũ oritur officium iudicis, vt l. quod ſi minor. §. finali. ff. de mino. Idẽ ſi non petatur præciſe reſtitutio, ſed emẽdatio iniquitatis, ff. de contrahen. emp. l. officio. & officio iudicis emẽdatur iniquitas arbitrationis, vt l. videſi Neruæ. ff. pro ſocio. & no. Bal. in l. 2. C. de reſcin. ven. hoc ergo præſuppoſito pro vero, eſt dicendum, an pro laudo pręſumatur, ſi aliter de eius iuſtitia non apparet: vel niſi per probationes appareat de ipſius iuſtitia, præſumatur iniquum. Et in hoc teneo cum Dyno & cum Bal. & eſt de mente Bartoli in §. arbitrorum. vbi ponit plures modos detegendi & probandi iniquitatem laudi, & dirigit ſemper verba ſua ad illum, qui dicit laudum iniquum. Ex quo innuit, quòd ad ipſum ſpectat onus probandi. Ad idem quod no. Ioan. An. in c. Quintauallis. de iureiu. vbi dicit, quòd talis arbitrator non eſt iudex neque arbiter, nec iudicium coram eo, ſed extra iudicium laborare debet ad veritatem inueſtigandam, & nullo ſeruato ordine, dicit quòd ſibi videbitur arbitrando etiam ſimpliciter nudo verbo & ſine ſcriptis: nam totum factum in ſua eſt poſitum voluntate, vt ibi no. Ex quibus verbis manifeſte liquet, quòd rationes & alia, quibus mouetur ad laudandum, non tenetur redigere in ſcriptis, ad quod iudex tenetur, alias pro eo non pręſumitur, de proba. quoniam cõtra. nam ante illam conſtitutionem pro eius ſentẽtia & proceſſu interim pręſumebatur, quòd in aduerſarium etiam negantem transfundebatur onus probandi contrarium, vt ibi dicit tex. in prin. Et quia ad iudicium trahitur quis inuitus, prouidere voluit illa conſtitutio, quod tunc præſumatur, quando monſtratur: quæ ratio ceſſat in arbitratore, ad quem ſponte itur & eligitur de communi conſenſu, vt l. ſi dictum. §. ſi compromiſſum. ff. de euic. Eo enim ipſo, quòd datur ſibi arbitrium procedendi & decidendi ſine ſcriptura, videtur conceſſum, quod eius ſimplici informationi credatur, vt no. Bar. in l. ſi. C. de ſenten. ex periculo recitan. Pro hoc optime facit quod no. Inn. de eo qui furti; or. ſoce innotuit. vbi tenet, quòd dicens factũ aliquid eſſe cõtra ius, habet illud probare, 11. q. j. aliud. Coadiuuat etiam pręſumptio naturæ, quia quilibet pręſumitur bonus, de præſum. c. ſi. Item iſta reductio poteſt fieri poſt longum tempus. Eſſet ergo iniquum, q habens pro ſe laudum, teneatur de iuſtitia laudi perpetuo docere, ſicut hac ratione non tenetur pars, quæ ſententiã obtinuit, cuſtodire acta pro iuſtitia ſententiæ pro ſe latæ, vt no. Inn. in c. bonę. el. j. de elec. Ex quibus concludo cum Dy. quòd pro laudo eſt præſumendum, donec contrarium probetur, & in omnibus remedijs reſciſſorijs, vt in integrum reſtitutione ex clauſula generali, vel minoris ætatis. vel doli, vel metus, vel deceptionis vltra dimidiam eſt idem reperire, vt qui lęſionem & iniquitatem allegat illam probet, l. nam & poſtea. §. ſi minor. de iureiuran. l. dolum. C. de dolo. & l. quoties. §. qui dolo. de probat. Petrus de Ancha.

De iudicijs & foro compe. Rub.

CONSILIVM I.

AN teneat iudicium, ſi iudex non ſedet in loco conſueto: vide ſupra, de officio ordinarij, conſ. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens in feudali contractu quis dicatur.*

CONSILIVM II.

1 QVis ſit iudex competens, quando agitur† ſuper cõtractu feudali iurato, vt per partes obſeruetur, maxime ſi iurans ſit Rex? Et videtur, quòd ad iudicem eccleſiaſticum ratione iuramenti, etiam dato, quòd tangeret feudum: probo duplici ratione: Certum eſt, quòd cognitio iuramẽti tanquàm rei ſpiritualis pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, de iureiuran. quemadmodum. quanto. ſi vero. cum ſim. vnde arguo ſic: Cauſa principalis & incidens ſic ſe habent, quòd ad poſitionem vnius ſequatur poſitio alterius neceſſario, & ſub eodem iudice terminẽtur, poſito quòd iudex alias cauſæ principalis non poſſet ſe intromittere de incidenti, C. de iudi. quoties. qui fil. ſint legi. e. lator. Sed ſic eſt in propoſito: Nam poſito, quòd res ſit feudalis, non poteſt cognoſci ſuper viribus iuramẽti, niſi cognoſceretur ſuper proprietate: ergo poteſt diffinire q. proprietatis: ita de directo dicit c. nouit. de iudi. ¶ Item maior cauſa trahit ad ſe minorem & non econuerſo, C. de or. iudi. l. quoniam. Sed maior cauſa eſt recognoſcere ſuper iuramento, quàm ſuper proprietate, vtpote tanquàm cauſa principalis & ſpiritualis: ergo trahat ad ſe cauſam minorẽ ſupra q. proprietatis. Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarum cauſa coram quo iudice tractanda.*
2 *Vſurarius pęna eccleſiaſtica compellendus.*

CONSILIVM III.

1 AN cauſa vſurarum de neceſſitate ſit† tractanda coram iudice eccleſiaſtico contra laicũ. Videtur quòd non, de iureiu. ad noſtram. a. & fateor dubium eſſe, an vſuræ peti poſſint contra laicum in foro ſeculari. Solennis eſt opi. quòd ſic. Hug. Lap. Goſre. de foro compe. cum ſit. & Archi. 14. q. 4. quid dicã. quę opi. placet Paulo: vbi alias quãdo non refertur quęſtio, an id, quod petitur, ſit vſura,

vt

vt no. Pau. in cle. j. de vſuris. & ita intelliguntur iura dicentia ad iudicem eccleſiaſticum hoc ſpectare: no. de fo. compe. cum ſit. de offi. ordi. c. j. Et an iſto caſu iudex ſecularis poſſit cognoſcere vel nõ, etiam opi. ſunt. ¶ Sed vr, quòd non ſolũ mõ quæritur, an quis ſit vſurarius vel non, manifeſtus, vel non, quòd actor ſequatur fortiter & de hoc non ſit aliquatenus dubitandum, vt in iuribus vulgaribus. vel quod cognoſcat ille iudex incidẽter, etiam qui alias non poſſet cognoſcere principaliter, vt l. j & ſ. C. de or. cogni. & l. quoties. C. de iudi. & in c pe. de reſti. in inte. ¶ Et hoc probatur aperta ratione, quia aut cognitio eſt prohibita iudici ſeculari ex eo, quòd huiuſmodi cognitio includit cauſam ſpiritualem, ſicut dicitur de quæſtione legitimitatis: patet de or. cogni. tuã. qui fi. ſint leg. lator. Et hoc reſpectu planũ eſt, quòd cognitio non eſt prohibita iudici ſeculari, quia cauſa vſurarum non includit aliquam ſpiritualẽ, ſic nec alia crimina regulariter, j. q. j. in prin. ¶ Aut quod dicitur eſſe de crimine eccleſiaſtico, & iſtud non alias prohibet, probat quòd iudex ſecularis non poſſit cognoſcere, quia non ſequitur: crimẽ eſt eccleſiaſticum, ergo prohibita eſt cognitio iudici ſeculari, vt patet in ſacrilegio, periurio, & ſimilibus, de quibus in c. cũ ſit de fo. compe. vbi etiam dicit hoc expreſſe Io. An. Sed tunc crimen excluderet cognitionem iudicis ſecularis, quando eſſet mere eccleſiaſticum, ſicut eſt hæreſis, vt eſt expreſſum in c. vt inquiſitionis. § prohibemus. de hære lib. 6. ¶ Aut diceretur prohibita cognitio iudici ſeculari de hoc crimine ex eo, quia leges ſeculares hoc permittunt. Et dico, quòd iſta conſequentia eſt falſa, videlicet hoc eſt de iure canonico, & contrarium eſt de iure ciuili: ergo iudex ſecularis non poteſt cognoſcere: inſtantia patet de iureiu. c. 2. li. 6. vbi clare colligitur, quòd non tenet prædicta illatio, iuncto c. cum contingat de iureiur. & c. quamuis. de pac. li. 6. de quo per Io. An. in c. cum laicus. de fo. compe. lib. 6. ¶ Ad no. per Ioan. mona. ſuper Rubrica de vſuris. lib. 6. Reſpõdeo primo, quòd ſi bene inſpiciatur, tractat de potentia iudicis eccleſiaſtici, & non de prohibitione iudicis ſecularis: item omnia ſua verba tendunt, quãdo agitur de repetitione vſurarum, non in caſu noſtro. Item rationes ſuæ non inferunt contrarium concluſionis prædictæ: prima ratio eſt; quia crimen vſurarum non eſt contra naturam, ſed peccatum ſodomiticum eſt cõtra naturam, 32. quæſt. 4. adulterij. & c. flagitia: cum ſi. Et tamen non dubium, quòd de illo crimine cognoſcit iudex ſecularis, C. de adul. l. cum vir nubat in feminam. Secunda ratio ſua eſt ex eo, quòd lex ſecularis permittit vſuram: lex canonica prohibet. Ad hanc ſupra reſpondi: ipſe etiam dicit vſuras prohibitas iure ciuili, no. in auth. ad hæc. C. de vſuris. Tertia ratio ſumitur ex iure conſuetudinario, ſed de aliqua conſuetudine non eſt dictum. Item videtur tenere ibi Io. mo. in fi. ſuæ glo. vbi quærit, an iudex ſecularis poſſit punire etiã ipſe vſurarium punitum per iudicem eccleſiaſticum inducit in ar. quòd ſic, de pœnis. felicis. § per hoc quoque. lib. 6. de fo. compe. cum ſit generale. de offi. or. c. j. ſaltem in eo quod excedit, ff. de bo. dã. l. j. Sed quomodo puniet, ſi non eſt de foro ſuo? So. imo eſt, quia vtroque iure ſunt prohibitæ, vt ſupra eſt probatũ. ¶ In contrarium probatur etiam quo ad teſtamentum reſcindendum, quia cum quæritur, an quis ſit vſurarius vel non, ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcit. probatur autoritate & ratione. Ratione, ſic exercere vſuras eſt peccatum de iure canonico & diuino. De iure ciuili non eſt peccatum punibile, imo videtur eſſe permiſſum, licèt aliqui videantur tenere contrarium, quod tamen iure non probaretur. Ad quod alleg. in Authen. de eccle. ti. in prin. Et eſt ratio, quia poſt Imperator fecit ſpecialem rubricam de nautico fœnore, & de alijs. Spectat ergo ad eccleſiam ratione peccati: de iudi. nouit. qui fi. ſint le. per venerabilem. ¶ † Item vſurarij compelluntur per pœnas eccleſiaſticas, non ſeculares: de vſuris. quia in omnibus. & c. ſequen. Et præſertim in caſu noſtro, in quo illa pœna non inducta a iure ciuili ſed canonico: patet de vſuris. c. 2. li. 6. ergo de his non iudicat: & per conſequens non iudicat nec cognoſcit ſecularis. ¶ Item dici conſueuit, quòd quædam ſunt crimina eccleſiaſtica tantum, vt cõcubinatus & vſura. Quædam ſunt crimina de vtroque iure, vt no. de fo. compe. cum ſit. ¶ Item crimen vſurarũ adijcitur in ordine cognoſcendi & procedendi tribus cauſis eccleſiaſticis, vt patet in cle. diſpendioſam. de iudi. ¶ Hanc tenet gl. de offi. or. c. j. poſt prin. Io. mo. Io. An. de vſuris. ſuper rubrica. lib. 6. ¶ Nec ob. quod dicunt ibi in fi. quòd laicus poſſet vſurarium punire: quia hoc poſſet in ſupplementũ pœnæ. Et per hoc nõ ſequit, quòd de hoc poſſet cognoſcere & pronunciare ſed pronũciatione facta per eccleſiaſticũ habeat locum dicta opi. Inſtantia patet in contrahente nefarias nuptias & hæretico, de quibus pronunciat tantum eccleſiaſticus iudex, poſtea ſecularis punit illum impoſita pœna canonica ſua pœna legali, vt patet de hære. cum ſecundum. lib. 6. De matrimonio prohibito non cognoſcit niſi eccleſiaſticus, de or. cogni. tuam. & ibi hoc no. Imo. Hoſt. & Io. An. Nõ ob. l. quoties, C. de iudi. quia de cauſa eccleſiaſtica principaliter vel incidenter non cognoſcit ſecularis, vt patet in d. c. tuam. & qui fi. ſint le. lator. & no. Inn. de fo. compe. verum. ergo concluditur, quòd illa probatio non facit fidẽ, de iudi. at ſi clerici. Alle. fuerunt iſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior de ſuperioris ſententia an poſſit cognoſcere.*

CONSILIVM IIII.

AN inferior iudex poſſit cognoſcere de ſententia lata per ſuum ſuperiorem? Et dicit quòd poteſt, quando cognoſcit, vt videat, an obſtet vel non, ſi deducitur incidenter coram eo, iudicare enim debemus de alicuius petente ſecundum finem, ad quem actus de quo quæritur dirigitur, vt probatur de ord. cogni. ca. 2. de teſti. veniens. 2. Sed finis huius altercationis eſt; vt per hoc ſciatur, an petens in hac cauſa debeat audiri vel non, quo inſpecto licèt ea, quæ proponuntur per alios iudices fuerint agitata vel coram alijs, quia tamen de illorum actuũ approbatione vel reprobatione non quæritur: ideo alterius iudicis cognitio ad finem prædictum nullatenus impeditur. Vnde licèt non poſſit de priuilegijs Papæ per alios iudicari, de iudicijs. cum veniſſent. tamen ſi allegatur priuilegium Papæ coram iudice inferiori, cognoſcet & videat, an obſtat vel non, vt no. in d. c. cũ veniſſent. & de priuilegijs. ſi Papa lib. 6. Et ideo ſi excõmunicationis exceptio opponitur coram inferiori iudice, ille, qui excõmunicauit, cognoſcit de illa vt quis repellatur, de exceptioni. pia. lib. 6. Item hoc maxime procedit, quando cognoſcit incidenter, de reſt. in inte. c. pe. Io. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Singularis de populo an poſſit agere in actione populari.*

CONSILIVM V.

AN ſingularis † de populo poſſit agere & denunciare in actione populari? Et dicitur quòd ſic, ff. de no. ope. nun. l. in prouinciali § ſi. cũ l. ſequen. cum materia ſua. & no. ff. de iure fiſci. l. j. circa prin. glo. Et ob id quod de calumnia iurat & c. vt in fi. dicit glo. cũ ſimi. Et in d. l. j. patet, quòd in

muctis

multis caſibus agitur & denunciatur ratione intereſſe.

Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in cauſa ſuæ eccleſiæ quando poſſit iudicare;*

CONSILIVM VI.

AN epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ? & ſic dicitur quod poteſt, in his, quæ, ſpectans ad eum de iure communi propter notorietatem iuris, ſicut eſt quando excõmunicaret ſubditum propter denegatam procurationem viſitationis, vel occupantem eccleſiam in ſua diœceſi ſitam, vel his ſimilia: non tamen in his, in quibus ius commune non fundat intentionem ſuã. ¶ Itẽ, licèt ſecundum aliquos poſſit defendere id quod iuſtè poſſidet, ſuper quo inquietatur & moleſtatur, & punire impedientem vel moleſtantem: ſecus tamen eſt, ſi non poſſidet, etiam ſi in veritate ipſius rei ab alio poſſeſſę ſpectat proprietas ad ipſum epiſcopum. Hęc ſunt, quæ clarè colliguntur ex no. per Inno. in prędicto c. venerabili. de cenſi. in glo. magna. Et per hoc Hoſt. eo. ti. procurationes, vbi etiam ad fi. glo. dicit Hoſti. quod in cauſa epiſcopalis menſę epiſcopus poteſt eſſe de cõſenſu aduerſarij iudex: alias poterit in tali cauſa per aduerſarium recuſari.

SVMMARIVM.

1 *Fratres tertij ordinis ſancti Fran. an gaudeant aliorum religioſorum priuilegijs.*

2 *Fratres tertij ordinis ſancti Fran. non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ.*

CONSILIVM VII.

1 AN fratres de pœnitentia, id eſt tertij ordinis ſancti Franciſci, gaudeant priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. vel priuilegio fori, vt nõ poſſint conueniri, niſi coram iudice eccleſiaſtico, vel quo ad bona & collectas, ſicut alij clerici vel eccleſiaſticę perſonę? ¶ Ad partem, quod gaudeãt adducitur cle. cum ex eo, de ſen. excom. cum ipſorum ordo ſit per ſedem apoſtolicã approbatus, vt ibi not. & in cle. j. de reli. do. Item a denominatione, a qua argui poteſt, 98. di. dominus. qui filij ſint legi. per tuas. Vocantur enim fratres continentes, ſed continentes ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, 27. q. j. vt lex. continentiæ. ergo. Item nominãtur in dicta cle. cum ex eo. fratres de pęnitentia: ſed dicit gl. 17. q. 4. quiſquis. quod pęnitentes ſunt perſonę eccleſiaſticę: ad quod alle. 11. q. j. aliud. Pro hac parte facit ſecundum Io. quod eremita, qui non eſt alicuius ordinis approbati per ſedem apoſtolicam, gaudet priuilegio clericali. Hæc no. 16. q. j. qui vere. fortius ergo videtur dicendum de iſtis, cum
2 ſint approbati, vt dixi. ¶ Sed cõtrarium puto, & dico, quod ipſi non ſunt perſonę eccleſiaſticę ſtrictè & propriè loquendo, & non gaudent aliquo dictorum priuilegiorum, quibus gaudent alij clerici vel religioſi, quia non ſunt clerici: hoc planum, non ſunt religioſi, i. religioni per ſedem apoſtolicam approbatæ religati, id eſt profeſſi: de alia enim religione quàm fratrum minorum dici non poſſent, & hoc eſt planum. Sed nec de illa, vt probat dicta cle. cum ex eo. Hæc ratio ſumitur ex c. duo ſunt. 12. q. j. vbi Deo deuoti dicuntur religioſi, vt ibi dicit litera, hoc eſt profeſſi religionem approbatam, vt etiam ibi probatur: quod etiam aperte dicit prallegatum c. vt lex. ibi. etiam præmiſſo de clericis ſubdiaconibus regularibus canonicis monachis, ſequitur atque conuerſi profeſſi. vnde ibi dictio, conuerſi: ponitur ſubſtantiuè, & dictio, profeſſi, adiectiuè: & per hoc patet, quod illud c. quod ſupra inducitur ad contrarium, facit pro hac parte. De talibus etiam conuerſis profeſſis loquitur c. non dubium. de ſen. excom. & quod no. in c. conuerſis duo ſunt, in prima gl. ſic debet intelligi. Item quod dictorum fratrum ordo non ſit religio proprie per ſedem apo. approbata, cuius religionis prætextu habeant priuilegio clericali gaudere, de quo fit ſermo, patet, quia non promittunt ſubſtantialia regulę continentiam non ſimpliciter. Contrahunt enim matrimonium, & vtuntur contracto, nec abdicant a ſe proprium, ſed habere poſſunt & habent. nec obedientiam regularem promittunt: imo ſunt ſicut locuſtæ ſine rege, vt no. in ſimili in præal. c. c. ſi vere. 16. q. j. ergo non poteſt dici ordo religionis per ſedem apoſt. probatæ, cum prædicta ſint tria ſubſtantialia religionis, de ſta. mo. cum ad monaſterium. in fi. Cum ergo careat ſubſtãtialibus, caret religione: & eſt ar. j. q. j. detrahe. de condi. appo. c. fin. Ad prędicta bene facit de de. c. j. li. 6. Et per hoc patet reſponſio ad rationem vltimo loco ſupra in contrarium alle. quia licet ipſorum ordo ſit per ſedem apoſt. approbatus non per modum religionis propriè, ſed quidam viuendi modus vel ordo, vt no. in præalle. cle. cum de quibuſdam. & c. cum ex eo. Illud autem, quod dicit glo. in c. duo ſunt. præallegato, de templarijs, qui tamen religioſi ſunt, de priuile. cum & plantare. quod poſſunt mouere arma: Fateor, ſi tamen faciunt de ſpeciali licentia eccleſiæ, ſed bene profitentur religionẽ approbatam, ſ. beati Auguſtini, quæ habet in ſe illa tria ſubſtantialia, de quibus ſupra dixi; quod autem interſerit illa gl. de deuotis, quod non tenentur continere, nec omnes profitẽtur, licet generaliter intellecta vt ſonat, malè loquat, tamen non eſt intelligendum de conuerſis, de quibus ſupra dixi: alias contra ipſam gl. aperte faciunt per alle. c. vt lex. vt declaraui. Ad gl. c. quiſquis. 17. q. 4. inquantum loquitur de conuerſis, templaris & hoſpitalarijs, eſt reſponſum ſupra quod debet intelligi de conuerſis profeſſis. Inquantum autem dicta glo. loquitur de pœnitentibus, eſt intelligendum de ſolenniter pœnitentibus, de quibus in c. in capite. & c. confirmandum. 50. di. vt no. in d. c. aliud. 11. q. j. Et eſt ſpeciale priuilegium ipſorum ſolenniter pęnitentium, nedum quod debeant coram eccleſiaſtico iudice conueniri. ¶ Item licèt ipſi fratres nuncupentur de pœnitentia vel continentes, nõ ſequitur quod ſint perſonæ eccleſiaſticę, tamen quia talis denominatio extraiudicialis, vel quę fit ab eo, qui non poteſt ius conferre, vel cum requiritur titulus vel certa forma, vt in hoc caſu, non tribuit ius, vt in cle. ſi ſummus. de ſen. excom. Et per hoc reſpondeo ad iura præallegata loquentia de denominatione, vt ſcripſi in d. c. ſacerdotibus. 11. q. j. Et quod nominantur continentes, nihil releuat, quia non ſunt continentes ſimpliciter, vt dixi, ſed ſolum quandoque abſtinent a voto coniugali, vt no. in clemen. cum ex eo. ¶ Item vir & vxor poſſunt promittere continentiã ad tempus, 33. q. 5. quod Deo. de conuer. coniug. chariſſimus. ¶ Item ſtatus cõtinentiæ laicorum etiam ſtatutum eſt in eccleſia militãte, etiam ſi ſint tales, qui nõ gaudent nec gaudere poſſunt aliquo priuilegio clericali, de ſum. tri. firmiter. in fi. Et continentes dicuntur coniugati, 31. di. Nicena. Imo etiam bene cognoſcentes vxorem ſuam, vt no. 44. di. conuiuia. Si tamen prędicti fratres haberent a ſede apoſtolica aliquod priuilegium competens eccleſiaſticis perſonis, illud & eius tenor eis eſſet ſeruãdus, de priui. porro. & c. recepimus. & tale priuilegium multum confirmaret concluſionem meam ſupradictam, ſ. quod ſaluo priuilegio prędicto non deberent dici perſonæ eccleſiaſticæ, quare ſuperfluum eſſet impetrare quod iure communi cõpetit, C. de theſauris. l. j. li. 10. de priuile. in his. cum ſimilibus.

Io. Calde.

CON-

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio voluntaria extra proprium territorium an poſſit exerceri.*

CONSILIVM VIII.

1 AN illa, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, † poſſint exerceri extra propriũ territoriũ? Et an edictum inſtri poſſit, vel confirmatio electionis fieri poſſit extra proprium territorium: vide ſupra, de electio. conſilio ſecundo.

SVMMARIVM

1 *Iudex eccleſiaſticus an cognoſcant de excommunicatione oppoſita coram ſeculari iudice.*

CONSILIVM IX.

1 AN ad eccleſiaſticum iudicem ſpectet † cognoſcere de veritate excommunicationis oppoſitæ coram iudice ſeculari, vel eius validitate? Et dicitur quòd ſic, quia excommunicatio eſt actus mere eccleſiaſticus, & a poteſtate canonum & ipſius conſtitutionibus procedens, in quo ſecularis poteſtas vel iuriſdictio nil habet diſponere: ad hoc 96. di. bene quidem. de iudi. c. 2. & c. quanto. de ſenten. excommuni. ſi iudex laicus. libro 6.

Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Debitor obligatus ſtare mandatis rectoris patrimonij ſui, an poſſit coram iudice a Papa dato ſuo rectore manente conueniri.*

CONSILIVM X.

1 AN ſi debitor obligauit creditori † ſuo ſtare mandatis rectoris patrimonij, & ſui iudicis, & Papa dedit iudicem in patrimonio manẽte rectore & ſuo iudice, poſſit debitor conueniri virtute pacti coram illo iudice a Papa ſpecialiter dato? Et dico quòd non, quia obligationes ſunt ſtricti iuris, ff. de ac. & ob. l. obligationum ſubſtantia: §. j. Et ideo in eis non includuntur non expreſſa. ff. de tranſac. cum aquiliana. & l. qui conductoribus. ff. de pactis. tres fratres. facit de arbi. cum dilectus. de iureiurã. venientes. & c. Quintanallis. & c. penul. Obligatio ergo de compulſione debitoris facienda per certos iudices & alios non extenditur. Item verba & eorum ſignificatio, quæ debet attendi, vt l. non aliter, ff. de le. 3. de conſ. di. 4. ſi quis presbyter. 28. q. j. ſic enim. de decimis. ad audientiam. de celebra. miſ. In quadam. cum ſi. non includunt dictum iudicem a Papa deputatum ſpecialiter, imo patenter excludunt: nam expreſſio vnius ſpeciei aliam ſpeciem etiam eiuſdem generis non includit ſed excludit, ff. de iudi. ſolemus. §. latrunculator. de reſcrip. ſuſceptum. li. 6. de præbẽ. cum in illis. co. lib. ſic expreſſio rectoris & ſui iudicis non includit nec includere poteſt etiam de mente contrahentium iudicẽ a Papa ſpecialiter deputatum, imo videtur excludere. Et per hoc reſpondetur ad id, quod poſſet opponi de l. ſi. C. quæ res pig. obliga. poſ.

Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Iudęus Deum & Papam blaſphemans, a iudice eccleſiaſtico quando puniatur.*

2 *Crimina a iudice ſeculari & eccleſiaſtico iudicanda.*

CONSILIVM XI.

1 AN ſi iudęus blaſphemat Deum & † Papam, iudex eccleſiaſticus poſſit punire eum? Et ſi punit, iudex ſecularis, qui etiam ex forma ſtatuti contra tales tenetur procedere, poſſit etiam ipſum punire? ¶ Ad primum videtur, quòd ad epiſcopum ſpectet. Eſt enim hoc crimen eccleſiaſticum, ergo per Epiſcopum puniendus, de male. c. 2. nã grauius eſt æternam quàm temporalem lædere poteſtatem, de hære. vergentis. quæ ſicut læditur per hæreſim, vt ibi, ſic per blaſphemiam: nec ſuſtinere debet eccleſia opprobria illius, q noſtra opprobria pertulit, de iudæis in. nonnullis. hoc enim crimen ſapit quaſi hæreſim, ſi ſcienter & appenſate dictum ſit, & maxime ſi ſæpius iteratur: nam hæreticus eſt, qui male dogmatizat de fide, vel eius articulis. 24. q. 3. inter ſchiſma. & licet iudæus non poſſit proprie dici hęreticus, quia hæreſis ſonat diuiſionem. Is autem, qui nunquam fuit in vnione eccleſię, non poteſt dici hęreticus: & hoc voluit gl. in clemen. j. de vſur. tamen poteſt verba inſana proferre, & male ſentire de articulis, & ſic tãquàm hæreticus hęretici pœna puniri propter offenſam Dei & proximi ex hoc ſcandalizati. Et ſicut recte eccleſia in alijs delictis punit iudęos vel per ſe vel ad eius etiã inſtantiam per principes ſeculares, vt de vſuris. poſt miſerabilem. de iudæis. iudęi. el 2. & c. ad hoc. & c. & ſi iudæus & c. poſtulaſti. cum pluribus c. ibidem, & infra repetam: multo fortius in iſto, quod ſapit hæreſim. Quod autem hęreſis & illi connexa ſint crimina eccleſiaſtica mere, nemo dubitat, de hęreticis. vt inquiſitionis. §. prohibemus. lib. 6. ¶ Item quòd iſtud poſſet dici mere eccleſiaſticum, probat tex. in c. 2. de maledi. quod innuit ad requiſitionem epiſcopi temporalem poteſtatem circa hoc ſtatuere & punire, ſicut recte in crimine hęreſis, vt in d. c. inquiſitionis. & c. cum ſecũdum. Iſtud idem poſſet probari per no. per Io. An. in c. cùm C. laicus de foro compe. li 6. ſuper gl. ſi. vbi videtur dicere, quòd crimen eccleſiaſticum eſt, quod principaliter concernit potentiam vel reuerentiam Dei, & tale eſt iſtud. Et ideo forte ſic intellexit Ioan. An. in d. c. 2. dicens, q hoc crimẽ eſt eccleſiaſticũ: Dixi forte. qa nõ exprimit, an ſit mere: ſic etiam dixit Hoſtien. generaliter in ſumma, e. ti. §. ſi. & ibidẽ etiam in lectura. Non ob. quod dicitur, per ſecularem iudicem &c. quia illud intelligitur ad inſtantiam iudicis eccleſiaſtici. Et hoc forte voluit ibi gl. quæ no. quòd vna poteſtas per aliã iuuatur: vel illud, quod ibi mandatur per ſecularẽ poteſtatem tales maledictos puniri, procedat, qñ non timetur pęna eccleſiaſtici iudicis, qa blaſphemus reiterat pluries verba blaſphemię: & ſic etiã intelligit Hoſt. in ſumma ꝑal. §. ſi. habere locũ pęna capitis, quã imponit lex in Auth. vt non luxurientur contra naturam. q tamẽ pęna capitis ibi expreſſe nõ imponit blaſphemis. imo ſi benè inſpiciatur ſolũ luxuriãtibus contra naturã: abſurdũ enim eſſet dicere, iurantẽ per caput vel pilos Dei hac pęna tanta puniri, quod ſonare videtur dicta litera Auth. Et maxime in iudæo hoc crimen poteſt dici mere eccleſiaſticum, quod in Chriſtiano tale nõ eſſet cenſendũ, quia in ſubuerſionem fidei & cõtumeliã creatoris pręſumitur ab eis factũ, ſicut deridere Chriſtianos in die Paraſceue: de iudęis. quia ſup his. cũ nutrices, quę corpus Chriſti ea die ſuſcipiũt, cõpellũt effundere lac: eo. tit. & ſi iudęos. & melius eo. tit. in nonnullis. quæ decreta. licet dicat p poteſtates ſeculares hos hebręos puniẽdos intelligo ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici: ſic etiam intelligo cle. credit. de iudęis. & hoc ideo, quia cum iudęi & Sarraceni non poſſint directè excõmunicari, vt ſtatim dicã, & cõmuniter eccleſia nõ habeat vltra quid faciat: ideo iura ꝑalle. pęnarum impoſitionem in talibus dicunt ad poteſtates ſeculares has pęnas imponere pertinere: ſed vbi

ipſa

ipſa eccleſia timetur, nulli dubium, quin per ſe poſſit
pœnam etiam pecuniariam contra laicos pro his cri-
minibus eccleſiaſticis imponere. Et hoc probatur aper
te 17. q. 4. quiſquis. & c. ſi quis domum. 16. q. j. ſtatui-
mus. 12. q. 2. in legibus. & no. 18. di. quoniam. 23. q. 5. ſi
vos. de pœni. licet. & in pluribus alijs glo. Sicut ergo
contra Chriſtianos, ita & fortius contra iudæos. Sed
dato, quòd non eſſet crimen mere eccleſiaſticum, nõ
2 poteſt negari quin ſaltem ſit eccleſiaſticum. † Quædã
enim ſunt crimina eccleſiaſtica & ſecularia, quæ. ſ. ab
vtroque iudice, i. in vtroque foro poſſunt puniri: vt ſa-
crilegium, vſura, ſecundum quoſdam periurium & c.
de quibus no. de fo. comp. cũ ſit gñale. & c. licet. & c.
ex tenore. & ſic laicus coram vtroq; poterit puniri: tũc
erit locus præuentioni. de offi. or. paſtoralis. & c. duo
ſimul. quæ fit per ſolam citationem: de foro compe.
propoſuiſti. vbi enim præuenit iuriſdictio, nedum ſi
ſufficienter puniuit, ſed etiam vbi eſſet paratus punire
forte: quia adhuc non eſſet de negocio cognitum: vel
quia ex circunſtantijs perſonarum negocij & alijs cõ-
ſiderationibus ordinarijs, quis poteſt commutare pę-
nas, vt no. in pręalle. c. licet. de pęni. cum ſuis remiſſio,
nibus, aliquam pęnam congruam poſuit iuxta arbi-
trium ſuum, vel imponere eſt paratus: alius ſecularis
talem delinquentem punire non poteſt, quia non de-
bet quis duplici pœna conteri, de iudi. at ſi clerici. cum
ſimi. ergo amplius non poterit contra eum inquiri
vel puniri. de accu. de his. Et hoc procedit etiam circũ-
ſcripta blaſphemia in perſonam, de qua nulli dubiũ,
quòd crimen eſt eccleſiaſticum, de maledi. c. j. ¶ Nec
ob. ſi iudex ſecularis dicat, quòd arctetur ad puniendũ
vigore ſtatuti ſecularis per eum iurati: quia reſpõdeo
quòd ex quo punitus eſt vel tractus coram idoneo iu-
dice, ſtatutum non habet locum, cum ſtatuta inter-
pretentur ſecundum ius commune, de conſti. ex lite-
ris. & no. Io. An. in regula, pro poſſeſſore: de reg. iur.
lib. 6 quia illud debet intelligi de non punito per ſuũ
iudicem competentem, vt probãt iura ſupra inducta.
Item ſtatuta generaliter promulgata tunc ligant, quã
do ſunt rationabilia & non repugnantia eccleſiaſticæ
libertati, de iureiuran. c. j. lib. 6. Aut ergo dictum ſtatu-
tum intelligatur ad requiſitionem epiſcopi, vt eſt di-
ctum. Aut ibi epiſcopus illud non prohibeat, quod po-
teſt prohibere, etiam ſi crimen non ſit mere eccleſia-
ſticum ex quo eccleſiaſticum eſt & cępit vti iuriſdi-
ctione. Nec ob. ſi dicatur, iſte eſt hebręus, & ſic extra
eccleſiam: Vnde nihil ad nos de his, quæ foris ſunt,
45. di. qui ſyncera. 2. quæſtio. j. multi. quia etiam iudei
diſtringuntur & puniuntur per eccleſiam, vt legitur &
no. de iudæis. iudæi el 2. de vſuris. poſt miſerabilem. &
in c. iudæi. Reſpondetur ad iura contraria: imo mul-
ti voluerunt dicere, quòd iudæi puniantur per eccle-
ſiam ſolam, ar. de rap. in archiepiſcopatu. ſed ibi loqui
tur ex delegatione iudicis ſecularis, & ea autoritate
epiſcopus cognoſcebat Sed dico, ꝙ ẽt ceſſante delega
tione iudicis ſecularis, eccleſiaſticus punit iudęũ, de iu
dæis. poſtulaſti, conſtitutiones canonicas violãtes. ibi,
de iudæis. in nonnullis. 26. q. 5. puenit. & epiſcopus.
cum ſimi. quæ c. loquuntur in ſortilego: & licèt lo-
quantur in Chriſtiano, idem in iudæo, dummodo
poſſit puniri pœna quæ timeatur. Gaſ. de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus, qui creditur laicus, de ſoluendo a iudice ſeculari manda-
tum ſuſcipiens, an teneatur. & nu. 3.*
2 *Laicus quilibet naſcitur, & talis, niſi oppoſitũ conſtet, reputatur.*
4 *Iudicis ſecularis præſentia confeſſionem rei quando vitiet.*

C O N S I L I V M XII.

1 SI clericus. qui laicus putabatur, † ſpontè ſuſcipit p̃-
ceptum de ſoluendo a iudice ſeculari, an pręceptũ
teneat: & quid de eius confeſſione coram ipſo facta?
Et prima facie videtur ꝙ nõ, q̃a à nõ ſuo iudice factũ,
de iudi. at ſi clerici. cũ ſi. 11. q. j. in clericorũ. ¶ Sed con-
trarium probabiliter poteſt dici: primo per no. per
glo. in c. veniens. de accu. 3. q. 2. ſi epiſcopus. 15. q. 4.
placita. in fi. vltimæ glo. ff. ſi quis in ius voca. l. 2. Et
expreſſe not. 23. quæſtio. 8. conuenire. quòd ſi iudex
laicus citat clericum, tenetur comparere, & priuilegiũ
allegare. Hoſt. in ſumma, de iudi. § 3. illud autem poſt
prin. dicit, quòd ſi dubium eſt, quem eſſe clericum, ſi
citatus non comparet, poteſt mulctari a iudice laico,
& in expenſis condemnari: alleg. l. ex quacunque. & l.
ſi quis ex aliena. & de app. ſi duobus. quæ omnia iura
probant, vt ipſe dicit, quòd quomodocunque iudex
errans in facto & errore probabili dicit ſententiam in
aliquem credens ſe iudicem, valet quod agit: ſecus ſi
erret in iure. Sed ſic eſt in caſu noſtro, quia errat in fa-
cto, ergo ad idem: quia in iudicijs opinio pręiudicat
veritati, 4 q. 7. §. verum ff. de offi. preto. l. Barbarius. de
re iudi. ad probandum. Ad idem de ſen. excom. ſi iu-
dex. §. non ſic. lib. 6. Ad idem quod no. Inno. & Hoſt.
de verb. ſig. ex parte. j. in fi. mag. gloſ. vbi dicunt, proceſ-
ſum epiſcopi tenere contra exemptum non compa-
rentem, quando exemptio non eſt notoria: ſecus ſi eſt
dubia: ſic eſt in caſu noſtro: hanc partem tenet Io. de
Deo, q. 32. Idem Aegi. etc. in quæſtione, An ſi iudex lai
cus citauit verè clericum, qui tamen communi opi-
nione habebatur pro laico, vt ſe defenderet ab accuſa
tione homicidij, & quia non venit, eum banniuit: an
bannum teneat? Inducebat, quia illum non haberi ꝓ
clerico procedit ex quadam conformitate ſeu eſſen-
tia morum & actus laicorum: cenſeatur ergo laicus:
alleg. 27. q. j. quotquot. & 50. di. ſi ille. de biga. nuper.
Et dignum eſt, qui cum alijs vitam ducũt ſimilem & c.
2 de ſta. mo. recolentes. ¶ † Item quilibet naſcitur laicus,
talis ergo debet cenſeri, niſi conſtet eſſe clericum, 2.
q. j. legum. Inducebat etiam iura deteſtari, quem eſſe
modò clericum. modò laicum. Item cum incediſſet,
deliquiſſet incedendo ſine tonſura, & neſciretur cle-
ricus, & fuiſſet contumax, & maxime in minoribus, q
recedere poteſt ab habitu clericali: de cleri. coniuga.
3 c. j. potuit per iudicem laicum puniri. ¶ † Secundo da-
to, quod præceptum non teneret mero iure, tamen
perinde iudicandum eſt eum tenere, ac ſi a competẽti
iudice factum eſſet propter tacitum vel expreſſum cõ-
ſenſum, quo ad iudicem ſecularem acceſſit ſponte ab
eo ſuſcipiendo mandatum de ſoluendo, ar. 6. q. 3. pla-
cuit. & hoc tenet glo. c. ſi diligenti. quam nullus re-
probat in glo. ſed ſi expreſſus ibi tenet Hoſt. ſuper ver.
etiam. vbi quærit, quid ſi contra eos fertur ſententia.
Arguit primo, quòd non valeat, quia a non ſuo iudi-
ce lata, de iudi. at ſi clerici. tamen dicit, quòd in odium
ipſorum tenet ſecundum Hugo. ar. de renun. quod in
dubijs & ſic puniuntur in eo, in quo deliquerunt,
de offic. delegat. cum olim. vel dicit ipſe, dic hoc
ſpeciale, quod teneat ſententia a non ſuo iudicè la-
ta. vel verius dic ſecundum eum, quòd ſententia
non tenet, vt in l. hac edictali. pœnam tamen ſequi-
tur, quia videlicet punietur in tantum, ac ſi ſenten-
tia lata valeret: ſecundum vero duas primas opi. ſen-
tentia tenet, ſecundum tertiam debet iudicari ac ſi
teneret, ne lites ex litibus oriantur: ad hoc facit ſe-
cundum Ioan. An. l. in criminali. C. de iu. om. iu. &
reus pro condemnato habetur, l. ac ſi condemnatio
teneret. ¶ Per prædicta patet reſponſio ad contra-
ria. Nunc reſtat videre de confeſſione: & hic præ-
ſupponendum, quòd ſi vera ſunt quæ ſupra dixi,
præceptum tenere, idem erit de confeſſione: Ad
cap. at ſi clerici. cum concor. facilis eſt reſponſio, quòd
loquatur in confeſſione extorta. Item & in cri-
minali cauſa, vt per eum probatur a contrario, ar-
guendo, ſicut tenet ſententia in nolente vel non

excipiente, ſic & confeſſio facta per uiolentem. Item
dico, quòd ſaltem ſi non valet tanquam pars iudicia-
lis proceſſus, ſcilicet in vim probationis, tamen non
dubium, quòd valet in vim confeſſionis quaſi extra-
iudicialis. Et hoc eſt, quod voluit Innocen. ſi rectè in-
telligatur, in ca. querelam. de electio. & de ſuc. abin-
teſt. cum dilectus. vnde dico, quòd talis confeſſio fa-
cta coram iudice ſeculari per clericum habet ſaltem
eundem iuris effectum, quem haberet facta ex-
tra iudicium. Et in caſu, de quo agitur, haberet effe-
ctum obligatorium facta ex cauſa, ſiue a clerico ſi-
ue a laico extra iudicium: ergo &cæt. tenet conſe-
quentia, quia præſentia tantum laici etiam in factis ec-
cleſiaſticis vel ſpiritualibus non inficit actum factum
a clerico, vbi laicus autoritatem non præſtat. Nam
ſacramenta, quæ ſunt ſpiritualia, laicus percipit & eis
communicat, vt eſt notum. Item laicus poteſt eſſe
teſtis & aduocatus in cauſis eccleſiaſticis & ſpiritua-
libus, & procurator ſeu ſyndicus & notarius, vt hęc
probantur & notantur de electio. quia propter. de te-
ſti. quia indemnitatibus. §. poſtremo. lib. ſexto. Imo
in pluribus cauſis etiam tanquam autoritatem præ-
ſtans laici præſentia admittitur, vt in caſu cap. Men-
nam. & cap. mandaſtis. 2. quæſt. 5. & ca. cauſa, & quæ-
ſtio. 7. Item 11. quæſt. 1. te quidem. 31. diſtin. §. verum.
4 de arbi. per tuas & cap. expoſita. † Præſentia ergo iu-
dicis ſecularis non facit confeſſionem eius inuali-
dam ſaltem tanquam extraiudicialem, & per conſe-
quens & ſi non eſt ſpecies probationis, vim obtinet
tamen vt obligatoria valere. Item ſi actor clericus
reſpondet poſitionibus rei, vel aliàs interrogatus a iu-
dice reſpondeat confitendo vel negando: talis con-
feſſio præiudicat ipſi clerico: ergo autoritas & præ-
ſentia iudicis ſecularis etiam in iudicialibus non prę-
iudicat confeſſioni. De confeſſione etiam extraiu-
diciali nullus dubitat, quòd præiudicat clerico: no.
Innocen. de electio. per inquiſitionem. dicens, Nos
bene credimus, quòd ſola confeſſio extra iudicium
ſufficiat ad priuandum eum etiam futuris beneficijs:
de confeſ. cum ſuper. de excceſ. prę la. quam ſit. alle. C.
de non num. pecun. & licèt interceſſerat, dummodo
hanc non faciat coram prohibito, eſt neceſſe quòd fiat
ex cauſa expreſſa vel aliter ſolemniter, vt 3. quæſtio.
9. ſi debitum. Et ſubdit non curandum, an ſcriptura
interceſſerit vel non: ergo illa particula de neceſſario
debuit intelligi de confeſſione facta extra iudicium.
Ad capitulum ergo. at ſi clerici. licèt ſupra aliter ſit
reſponſum: tamen reſpondeo, quòd intelligenda eſt,
quòd ex confeſſione facta coram iudice ſeculari, iu-
dex eccleſiaſticus tamen non puniet: nec illa ſufficit,
vt puniatur vel condemnetur: ſed vocatus ab eccle-
ſiaſtico iudice non poterit variare: licet eius inter-
pretatio, videlicet quòd in alium caſum intellexerit,
audiatur, vt de accu. cum dilecti. Et hoc apertius dixit
in dicto cap. cum dilectus. de ſuc. abinteſtato. vbi di-
cit, quòd ſi ſuper tali confeſſione conuenitur, non
eſt poſtea audiendus contra ipſam confeſſionem. Cer-
tum autem eſt, quòd confeſſio extra iudicium fa-
cta ex cauſa obligat, vt no. in §. de his. 3. quæſtio 8. &
de fide inſtru. ſi cautio. quare concluditur, quòd li-
cèt tale præceptum & confeſſio non valeat vt iudi-
ciale, tamen in præiudicium confitentis ac ſi valida
foret ſeruari deberet, in odium ipſius ſaltem tenet e-
tiam vt extraiudicialis.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus eccleſiæ exemptæ in loco delinquens exempto, à quo pu-
niendus ſit.*

CONSILIVM XIII.

1 CONTRA canonicum eccleſiæ exemptæ ex
delicto commiſſo per eum in loco exempto
procedit diœceſanus ratione beneficij, quod
ipſe obtinet: quod non eſt exemptum, cuius
tamen nondum poſſeſſionem fuerat adeptus. Quæ-
ritur, an poſſit? Alle. quòd ſic, per cap. cum appella. de
priuile. In contrarium concluditur, cum nondum fue-
rit adeptus poſſeſſionem illius beneficij: vnde non eſt
plene translatus. 21. q. 1. ſi quis iā translatus. vnde non
debet ex illo commodum vel incommodum ſuſti-
nere, de priuile. cum plantare. §. de confratribus, &
cap. penul. & cap. tuarum. & cap. de multa. coniunctis
cum cap. licèt epiſcopus. eod. titu. lib. 6. Sed etiam hoc
circumſpecto conſiderandum eſt, quod perſona di-
cti presbyteri eſt exempta; quia canonici illius eccle-
ſiæ omnes ſunt exempti a iuriſdictione ipſius diœce-
ſani: & ipſe eſt canonicus ipſius eccleſiæ: ergo quan-
tum ad forum domicilij non eſt ipſe ſubiectus ipſi diœ-
ceſano, de priuile. cap. primo, lib. 6. vbi exemptus ęqui-
paratur extraneo: vnde cum ipſe deliquerit in loco
exempto, diœceſanus non poteſt eum punire, cum
cauſa ſibi non ſubiaceat, niſi quando delictum eſſet
commiſſum in ſua diœceſi in loco non exempto, vt
dict. cap. 1. ergo ſententia etiam per eum lata eſſet nul-
la, cùm non ſit ſuus iudex, de iudicijs. at ſi clerici. hæc
etiam probantur per no. in cle. quamuis. de fo. com-
peten. vbi iſta ęquiparantur, videlicet exiſtens in loco
exempto: & exiſtens extra diœceſim: ſed planum, quod
ſi iſte exemptus deliquiſſet extra diœceſim, a diœceſi
vbi eſt ſitus locus exemptus puniri non poſſet.
¶ Ad præmiſſa facit quæſtio Ioan. Cald. de ſubdito
epiſcopi ingrediente non monaſterium monialium
exemptarum: an ligetur ſtatuto ipſius epiſcopi, à quo
profertur excommunicatio in ingredientem clauſu-
ram monialium? Quam quæſtionem poſuit Ioan. An.
in cap. 2. de conſti. lib. 6. ¶ Nec ob. c. cum capella. quia
non loquitur in exemptis, ſed in priuilegiatis tantum,
vt non poſſint excommunicari, quo ad alia remanent
ſubiecti: & hoc vult ibi tex. & ibi Ioan. Andr. imo fa-
cit pro & contra: quia licèt ratione aliarū parochiarum
ſint ſubiecti, non tamē ratione perſonarum: hoc au-
tem iudicium eſt ratione perſonæ: ergo &c.

Gaſpar de Cald. & Io. de Fran.

CONSILIVM XIIII.

SI forenſis iurat ciui, & requiritur abſolutio a iu-
ramento, quis epiſcopus eſt ille, qui habet ab-
ſoluere: vide ſupra de offi. ordi. conſilio 1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis ſuper fructibus decimarum inter clericum actorem
& reum laicum an cognoſcat.*
2 *Decimarum cauſa coram quo iudice ventilanda: per totum.*

CONSILIVM XV.

1 AN iudex ſecularis poſſit habere † iuriſdictio-
nem ſuper fructibus decimarum inter cleri-
cum actorem & reum laicum, vel duos lai-
cos. Diſtingendum videtur, an agatur de
iure percipiendi decimas, aut ſimpliciter de fructi-
bus decimarum, vt no. 1. q. 1. peruenit. de deci. quam-
nis. Primo caſu iudex ſecularis non cognoſcet, quia il-
lud ius eſt ſpūale, & ſic procedit gl. 16. q. 1. & q. 3. perue-
nit. §. ſicut. vnde quod ibi dr, prouētus decimarū, expo-
nit Hug. i. ius: & ſic procedant iura, quæ dicūt vel pro-
bant, cauſam decimarum vel decimas inter ſpiritualia
numerari: de fo. com. ex tenore. in 3. gl. 12. q. 1. in ſum-
ma. &

ma.& Io.Mo.& Archi.de iudi.ca.ſi.lib.6.& cle. diſpendioſam.de iudi.j.q.j.in ſumma. ¶Secundo caſu poſſet cognoſcere, eum non ſit cauſa ſpiritualis: quod patet, quia laico poſſunt concedi titulo locationis, de locato.noſtra.& vendi, vt ibi no.Ioan.And.& not.in cap. quamuis.de deci.ſed ſi eſſet ſpirituale, id fieri non poſſet, de ſimo.querelam. Probatur hoc etiam ratione: ceſſante prohibitionis cauſa, ceſſat prohibitio, 63.diſt. neophitus.de biga.debitum. Sed hoc ceſſat, quia ratio prohibitionis cognitionis eſt, quia de ſpiritualibus non poteſt cognoſcere, de iudi.quanto.de ord. cognituam: vt ibi no.Io.An. Nam ſi eſſet quæſtio, an quis eſſet filius Titij, vel non, poſſet cognoſcere ſecularis: ſed ſi eſſet quæſtio ratione matrimonij, tunc non poſſet: ſic eſt hic, non enim agitur de iure retinendi ius decimarum, ſed de fructibus tantum. Et hoc probatur optime de homi.poſtulaſti.& c.quanto.de vſuris. Nec ob. ſi dicatur, quod illud ſit in ſuffragium per inuocationẽ brachij ſecularis: quia poſſet fieri contra clericum, de of.or.ca.j & c.quoniam. nam ibi in reſponſione Papa generaliter loquitur, dum dicit, redde huiuſmodi que ſimoniam &c. Et ita intelligit illam decre. quòd dummodo agatur ciuiliter contra laicum ad reſtitutionẽ fructuum decimarum, quòd poſſit agi coram iudice

1 ſeculari, & ſic poſſet introduci c.quanto de vſuris. †Si enim eſſet quæſtio ſpiritualis etiam contra iudeũ, non poſſet cognoſcere iudex ſecularis, per ea quæ dicta ſunt. Fateor tñ, quod contra iudeum, & alium laicum poſſet agi corã eccleſiaſtico ſuper ſolutione decimarũ: de deci. de terris.& per totum. Et ſic loquuntur multa iura, quæ poſſent in contrarium allegari: nec eſt contra iura, quod de eadem cauſa vterque poſſit eſſe iudex, patet ex not. de fo.comp.cum ſit.bene facit, quod de vſura not.Io.mo. de vſuris ſuper rubrica, lib.6. Et pro hac concluſione l. lombar.de deci.l.quicunque. vbi eſt expreſſum, quòd compulſio huiuſmodi ſolutionis per iudicẽ eccleſiaſticum, & ſecularem fieri poteſt. Gaſ.de Cal.

CONSILIVM XVI.

COmmuniter cauſa, vt quis ſe informet ſummarie, & de plano, an debeat vocare partes, patet, conſi.4.infra de dila.

De libelli oblatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus non exprimens cauſam petitionis, an ſit validus.*

2 *Conſuetudo tacitum, vel expreſſum continet conſenſum.*

CONSILIVM I.

1 AN procedat libellus, in quo non exprimitur cauſa, quare petens debeat recipere certos corbes frumenti annuatim a quadam villa, & hominib. ipſis: ſed ſola temporis diuturnitas allegata in libello habetur pro titulo, vel cauſa, cũ allegatur tanti temporis, cuius contrarij memoria nõ exiſtit: iſta enim eſt legitima cauſa, licet alia ſpecialis non allegetur, vt eſt expreſſum 18.q.2.ſeruitium. Patiẽtia enim tanti temporis obligationem inducit, ar.j.q. 3.quæſitum.ff.de viuris.l.cũ de in rem verſo.& alia iura alle per gl.de cenſi.peruenit. Nec ob. quòd cauſa non ſpecificetur: quia præſumptio eſt pro petente: nec eſt veriſimile, quod tanto tẽpore quis ſoluiſſet ſine contradictione, ff.de prob.cũ de indebito.de cenſi.ſuper hoc. Itẽ excuſatur ab expreſſione cauſæ propter incertitudinẽ, & impoſſibilitatem propter tanti temporis longitudinẽ: & maximè conſiderato moderno tẽpore, in quo propter mutabilitatem dominorum iura, & inſtrumẽta eccleſiarũ, & priuatorũ faciliter pereũt: & hoc excuſat ab eo etiam, quod facere deberet: ad hoc ff. quorũ leg. l.j.de reg.iu.nemo põt.cũ cõcor.li.6. Itẽ in dicto libello petiẽ dicta pẽſio ex conſuetudine antiqua, dum dicit, ſoliti ſunt ſoluere: & hoc videtur ſufficere: ad hoc de cã poſ.eum eccleſia.de ver.ſig.abbate. & de cenſi.ſuper eo.9.q.3.conqueſtus.eum ibi no. Et per hoc ſit reſponſum ad id quod in contrarium dici poſſet, quod tps nõ eſt modus inducendæ, vel tollẽdę obligationis, C.de pac. ſi certis annis.j.q.j.nullus epiſcopus.9.q.3.quia cognouimus. Itẽ quod cenſus, cuius cã ignoratur: de cẽſi, peruenit. Quia hęc ſunt vera, qñ ſolum tempus allegatur.

2 †Sed hic allegatur conſuetudo, in qua non ſolũ eſt tẽpus, ſed etiam tacitus, vel expreſſus conſenſus illius, cui præiudicatur, ff.de pac.l.j.2.& 3.C.de agri & cenſi. litibus. li.11. Item quia allegatur tanti temporis ſolutio, cuius initij, vel contrarij memoria non exiſtit: & hoc ſufficit, quia præſumitur eãm preceſſiſſe, ſi probatur dictum tẽpus: de præſc.c.j.li.6. cui decre. non poſſet reſponderi.

SVMMARIVM.

1 *Libellus an vitietur, quòd per officium iudicis pars aduerſa compelli petatur,*

2 *Auxilium ordinarium ubi datur, extraordinarium non quæritur.*

CONSILIVM II.

1 AN autem libellus vitietur ex eo, quia petit ex officio iudicis partẽ aduerſam compelli? Et dicitur quod non, quia illa verba non ſonãt officium iudicis proprie implorari, ſed oſtẽdunt, quod de eã cognoſcat, & ius petenti reddat ſecundũ ſibi traditã poteſtatẽ, & hoc ſpectat ad iudicis officium quod eſt latiſſimũ, ff.de iuriſ.om.iu.l.j. Et ſi velles dicere, quod per illa verba implorat, non curo, quia etiam in actionib. arbitrariis, & ſtricti iuris principaliter implorat, ff. de eo qđ certo loco.l.3.in fi. Nec ob. ſi dicat, ſpecialis actio cõpetit: ergo iudicis officiũ implorari non põt: quia interdũ competit directa rei vendicatio, vel publiciana, & tñ iudicis officiũ implorat, ff.de vſu. ſi aliena. §.Sceuolæ.ff.de pub.ſi ego. ¶Item & vbi cõpetit interdictũ, etiam iudicis officium implorat principaliter, ff. ne

2 quis in lo.pub.l.2.§.hoc interdictũ.idẽ in fi. †Quod autẽ dicitur, quod vbi competit ordinariũ auxilium, non datur extraordinariũ, ff.de mino.in cauſæ.in prin. illud verũ in cauſis minorum: in aliis caſib. in quibus etiam competunt actiones, iudicis officiũ principaliter imploratur, & dicitur deſeruiens, quia deſeruit cuilibet actioni non ſolum bonæ fidei, ſed etiam ſtricti iuris, ut ſupra dixi: nec in hoc eſt magna vis, cum ex quo principaliter imploratur lit.conteſt.& alia ſolennia ordinis iudiciarij debẽt obſeruari, de offi.iud.c.2. Potiſſimè autem in his, quæ officio iudicis veniunt expedienda, vt ibi, quale eſt iſtud de quo agitur. Nec ob.de appel. ſignificante. vbi dicitur, quòd iudicis officium ſuper principali ante li. conteſt. implorari non poteſt: quia illud verum incidẽter, ſ.iam libello oblato citatione facta, quia tunc impediret proceſſum, cum eo caſu, ſcilicet quando incidenter imploratur lit.conte.non fiat, vel ordo iudiciarius non ſeruetur, vt d.cap.2.de offi.iudi. Sed hic principaliter, & in libello petitur per officium iudicis, vt ſupra dictum eſt. Gaſ.de Cal.

De dilationibus & citationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Captus abſque citatione eodem modo liberandus,*

CONSILIVM I.

Captus nemine citato relaxandus eſt nomine citato: nam ſicut de facto captus fuit, ſic de facto relaxandus, ar. not. ff. de euic. l. minor. in prin. & per Iac. de Are. de no. ope. nũ. l. j. §. item nũciatio. nam quod fit de facto, de facto reuocandum eſt, vt no. in l. i. §. nunciatio. & no. in l. j. ff. de fer.

CONSILIVM II.

IVDEX aſſignans dilationem etiam in caſu, in quo aſſignare non debebat, tamen aſſignare debet competentem: ad hoc de elec. cum inter vniuerſas. de his quæ fi. a prela. c. fi. Gaſp. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio præſentati a patronis facta in eccleſia, ad quam præſentatus eſt, an ſufficiat.*

CONSILIVM III.

1 AN ſi præſentatur vnus per patronos, † poſtea alius p alios patronos, primus erat abſens ĩ longinquo, ſufficiat vocationẽ fieri ad eccleſiã, ad quã eſt facta p̃ſentatio? Et dr̃, q ſic, dũ modo fiat nominatim de eo, & detẽ dilatio ita longa, q p̃ſentantes poſſint ei intimare, & expectare reſponſum: rõ, quia hic non quærit̃ de citatione, quę proprie habet conſtituere quẽ contumacem, vt contra ipſum procedat̃ ad actũ præiudicialẽ, per quẽ ſibi auferat̃ id, quod habet, quo caſu loquunt̃ iura de vocatione pſonaliter faciẽda, qñ ſcitur vbi quis eſt: vel ad domum, ſi neſcit̃ vbi eſt: de qua ſufficiat remittere ad no. per Inn. de eo qui mit. in poſ. c. fi. & per Io. An. in regula, præſumitur, de reg. iu. li. 6. in gloſ. Sed fit talis vocatio, vt ſi vult, proſequatur ſuã electionẽ, vel præſentationem, ex qua non hẽt ius in re, de of. leg. dilectus, nec proprie 2 ius ad rem, cũ nondum conſeulerit, nec potuit cõſentire propter eius ignorãtiam ex abſentia. Et ex hoc ſequitur, q cũ præſentantes habuiſſent primo ipſius conſenſum, vel ſaltẽ habeant requirere quã cito commode potuerunt, de elec. quam ſit. lib. 6. Et ipſe habeat primo conſentire, vel ſaltem põſt requiſitionem, & notitiam præſentationis hoc facere debeat, perſonalis requiſitio ſpectat ad patronos, & non ad ſuperiorem, a quo petitur inſtitutio: ad quod bene facit dictum c. fina. de elec. quod dixit, vocationem autem non citationem, vel requiſitionem: & per primum dixerat, nullis vocatis: quod verbum vocationis ad vocem, quæ in vocati notitiam veriſimiliter peruenire poteſt, conformetur: vnde clamorem, & aeris reuerberationem ſignificat ſecundum deriuatores. Item ibi dixit nominatim, non dixit perſonaliter, vel ad domum. Item cum locus citationis determinet verbum in eccleſia, quod ibi ſequitur, quod poteſt reſpicere vocationem electi, cum aliam determinationem non habeat. Et ſic illud verbum in eccleſia, quantum ad locum poſſit coaptari præcedentibus caſibus, ſcilicet de coelectio, & oppoſitore, ff. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. nunquid. lex. ſic & in caſu iſto eſt ſeruandum propter periculum, quod eſt in magna dilatione, & poſſet imminere, ad hoc de appel. oblatæ in fi.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Papa mandante fieri informationem, de iuſto beneficij titulo, an poſſit talis informatio parte non citata fieri.*

CONSILIVM IIII.

1 SI Papa mandet, quòd quis ſe informet, † an aliquis iuſtè teneat beneficium: Et ſi conſtet, quod iniuſte ipſum amoueat, ſummarie & de plano, &c. talis informare ſe poſſit parte non citata? Et dicitur quod non, immo citandi ſunt perſonaliter, vel ſaltem per edictum publice in eccleſia, de qua agitur, poſitum: de dolo. c. 2. & fi. de eo qui mit. in poſ. c. fin. de elec. c. fin. lib. ſexto. Probat hoc etiam forma literarum commiſſionis, qui informatur in formatione accepta debet amouere detinentem beneficium, ſed non debet poſſeſſor etiam illicitus a poſſeſſione remoueri, niſi primo citetur: de maio. & obe. inter quatuor. cum de ipſius præiudicio agatur: ad hoc eodem titu. c. fin. de cauſa poſ. cap. primo, de præben. licet epiſcopus. lib. ſexto. Nec illa verba, ſimpliciter & de plano, &c. te informes: excludunt citationem, vt clem. ſæpe. de ver. ſig. & quilibet iudex poteſt de ſe informare, 30. q. 5. iudicantem. Item quòd antequã intruſus amoueatur, primo ſit citandus, facit ca. quia diuerſitatem. de concel. preben. Nec ob. de elec. cupientes. §. ad hoc. lib. 6. vbi de informatione fit mentio, & non de aliqua citatione: immo facit pro. quia ibi præcedit iuris citatio. ¶ Præmiſſa procedunt, quando habet ſe informare, & vt amoueat. Sed vbi habet ſe informare, vt referat Papæ, non videtur ipſius citatio neceſſaria, cum ſecundum iuris formam per Papam vel alium, qui eos amoueret, ſit poſtea citatio facienda: nec eſt veriſimile, quòd dominus Papa eis non citatis, & copiæ defenſionis non data ad pœnam procedat contra ipſos, C. de legi. l. digna vox. de reſcri. c. ſi quando. lib. ſexto. Ad hoc hæc faciunt not. per Ioan. And. de tranſac. de cętero. de procura. in noſtra. Plenior tamen & certior heret informatio illis vocatis, & ſuis defenſionibus auditis.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

2 *Citatus perſonaliter per procuratorem impeditus comparebit.*

CONSILIVM V.

2 AN ſi quis citatus perſonaliter, & † eſt impeditus, poſſit per procurat. comparere? Et dicitur quòd ſic, quia allegare poteſt iuſtas cauſas abſentiæ: ratio, quia citatio cuinſuis iudicis non poteſt arctare ad impoſſibile, de regu. iur. nemo poteſt. libro ſexto, cum concor. ibi poſitis. Et ſatis expreſſum de elec. cupientes. §. quòd ſi. lib. ſexto, de accu. veniens. Item ſi procederetur abſentia rei non obſt. procurator poterit dominum defendere, & cauſas cauſæ allegare, ff. de proc. abſentis. & l. ſeruum. §. publice. C. de proc. 5. q. 3. reos. Cauſæ autem ſufficientes, per quas excuſari poteſt abſentia rei orientem a perſonali comparitione in caſu de quo quæritur, ſunt hæc, ſi eſt infirmitate talis detentus, quæ ipſum impediat itinerare, & equitare, vel tempeſtate, vel fluminum detentus, & impeditus, ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis in iudicio, vel hoſtium captiuitate detentus, vel obſeſſus, vel graui neceſſitate ineuitabili, puta perſecutionis, vel naufragij, vel ſimiliter impeditus, vt eodem titu. l. 4. §. 3. & ægrotans de coniu. di. 4. hi qui. de procu. querelam. facit de pig. ſignificante, & cle. multorum. de pen. vel quod locus, ad quem citatur, vel per quem tranſire debet, non eſt ſibi tutus propter inimicos capitales vel domeſticos, vel amicos, vel colligatos inimicorum ſuorum capitalium, 3. q. 9. hortamur. vt ſit. no. conte. accedens. 2. de app. ex parte. l. ff. de arbit. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. ex qui. cau. ma. Fulcinius. §. q d ſit latitare. de ſen. ex. communica. de cætero. eo. ca. quod de ſus. & c. quamuis.

Gaſ. de Calderi.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata relatione nuncij de citatione poſt ſententiā facta, an valeat.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſententia lata † facta citatione, valeat, ſi relatio nuncij ſit poſt ſententiam? Et dicitur quo non, cum de eius contumacia tempore latæ ſententię non conſtabat iudici, vt no. Bar. in l. multum. ff. de condi. & demon. & de hoc infra de ſen. & re iudi. conſilio 8.

De ferijs, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio iuramenti dolo extorti feriato tempore an poſſit fieri.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN relaxatio iuramenti doloſe † pręſtiti ſuper contractu poſſit fieri tempore feriato ob neceſſitates hominum parte contradicente? Et videtur q non, quia non numeratur iſte caſus inter alios permiſſos tali tempore, vt in l. 1. & 2. ff. de fer. & eo. tit. c. 1. & fi. cum ſi. Hoſt. poſuit in ti. de fer. & Spe. eo. tit. & determinant. q ſi agatur via ordinaria, etiam in ſpiritualibus porrecto libello &c q non poſſit hoc tempore procedere: ſecus ſi agatur mero iudicis officio, quia tunc procedere poteſt. In contrarium videtur, quia hæc eſt cauſa ſpiritualis, iuxta not. de foro comp. cum ſit. Et agitur, ne doloſus ſtet in peccato, & ne locupletetur cum aliena iactura: ergo iſto tempore poterit agi: pro hoc glo. 15. q. 4. placita. quæ dicit iſto tēpore poſſe agitari cauſas ſpirituales: ergo & iſta ratio ad ſimilitudinem rationis: nam nō eſt minor ratione matrimonij, quàm in iuramento doloſe extorto, imo maior, cum iſte doloſus continue ſtet in peccato. Nec poteſt declarari contractus nullus obſtante iuramento: Vnde lex loquens, vt vno caſu poſſit tpe feriarum procedi, trahitur ad ſimilem caſum, ff. de fer. l. 2. ibi, ſi quæ ſimiles ſunt. Cum ergo ſit ſimilis ratio, ergo idem ius inducitur: clemen. diſpendioſam. iuncta clemen. ſæpe. quæ volunt, quòd tali tempore procedatur in cauſa matrimonij: ergo eſt extendēda ad iſtam, cum eadem ſit ratio, maximè cum ſit cauſa fauorabilis: nec quod procedit ab idētitate rationis, dicitur extendi in fauorabilibus: ad legem Iuliam de adul. ſi poſtulauerit. § idem. facit quod no. glo. in c. 1. de tempo. ordin. lib. 6. Et hanc partem teneo, quia ſic tenet Ioannes And. in relaxatione iuramenti præſtiti ſuper vſurario contractu, vt in eo procedatur ſummarie & de plano &c. vt in clem. diſpendioſam. de iudi. ergo & ſimiliter & tali tēpore feriato, vt in clem. ſæpe. de verb. ſig. Et ita no. Io. An. in ti. de iureiu verſ. itē quæro de illo qui iurauit. In add. Specu. Confirmatur hoc per dictum Oldra. q. 157 vbi tenet, quòd quando petitur relaxatio iuramenti ad habilitandum perſonam, vt agi poſſit ad detegendam fraudem cōtractus, poteſt ſuper hoc procedi non vocata parte, quia de modico ſiue nullo partis præiudicio agitur, cum ſibi remanet ius ſaluū in negocio principali. Relaxatio ergo iuri non infert vere vel pſumptiue ſuper doloſitate ɔtus, cuius prętextu relaxatio poſtulat. Nihil ergo deperit aduerſario per tales relaxationes. Præterea relaxatio iuramenti dicto caſu, vt dixi, eſt modici pіudicij. Et quidā articulus emergens in negocio principali. Talia aūt agitātur de plano & tpe feriato ob neceſſitates hominū, vt no. Bat. in extrauag. ad reprim. ſup ver. de plano. ¶ Poſtremo aduertēdū eſt, q in quęſtione noſtra nō petitur relaxatio cōtra eū, qui cōtraxit, & cui iuratum fuit. Sed tertius opponit ſe huic relaxationi pro ſuo intereſſe: & licet iſta ratione poſſit ſe opponere, tamen veritas & efficacia iuramenti non extenditur ad eum, quia iuramentum pręſtitum vni eſt perſonale, & licet effectus obligationis poſſit alium concernere, non tamen iuramentum ſibi non pręſtitū, quod credo veriſſimum: patet in l. generaliter. C. de iureiu. & c. veritatis. eo. tit. Pe. de Anc.

Ego Gaſ. de Cal. nolui me ſubſcribere, quia contrarium de iure mihi videbatur, quia generalis ratio ſtat in contrarium, de fer. c. fi. de ver. ſig. ſæpe. in cle. ibi, partibus volentibus: vt in dictis iuri. Non ob. quod alleg. in Spe. de iureiu. quia ibi principalis cauſa eſt ſummaria, ſic per conſequens & incidens: quod alle. de dicto Old. ipſe videtur velle. q pars debeat vocari. Sed poſito etiam, q non deberet vocari abſentis non vocari, de reſcrip. ex parte decani. de ſimo. ſicut tuis. Nec eſt bene dictum, vt puta. q iſta relatio ſit modici pręiudicij, ex quo ille tertius allegat pręiudicium ſeu ſuū intereſſe. ¶ Non ob quod vltimo alle. quia & ſi inſtrumentum pręſtitum perſonæ ſit perſonale, videlicèt vt perſona, cui pręſtitum eſt, illud poſſit remittere, vt no. de ſpon. prętereà. tamen antequam remittatur, ſeruandum eſt. Imo etiam eccleſia coget illum ad ſeruandum iuramentum non remiſſum ex officio, ne periurium incurrat: quia nedum periurium punit, ſed vetat, ne illud incurrat, de iureiuran. ſi vero. de ſpon. ex literis.

Gaſpar de Caldennis.

De cauſa poſſeſsionis & proprietatis, & reſtitutione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ prædiales de iure an epiſcopo vel parochiali eccleſiæ, vel baptiſmali ſint debitæ.*

CONSILIVM I.

1 ARCHIPRESBYTER † quidā agit contra rectorem parochialis eccleſię dicens, q iamdudum erat in poſſeſſione percipiendi a parochianis dictæ eccleſię. quartam partem omniū decimarum prouenientium ex prędijs parochię illius, & ſe a rectore dictæ eccleſiæ ſpoliatum fuiſſe, petens ſe reſtitui ante omnia ad poſſeſſionem percipiendi ipſam quartam decimarum cum fructibus inde perceptis: quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. Ex aduerſo dicit rector, quòd cum ius commune fundet intentionem ſuam ſuper perceptione decimarum, & pręſumptio ſit contra petentem reſtitutionem, non debet fieri reſtitutio, niſi probetur ab agente ſe fuiſſe legitime conſecutum iſtud ius quartæ decimarum. Agens replicat, quòd exceptio ei non procedit in iure, cum ipſa parochialis non ſit baptiſmalis, ſed habet ſupra ſe baptiſmalem: quęritur quid iuris? Reſponderint, quòd bene inuenitur ſcriptum in canone, quòd decimæ prædiales debentur de iure communi eccleſiæ baptiſmali. 16. q. 1. eccleſiæ. & c. ſequen. cum concor. Et de iſto vide infra de deci. conſilio 2. ¶ Et quòd quarta ipſarum decimarum debetur epiſcopo de iure communi recipienda de manu presbyteri, & hìc datur in ſignum ſubiectionis, de præſcrip. de quarta. cum concor. per quod ſequitur, quòd nullo iure cauetur, quòd epiſcopus debeat habere decimas ipſas prędiales, niſi hoc haberet conſuetudo: de decimis. cum contingat. vbi de hoc: ſed non inuenio, quòd quarta decimarum debeatur eccleſiæ baptiſmali vel parochiali: vnde ſequitur,

quòd ſi hęc quarta debetur eccleſiæ baptiſmali, vel parochiali, hoc procedit a ſpeciali conſuetudine, non de iure communi: Et ſic ſequitur, quòd ſi eccleſia baptiſmalis, vel etiam parochialis habet hoc ius quartæ decimarum, hoc procedit a conſuetudine non a iure cõmuni: vnde non eſt verum, quòd petens reſtitutionem huius quartæ, quam ſibi dicit deberi ex conſuetudine, habeat ius commune contra ſe. Et ſic non eſt neceſſe, quòd de titulo faciat aliquam probationem, ſecundum cap. ad decimas. de reſtitu. ſpoliato. libro ſexto. ſufficit enim, quod probet poſſeſſionem non vi nõ clam non precario, & ſpoliationem: de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. & ibi no. probatur autem ſpoliatio eo ipſo, quòd non probatur ſolutio, vel quòd non ſoluit ſicut conſueuit ſoluere, nec ſoluere intendit, iuxta no. per Inn. de elec. querelam. Concludo ergo, quòd in caſu, de quo quæritur, non poteſt prętendi, quòd petens reſtitutionem habeat probare neceſſe titulũ, quia nec ius commune, nec pręſumptio facit contra eum. Præterea poſito, quòd faceret, non tamen faceret pro ſpoliatore, quod requirit ipſa decre. ad decimas. Et ſic nulla ratione cogitur iſte, de quo quęritur, probare titulum poſſeſſionis ſuæ, ſed ſufficit, quòd probet poſſeſſionem, & ſpoliationem, vt ſuperius dictum eſt.

Gaſpar de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium an in eccleſiam in omni contractu abſque traditione transferatur.*

C O N S I L I V M II.

1 AN in eccleſiam † transferatur dominiũ ſine traditione generaliter in quolibet contractu? Dico ſecundum Pet. Iac. de Belu. & Iac. Ra. quod ipſo iure trãsfertur dñium in eccleſiam, qñ ei legatur, vel donatur in redẽptionẽ captiuorum: ſic intelligitur l. vt inter diuinũ. verſi. ſiue itaq;. C. de ſacroſ. ec. Et ſic ſit ſpeciale in illo caſu. In contrariũ eſt ius cõe: Certi n. ſunt caſus, in quibus quaſi traditio transfert dominium, no. Inſt. de re. diui. § interdum. & l. ſi quis. ff. de contrah. emp. cum multis ſimi. Allegatio eſt, nec placet iſte intellectus opinantium, ꝙ lex interdum tantum habeat locum, vbi datur, vel relinquitur in redemptione captiuorum: quia quantum ad legatũ nihil eſſet ſpeciale introductum in actione dãda, cum daretur actio in rem ẽt pro ſimplici legato, vt patet in l. j. § fi. C. communia de leg. & in l. huiuſmodi. § fi. ff. de leg. j. nec in alijs eſſet magnum priuilegium, C. de ſacroſ. eccl. l. illud. ¶ Sed credo, quod l. illa generaliter loquitur, ſicut intelligit gl. Alleg. ſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio iuris præſentandi quando acquiratur.*
2 *Titulo carens malæ fidei poſſeſſor indicatur.*

C O N S I L I V M III.

1 AN per pręſentationem factã de eccleſia, † & confirmationem inde ſequutam, & poſtea in cã appellationis caſſatam, acquiratur quaſi poſſeſſio iuris pręſentandi, ſi poſt talẽ caſſationem nihilominus de facto rector poſſedit eccleſiã? Et dico ꝙ non, ſi primo alias pręſentans iſtud ius non poſſidebat: quia vt talis poſſeſſio acquiratur, cõfirmatio debet habere effectum, vt probat tex. de ele. Cum a nobis. nec n. inducit poſſeſſionis actus, qui omnium caret effectu, de iure pa. illud. & c. cũ laici. & c. ſuggeſtũ. & c. fi. bene facit quod no. Ino. de reſt. ſpo. in literis. verſi. poſſeſſio aũt iuris eligendi. Item quia talis non poteſt dici poſſeſſor bonæ fidei: ergo ius pręſentandi non acquirit: Hęc illatio probatur de re iu. cum Bertoldus de iure pat. conſultationib. ſane intellectum. ff. de rei vẽ. ſi nauis. & ibi no. in ſi primæ gl. facit C. de cõd. ex lege. l. pe. de elec. dudum. el 2. poſt principiũ. not. Inn. de elec. Cumana. de cã poſ. cum eccleſia. de reſt. ſpo. in literis. in prin. gl. magnæ: ſed ꝙ talis non dicatur poſſeſſor bonæ fidei, patet, quia non poſſidet auctoritate iuris, vel prætoris: ergo &c. ff. de acq. poſ. l. iuſte. a contrario: & no. per Inn. in d. c. conſultationibus Item non ponitur, ꝙ aliqua iuſta ratione quęſierit poſſeſſionem, quod requiritur hoc caſu, nec etiam hoc caſu præſumit bona fides, vt no. Inno. in c. a. de reſt. in inte. c. a. in gloſſ.
2 mag. in fi. & Arch. in c. j. de preſcri. lib. 6. † Vnde dicunt doc. quod in corporalibus is, qui titulum non habet, non præſumitur habere bonam fidem, niſi probetur iuſtus error, ff. de vſuca. l. Celſus. & pro legato. l. pro legato. ita no. Cy. C. de pręſc. lõgi tempo. Non ob. ſi dicatur, quòd talis pręſentatio fuit confirmata, ergo ex illo vnico actu acquiſita fuit poſſeſſio, de cauſa poſ. cum eccleſia. & ibi no. gl. ex hoc videtur, quia ponitur, quòd fuit caſſatum in cauſa appellationis. Conſtat autem, quòd pendente appellatione non dicebatur poſſeſſoris, qui pręſentauit, cum per appellationem ſuſpẽſa fuiſſet confirmatio, de iureiu. venientes. de appel. ſuper. & eſt expreſſum eo. ti. ob iatæ. in fi. & ſi non per cõfirmationem, nec per caſſationem, cum is non ſit effectus actus contrarij, & ſic eius contrario non competit. 9. di. c. j. & adi. hoſpitiolum. de iureiu. intellecto. de priuile. cum olim. el 2. cum ſi. Optime facit quod not. Hoſt. de reſt. ſpol. in literis. in fi. mag. glo. & hoc eſt planum: nec per retentionem poſſeſſionis præſentati, tũ quia illa per ſe ſumpta nec ſibi, nec alteri tribuit. alle. quod ino. de pręben. dilecto. de inſt. cap. 3. de reg. iur. c. j. lib. 6. tum quia effectus confirmationis eſt in ſuſpenſo, vt no. Inno. de cauſa poſ. cum ſuper. ſine qua talis poſſeſſio facti, ſiue retentio pœnam meretur, & inducit. de elec. poſſi. & c. qualiter. eo. ti. auaritiæ. lib. 6. ergo ob præſentabit, 16 queſtio. prima. legi. de dona. inter vi. & vxo. & ſi neceſſe. ff. de nego. geſt. ſine hæreditaria. cum ſim. Tum quia ipſi ſic incumbenti poſſeſſioni ius poſſeſſionis etiam non tribuitur, multo minus alteri: & facit quod not. Innocen. in dicto capi. olim. el 3. de reſtitutio. ſpoliato. Relinquitur ergo, quòd ex ſola præſentatione non tribuitur ius poſſeſſionis, cum non dicatur electio, ſiue pręſentatio perfecta, niſi ſit confirmata, & ſic confirmatio poteſt dici ſecũda pars præſentationis, vel electionis. ad hoc de elec. poſtquam. & c. nihil. & quod no. de transla. epiſ. ca. fi. & per Io. And. de elec. publicatio. & per Inn. de pręben. dilectus. el 2. in glo. iſte enim. ¶ Clare no. Inno. & alij poſt eum prędicta in ca. ſecundo, de reſti. in integ. quòd ſecus eſſet, ſi pręſentans fuiſſet ante in poſſeſſione, quia per caſſationem iſtius ſecundæ præſentationis ſimpliciter factæ non perdit poſſeſſionem: ratio, quia ſicut ſunt certi modi acquirendæ poſſeſſionis etiam incorporalium, ſic & amittendę, de quibus no. per Hoſt. de reſt. ſpolia. in literis. Iſte non videtur de illis, ergo &c. ar. de homi. Per. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. l. pater cum ſi. ſed ſi ius eligendi, vel pręſentandi eſſet alteri per ſententiam adiudicatum, vel ad alium translatum, per talem ſententiam perderet quaſi poſſeſſionem, ex quo tranſiuit in rem iudi. quia modo eſt actus contrarius ei: facit quod no. in c. cum in eccleſia. de cauſa. poſ. & proprietatis. & quod no. Innoc. de reſti. in inte. c. a. in prin. magnæ glo. & de conceſ. pręb. cum noſtris.

Gaſ. de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Præſentatio quo caſu confirmetur, vel reprobetur.*
2 *Poſſeſſio non amittitur, niſi conſenſus præſumatur.*

CON-

CONSILIVM IIII.

1 AN caſſatis duabus præſentationibus† ſucceſſiue factis alia de cã. quàm ex defectu quaſi poſſeſſionis iuris præſentandi, vnus præſentat, & confirmatur præſentatio. alter nõ præſentat, an non præſentans perdat poſſeſſionem? Ad quæſtionem poſſunt induci pro & contra not. per Innocen. in ca. 2. de reſti. in inte. in princi. magnæ gl. Sed videtur quòd non perdat quia non dicitur quis amittere poſſeſſionem per non vſum, niſi quando apparet eum ſpoliatum puta quia voluit præſentare, & non fuit admiſſus, vel quia non præſentat, quia non credit ad ſe pertinere ius præſentandi, quod poſſidebat, vel quia non eſt auſus præſentare contra voluntatem eorum, qui dicunt ad ſe tantùm ſpectare, vel qui poſſeſſionẽ habent: hęc probantur ff. de acquirend. poſſeſſio. l. ſi id. 2 §. fina.† Item ſi ignorat poſſeſſor alium eſſe præſentatum ab alio, non amittit poſſeſſionem, quia non perditur ſine animo vero, vel pręſumpto. ff. de acquirend. poſſeſſio. l. 4. §. in amittenda. & l. quemadmodum. & l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. oportet ergo, ꝙ per aliquem actum exteriorem appareat eum ſpoliatum: quod non eſt in caſu prędicto, ergo &c. Confirmatur hoc clarè in caſu iſto, quia ponitur hos duos eſſe in quaſi poſſeſſione, vnde vno præſentante, ex quo non apparet eum ita præſentare, quòd intendat ſibi ſoli id competere alium poſſeſſione non priuat: & maxime quia compoſſeſſorem non habet neceſſario requirere, ſed vnuſquiſque per ſe alio non vocato id facere poteſt, ſecundum no. per Io. And. in c. 3. de iure patro. Item ſaltem requiritur ſcientia non præſentantis, ſcilicet quod ſciat præſentantem intendere vti iure ſuo, aliter non fit ei pręiudicium in poſſeſſione etiam, vt plene no. Inn. de poſtu. pl. bonæ. el 2. in gl. quæritur cã. & in gl. etiam: ver. illud autem. in fin. Et ſecundum hanc rationem videntur intelligenda no. per Inno. de elect. querelam. in gl. dicunt quidam, vt ipſe not. in eodem c. in gl. mag. ver. dicitur autem quis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere quis dicatur.*

CONSILIVM V.

1 AN quis dicatur rem poſſidere, † qui corpore, & animo poſſidet, ſed non habet iuris adminiculum. Arch. in c. 2. vt lite pen. lib. 6. dicit, quòd non: remittit ad no. per Azo. in ſumma. de acqui. poſ. §. ſed verbo, quod dictum eſt verum in duobus caſibus: vnus eſt, quando propter rem non adeſt iuris adminiculum, vt in re ſacra, vel religioſa: Alius eſt propter cauſam, vt quia alius poſſidet ciuiliter, vel naturaliter: & huiuſmodi ratio eſt, quia ſi rẽ ab illo poſſeſſam ego vellem nunc poſſidere illo ignorante, cum adhuc ſaltem animo poſſeſſionẽ retineat, ego eam poſſidere non poſſum, quia duo eandem rẽ ſimul ciuiliter vel naturaliter poſſidere non poſſunt, ff. de acquirẽ. poſ. poſſideri. §. econtrario. de proba. licèt cauſam. licet enim ſolo animo nõ acquiritur poſſeſſio, ſolo tamen acquiſita retinetur, ff. de acquiren. poſ. poſſideri. §. in admittẽda. & not. in c. j. de regu. iur. alias autem non requiritur iuris adminiculum, quia fur & prædo etiam dicitur poſſidere, ff. de acqui. poſſ. rem. de reſti. ſpol. in literis. cum ſi. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Iuris præſentandi poſſeſſio ſi quæratur, in ipſa acquirenda quæ petantur.*

CONSILIVM VI.

1 QVAE requirantur in acqrẽda poſſeſſione †iuris pręſentãdi? Requiritur, ꝙ poſſeſſio ſit iuſta, licet ex poſtfacto fiat iuſta, iuxta not. per Io. And. in regula, mora. de regu. iu. li. 6. Ad hoc aut vt pręſentatio procedat, & ſit iuſta poſſeſſio, requiritur primo, quòd pręſentauerit: ſecundo ꝙ pręſentatio ſit admiſſa, & confirmata. tertio, ꝙ confirmatus ſeu inſtitutus habitus fuerit tãquàm rector, & fuerit in poſſeſſione rectorię. prout hęc oĩa bene probantur per no. per Io. And. poſt Inn & Hoſt in ca. 2. de reſt. in int. Item ꝙ in tali poſſeſſione ſit bona fides, ſm ea quæ no. Io. And. in c. conſultationib. de iure patro. Item quòd pręſentatores credant ſe vti iure ſuo. Et ꝙ ille in cuius pręiudicium poſſeſſio quęritur, hoc ſciat, vt hęc leguntur, & no. per Io. And. poſt Inno. de poſtu. pręla. bonæ. el 2. per Inn. de offic. ordi. conquerente. de cauſa poſ. cum eccleſia, &c.

De dolo & contumacia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudice bona vſurarij defuncti adiudicante, hærede non audito, an debeant reſtitui expenſæ.*

CONSILIVM VNICVM.

AN cauſa vſurarũ citatione facta ad domũ vltimã habitationis defuncti vſurarii, ſi qs eſt heres, vel vellet eſſe hẽs, nullo comparẽte, iudex ex primo decreto mãdauit adiudicari bona. poſtea cõparuit T. vt heres: q̃rit, anteq̃ audiat, dẽat reſtituere expẽſas. Et dr̃ ꝙ ſic, primo, quia citati fuerũt hęredes, licet incerti, ad domũ vltimã habitationis ipſius, & perẽptorie. Item citatus ſi quis vellet defendere bona ipſorũ, in cuius citationis termino nullus cõparuit: fuerunt ergo contumaces, 11. q. 3. certum. 23 q. 3. de illicita. de dolo. cãm. cum ſi. per citationẽ. n. factam ad domum. vbi quis habitare conſueuit, vel debet. Itẽ per citationẽ & amicorum, ſi non cõparet ipſe, vel aliquis pro eo, cõtumax iudicatur ſaltẽ ficte, de eo q mit. in poſ. cã rei ſer. c. ſi. de ele. nõ reſi. ex tuę. & in d. c. cãm. & ibi no. in glo. 2. quę decre. videtur loqui in caſu noſtro, ſcilicet citationis hæredum. facit quod no. in Spe. de contuma. §. j. ad fin. Ex quibus ſequitur, quòd licet ante lit. conte. fuerint contumaces, & venerint expenſæ reficiendę, antequam contumax audiatur, vt probatur de proc. auditis. & c. conſtitutis. de dolo. finem. vbi de hoc in gl. & quod no. de procur. querelam. etiam ſi ſit vnica peremptoria, vt prædicta decr. cum dilecta. & no. Gul. in Spe. de citat. §. viſo. ver. quid hæc ergo. Expẽſa poterit taxari vno vel duobus groſſis plus, vel minus, ſecundum quòd datum nuncio. quia plus pro ipſa citatione non expendit, ſolum enim expenſę factæ per ipſam citationem veniunt. ad hoc prędicta decre. cum dilecti. & eo. ti. actor. li. 6. Et maxime cum p̃ principalem ipſa petitio oblata fuerit. Et licet hęc ſit cã vſuraria, & ſic ſummaria, vt cle. diſpendioſam. de iudi. & in ea procedi poſſet in contumaciam partis, vt lite nõ cont. quoniam. §. porro. de ele. c. j. li. 6. de eo qui mit. in poſ. c. j. c. li. tamen puto expenſas venire ſecundum gl. in d. c. j. de elec. in gl. hanc pœnam. & quod no. Spec. de expen. §. iuxta. ver. quid ſi talis. Et antequàm contumax audiatur, debet ſatisfacere de expenſis, vt no. Hoſti. in ſumma, de contuma. §. qua pœna. verſi. ſed ſi expenſæ. Secundo probatur, quia pp dictã contumaciã fuerũt pnunciati cõtumaces ipſi hęredes, & in eorũ cõtumaciam fuit facta adiudicatio bonorum ipſis actoribus. quòd enim ſic debuerit fieri, probant iura, ff. ex quib.

can.mai o.item ait.§.hęc autem.in auth.ei qui iurat.C. de bo.authen. iud poſſ.vt lit.non conteſt quoniam.§. ſin autem venientes. ergo ipſi rei, ſi volunt audiri. primo debent reſarcire expenſas factas in lite, vt l. ſanctimus. C. de iudi. & in iuribus præalle. de dolo & contu. ex literis.cum ſi.In hac autem ratione expenſarum venient expenſæ pro aduocatis & procuratoribus, ſi quę factæ ſunt, vt in præalle.iuribus, taxatione cum iuramento pręmiſſa, vt in c.fi.quod met. cau. de reſti.ſpol. frequens. lib.6.de excep.pia.eo.lib.

Gaſ. de Calde.

Vt lite pendente, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum primum, vt li. pen.lib.6. in beneficiorum præſentationibus an locum obtineat.*

CONSILIVM I.

1 AN capitulum primū.† vt lite pen. lib.6. habeat locum in præſentationibus beneficiorum? Et dicitur quòd ſic, nec per hoc dicitur cōſtitutio extendi vel prorogari: quia cum interpretatio legis procedat ſecundum ipſius rationem, 27.q.1. nuptiarum. 28.q.1.ſic enim.de biga.debitum. Sequitur, quòd caſus, in quo ſubeſt omnis ratio legis, ſaltem tacitè incluſus intelligatur, ff. de edendo. quædam § nummularios.de adul. ſi poſtulauerit.§.ratio. Et ſic non eſt hoc nouum caſum addere. ſed quod primo in ratione etiam legis includebatur ſecundum ęquitatem detegere, ſiue declarare: ad hoc de elec ſi poſtquam. lib.6. de appel.nouit. nam & caſus, in quo ſimilis habetur ratio, habetur pro expreſſo, vt no.ff.de lib.& poſth. Gallus.in gl.non ſolum, facit quod no. per Dy.in regula, in ar.de re.iur.lib.6. Nec mirum, quia lex eſt omne, quod ratione conſiſtit.j.diſtin. conſuetudo. vbi ergo habet locum legis ratio, per cōſequens circa id dici debet prodita lex. Sed quòd ratio prædictæ decre.1.locum habeat in præſentatione facta lit.pen. patet aperte: nam vera ratio illius iuris eſt, ne propter litium prorogationem eccleſiæ diſpendia patiantur: ibi patet & ſumitur iſtud diſpendium, quando adhuc eſt quærendum de iure defuncti, vt ſciatur de iure ſuperſtitus, vt ibi in c.2. Sed planum eſt, quòd per omnia in præſentationibus habet locum iſta ratio: nam non ob. præſentatione facta de nouo, adhuc eſt de iure defuncti quęrendum: conſtat enim, quòd reſpectu ſecundi poſſet ſuperſtes ius habere, & non reſpectu primi. Item poſſet eſſe, quòd reſpectu primi & non ſecundi. & ſic omni caſu primo diſcutiendum eſt de iure primi. Item non poteſt dici per mortem competitoris litem finitam, cùm per mortem non habeat ſuperſtes inſtitutionem vel confirmationem. Item largo ſumpto vocabulo, præſentatio dr̃ electio, de ele.querelā.de iure pat.c.3. & c. nobis. bene facit quod not.Io.An.in c.fina.de elec. lib.6.in glo.3.& eo.titu.ſi electio.in glo. ſi tamen. ¶ Per prædicta patet reſponſio ad ea, quæ poſſent opponi de caſu ſpeciali non prorogando vel extendendo: quia id verum, quando non ſubeſt omnimoda ratio, ita quòd caſus non eſt expreſſus, nec in ratione incluſus. vel ſi ſpecialitas eſſet priuilegium, vel ius eſſet omnino correctorium, vel conſtitutio eſſet proprie pœnalis, quibus caſibus procedit quod habetur de reg.conſtitutionem.lib.6.& in regula, quæ iure. & regula, in pœnis.de re.iur.lib.6.Item non ob. quod poſſet opponi, laicum poſſe accumulare intra quatuor menſes viuente primo præſentato: ergo multo fortius eo mortuo poterit alium præſentare. quod illud verum lite. non pen. cum alio, ſed lite pendente cum alio non, per prędicta iura. Et iura, quæ faciunt mentionem de accumulatione prædicta, tantum loquuntur, quando præſentatio facta eſt de vno tantum: ſed ſi plures fuerunt a principio præſentati, qui adinuicem litigant, non dant iura poteſtatem accumulandi. Item ſicut poſſe, quod habebant olim electores poſt mortem primi. hodie impeditur per ſi. pen dē. propter identitatem rationis. Item planū eſt, quòd vbi non eſt locus gratificationi, non eſt locus accumulationi, vt in c. quod autem. de iure pat. Sed vbi lis pendet ſub altera parte viuente. primo accumulando alius pręſentatur, poteſt eſſe quòd gratificationi non erit locus propter intereſſe competitoris, qui maiorem partem habet reſpectu primi, licet non reſpectu ſecundi: vnde inſtitutor non poſſet primo gratificari: conſtat enim, quòd propter expenſas, quæ fiunt hinc inde, multum intereſt competitoris litigantis cum primo alium eo viuente non præſentari.

Ioannes Calderinis.

CONSILIVM II.

AN ſi lite pendente Papa facit gratiam, vt nō obſt. defectu literarum gratia conſequatur effectum, Papa videatur tollere ius, quod erat alteri quęſitum? Vide ſupra de reſcriptis. conſi. 12.

De confeſsis, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Error confeſſionis qualiter probandus.*

CONSILIVM I.

1 QVALITER quis probet errorē† ſuæ confeſſionis, quā vult reuocare, habetur per glo.in l.de ętate.§. Celſus.de interro.ac. in medio glo. ibi, ſed non ne: vſque in fi.gl. & etiam ſecundum gl.poſitam per Gul.in Spec.de confeſ.in parte 2 §. poſtremo.verſi.cęterum. & no. per doc. in l. error.de iur.& fac.igno. nam facta confeſſione vel negatione, ſi poſtea ego probo, quòd res aliter ſe habebat, quàm dixerim, & dicam me errаſſe, per hoc ſtatim dicitur error probari, vt habetur in d. §.Celſus.& dicto verſi. cæterum.& d.l.error.

SVMMARIVM.

1 *Periurus an ſit faciens poſitionem, in qua ponit id, quod in alia negauit.*

CONSILIVM II.

1 AN dicatur periurus ille, qui negauit † poſitionem, & poſtea facit vnam poſitionē, in qua poſuit idem quod in alia, ſed minus quàm fuerit in negata? Et videtur quod non, quia cum fuerit aliud additū in negata quam fuerit in ſua, ſtatim conſtituitur ſpecies noua: & ita non deprehenditur contrarietas de poſitione ad reſponſionem, vt l. ius.ff.de iureiu.l.4.§.cum ad idem. de ver.ob.l.1.in fi.de pręto.ſtipu. Secundo cum fuerit multiplex, & in ea ſit aliquid vltra, quam poſitū fuerit in poſitione poſtea facta, licuit ei totū negare quo ad hoc, vt non poſſet dicta cōtrarietas depræhendi. vt no.in §.verū.no.ver.ſigillatim & no.in c.2.de confeſ.li.6. ¶ Imo in poſitione negata cōtinentur plura penitus diuerſa. Cùm igitur ſint diuerſa, non poteſt ibi dici eſſe contrarietatem, vt l. Papinianus exuli. de mino. l. cùm maritus de dona. inter virum & vxorem.

SVMMA-

S V M M A R I V M.

1 *Confeßio propria errore probato,an ſit reuocanda.*

CONSILIVM III.

AN propria confeſſio facta ad poſitiones poſſit reuocari errore probato? Videtur quod
1 non,vt no.Ber.de diuor.ex literis.†vt ecc.bene,vt noſtrum.in gl.cum prin.& Arch. in c. cum in poſitionibus.de iureiu.li.6.in gl.vt quia incõtinenti:dicentes,quòd vbi confeſſio fit non ex calore iracundiæ, ſed ex deliberatione, quòd non videtur quòd poſſit renocari, & quòd tunc ſit difficile probare errorem.Sol.dic.quòd aut confeſſio fit in facto proprio:& tunc procedunt prædictæ gl.& iura per eas allegata: aut in facto alieno,& tunc poteſt reuocari, quãdo eſt probabilis error,vt no. Arch. in loco prææallegato:& hoc vſque ad ſententiam,vt l.error. & ibi no.per gl.C.de Iur.& facti igno.de reſti.in integ.c.fin.lib.6.de confeſ.ex parte.35.q.9.§.his ita.de cenſib.olim. Et hoc eſt,quod vult Arch.& Ioan.And.in d.cap.cum in poſitionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Reſpondens duobus modis contrarijs ad eandem poſitionem.an ſit periurus.*

CONSILIVM IIII

AN Reſpondens poſitioni poſſit iterato interrogari: & ſi iterato reſpondet contra-
1 rium,dicatur periurus? Diſtingue ſecũdum † Iac.de Aren.in l.2.§.quod obſeruari. inter illam reſpõſionem,quæ fit per veritatem, & illam,quæ fit per credulitatem,& illam quæ fit per verbum ſcire, vel neſcire.In prima enim ſemel verum ſemper verũ: in ſecunda, vel tertia ſæpius interrogatus interrogari poteſt,quia poteſt eſſe, quod hodie ſcio, heri neſciebam,hodie credo,heri non credebam,l.2.quis ord. in bon.poſ.ſeruetur.l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatus.de verbo.ob.ille enim,qui dicit quòd non credit,nec fatetur, inquantum enim dixit,quòd non credit,quamuis poſtea dixerit,quòd credebat,variare potuit probato errore:Nec ob.quòd eiuſdem effectus ſit reſponſio credulitatis,& veritatis:quia verum eſt,quod eſt eiuſdem effectus quantum ad releuandum aduerſarium ab onere probandi:tamen differentia eſt inter ipſas reſponſiones.

S V M M A R I V M.

1 *Confeßio prælati,& capituli de recepta eccleſiaſtica rei penſione pro futuro tempore,ſucceſſori quando obſit.*

C O N S I L I V M. V.

1 AN confeſſio prælati,& capituli † confitentiũ ſe recepiſſe manualiter pecuniam pro penſione rei eccleſiaſticæ pro tempore futuro, præiudicet ſucceſſori,quando eſt facta de auctoritate epiſcopi,& ex cauſa rationabili.Et videtur quòd non,quia confeſſio prælati præiudicialis eccleſię non recipitur in pręiudicium eccleſię,vel ſucceſſoris,vt no. in ca.dudum.el 2.de ele.Item videtur caſus æquiparan-
do prælatum tutori, in l. certis.§.ſi quis abſenti.ff.de 2
confeſ.¶ Pro hac parte facit ff.de interro.ac.l.ſi defenſor.& l.1.in fine.ff.ad l. Aquil.l.proinde.§ ſi procurator. Item ex facto prælati non debet oriri pręiudicium eccleſiæ,vel ſucceſſori,16.q.6.ſi epiſcopum.de reg.iur.de delictum.lib.6.nec ex ſua aſſertione,25.q.2.poſteaquàm. Econtra videtur quòd ſic,quia ſententia, & confeſſio æquiparantur,ff.de re iudic.l.ſi poſtea rem. de confeſ. capi.1.lib.6.de tranſac.præterea.de confeſ.capitu.fina. Sed ſententia lata contra prælatum nocet eccleſiæ de re iudica.cum inter. ſicut ſententia lata contra tutorem pręiudicat pupillo,ff. de re iud.l.4.§. tutor.igitur & confeſſio,de poſtu.pręl.c.j.de cap.mo. dilectus. Præterea videtur caſus,vt lite non conteſt.c.j. de re iudi.ſuborta.So.dicendum eſt,quòd iſta confeſſio non præiudicet eccleſiæ,nec ſucceſſori,licet ipſi pręlato cõfitenti pręiudicet pro rata temporis,quo vixit: quia ſiue æquiparemus pręlatum procuratori,13.q.j ca. fin. de dona.c.2.vel tutori,vt in Auth. de ec.titul. §.fin. ſiue vſuario, de oſ. ord. præſenti.li.6. Et tunc cum iſta confeſſio facta fuerit per modum voluntariæ iuriſdictionis coram epiſcopo, vt apparet in inſtrumento locationis.talis confeſſio eccleſiæ non nocet, vel ſucceſſoribus.& ita debet intelligi ff.de confeſ.l. certũ.§. ſed an ipſos.& hoc confirmat gl.in d.l.certum. in d.§. ſed an ipſos.dicens,quòd idem eſt in prælatis, quod eſt in alijs legitimis adminiſtratoribus, cùm eccleſia æquiparetur minori,de reſt.in inte.ca j.Si autem confeſſio facta eſſet per modum contentioſæ iuriſdictionis, tũc bene præiudicaret,ff.de regu.iur.l.4.§ tutor.Et iſto modo intelligitur cap.j.vt lite non conteſt.& capi. ſuborta de re iud.& ita intelligit Cy.dicta iura in l.prima,C. de confeſ.quem videtur ſequi Io.And.in addi.Spec.de confeſ.§.poſtremo.ver.ſi vero fit per procur.Et eſt ratio differentiæ ſecundũ eos,quia procurator, vel alius adminiſtrator non poteſt donare,ff.de pac.l.contra iura.§.ſi filius,ſed confitendo per modum voluntariæ iuriſdictionis videtur donare,ff.de dona.l.donari.in princip.ſed qui confitetur per modum contentioſæ iuriſdictionis,quæ redditur in inuitum,ff. de verborum ob. l.inter ſtip.§. Stichus. non videtur donare, quia non prohibetur agnoſcere bonam fidem,ff.de adminiſtra. tuto.l.quoties §.ſicut.Sed videtur ob.gloſſ.in dicto §. ſed an ipſos,quæ dicit quòd confeſſio prælati facta coram collegio præiudicat eccleſiæ,alias non, C. de iure deliberan.l.potuit,quod videtur tenere Cyn. in dicta l.prima,in 16.quæſtio.Sed ſic eſt in caſu noſtro, quia fuit facta præſente capitulo. Sed reſpondeo, quod ſi cauſa,propter quam confeſſio facta fuit, fuiſſet facta ex cauſa obligatoria monaſterij, puta quia confeſſus eſt prælatus cum capitulo ſe pro penſione locationis habuiſſe tantam pecuniæ quantitatem expenſam, & conuerſam in vtilitatem eccleſiæ,adiiciendo talẽ cauſam,ex qua dictis ſoluentibus eccleſia ſit obligata, & tunc valet confeſſio prælati cum capitulo facta etiam per modum voluntariæ iuriſdictionis coram epiſcopo. Et ita intelligitur l.certum.§.ſed an ipſos. & quod ibi no.Et iſto caſu eccleſia deberet reſtitui, ſi probaret ſe læſam ex tali confeſſione,vt d.l.certum.§. minorem. Si verò cauſa, propter quam fuit facta,non fuit obligatoria monaſterij, vt quia fuit confeſſus prælatus cum capitulo propter negligentiam ipſius prælati, & propter mutua recepta ex cauſa ſuæ impetrationis promouendo ſe teneri ad tantam pecuniæ quãtitatem,quam conuerſam, & ſolutam ex cauſis prædictis confitetur dictus prælatus cum capitulo pro penſione dictæ locationis habuiſſe,&c. Et tunc confeſſio non pręiudicat eccleſiæ, quia cum cauſa non ſit obligatoria monaſterij, videtur talis confeſſio facta animo donandi: quod non eſt prælato etiam cum capitulo permiſſum in caſu iſto,de donat.capitu. ſecundo,& capitu.cæterum.de teſt.ad hoc.& capi. rela-
2 tum.Ex quo certum eſt,dictas cauſas non fore obligatorias,non eſt recurrendum ad coniecturas, quæ capi poſſent ex generalitate verborum ipſius inſtrumenti, ff.de verb.ob.continuus.§.cum ita.

Fran.de Ramponibus.

Ad

Ad idem puto in caſu iſto confeſſionem non probare, habet enim hæc confeſſio ſpeciem probationis alienationis. in qua veritas negocij i cauſa licita,& vera requiritur. ſ. vera neceſſitas vel vtilitas eccleſiæ. 12. q. 2. ſuper cauſa. & ibi no. in ſumma. ¶ Item requiritur debita forma, vt in dictis iuribus, quæ forma non apparet etiam ex confeſſione, quia nullus tractatus præcedens nec autoritas epiſcopi validauit, quæ fuit facta in loco non ſubiecto ſuę iuriſdictioni: licet enim actus non ſit iudicialis, interpoſitio huius autoritatis tamē fit ab epiſcopo vt iudice ordinario: Et per conſequens requirit ſuum tribunal. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio clerici, qui laicus creditur, coram iudice facta, an ſibi præiudicet.*

2 *Laicus poteſt eſſe teſtis & aduocatus in ſpiritualibus cauſis.*

CONSILIVM VI.

1 AN confeſſio clerici, qui putabatur laicus, †facta coram iudice ſeculari illi præiudicet. Dico ſi non valeat tanquam pars iudicialis proceſſus. ſ. in vim probationis, tamen non dubium quod valet in vim confeſſionis quaſi extraiudicialis. Et hoc eſt, quod voluit Inno. ſi recte intelligatur, in c. per inquiſitionē. de elec. & de ſuc. ab inteſt. c. fi. vnde dico, quòd talis confeſſio facta coram iudice ſeculari per clericum habet ſaltem eiuſdem iuris effectū quem haberet facta extra iudiciū: ergo &c. tenet conſequentia, quia præſentia tantum laici etiam in factis eccleſiaſticis vel ſpiritualibus non inficit actū, qui fit a clerico, vbi laicus autoritatem non præſtat. ¶ Nā ſacramenta, quę ſunt ſpiritualia, laicus percipit & eis
2 communicat, vt eſt notum. †Item laicus poteſt eſſe teſtis & aduocatus in cauſis ſpiritualibus, & procurator ſeu ſyndicus & notarius, vt no. de ele. quia propter. de teſti. indemnitatibus. §. poſtremo. li. 6. de ſyndico. c. j. e. li. de procur. c. j. li. 6. Imo in pluribus cauſis etiam tanquam autoritatem præſtans laici præſentia admittitur, vt in caſu c. Mennam. & c. mandaſtis. 2. q. 5. & ead. cauſa, q. 7. Item 15 quæſtio. j. c. quidem. de arbi. per tuas. & c. expoſita. ¶ Præſentia ergo iudicis ſecularis non facit cōfeſſionem eius inualidam: nec ſaltem tanquam extraiudicialem inualidam: & per conſequens & ſi non vt ſpecies probationis obtinere, tamen vt obligatoriam valere. ¶ Item ſi actor clericus contra laicum reū poſitionibus rei vel aliàs interrogatus a iudice reſpōdeat confitendo vel negando, talis confeſſio præiudicat ipſi clerico: ergo autoritas & pęnitentia iudicis ſecularis etiam in iudicialibus non præiudicat confeſſioni. ¶ De confeſſione etiam extraiudiciali nullus dubitat, quin præiudicet clerico: dicit enim Inn. in c. per inquiſitionem. nos bene credimus, quòd ſola cōfeſſio etiā extra iudicium ſufficiat ad priuandum eum etiam futuris beneficijs, de confeſ. cum ſuper. de exceſ. præla. quam ſit. alle. de prob. per tuas. & l. generaliter. C. de non nu. pc. alle alia iura. Et licet interſerat, dummodo hanc non faciat coram prohibito, eſt neceſſe quòd fiat ex cauſa expreſſa, vel alias ſolenniter, vt c. ſi debitū. 3. q. 9. & ſubdit non curandum, an ſcriptura interceſſerit vel non, ergo illa particula de confeſſione de neceſſario debuit intelligi extra iudicium. Ad c. at ſi clerici. ipſe reſpondet, quòd intelligendum eſt, quòd ex confeſſione facta coram iudice ſeculari iudex eccleſiaſticus non puniet, nec illa ſufficit vt puniatur vel condēnetur, ſed vocatus ab eccleſiaſtico iudice non poterit variare, licet poſſit interpretari, quòd in alium caſum intellexerit, vt c. cum dilecti. de accu. & hoc apertius dixit in d. c. fi. de ſuc. ab inteſt. vbi dicit, quòd ſi ſuper tali confeſſione conueniatur, non eſt poſtea audiendus cōtra ipſam confeſſionem. Certum eſt, quòd confeſſio facta extra iudicium ex cauſa obligat, vt no. in c. de his. 3 q 9 & de fi. inſtr. ſi cautio. & ſic talis confeſſio vt extraiudicialis valet. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio obſcura aduerſus confitentem interpretanda.*

CONSILIVM VII.

CONTRA cōfitentem ſit interpretatio cōfeſſionis obſcuræ ſupra de proba. ſiue poſſideſ his. de proc. ex inſinuatione. vt eccleſiaſtica beneficia. c. j. eum ſi. Gaſ. de Calderi.

De probationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Fama vel infamia an ſit probata, non expreſſis his, apud quos quis eſt diffamatus.*

CONSILIVM I.

1 AN probatur fama vel infamia, ſi teſtes non exprimunt perſonas, apud quas quis eſt diffamatus, etiā ſi non inſerātur? Et videtur quòd non, vt Inn. in c. cū oporteat. de accu. Sed licet illud dictum Inno. iure non probatur, conſideranda eſt probatio. ad quem finem fiat. Quia aut fit ad finem procedendi contra aliquem ſuper inquiſitione criminis: & tunc probari debet quem eſſe diffamatum apud bonos & graues, de accu. inquiſitionis. in fi. & tunc debent exprimere perſonas, apud quas eſt infamia. Et ratio eſt, quam aſſignat ibi Inn. quia non teſtis ſed iudicis eſt æſtimare, an ſit infamatus apud bonos & graues. ff. de ver. ob. continuus. Aut quæritur de fama vel diffamatione hominis: quia aliud eſt fama vel infamia de homine: aliud ſama inter homines, vt no. dominus & pater meus in capitulo, veſtra. de coha. cle. & muli. Nam fama de homine eſt illæſæ dignitatis ſtatus vita & moribus comprobatus, ff. de var. & extraor cogni. l. cognitionum. & not. 3. q. 7. § porro. & econtra infamia de homine eſt læſæ dignitatis ſtatus vita & moribus reprobatus. Sed fama inter homines eſt publica & communis infamatio vel proclamatio ex ſola ſuſpicione ex certo vel incerto autore proueniens. Probatur hæc deſcriptio, 46. di. ſunt nonnulli. de coha. cle. tuam. de purga. canonica. cum in iuuentute. vel ſecundum aliquos deſcribitur vulgi loci ſeu maioris partis opi. rei, de qua dicitur conſentiens, vt probatur 4. q. 3. ſępe ſit. de præſcrip. illud. & c. 3. ¶ Ex prędictis ergo patet, quòd aliud eſt tractare de infamia probanda, de qua loquitur Inno. aliud de fama alterius actus rei vel criminis: & ſic aliter probatur vna quàm alia, vt not. in Spec. de not. crimin. §. vt autem.

Io. Calde. 1

SVMMARIVM.

1 *Doli capax ante pubertatem non creditur, niſi probetur.*

CONSILIVM II.

1 VOLENS dicere ante pubertatem quē eſſe doli capacem, habet hoc probare: tamen quia hoc dicenti incumbit onus probandi, 6. q. fi. actor. cum etiam quia ante ætatem illam a iure diffinitam quis non præſumitur doli capax,

pax.arg.not.de deſpon.impube. c. 2. Dicenti ergo illā ante pubertatem doli capacem, incumberet probatio, vt eccle.benefi.c.j. Gaſpar de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſo iuranti extra iudicium de copula cum ſponſa, an credatur.*

CONSILIVM III.

1 AN iuramentum ſpōſi extraiudiciale probet copulam cum ſponſa, quæ non erat ad domum ducta, licet producatur inſtrumentū, in quo continetur ſponſum iuraſſe ſe illam cognouiſſe? Et videtur, quòd probetur, 33.q.j.ſi quis accep.c.de ſpon.continebatur. Sed licet plures lecturę dentur dictis capitulis, vt ibi, & in c.quod interrogaſti. 27.q.2.& in c.j.de clan.deſpon. tamen in caſu noſtro non puto de hoc diſputandum, quia talis confeſſio & iuramentum non ſunt præſtita in iudicio, & confeſſio extraiudicium facta non tenet, maxime in ſui fauorē, vt no.2.q.j.nos in quēcunquām.de confeſ. c.fi. Specialiter tamen c.ſi quis acceperit.loquitur in illa, quæ allegat frigiditatem viri, & quæ longo tempore cohabitauit cum viro, contra quam præſumitur. Et ideo ꝓpter præſumptionem vehemētem, quę contra illam facit, ſtatur iuramento viri: quod iuramentum dictam præſumptionem coadiuuat, de deſpon.impub. continebatur: loquitur de introducta, & quæ peruenerit ad annos legitimos. Et per conſequens in ipſis legitimis conſtituta poſtea reclamat dicens ſe non conſenſiſſe nec tacite nec expreſſe, contra quam vehementer, vt dictum eſt, præſumitur, quia a iuuene & cupido &c. vt no.in d.c.ſi quis acceperit. Hic autem non erat traducta, nec de expreſſo conſenſu in matrimonium etiam ante pubertatem conſtat, quòd hunc intellectum habeat dictum c.continebatur. patet ex verbo, ſi autem eiuſdem, quia dictio aduerſatiua eſt.

Gaſ.de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Occulta probatu difficilia.*

CONSILIVM IIII.

1 QVAE occultè fiunt, non de facili probantur tam plene & liquide, ſicut alia, & proptérea admittuntur, & ſufficiunt probationes, quæ alias non admitterentur nec ſufficerent, arg.l.contenſu.C.de repu.

Franciſcus de Ramponibus.

S V M M A R I V M.

1 *Aetatis defectum opponens, probabit.*

CONSILIVM V.

1 QVIS habeat probare defectum ætatis? † Dico, quòd opponens, quia excipienti incumbit onus probandi exceptionem ſuam; 6.q. fin.accuſatus. 16.q.4.inter memoratos. & c. ſeq. de proba. ex literis. ff. de proba.l.in exceptionibus. & ſpecialiter de ætate probatur in c.in præſentia. de proba. de regu.ad noſtram. Et in caſu elec. videtur expreſſum de elec.dudū. j. Et generaliter eſt expreſſum, quòd opponens quid nis electo debet probare, de elec. c j.lib.6. Et ſpecialiter hoc procedit, quando per id, qđ allegatur per modum cauſæ, impeditur effectus actus præcedentis. Et ideo hoc opponens debet probare: ad hoc 3.q.5.c.j. de conceſ. præben. cum ſuper. ff. de ritu nup.cum te. facit de elec. auaritiæ. & c. cupientes.li.6. Item ſpecialiſſime in iſto caſu facit præſumptio, quæ eſt pro eo, contra quem opponitur. Cum lapſu, & per lapſum temporis quis efficiatur maior, vt d.l.ſi minorem. Conſtat enim generaliter, quòd præſumptio trāſfert onus probandi in eum, contra quem facit præſumptio. C.de proba. ſiue. de procura. ex inſinuatione. vt ecc.bene.c.j.de præſcrip.c.j.li.6. Gaſ.de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Præſentationi alterius qui obijcit intereſſe proprium, quomodo probabit.*

2 *Priora quæ dicantur.*

CONSILIVM VI.

1 QVALITER opponens ſe præſentationi † alterius debeat probare de ſuo intereſſe? Dico, quod ſola productio inſtrumenti, in quo continetur inſtitutio, non probat intereſſe: licèt enim qui producit inſtrumentum electionis, non habeat eam dicere canonicam ad probationem intereſſe, vt nō Inn.in c.veniens el 2.de teſti. Si tamen liqueret, vel notorium eſſet eam non canonicā, non probaretur intereſſe producentis. Optimè facit quod no.Inno.de offic.vic.c.j. Si enim inſtrumentum productum appareret vitioſum, nullus diceret per illum probari intereſſe, C.de edic.diui Adri. tol.l.fi.de priui.olim.j. Sed ex productione dictæ inſtitutionis apparet, quod ex ea ſola non poteſt ius obtineri vel haberi: ergo &c. Dicitur enim in dicta inſtitutione, quòd facta fuit præſentatio, & tamen nulla præſentatio producitur, ſed inſtitutio præſupponit præſentationem eſſe factam, non autem probat: & hoc eſt neceſſe, quia inſtitutio ordinatur ad præſentationem eſſentialiter, 16.q.7.decernimus.cum ſimil. Vnde ſi de præſentatione non apparet, non ſufficit: probatur hoc C. de eden.

2 auth.ſi quis in aliquo.de præſcrip.audiuis † Vnde dicit Philoſophus, quòd priora ſunt, quęcunque poſſunt eſſe ſine aliis: alia autem, quæ non poſſunt eſſe ſine aliis, non ſunt priora: probatur etiam de pœni.diſt.1 ſi antequam.& diſt.4 § itaque. vbi eſt expreſſum. quòd autem inſtitutio non poſſit eſſe præſentatio, vt no. Io. An.c. cum in illis.de præben.li.6.in gl.mihi eſt. igitur ex quo non apparet de aliqua præſentatione, non dicitur eſſe, ff.de contrahen.emp. l. lege. facit optime quod no.de fi.inſtr.c.j. Nec obſ.quòd appareat de illa, quia præſumantur omnia ſolenniter acta: quia id non procedit in his, quorum vnum non includit alterum, ſed penitus ſunt diuerſa, eo quòd vnū habet ſe per prius, aliud per poſterius, de proba.quoniam no. de offi. dele. cum in iure per Inn. & alios: vnde ſolennitas præſentationis non eſt intrinſeca inſtitutionis. Et ſic per ſecundū non includitur primum: ſufficit recurrere ad no.per doc.de re iudi.ſicut. Præterea cum ſe habeant correlatiuè, vnum non includit aliud, de inſti. c. fi. de bap.debitum.& per hoc infert, quòd pro non contra faciunt no.per Inn.de eo qui fur.or.rece.c.innotuit.nec per appellationem probatur intereſſe. Conſtat enim, quòd appellatio per ſe ſumpta non probat intereſſe: ſic quilibet appellando a qualibet ſententia poſſet eius executionem impedire: quod eſt abſurdum, propter qđ debet aliter quàm per ſolam appellationem docere de ſuo intereſſe: hic eſt caſus de re iudica.cùm ſuper.

Gaſ.de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Mutuum prelato factum, in eccleſiæ vtilitate fuiſſe conuerſum, quomodo probandum.*

CON-

CONSILIVM VII.

1 QVALITER probetur mutuum factum † prælato fore conuerſum in vtilitatem eccleſiæ? Debet probari vere non per cõiecturas. no. Inno. in c. i. de depoſito. & Gul. de Cu. & Ray. & Bar. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pe. licèt Ia. de Are. & Cy. in auth. hoc ius. dicant, quòd ſufficit probare per coniecturas, puta quòd tempore contracti mutui eccleſia indigebat, ff. de exer. l. ſi. quia illa lex debet intelligi in eo, qui habuit mandatum recipiendi mutuum a perſonis priuilegiatis, puta ab eccleſia vel ciuitate, ar. ff. de in rem ver. l. 3. §. ſed & ſi.

Fran. de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua a quo probanda.*

CONSILIVM VIII.

1 QVIS habeat probare negatiuam. Vbicunque quis ex negatiua, quæ præſumptionem pro ſe non habuit, fundat intentionem ſuã, illam probare debet, vt l. ſi te minorem. & ibi per doct. C. de in integ. reſti. mi. & l. de ætate. ff. de mino. & not. etiam in l. actor. C. de proba. & l. ſiue poſſidetis. eo. titu.

Fran. de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis an ſola fama ſufficienter probetur.*

CONSILIVM IX.

1 AN ſi probetur per ſolam famam † contra petentem beneficium, quòd ipſe ſit irregularis, ſufficiat quo ad eius repulſionem? Dico, quòd ſi ſola fama probetur, quia illa probata in iudicio inquiſitorio purgationem indiceret, a. q. 5. presbyter ſi a plebe. & c. ſi mala fama. ſi in illa deficeret, puniretur, vt conuictus, de ſimo. de hoc. & c. inſinuante. Hoc puto operari in caſu iſto, quòd propter præſumptionem, quæ eſt contra illum, qui dicitur irregularis, inſurgit ſibi onus probandi vel innocentiã vel ſaltem contrariam famam: nam ei indicitur onus probandi, contra quem facit præſumptio, vt ecc. bone. c. vnico. & hoc vult dominus & pater meus in c. noſtra. de coha. cle. poteſt colligi ex dictis Spe. in ti. de noto. cri. §. vt autem. alias in § fama. ver. quid ſi agenti. ¶ Ex quibus ſequitur, diſpenſatione prius vel abſolutione non obtenta, impetrantem gratiam debere carere effectu, 81. di. tantis. de accu. omnipotens.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio quomodo probetur.*
2 *Poſſeſſionis ſtatus iuri communi contrarius ab onere probandi quando releuet.*

CONSILIVM X.

1 A. Poſſidet duo beneficia curata † cum diſpenſatione Papæ, ex eo, quia ſecundum erat tenue, ita vt viuere non poſſet. B. fecit ſibi prouideri de primo, tanquàm vacans de iure. Poſſeſſor coram executore producit literas diſpenſationis. B. dicit illas ſurreptitias. A. negat: quis habeat probare? Vt clarius appareat, conſidero, quod quãdoque allegatur ſurreptio ex taciturnitate veri: Et hoc poteſt eſſe dupliciter, vel quia tacitum, a quo cauſatur ſurreptio, dicitur ſubeſſe per vtrumque, ſed plena mentio per aduerſarium dicitur non tacta, & hoc conſtabit ex tenore literarum, de re iud. inter monaſterium. de priui. porrò. de reſcri. ex parte. de dolo. ex literis. In beneficialibus, de reſcript. conſtitutus. vel quia tacitũ per petentem negatur ſubeſſe. Et ab aduerſario dicitur ſubeſſe: & tunc dicenti tacitum ſubeſſe eſt probare, niſi exiſtentia aliqua iuris præſumptione iuuetur. 1
Talia enim habentia ex accidenti non ex natura potius præſumitur non eſſe quàm eſſe: probet ergo dicens eſſe: text. de reſcrip. conſtitutus: ad hoc glo. in cle. literas. de reſcri. Quãdoque allegatur ſurreptio ex falſi expreſſione, & hoc dupliciter eſſe poteſt, vt allegatur doloſa ſurreptio, vt quia ſcienter dicitur falſum expreſſiſſe. Et hoc caſu dicens probare debet, quia dolus non præſumitur: gl. cum dictis doct. de reſcri. ſuper literis. Et hic adhuc non eſt caſus noſter: quandoque allegatur ſurreptio ex ſimplici non veritate narratorum: & hic eſt caſus noſter. Et nunc dico, quòd is habet probare vel veritatem vel falſitatem, in cuius intentione modo in conflictu agendi vel excipiendi venit veritas narratorum vel falſitas. Et hoc dico verum, niſi intentio iuuetur præſumptione iuris vel facti, natura vel qualitate, vnde intentionis eſt actoris literas eſſe veras, quia ex eis agit, habet probare literarum veritatem. Si actoris intentione fundata dicit literas excipiens non veras ad repellendum actorem, id debet probare, ſimiliter idem, ſi agens vel excipiens fundet intentionem ſuper falſitate narratorum, quia literæ habẽt conditionem, ſi narrata ſunt vera, vt de reſcrip. c. 2. ¶ In caſu noſtro duo ſunt videnda, an quòd literæ ſint veræ de intentione excipientis: An quòd falſæ ſint, narratum ſit de intentione agentis. Secundo, an iuuetur falſitas narratorum aliqua præſumptione, an vero iuuetur veritas narratorum pro excipiente. ¶ Ad primum petens ab executore beneficium fundat intentionem, primò ex ipſa validitate literarum, contra quam nihil opponitur, & patet validitas ex literarum tenore: Secundo ex vacatione beneficij: & hanc fundat de iure communi, cum beneficia ſint incompatibilia, & ex adeptione ſecundi ipſo iure vacet primum: de præb. de multa. Intentio ergo eſt opponentis oſtendere non vacationem contra ius commune, per quod patet, quòd vt non concludatur vacatio, intentio eſt opponentis, quòd literæ non ſint ſurreptitiæ: & tunc ſurgit ſecundum dubium, quod dixi ſimiliter declarãdum, verum veritas narratorum iuuetur præſumptione an falſitas. Sed veritas iuuatur ex non præſumptione doli vel negligentiæ: iuuatur etiam ex ſtatu poſſeſſionis virtute diſpenſationis, quia poſſidet beneficium ſtatu paupertatis ex diſpenſatione, vi cuius allegat ſe poſſidere, & præſumitur in ſtatu, in quo quis inuenitur, de ſent. excom. ſi iudex laicus. li. 6. & hoc multum pungit. ¶ Pro parte contraria, videlicet pro opponente falſitatem narratorum, facit præſumptio iuris ex naturali inſtitutione beneficij, quæ eſt, vt beneficia ſint ſufficientia ex primæua inſtitutione beneficij, ita quòd miniſtris & oneribus incumbentibus ſufficiant, vt in iuribus vulgaribus: dicens ergo accidentaliter immutatam naturam, probet pro cõi ſuper vacatione facit ius commune, nec ex diſpenſatione tollitur ius commune, niſi appareat diſpenſatio legitima euidenter, licet dubium mihi videatur arduum ſaluo ſaniori conſilio, ſatis puto quòd incumbat narranti veritatem diſpenſationis probare, cum tales literæ ſint ſtrictæ & odioſæ, & contra ius commune & in eccleſiarum detrimentum pluralitatem beneficiorum in
2 eadem perſona iuri exoſam foueant. † Nec ob. ſtatus poſſeſſionis quia eſt contra ius commune, qui nõ releuat ab onere probandi, niſi euidenter & manifeſte iuſtificetur titulus ſingularis contra ius, de reſti. ſpo. ad decimas. li. 6. & c. ordinarij, de of. or. co. li. de cle. cõſtitutus.

ſtitutus ad hoc gl. in d. c. ordinarij, quæ innuit, tales diſpenſationes manifeſtè probari: non ſufficit ergo probatio præſumptiua, quæ non eſt euidens, nec probatio manifeſta ad hoc dictum c. conſtitutum. Non ob. quod pro literis præſumatur: quia hoc verum in narrante propter ſoper diſponentem. non in narratione per partem, & maxime vbi requiritur eorum intrinſeca probatio, vt no. in d. c. 2. de reſcr. & in c. cum a Deo. Non ob. quod non præſumatur dolus: quia fateor. Nō ob. quod præſumatur negligentia: quia dico, quòd nec negligentia non præſumatur, nec diligentia: ſed is habet ſe probare diligentem, vel alium negligentem, cuius eſt intentio, de elec. innotuit. & maxime vbi ius arctat ad probandam diligentiam, vt hic facit: quia reſcriptū habet conditionem, ſi narrata ſint vera, & probentur vera, quia diſpenſans ea non præſupponit pro veris, vt d. c. 1. de reſcrip. Non ob. l. nogi. quæ vult reum nō compelli dicere titulum ſuæ poſſeſſionis ad inſtantiā partis: quia id verum, quando intentio agentis nō eſt fundata abſorbens ius poſſeſſoris: & quando poſſeſſio non habet præſumptionem contrariā, quod hic habet, &c. quoniam poſſeſſio eſt de iure communi, vel præter, ſecus ſi contra, vt no. Ann. in d. c. conſtitutus.

Anto. de But. cui ſe ſubſcripſit Gaſ. de Calde.

CONSILIVM XI.

AN quis poſſit probare ſe abſolutum ab excommunicatione per ſolutum fuiſſe confeſſorem ordinarium ad finem, vt beneficium impetratum obtineat contra aduerſarium? Vide infra titulo proximo, Conſil. 2.

De teſtibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Teſtium in termino aſſignato iuratis, ipſo termino, impoſſint examinari.

CONSILIVM I.

1 SI eſt terminus datus ex † forma ſtatuti ad producendos teſtes, excludens, quod poſt illum produci non poſſint, actor an poſſit facere poſt terminum examinari iuratos intra terminum? Et dicitur, quod ſic, quia in teſtib. eſt conſiderandum tempus nominationis & citationis ipſorum: item tempus iuramenti ipſorum: item tempus dicti ſiue depoſitionis. In actu autem, qui ex plurib. conſtat actibus, & perficitur diuerſo tempore, de eo eſt iudicandum ſecundum illam partem, a qua ſumit formam ſubſtantialem, ... & ... in ſpiciuntur iura de initio medio, & fine ſpectandis, de quib. plene de elec. dudum. i. omnia ſecundum præmiſſam regulam bene intellectam concordantur, vt ſcripſi in d. c. dudum. Sed de tribus partibus quantum ad actum teſtificandi non dico reſpectu probationis, ſumit effectum, & formam aſſumit iuramenti, ergo de ipſa ſecundum illam partem, & ſecundum illud tempus debet iudicari: niſi enim iuramentum remittatur, nihil in hoc agitur in effectu, de teſti. c. de teſti. & c. His. & c. nuper. item cum pars, contra quam producitur, debet eſſe præſens: vel ſi eſt abſens, debuit citari ad videndū iurare ipſum, qui producitur in teſtem, de teſti. c. 2. & tunc exceptio contra perſonas debet opponi, ... ex parte A. de, & c. præſentium. Ex his, ſequitur, quod tota ſubſtantia & vis productionis teſtium pendet a iuramento, & a tempore, quo iurat: vnde prouiſio, quæ dicit vlterius produci non poſſe, habet locum in pro-

ceſſu per ſe de nouo faciendo, non autem in iam inchoato, cuius effectus ad tempus præcedens ſecundū intentionem petentis ſecundum veritatem porrigitur. Item eadem ratione dicitur, quod natiuitas prolis trahitur ad tempus corruptionis, & ita, quod diuortium factū interim etiam per ſententiam non nocet proli, quominus dicatur legitima, qui fil. ſint leg. c. 2. Et eadem ratione notarius religioſus rogationes inchoatas perficere poteſt, licet nouas non faciat, vt no. de here. vt officium. §. ad deſcribendas. li. 6. Sequitur ex prædictis, quod prouiſio impedit ad vlteriores nouos actus procedi, non autem impedit actum perfici, in quo ad ipſius eſſentialem partem erat proceſſum, per rationes & iura præmiſſa. 3

Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 Teſtis vnicus an ſufficiat ad probandum beneficiale reſcriptum.
2 Presbyter ratione ſui officij de facto proprio teſtificari poteſt.

CONSILIVM II.

AN ſi opponatur excommunicatio in † vim peremptoriæ contra reſcriptum beneficiale, ſufficiat probare per vnum teſtem, videlicet per pœnitentiarium ex minorib. apoſtolicæ ſedis abſolutionem ante impetrationem? Et videtur quòd non, quia vni quantumcunque auctoritatis non creditur in iudicio. 4. q. 3. iuriſiurandi. de teſti. venientes. eum ſi. Secundò, quia iudex videtur fuiſſe, ergo ſibi credi non debet, 2. q. 6. ſtatuendum. de teſtib. cum a nobis. Imo ſi eſſet epiſcopus, non crederetur, 6. q. 2. ſi tantum. & c. placuit. quod ca. loquitur etiam de his, quæ acta ſunt in foro pœnitentiali. Ad idem quod dicitur de proxeneta procuratore, & aduocato, de teſti. ca. ſi ſibi 6. qui propter effectum præſumptum ſunt ſuſpecti, vt ibi no. Tertiò, quia talis pœnitentiarius deponit de facto proprio, 3. q. 3. nullus. Quartò, quia literis, per quas quis dicit ſecum diſpenſatum, debent apparere ſuper ipſa diſpenſatione, de ſimo. ex diligēti. de offi. or. ex parte. 2. q. 1. legum. Et in caſu iſto videtur caſus de ſen. excomm. ſicut nobis: vbi vult tex. quòd niſi conſtet de abſolutione per literas, vel alio modo legitimo, pro excommunicato eſt habendus: Et ibi glo. & Io. And. dicunt, non ſufficeret vnus teſtis in foro contentioſo: contraria loquuntur in foro pœnitentiali, de homi. ſignificaſti. & ibi hoc ſentit Inn. qui loquitur in plurali dicendo per teſtes. Sed ſaluo ſaniori conſilio his non obſtantibus dico abſolutionem probatā, duntamen pœnitentiarius hanc poteſtatem habeat, quam videtur habere, quia epiſcopi hoc caſu habent, vt in c. ſuper ſpe. quia ex quo conditor can. &c. & ipſos pœnitentiarios minores puto habere in abſoluendo poteſtatem ipſorum epiſcoporum, i. quam epiſcopi habent de iure communi, quia ex generali poteſtate vicem Papæ gerunt. In hoc tamen curia Romana declaret. ¶ Sed ad dubium declarandum præſuppono, quòd æquè liber eſt ab excommunicatione ille, quem abſoluit quis presbyter in foro pœnitentiali habens poteſtatem, ac ſi abſolueret in foro pœnitentiali, quamuis alius habens poteſtatem, arg. eorum quæ no. in c. ſecundo, & c. a nobis. de ſent. excommunica. ¶ Item præſuppono regulam magiſtralem, quæ habet, quòd in his, quæ ſunt difficilis probationis, illa probatio, quæ alias eſt minus ſufficiens, reputari debet ſufficiens, ſi fiat taliter qualiter fieri poteſt, ne lex obliget ad impoſſibile: Hinc eſt, quòd propter difficultatem probationis filiationis illa probatio minus ſufficiens accipitur, vt no. de offi. presby. Michael. & qui filij ſint legi. tranſmiſſæ. vbi etiam per gl. ſic in probatione carnalis copulæ, de præſump. literas. & ca. 3. idem in fi. Cum igitur abſolutio facta per ſacerdotem in foro pœnitentiali

tiali non poſſit probari niſi per ipſum abſoluentem, eius teſtimonium erit ſufficiens, & nedum quando vilius erit præiudicij, vt dixit gl. 2. q. 5. quanto. ſed etiam in cuiuſcunque præiudicium ratione prędicta. ¶ Pro hac concluſione eſt gl. 3. q. 7. ipſi apoſtoli. Item gl. de teſti. teſtimonium. & quod not. Io. An. de ſimo. nemo. Et tunc eſt caſus, quòd vnius teſtimonium probet, licet alias ſecus ſit: nam caſus 30. poſt Spe. quibus creditur vni teſti in titulo de teſte. §. reſtat de numero teſtiū, ac inter cęteros in ver. 16. ponit iſtum: Item huic caſui proximus eſt ille, quando quæritur de conſcientia alicuius, q̃a ſtatur dicto ſuo, de homi. ſignificaſti. cū ſimi.

2 ¶ † Item presbyter teſtificatur de eo, quod geſſit ratione ſui officij. Puto enim, quòd iurant officium, quando aſſumuntur ad officium pęnitentiariæ: ergo quia a principe electus & confirmatus abſque approbatione ſibi debet credi de his, quę geſſit ratione ſui officij: iſta eſt ratio vera, quare creditur nuncio iurato: Et quare creditur notario, cum tamen ſi alias vni teſti etiam iurato nō creditur. quod dixi no. 18. di. placuit. 82. di. propoſuiſti. 4. q. 3. teſtes. de app. cum parati. & in Spe. de citatio. §. ſequitur. verſi. ſed nunquàm. & ad id quod dicitur de notario, inducitur C. ad l. Cor. de falſis. ſi qs decur. & in Auth. de inſtru. cau. §. ſed & ſi inſtrumentum. colla. 6. Et prædicta etiam procedunt in foro iudiciali, & cum quęritur de alterius præiudicio; vt patet in iuribus pręalle. Coadiuuatur, quia abſurdum eſſet, quòd crederetur voci mortuæ & non viuæ cōtra id quod habetur in Auth. de fide inſtru. §. ſi verò. colla. 6. Abſurditas patet, quia in teſtimonio viuæ vocis poteſt depræhendi falſitas potius quàm in ſcriptura, ff. de teſti. l. 3. ſed literis pęnitentiarij creditur, vt no. Io. An. in c. ſicut. de ſen. excom. ergo & multo fortius eius teſtimonio, quod eſt medio iuramento probatum: tamen quia materia teſtium eſt multum arbitraria, multum ſtat in arbitrio iudicis ad conſiderandam perſonam pœnitentiarij & alijs circunſtantijs negocij, ſicut dicimus de nuncio iurato, vt no. de app. qua fronte. ¶ Ad alle. in contrariū reſpondetur, quòd ille eſt vnus de caſibus, quibus vni teſti creditur: & per hoc reſpondetur ad id quod dicit de proxeneta procuratore & aduocato: quia illa habent locum, in his quæ poſſunt per alios probari: ideo illi tanquàm ſuſpecti repelluntur.

Io. de Ean.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes quando probent famam publicam.*

C O N S I L I V M III.

1 AN teſtes probent publicam vocem † & famā quod aliquis fuerit vſurarius, ſi non dicunt, apud quos eſſet ille diffamatus: Dico, quòd licet Innoc. ponat vnam opi. quòd non probent. in c. cum oporteat. de accu. quæ tamen iure non probatur, tamen in caſu iſto probant: loquitur enim Inno. quando quæritur de probatione infamiæ fienda ad hoc, vt poſſit contra aliquem inquiri: nam tunc verum eſt dicere, quòd debet probari quem eſſe infamatum apud bonos & graues, de accu. inquiſitionis. in fi. & tunc forte debēt dicere perſonas, & exprimere apud quos: & poteſt eſſe ratio, vt ibi dicit Inno. quia, vt innuit ibi, non debent probare, quòd apud bonos & graues eſt infamatus: ſed iudicis eſt non teſtium, examinare, an ſint boni & graues, ff. de verborum oblig. continuus. Non ergo loquitur de probatione famæ ſeu vocis publicæ. Conſtat enim quod aliud eſt fama vel infamia de homine, & aliud fama inter homines, no. Dom. & pater meus in c. veſtra. de coha. cle. nam fama de homine eſt illæſę dignitatis ſtatus vita & moribus comprobatus, ff. de var. & extraor. cogni. l. cognitionum. & no. 3. q. 7. §. porro. Et ecōtra, infamia de homine eſt læſę dignitatis ſtatus vita & morib. reprobatus: ſed fama inter homines eſt publica. & communis inſinuatio vel proclamatio ex ſola ſuſpitione ex certo vel incerto autore proueniens: probatur hęc deſcriptio 46. diſt. ſunt nonnulli. de coha. cle. tua. de pur. canoni. cum in iuuentute. vel ſecundum alios deſcribitur vulgi loci ſeu maioris partis opi. rei, de qua dicitur conſentiens, vt probatur 4. q. 3. item ſępe tit. de preſum. illud. & c. tertio. Ex prædictis ergo patet, quòd aliud eſt tractare de infamia probanda, de qua loquitur Inno. aliud de fama alicuius rei actus vel criminis. Item cōſtat, quod alia aliter tollitur, quam alia, & aliter probatur & reprobatur. ſufficit remittere ad no. in Spe. de notorio crimine. §. vt autem

Ioannes de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis an probet crimen vſurarum, crimen non ſpecificans.*

C O N S I L I V M IIII.

1 AN valeat dictum teſtis producti ad probandum † crimen vſurarum, ſi non ſpecificat crimen? Quidam quòd nō, per c. præſentiū. de teſti. lib. 6. Sed contra videtur, quia nec tex. ibi, nec docto. dicunt, quòd non valeat dictum teſtis, ſi non ſpecificat crimen vel perſonas, cum quibus crimen eſt commiſſum. Et licet ſecundum Hoſti. debeat in exceptionibus vel articulis ſpecificari, non tamen ſequitur, quòd teſtis omnino debeat ſpecificare circunſtantias vel ſpecies criminum: vnde non puto, quod aliquis ſanæ mentis diceret, quòd teſtis, qui deponeret Titium interfeciſſe hominem, interrogatus de cauſa ſcientiæ diceret, quia viderit, non probaret, licet non ſpecificaret nomen interfecti vel tempus & locum, maximè ſi nō interrogatur. Item dictum doc. loquentium de iſta ſpecificatione loquitur & intelligitur in probanda exceptione criminis oppoſiti contra teſtem, quæ eſt odioſa plus quàm accuſatio: vnde, vt dicit Io. And. poſt Hoſti. ibidem, quòd plus requiritur in tali exceptione probāda, quàm in accuſatione, quia magis odioſa: nam in excep. non compelluntur teſtes, & ſic in accuſatione vel poteſt dici aliter, ſpecificatio requiritur in exceptione, probatione, & teſtificatione, quando agitur de vno crimine ſpeciali: ſed vbi de pluribus vel in genere vt hic, vt quia dicitur quē fuiſſe vſurarium, quia pluries, & cum pluribus crimen exercuit vſurarum, vt hic: tunc talis ſpecificatio non requiritur: verba ſunt Innocen. & aliorum doc. in c. fi. de pur. can. dicunt enim, quòd inquiſitio fit in genere, de ſimo. licet Heli. & c. veniens. de accuſa. qualiter. el j. & c. cum dilecti. & c. olim. c. antepe. & fi. Idē in purgatione, quę fit generaliter, vt d. c. fin. de pur. can. & c. accedens. & allegat multa iura, & ſubdunt rationem ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes ſuper tempore diſcordes crimen vſurarum an probent.*

C O N S I L I V M V.

1 AN probent teſtes diſcordes in tempore † ſuper crimine vſurarum? Huic facile reſpondetur per dictum Speculato. de inqui. §. i. ver. quid ſi vnus teſtis ad infamiā probandam inductus dicit ſe audiuiſſe ab Archidiacono & teſtibus & dicit lune, alius dicit de alijs, & alio die: an probent? Et dicitur quòd ſic: imo magis probatur infamia, vt ipſe dicit, eodem titulo. §. nunc tractemus. ver. quid ſi ille: alle. ff. de pet. hęre. l. ſi quis liber. §. quoties.

cum

cum alijs iuribus: Subdit etiam, quòd non eſt neceſſe, quòd in cauſis ſcientiæ concordent: vnde in dic. §.j.& ver. quid ſi vnus dicit, quòd ſi teſtis producitur ad probandum aliquem exercuiſſe iuriſdictionem in caſtro, & vnus dicit, quod vidit ſuſpendere vnum, & alium fecit exoculari, talia teſtimonia probant: allc. de teſti. licet ex quadam. Idem de probatione fundi decimalis, & vnus teſtis dicit, quòd vidit ſoluere vinum: alius hordeum: alius frumentum: quòd iſti probant: de pœ. diſt. prima. periculoſe. idem videtur dixiſſe in Spe. de teſte. §.iam de interrogatorijs. ver. item de tempore. Et iſtud placet Inn. de acc. qualiter. el 2. Fateor, quòd quidam contradicunt, ſed puto quod prædixi: vnde dixit Domi.& pater meus in c. nihilominus. 3.q.9. quòd ſi volo probare actum propter ſe, & pro ſe, tunc ſingularia teſtimonia non ſufficiunt, de probat. licet cauſam. Sed ſi volo probare id quod elicitur ex actibus, tūc non eſt neceſſe, quòd teſtes, qui deponunt de actibus, concordent in loco, & tempore, & cauſis, quia in eo quod elicitur ex actibus concordant: & talis fuit intentio Inno. vt patet in ſupradictis exemplis. Cum ergo hic tractemus de probatione elicita ex pluribus actibus, ſcilicet quem fore vſurarium etiam manifeſtum, ſequitur concluſio vera. Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

5 *Teſtis dicens ad vſuras ſe recepiſſe ab aliquo, an illum probet vſurarium.*

C O N S I L I V M VI.

1 AN teſtis, qui dicit ſe recepiſſe ad vſuras à Titio, probet illum eſſe vſurarium? Quidam quòd non, per ca. teſtimonium. de teſti. Sed contrarium credo, quia recipere ad vſuras vel ſoluere non eſt peccatum: no. gl. de iureiu. debitores.& Ioan. And. de vſu. ſuper eo. & maxime quando inducit mutuantem ad peccatum, puta quia paratus eſt omnibus mutuare. Præterea in criminali emendatus de crimine admittitur, d. ca. teſtimonium. & illud præſumitur, quia non eſt veriſimile, quòd quis ſit immemor ſuæ ſalutis, j.q.7. ſancimus.

Gaſpar de Calde.

CONSILIVM VII.

AN teſtes in teſtamento ad pias cauſas facto debeant eſſe rogati, & ſi non ſunt rogati, valeat teſtamentum: vide infra de teſta. Conſi. 16.

De fide inſtrumentorum. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum, in quo ponitur dies diuerſus ab eo, qui ponitur in regiſtro communis, an probet.*

C O N S I L I V M I.

1 AN ſi in inſtrumēto diuiſionis fratrum † apponitur dies 15. menſis, & in regiſtro communis, vbi regiſtrātur inſtrumenta ex forma ſtatuti infringēus omnia inſtrumenta, quæ non eſſent regiſtrata, inuenitur dies 16. ſed in anno menſe, & alijs concordant, tale inſtrumētum probat? Et dicitur quòd ſic, quia error notarij non debet nocere parti, vt l. ſecunda, C. de erro. aduoca. & l. errore. C. de teſta. cum ſi. dummodo de errore conſtet legitime, verè, vel præſumptiuè. Et quòd præſumatur error, & appareat veritas quæſiti, pondero quòd notarius regiſtri non præſumpſit de inſtrumēto notarij id quod ſcribit in regiſtro, vt ex narratis apparet: ſed ſcripſit, quòd notarius dixit, ſe decima ſexta die &c. Creditur ergo ipſi notario rogato de inſtrumento rogato hoc dicenti, arg. l. ſi quis decurio. C. ad l. Corne. de falſis. in hoc quod ex facto ſuo pendet, & de proximo, & quod ad eum pertinet, vt apponeret diem, locum &c. Et qđ eſt etiam leue, quia nihil ad partes, & nullum præiudicium qua die fuerit confectum, & ſcriptum dictū inſtrumentum, licet in propoſito diuerſitas multum faceret propter nullitatem, de qua dubitatur propter diſpoſitionem ſtatuti: pro hoc l. fi. ff. pro ſuo. Nam & ipſe notarius potuiſſet per ſeipſum errorem ſuum corrigere ante q. motam de hoc, & ante inſtrumentum datū partibus, licet tutius faceret cum iudicis auctoritate: nor plenè Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de inſtru. edit. §. poſtremo. verſic. ſed quid ſi confecto. & in quæſtione quam poſuit ſuper data 6 & Bar. plenè in l. ſi librarius, ff. de regu. iur. Pro hoc facit regula communis, vt res potius valeat &c. l. quoties. ff. de verborum obli. Fran. de Rampo.

Idem ſcripſit Gaſ. de Cald. motus primo, quia error notarij non nocet inſtrumento: no. gl. de reſcri. ad audientiam. & in priuilegiis, & reſcriptis, de fide inſtru. ex parte. dummodo error doceatur vere, vel præſumptiue. Hic autem apparet vere nedum præſumptiue, quia ceſſante ſtatuto inſtrumentum probabit diuiſionem, poſito quòd non fuiſſet regiſtratum: pluralitas autem factorum non præſumitur, de fid. inſtrum. cum Ioannes. ergo notarius, qui atteſtatur de inſtrumento in regiſtro, non ponendo clare diem dicti inſtrumenti confecti, errauit, & ſic partibus nocere non debet. Item vt no. doc. ar. in d. cap. ex parte. error vnius literæ non uitiat, ſi propter illius defectum ſenſus non mutatur, ex quo idem continent, ſiue contractus fuerit factus vna die, ſiue alia: ergo defectus regiſtrantis partibus, quæ ſunt ſine culpa, nocere non debet.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Spurius notarius pro inſtrumentorum editione adeundus.*

C O N S I L I V M II.

1 SPVRIVS notarius communiter aditur † pro confectione inſtrumentorum, & aditur, vt legitimus notarius. Quæritur, an inſtrumenta valeant per eum confecta? Videtur quòd non poſſit eſſe notarius, quia tales videntur eſſe infames, arg. de electio. innotuit. 56. diſt. ſi gens. vbi tales appellantur degeneres, 16.q.j. iam nunc. ver. alioquin. ubi tales appellantur immundi. Et tales lex moſaica deteſtatur: patet qui fil. ſint legi. per venerabilem. & lex canonica repellit ab ordinibus, 56. diſt. c. primo, de fil. presby per totum. lex ciuilis a ſucceſſione repellit, prohibet illos alimentari, in auth. qui. mo. na. eſſi. legi. §. 2. col. 7. C. de natu. libe. auth. liceat patri. C. de inceſt. nup. authen. ex complexu. ergo & a notariatu repellantur, quia infamibus portæ dignitatis &c. nt in regula, infamibus: de reg. iur. cum concor. lib. 6. & notariatus eſt dignitas, C. de man. prin. l. prima, & quod ibi not. ergo &c. Præterea notarius videtur teſtis quidam, vt l. Domitius. de teſt. de elec. vt circa. lib. 6. ibi, qui teſtimonium perhibebat: ſed infamis teſtificari non poteſt. ff. de teſti. l. 3. de teſt. licet ex quadam. Item infamis nedum a dignitatibus repellitur, ſed ab omni officio publico, vt in c. præterea. de teſti. & no. in l. ſecunda, §. miles. ff. de his q. no. infa. Sed his non obſt. puto, quod in caſu, de quo quæritur, inſtrumenta facta per talem notarium valeant: & ſecundū Old. notariatus non eſt dignitas, ſed

vile

vile officium, quia libertus non poteſt eſſe notarius. C. de ter. reipub. l. fi. & tamen non poteſt habere dignitatem, C. ad l. Iul. maie. l. j. Imo notariatus eſt vile officium, & ideo decurio non poteſt eſſe notarius, C. de decur. l. vniuerſos lib. 10. vbi no. Accur. propter vilitatem officij aduocatum non debere officium notariatus exercere, licet Mediolani ſecus fiat. Ad idem C. de tabul. l. j. Ad hoc facit, quia dicitur ſeruus publicus. C. de adop. non aliter. & in c. quanquàm. de vſuris lib 6. & ibi glo. a qua denominatione licite arguitur, Inſti. de do. §. eſt & aliud. cum ſi. vnde Bar. in l. eadem. § hac l. ff. ad l. Iul. repetun. dicit, quòd notariatus eſt munus, & non dignitas, vt l. fi. in prin. cum ſua gl. C. qui man. non poſſunt. & l. j. C. de man. princ. loquitur de notario principis aſſumpto ad ſcribendum eius negocia: quia tunc ille bene dicitur eſſe in dignitate. Ex quo infert, quòd infamis talis officium notariatus, quod habet in ſe dignitatem, exercere non poteſt: ſed ſi ipſe à partibus volentibus aſſumitur ad conficiendum publicum inſtrumentum, nihil eſt, quod etiam infami repugnet, quoniam eſt munus publicum. Et eſt ſeruus publicus, quod infamibus non remittitur, ſed competit, ſi etiam tales poſſunt eſſe arbitri, qui ſimiliter a partibus aſſumuntur, 3. q. 7. §. tria Item & procurator. Inſti. de exce. §. fi. licet de hoc ſit dubium. Inducat igitur hoc tacitus, vel expreſſus conſenſus partium iſtum talem volentium, ſeu rogantium conficere inſtrumẽtũ. Conſenſus enim partium non excipientium facit valere iudicium iudicis infamis: no. de reſcri. ſcilicitatus. & in Spec. ti. j. §. excipitur. ver. Item nunquid periurus, & infamis. Præterea non puto illegitimum fore infamem de iure, licet infamis poſſet dici infamia facti. Eſt enim potius nota defectus, q̃ criminis, vt in Authen. qui. mo na. eſſic. ſui. § opponitur col. 7. Et per prædicta patet reſponſio ad alle. ſupra in contrarium: illa enim iura non dicunt eum infamem, licet puniant propter delictum paternum, quæ pœnæ non debent excedere caſum, de pę. diſt. j. c. j. cum ſi. Imo dignus eſt uenia, qui alieno vitio laborat, C. de na. lib. l. legẽ. & ſecundũ canones nihil imputandum eſt ipſis filiis, 56. di. c. vndecunque. & ca. nunquàm. & ca. naſci. Ad id quod dicitur de teſtimonio, poteſt dupliciter reſponderi. Primo quòd infamia facti non repellit in ciuili, & ſolet dici de teſti. teſtimonium, & in Spe. de teſte. §. primo, verſ. item quod eſt infamis. Secundo aliud eſt in teſtimonio, quod ab una parte producitur, & ſic contra vnã partium eſt dicturus: hic de teſtimonio, quod conſenſu utriuſque partis fit, quia ab utraque parte rogatur notarius. Ad id quod dicitur, quòd infamis repellitur ab omni officio publico: dico, quòd illud non procèdit de offi. quod non eſt munus præeminentiæ, vel dignitatis. Item cum communi conſenſu adiretur, & reputaretur communiter notarius, & in tali poſſeſſione fuerat per 10 annos: ergo ratione huius tolerantiæ valent eius geſta, ut l. Barbarius. ff. de offic. præto. 3. q. 7. §. tria. Item propter commodum poſſeſſionis talis officij, 8. q. 4. nomen. de iurepat. conſultationibus. hoc voluit Inno. de hære. fraternitatis. Et licet putem uerũ, quod dicit Ioan. And. in addi. Spec. de inſtru. edi. §. reſtat. ſuper uerſic. & ſcias. vbi dicit, quòd ratione poſſeſſionis tabellionatus non creditur eius ſcriptori quia ibi loquitur de illo, qui nunquàm fuit creatus: hic loquimur de eo qui fuit creatus, ſed dicitur indignus. Indignus autem promotus poteſt adminiſtrare, donec remoueatur. ut dicto c. nonne. & quod no. Ioc. in c. mihi. de elec. de conceſ præb. cum noſtris. & ſic concluditur iſtum tabellionem poſſe eſſe, & tabellionatus officium poſſe exercere. Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Literis ordinarij quando credatur.*

CONSILIVM III.

1 AN literis ordinarij credatur ſine † teſtium ſubſcriptione. Licet ſup iſto multa ſint ſcripta, tamen opi. moder. habet, quòd in grauis pręiudicij actibus non creditur: ad hoc 20. q. 5. incerta. & tenet Inno. in ca. j. & 2. de fide inſtru. Hæc autem regula fallit ſecundum veritatem in quatuor caſibus. Primus in ſententia excommunicationis, 11. q. 3. curæ. de proba. poſt ceſſionem. Secundus in leuibus & non præiudicialibus. 83. diſt. per totum. 97. diſt. nobiliſſimus. 98. di. c. j de cler. peregri. c. j. & 2. Tertius eſt, contra producentem, ſi litera faceret contra ipſum, de ſolu. capit. ſecundo. Quartus, vbi hoc habet conſuetudo.

Gaſpar de Cal.

De iureiurando. Rubrica

SVMMARIVM.

1 *Iurans contractum, quando poſſit contra eundem fictionem opponere.*

CONSILIVM I

1 AN iurans contractum, poſſit † poſtea opponere fictionem eiuſdẽ contra contractum? Dico, quòd aut quis iurat ſimplici ſtare contractui: & tunc probata fictione non obſtat iuramentum: ita intelligo gloſſ. C. plus valere, quod agitur. in l. emptione. quæ vult, quòd non ob iuramentũ illius, qui iurauit ſtare contractui. vbi opponit contractum fuiſſe fictitium, & ſimulatum: ad hoc optimè, qđ no. 11. di. in his: & per Arch. in ca. j. de cle. non reſi. li. 6. quia iurat ſtare contractui, ſ. vero, non autem ficto: Et ſic credo dictam gl. Accur. intelligendam. Aut iurat ſeruare omnia, & ſingula ſupraſcripta: & tunc videtur ſecus, quia per fictionem non tolluntur omnia & ſingula ſupraſcripta, ſ. in dicto inſtrumento contẽta. Ad pręmiſſa facit quod no. Io. And. in cap. j. de his, quæ fiunt a ma. par. capi. & quod no. Inn. in ca. venerabilem. de ele. in fi.

Gaſ. de Cal. alle. ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non contrauenire donationi a ſe factæ, an poſſit petere.*

CONSILIVM II.

1 AN donans ſine inſinuatione vltra † ſummã, & iurans non contrauenire, poſſit poſtea illud petere, non ob. iuramento? Dico, quòd aut iurat omnia contenta in Inſtrumento ſeruare expreſſe, abiurando legibus de inſinuatione loquentibus. Et tunc poſtea non audiretur propter iuramentum: de iureiu. cum contingát. eo. tit. ca. 2. lib. 6. de pig. ſignificante. de pac. quamuis. lib. 6. Aut non eſt expreſſe renunciatum dictis legibus, ſed generaliter donatio fuit facta, & non inſinuata, & iuratum non cõtrauenire: & tale iuramentum non includit donationem prohibitam fieri ſine inſinuatione: tamen quia non complectitur hunc caſum non expreſſum iurans generaliter in omni cauſa iuris ordinem obſeruare, non includit cauſas, in quibus non dicitur iuris ordo obſeruari, vt in c. ad noſtram. el 3. de iureiu. facit eod. tit. venientes. Nec eſt veriſimile, quòd illo caſu ſe voluerit obligare per iuramentum præiudicando iuri ſuo, de quo non fuit certiorata mulier, cui licet ius ignorare,

gnorare, C. de iuris.& fac. igno.l.conſtitutum, facit quod no. de emptio.& ven. in cap. pe. in fi. vltimæ gl. & Cy.in l.2.C.de reſcin. ven.in 2.q. Ad prædictam rationẽ facit quod no.de ecedifi.ca.fi.de iureiur. petitio. & quod not.11.q.3. prædeceſſor.in gl.fin.31.q.1.illud. In prima gl.35.q.9. quòd quis. in glo. 2. & quod noti Ioan. Andr. in nouel. de eo qui duxit in matrimonii quam polluit per adulterium. in c. cùm haberet. ſuper gl.iuramentum. optimè facit quod no. de commo.c. vnico.quòd renunciatio generalis caſuum & iuramento firmata non eſt obligatoria per prædictã rationem, quia iuramentum non obligat vltra intentum iurantis:ſed (vt dixi) de dictis legibus non fuit expreſſum, vnde non videtur renunciare, etiam poſito quod poſſet illis renunciari. Ioann.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum electi de constitutionibus ſeruandis, an ſit temerarium.*

CONSILIVM III.

1 HABENTES ius eligendi dederunt † poteſtatem vni eligendi, ait tamen, quòd exigeret ab electo iuramentum de ſeruandis ſtatutis, qui electus iurauit omnes & ſingulas conſtitutiones ſeruare. Quęritur, an tale iuramentum ſit temerarium, & per conſequens non ſeruandum ab ipſo electo? Et dicitur quòd non per c.1.8.q.1. Nec obſi dicatur licitum, per c. Artaldus.ea.cauſa & quæſtione: vbi licitum eſt iurare poſt electionem. Quia fateor illud verum a ſuperiore, vt ibi no. ſed non ab electoribus, vt di.ca.1. ſed hic fuit receptum ab electoribus. Item fuit receptus incontinenti: & ea quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur, de ele.officij.cum ibi no. & ſic tale iuramentum malè & illicitè fuit præſtitum & temerarium, quia contra iuris diſpoſitionem, & ſic iuratis ad eius obſeruantiam non tenentur: & maior probatur 22.queſtione 4 illicitum.de iureiur quanto: & in regula, non eſt obligatorium. de re. iuris. lib. 6. cum ibi not. Minor ſupra eſt declarata, cum iſtud factum fuerit illicitum. Ex quo ergo cauſa & radix fuit illicita, ipſum quoque cenſetur illicitum, 6.di. teſtamentum.1.q.1.principatus. & c.ſeq. ad hoc etiam facit de elec. vbi periculum.§. qui autem.lib.6. de offi.or.quia plerique. eodem lib. Ioann.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere collegiatorum iuramentum an poſſit relaxare.*

CONSILIVM IIII.

1 AN legatus de latere in partibus † poſſit relaxare iuramentum præſtitum per collegiatos iurantes, quod ſe adinuicem defendant contra quoſcunque principes & barones, vel alios cuiuſcunque conditionis & ſtatus, nemine accepto, etiam ſi acciperetur ab homine vel a iure tractando amicos pro amicis, inimicos pro inimicis? Et videtur quòd ſic, quia iſtud iuramentum eſt illicitũ: quod patet, quia obuiat bono obedientiæ, 11.q.3.qui reſiſtit.de iureiuran. ſicut ex literis. Item quia iſta verba, quòd inimicos tractabunt pro inimicis &c. plane ſonant, quòd cum eis nolunt ad pacem peruenire, ſed eos proſequi odioſè, & hoc publicæ vtilitati & bonis moribus obuiat: & per conſequens iuramentum illicitum, 22. quæſtione 3. qui ſacramento. Item quòd illud iuramentum obuiet honeſtati, bonis moribus, legi euangelicæ & canonicæ, patet, quia per huiuſmodi ligam veriſimiliter ad illicita prohibita peruenitur: & ideo non obligat iuramentum, 22. quæſtione 4. ca. 2.& 5. ca. ſequen. Item iſtud iuramentum non habuit tres comites requiſitos, vt iurent in veritate iudici & iuſtitia: vnde non obligat, 22. quæſtione 1. & iurabunt. de iureiu. & ſi Chriſtus. Item quia fuit præſtitum ſuper re de ſui natura illicita: quod patet, quia tunc liga dicitur licita, quando apparet expreſſe, quod ex cauſa licita, & ad bonum fuerit facta: ita intelligitur, ff. de colle. illi. l. 1. 16. q.7.ſanè. Sed ſi non apparet expreſſe quòd ex licita cauſa & ad bonum, debet prorſus illicita præſumi, intantum quod ſecundum aliquos illa eſt præſumptio iuris & de iure, quę non recipit probationem in contrarium: ſed quicquid ſit de iſto vltimo, tamen verum eſt quod præſumitur illicitum, nedum quando de mala cauſa vel malo effectu apparet, ſed quando de cã bona vel mala non apparet ſiue dubitatur, vt probatur 11.q.3.coniurationum:& quatuor c.ſeq.facit C.de epiſ.& cle. conuenticulam. de here. cum ex iniuncto. ¶ Potiſſime etiam quando talia fiunt occulte, 19.diſt. Anaſtaſius. vt ecc.benefi.c.j. & quod ibi no. Probantur aperte prędicta in li.feu. de pa.iur.fir.hac edictali.§. conuenticulas quoque omnes, quæ coniurationes in ciuitatibus & extra etiam occaſione parentelæ etiam inter ciuitatem & ciuitatem, & inter perſonam & perſonam omnibus modis fieri prohibemus: ad idem de ver.ſig.c.2. lib.6.quod no. de iudi.exhibita.ſuper 4. gl. ſcribit Inn.ſuper rub.de ſchiſ. quod ſemper præſumitur cõtra coniurationes, maximè ſi fient in perpetuum vel generaliter. Idem Vin. de teſti. cog. cap.fi.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Periurus an ſit infamis.*

CONSILIVM V.

1 AN periurus ſit infamis? De hoc † 6. q. 1. quicunque.& ibi Archi. tex. videtur velle quòd non, de teſti.teſtimonium.legendo proprie: quia cum ibi ponat regulam generalem, quod non ſit infamis, non repellitur in ciuili ſi ſit emendatus: & ſubiungit, quòd hoc fallit in periuro: ergo cum exceptio debeat eſſe de regula, ſequitur quòd periurus non eſt infamis: quod eſt verum, niſi in eo, qui venit contra tranſac. vel pactum iuratum, vt l.ſi quis maior. C.de tranſ. & ibi not.quod tamen quidam intelligunt per ſententiam, & non ipſo iure.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus iurantis contractum, an eius, cui iuratur, debeat a iuramento abſoluere.*

CONSILIVM VI.

1 QVIS epiſcopus debeat abſoluere iurantem † contractum: an ille, qui eſt ſuperior illius, cui iuratur: an illius, qui iurat? Dico, quod ſuperior illius qui iurat, ſiue ſit remiſſio ſiue abſolutio, ſiue declaratio iuramenti in quouis inſtrumento: & ſic etiam compellere ad ipſius obſeruantiam: hoc probatur xi.q.j.experientiæ.de fo.cõpe.cũ contingat.de iureiu.c.j.& ibi no.de pur.can. nos inter.de vſu. poſt miſerabilem. etiam ſi dicatur ſpectare ad epiſcopum diœce.in qua iuratum fuit quia per hoc non excluditur proprius diœceſanus: ad hoc de ſen. excommunic.nuper in fine. Propter delictum uel contractũ non excluditur iudex domicilij, C. vbi de crimi. agi opor.auth.qua in prouincia.de fo.competen. ca.ſina. cum ſim. Vnde ſcholarem Ferrarien. ſtudentem Bononiæ in legibus poteſt abſoluere epiſcopus Bonon.

& Ferrarien. ita not. Hoſt. ne clerici vel mo. cap. fi. & Ioan. An. in cap. pe. de offic. le. facit quod no. 16. q. j. cap. j. Nam in pluribus iudicibus inſolidum iuriſdictionem habentibus locus eſt præuentioni, de appel. vt debitus. de foro competen. ca. pe. nec in huiuſmodi abſolutione epiſcopus loci, vbi fuit præſtitum, & epiſcopus ſuperioris iurantis debent ſimul conuenire, per id quod habet de ſent. excom. cum illorum. verſi. ſi vero clauſtralis: quia ibi ſolus Abb. monachi verberātis eſt ille, qui abſoluit, vt ibi no. doc. Sed Abb. monachi verberati verberat excommunicatum, prout fit in tali abſolutione. Et hoc eſt ideo, quia abbati monachi percuſſi debet fieri ſatisfactio, eo quòd ſibi ſine eius monaſterio in perſonam monachi ſui fuit facta iniuria: quam ſatisfactionem monachus percuſſor facere non poteſt, cum proprium non habeat, 12. q. j. non dicatis. nec ſuum monaſterium tenetur ad illam, quia delictum perſonæ &c. de reg. iur. delict. & cum concor. lib. 6. Ioan. Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus an poſſit a iuramento abſoluere, non vocato eo, cui iuratum eſt.*

2 *Iuramentum ab homine datum, ab homine relaxandum.*

CONSILIVM VII.

1 AN epiſcopus poſſit procedere ad declarationem † vel abſolutionem iuramenti, non vocato creditore, cui iuratum erat ſolui, ſi epiſcopus declarat iurantem non obligari propter paupertatem, ſi cedat bonis, non ob. quod beneficium dictæ ceſſionis abiurauerit? Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd citatio fit de aliquo, quando eius intereſt, eo quòd illud, quod fit, poteſt in eius præiudicium redundare, ff. de mino. in cauſæ. 64. di. c. j. & 2. de tempo. ordi. ſi archiepiſcopus. de maio. & obe. inter quatuor & c. ſi. cum ſimi. Et ideo quia merita cauſarū partium aſſertione panduntur, de reſti. in inte. cum ex literis. Hoc ſuppoſito ſic arguo, vbi per factum iudicis non fit præiudicium certæ perſonæ, quod fit non vitiatur, eo quòd illa perſona citata non fuerit. Sed ita eſt in propoſito ergo. maior probatur per prædictam ſuppoſitionem: minor patet, quia epiſcopus declarando iuramentum debitoris non obligare in eum caſum & euentum, in quem cederet bonis ſecūdum iuris formam, per dictam declarationem non poteſt dici, quòd aliquod præiudicium inferat creditori, cum eadem obligatio & non minor remaneat, quæ primo erat. Nā ſi verum eſt, quod debitor ſit inops, planum eſt, quòd pro tempore eſt actio creditoris inefficax, ff. de dolo. nā is. de ſolu. Odoardus. de reſt. ſpo. olim. el 2. dūmodo fiat ceſſio ſecundum formam iuris, vt no. in c. Odoardus. iuramentum hoc caſu nil adijcit ad intereſſe creditoris: ergo relaxandum. Non ob. ſi dicatur, iuramentum debet facere maioris efficaciæ id quod iuratur, 20. q. j. c. j. de iureiu. c. j. & c. debitores. ergo intereſt creditoris.

2 ¶ † Item iuramentum præſtitum homini debet relaxari ab homine, cui eſt præſtitum: de iureiu. c. j. & de ſpō. c. 2. quia illa procedunt de iuramentis, quæ obligant, non autem de his quæ non obligant, quale eſt illud, vt apertè probatur 22. q. 4. per totum: de iureiu. ſicut. & c. quanto. & c. ad noſtram. c. petitio. & c. intellecto. per quæ iura probatur, quòd iurans contra iuramentum, quod non obligat, poteſt propria auctoritate venire, & maxime ſi eſt tale, quod vergat in deteriorem exitum, vt c. ſi aliquid. 22. q. 4. quale fuit iſtud præſtitum ſuper renunciatione beneficij ceſſionis bonorum, fortius ergo poteſt per iudicem declarari, quia per prædicta ſequitur, quòd eſt iuris notorium: ſed ad declarationē eius quod eſt notoriū iuris, non eſt neceſſaria citatio: ergo &c. Et probantur prędicta clarè 22. q. 4. inter cętera. de iureiu. c. 2. Nec ob. ſi dicatur, epiſcopus abſoluit, ergo iuramentū obligabat: quia, vt patet ex tenore ſuæ pronunciationis, hæc fecit ad omne dubium tollendum. Et ſic bene fecit ad cautelā rectè rōni iuris conſilio inhærēs, vt d. c. inter cętera. & in c. 2. de iureiu. & eo. ti. cū quidā. 2. reſponſo. & quod ibi no. ſed dato, quòd fuiſſet vera abſolutio, ex quo creditoris non intererat, non erat neceſſaria citatio, vt eſt probatum. Item declarationem & abſolutionem facit epiſcopus in euētum ceſſionis fiendæ ſecundum formam iuris: per quod patet, quòd non fraudatur creditor, vel non damnificatur, cum iuris obſeruantia non fiat ad damnum vel fraudem alicuius. 4. diſt. erit autem. de reſcrip. non nulli. hoc autem debet ſufficere creditori, ff. de fideiuſ. l. 4. §. ſi omnes ſub conditione. in fi. Item ſi fuiſſet præſens creditor, non potuiſſet impedire prędictā declarationem vel abſolutionem factam eo modo, quo facta fuit: quia renunciatio non tenuit, nec iuramentum ligauit illo caſu: ergo eo abſente fieri id potuit: ita etiam ſolet dici de abſolutione excommunicati facta abſente aduerſario, ad cuius inſtantiam fuit excommunicatus: quod ſaltem eo caſu, quo ſi præſens eſſet, non poſſet impedire, non ſit neceſſariò citandus: ad hoc de offic. delega. prudentiam. §. ſexta. & quod ibi not. Innocent. ſuper ver. maliciam. Et idem, quando periculum eſſet in mora, vel citari non poſſet: ad hoc de app. qua fronte. & quod no. Gul. in Spe. de contu. §. fi. verſi. ſed pone excommunicatum: & ex his infertur, quòd citatio facta iſto caſu caruiſſet effectu, quod abſurdum eſt dicere id fieri debere, cuius non eſt effectus, de conſue. quanto. de eloc. commiſſa. §. porrò. lib. 6. Idem videmus in ſimili, ſi libertus petit a prætore licentiam vocandi in jus patronum vel parentem, non neceſſitatur ad illos vocandos, quia talis citatio nullius eſſet effectus, vt probatur. ff. de in ius vocan. l. quinque. §. j. quæ lex multum facit pro dicta concluſione. Item conſtat, quo habet generalis conſuetudo in caſu, quo expreſſe eſt præſtitum iuramentum, expreſsè de ſoluendis vſuris, abſoluunt iudices eccleſiaſtici ab illa parte ad hoc non citata, & includeretur in iuramento generaliter præſtito ſuper contractu: ſolent dicere, quòd abſoluunt a iuramento illo, inquantum tangit cauſam vſurariam. Ioannes Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Impubes bona relicta non obſtante iuramento repetere poteſt.*

CONSILIVM VIII.

1 DVAE puellæ ſorores, vna proxima † pubertati, ſed nondum completa pubertate, nuptui tradita per patruum. Alia minor, ſed doli capax, eſt ingreſſa monaſterium, recepta certa portione bonorum patrimonialium, reliquis cum iuramento renunciarunt. Quæritur, an poſſint non obſtante iuramento repetere? Planum eſt, quòd ſi eſſent impuberes & non doli capaces, iuramentum non obſtaret, 22. q. 5. paruuli. & cap. pueri. cum ſi. quia ibi deficit ille comes, qui appellatur iudicium, 22. q. j. & iurabunt. de iureiur. & ſi Chriſtus. & per conſequens nec monaſterio, quod locum illius tenet. Si autem erant puberes vel impuberes doli capaces: ſic videtur, quod illas aſtringat. C. ſi aduer. delic. l. j. auth. ſacra. C. ſi aduer. ven. de delic. puero. cap. 2. Item quia iuramentum validat contractum, qui alias nō tenet, de iureiu. cū contingat. de pac. quāuis. lib. 6. & de iureiur. licet eo. li. Itē qa iurat res ſuas nō repetere, dēt illud ſeruare: qđ me. cā. Abb. Sed his nō obſt. puto, quòd monaſteriū poſſit petere ex pſona

ingreſſa

ingreſſe ſaltem ſupplementum legitimæ in effectu. Dico ſaltem in effectu, quia petita primò abſolutione a iuramento, epiſcopus debet abſoluere, ſi pars nõ vult abſoluere: de iureiur. cap. j. & cap. debitores. De monaſterio non puto, quòd requiratur abſolutio, etiã ſi ingreſſa fuiſſet doli capax tempore iuramenti, cum ipſum non aſtringat, quia iuramenta ſunt perſonalia, de iureiu. veritatem. Et etiam maior poterit petere ſupplementum legitimæ non obſtante iuramento, licet tutius ſit petere abſolutionem: nam iuramentum illicitum non eſt ſeruandum: imo potius ſunt dicenda periuria, 22. q. 4 §. illicitum: vt enim iuramentũ obliget, debet habere tres comites, iudicium, iuſtitiam & veritatem: de iureiu. & ſi Chriſtus. Et altero deficiente non obligat, 22. q. j. & iurabunt. &c. licet c. tribus. 22 q. 4. dicat ſoluenda ſunt: & gl. exponat, ideſt irritanda: tamen propriè ſunt irrita certo caſu: ponit enim ibi tres ſpecies illiciti iuramenti, ſ. cùm quis male iurat, item incautè: tertiò ſi pueri vel puellæ. Si enim male quis iurat, ideſt quia malum eſt id, quod iurat, iuramentum eſt nullum & illicitum, quia deficit comes, qui dicitur iuſtitia, vt iuſtum ſit quod iuratur. Si autem intelligitur male reſpectu modi: tunc ob iniquitatem exigentis meretur iurans abſolui: ſed mero iure obligat, de iureiu. ſi vero. & tunc ſtat propriè verbum ſoluenda. ¶ Secundus caſus eſt, quando quis incautè iurat: & tunc poteſt eſſe ſacramentum nullum & annullandum: nullum eſt, quando incautè, ideſt ſine diſcretione: tunc deficit comes, qui dicitur iudicium, ideſt diſcretio. Item poteſt eſſe incautè, quia vergit in peiorem exitum ſalutis æternæ vel temporalis, cum etiam eſt nullum, vt in c. ſi vero. de iureiu. Si vero rerum temporalium, ſaltem vbi eſt graue damnum, licet mero iure teneat, tamen iurans, qui ſic incautè iurauit, poteſt petere abſolutionem, & debet abſolui. Et tunc etiam propriè ſtat litera, ſoluẽda ſunt: debebit ergo hoc caſu per epiſcopum abſolui, quia ſi iurans talem exitum cogitaſſet, non ſic iuraſſet: & ſecundum intentionem iurantium interpretanda ſunt, 22. q. 5. quæcunque. & c. humanæ aures. Hæc bene probatur 22. q. 3. beatus. & q. 4. iurauit Dauid. Et gloſ. de iureiu. quanto. vbi gloſ. 2. innuit, quòd ex iuſta cauſa, licèt de Papa dicat, idem etiam de inferioribus poteſt abſoluere, puta pro ſcandalo vitando, vel propter malum exemplum. Ad propoſitum iuramentum præſtitum per has mulieres dico, ꝙ caruit ſecundo & tertio comite, ſ. iudicio & diſcretione: quod patet tam ex ætate, quàm ex facto, videlicet renunciãdo ſine cauſa iuri ſuo: quod enim quis ſe lædat, eſt indiſcretus, & contra regulam charitatis, qua quis dilectionis ordine a ſe incipere debet: de pœni. di. 3. qui vult. 23. quæſtio. 5. ſi non licet. & maximè grauiter. Item poteſt dici, quod deficit iuſtitia eius, quod iuratur. Item non caret doli ſuſpitione, quod per dolum non fuerint inductæ ad iurandum, quia non eſt veriſimile, ꝙ prudens iactet pecuniam ſuam, ff. de proba. cum de indebito. de renun. ſuper hoc de præſum. quia veriſimile. cum ſi. Ex hoc autem dolo ſaltem meretur abſolui.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum contra ius præſtitum an teneat.*

CONSILIVM IX.

1 AN iuramentum præſtitum contra † ius obliget iurantem? Reperi in quibuſdam ſcriptis, ſed autorem ignoro, quòd quandoque iuramentum præſtatur ſuper contractu reprobato a iure, quia ſuper re turpi, & ſic contra bonos mores. Et tunc iuramentum non obligat, vt in regula, non eſt obligatorium: de reg. iur. li. 6. vnde ſi quis facit pactum alteri, quòd ſibi ſuccedat, quia tale pactum &c. non valet. C. de pac. l. fina. ſi libera teſtamenti factio tollatur, non valet pactum nec iuramentum ſuper eo appoſitum, quia contra bonos mores, vt l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. nec pactum, per quod tollitur libera contrahendi facultas matrimonium, vt l. Titia. §. j. ff. de verb. ob. Hæc vera in contractu turpi: Sed ſi eſſet turpis, quia turpiter celebratum puta dolo vel metu: tũc ſeruare debet iuramentum, iuxta no. per Inn. quod me. cauſa. ad aures. Quandoque contractus prohibetur fauore vtilitatis publicæ, & tunc ſimiliter contractus non valet, nec iuramentum appoſitum, de ſo. compe. ſi diligenti. C. de agri. & cenſi. l. quemadmodũ. ll. 11. Vnde ex hoc infertur, quòd venditio tignorum vicinorum domui ſuæ non valet etiam iurata, quia talis venditio prohibetur propter vtilitatem publicam, l. cætera. ff. de le. & l. ſenatus. ff. de cõtrahen. emp. Similiter infertur, quòd ſi prorogatur inſtantia vltra triennium, & iuretur, non valet, quia propter publicam vtilitatem ſtatutum eſt inſtantiam per triennium terminari, C. de iudi. properandum. & ibi not. Quandoque prohibetur contractus ratione priuati principaliter, ſed ſecundario fauore reipublicæ. Et tunc iuramentum eſt ſeruandum, de iureiur. cum contingat. & eo. ti. licet. li. 6. Aduertendum tamen hic, quòd lex Iulia, quæ prohibet alienationem rei dotalis, non dirigit præceptum ſuum ad perſonas, ſed ſimpliciter dicit, quòd contractus non valeat: nam ſi dirigitur ad perſonas, puta quia diceret, quòd mulier non poſſet alienare, iuramentum appoſitum non validaret, quia contra legem faciens peccat mortaliter, de ma. & obe. cap. 2. qui fi. ſint le. per venerabilem. Item not. quòd tex. in cap. cum contingat. de iureiuran. & in cap. quamuis. de pac. li. 6. non dicunt quòd contractus teneat, ſed quòd iuramentum ſeruari debeat, ex quo ſequitur, quòd licet iurantes ſeruare debeant, tamen ſucceſſores ſeruare non tenentur cõtractum, quia iuramentum eſt perſonale ex parte iurantis, licet ſit reale ex parte eius, cui iurat: de iureiuran. veritatis. Et ideo dixit Hoſt. de iureiuran. cum cõtingat. & Io. An. in cap. licet. de iureiuran. li. 6. quòd ſi mulier iurauit primo non alienare rem dotalem, & poſtea alienat, & iurat non contrauenire, quòd primum iuramentum valet & non ſecundum. Et idẽ dicunt quidam de fideiuſſore pro dote ſeruanda dato, qui iurat, quòd non tenet, quia præceptum dirigitur in perſonam, C. ne fideiuſ. dotium dentur. l. vna. Et hoc voluit glo. dum dicit, quòd illi legi non poteſt renunciari. Quandoque contractus reprobatur odio creditoris: & tunc iuramentum ſeruandum eſt, de iureiuran. debitores. de pigno. ſignificatione. vbi agitur de pacto l. commiſſoriæ.

Gaſ. de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans reductionem ad boni viri arbitrium ſe non petiturum, an ab eadem repellatur.*

CONSILIVM X.

1 AN iurans non petere reductionem † ad arbitrium boni viri, repellatur a reductione? Aut iuratur generaliter de ſtando dicto arbitratoris, & per conſequens de non petendo reductionem: Et tunc tali iuramento non obſtante poteſt peti: no. Inno. in c. Quintanallis. de iureiu. & ibi tex. & cap. veniens. e. ti. & ibi idem Hoſt. & Spe. de arbi. §. j. ver. ſed pone. & §. fi. ver. item quid ſi

co mpromiſſum. Idem ibi Hoſt. de pœn. ꝙ hoc caſu petere non poterit: & idem Dy. in regula, ſcienti. de reg. iur. lib. 6. Aut iurat ſpecialiter de non petenda reductione, & de ſtando arbitramento quantumcunque iniquè proferatur: & quantumcumque damnum aliquod magnum inferatur vel paruum: & in hoc Hoſt. in di. ca. Quintaualls. tenuit, quod debet ſeruari, niſi contra Deum aliquid eſſet laudatum: licèt forte ex equitate iudex poſſet occurrere iniquitati penſatis circunſtantijs loci, cauſæ & temporis, & quantitatis perſonarum: de tranſactionibus. capitu. fina. Fiuta, quòd ſi arbitrium eſt iniquum ex dolo vel propoſito arbitrorum, vel ex odio vel ex gratia, vel per ſordes ſic iniquè arbitrantium, poteſt peti reductio non obſtante iuramento ſic ſpecialiter præſtito: probantur hæc, quia iuramentum eſt præſtitum ſuper actu, per quem quis inuitatur ad delinquendum: & cõtra id, qđ eſt iuris publici, & reſpicit publicã utilitatẽ: quas rationes proſequitur Dy. in dicta Rubrica ſcienti: id quod vltimo dixi, ſufficit allegare de foro competen. ſi diligenti, vbi patet de iuramento pręſtito contra inductionem ob publicam vtilitatem: probatur ſpecialiter id quod dixi, ſic, quoties expreſſi & taciti eadem eſt ratio, & generis & ſpeciei, idem debet eſſe ius in vtroque: de primo patet de conſti. cum M. de ſeſcrip. cap. 2. cum ſi. Secundũ probatur. 23. di. q̄q̄. 24. q. 5. ſi non licèt. de teſta. relatum el 2. Sed in generali iuramento præſtito de non petendo reductionem, vide reſiduum ſupra in titulo, de arbitris. conſilio primo.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans ſe eccleſiaſtica bona non alienaturum, an periurus erit.*
2 *Iuramentum clerici de non alienando qualiter intelligendum.*

C O N S I L I V M XI.

1 AN iurans non alienare bona eccleſiæ, ſit periurus, † ſi poſtea alienat? Dic, quòd aliud eſt iurare non alienare ſimpliciter, aliud nõ alienare romano Pontifice inconſulto. Primum iuramentum excludit tantum illicitam alienationem. Secundum quãcumque, vt no. Ioan. Andr. in cap. fi. de eccle. ędifi. tamen iſtud iuramentum non ſe extendit ad alienationem fructuum: vnde ibi tenet Ioan. Andr. quòd poterit talis iurans vendere fructus ad 10. vel 20. annos, per l. penul. §. quæritur. ff. de le. 2. Nec ob. C. de re. ali. non ali. l. fin. quia ibi rem alienauit, hic fructus ſeu penſionem: vnde tenet ibi Accur. ꝙ prohibitus alienare nõ prohibetur locare in 100. annos, vt recitat gl. in cle. 1. re. eccle. nõ alie. quæ gl. innuit contrariũ. & Stepha. ibi expreſſe in locatione ad magnũ tempus. Secus in locatione ad modicum tẽpus forte Accur. dixit verum ex ſignificato verbi alienationis rei, quia per talem contractum non transfertur dominium directum, licèt vtile ſic, vt no. ff. de ſuperfi. l. 1. §. quod autem. & ſi ager vecti. petatur. l. fi. tamen in materia hac, ſ. prohibitionis alienationis rerum eccleſiæ latius ſumitur hoc verbum, 12. quæſtio. 2. in ſumma. Illud tamen eſt propter expreſſam l. prohibitionem, vt in l. nulli. de re eccl. non ali. & hoc voluit illa gl. In hoc ergo caſu poſſet defendi, quòd non eſſet periurus, qui locauit in centum annis, ſi iurauit ſimpliciter non alienare, vel etiam non alienare Ro. Pon. inconſulto: licèt fateret ſub prohibitione leg. comprætendi, vt dict. capitu. nulli. & in clemen. 1. eo. titu. vnde conſului. Feder. de Senis conſi. 204. quod epiſcopus, qui iurauit non alienare rem, paruam alienare poteſt, quando ex hoc eccleſia melioratur, alle. quod no. de re. eccle. non alie. vt ſuper. ſcilicet quod iuramentum non extenditur ad poſſeſſiones minus vtiles; alle. ca. terrulas. 12. q. 2. Gaſ. de Calde.

2 † Pulchra fuit iſta conſideratio, quæ fortè poſſet procedere in alijs prohibitis alienare, quàm clericis bona eccleſiæ: nam iuramentum præſtitum per clericum de non alienando, debet intelligi iuraſſe non alienare, ſecundum quod interpretatur ius iſtud verbum alienare, ſed ius interpretatur etiam de locatione, vt dicto capitulo nulli. & dicta clementi. 1. ergo intelligatur etiam de contractu locationis: nam quando iuramentum præſtatur ſuper materia a iure declarata vel interpretata, debet in dubio intelligi, vt ipſe iuret, ſecundum quod ius interpretatur illud, vt in capitu. 1. de iureiuran. libro 6. vnde prælatus iurans non alienare, intelligitur vt iuret, quòd non alienabit iuxta iuris prohibitionem. Sed ius prohibet locationem longam: ergo de illa etiam videtur intellexiſſe. Ad dictum Federici poteſt reſponderi, quòd ſecundum vnam opi. alienatio terrularum poteſt fieri ſine ſolemnitate a iure requiſita, in alijs alienationibus, vt no. in di. cap. terrulas. ergo iuramentum præſtitum, cum debeat interpretari ſecundum iuris diſpoſitionem, ad illas ſe non extendit.

Dominicus de Sancto Geminiano.

De præſumptionibus, Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Præſumptio eſt eorum, quæ ſunt extra iudicium.*

C O N S I L I V M I.

1 PRAESVMITVR pro his, quę ſũt extra † iudicium, dummodo ſpectent ad gerentem: probatur 11. q. 3. quid ergo. 23. q. 1. quid culpatur. de tempo. ordi. ad aures. Et quod not. Inn. de eo qui fur. ord. recep. innotuit.

S V M M A R I V M.

1 *Papam contra ius ſcribere non præſumitur.*

C O N S I L I V M II.

1 NON pręſumitur in dubio Papam velle ſcribere contra † ius, quia in dubio non præſumitur Papam velle iuri publico derogare: C. de inoffi. teſta. ſi quando, de ele. eccleſia. el 2. licèt enim ſit ſolutus legibus, de elec. ſignificaſti: de concef. præben. propoſuit. tamen ſecundum leges ſe viuere profitetur, C. de legi. digna vox. quia inde non debent naſci iniuriæ, vnde iura naſcuntur, de accu. qualiter. 1. Et ideo mandata & diſpoſitiones ſunt intelligendæ ſecundum ius & non contra, 1. q. 1. iudices. de conſe. diſtin. 2. reuera.

Gaſ. de Calde.

De exceptionibus, Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio criminis an requirat ſpecificationem loci & temporis.*

C O N S I L I V M I.

1 AN in exceptione criminis debeat poni ſpecificatio † loci & temporis? Dicendum ꝙ ſic, ſicut in accuſatione, 2. quæſtione 8. libellorum. vbi de hoc per Archid. & gloſſ. de procura. tam. Et eſt expreſſum de teſti. præſentium. libro ſexto.

ſexto, vbi communiter doctores dicunt idem in exceptionibus contra electionem oppoſitis, de elec. vt circa lib. 6. & clem. conſtitutionem. eodem titu. not. doct. de pur. canoni cum dilectus. & hic debent poni, etiam ſi aperte non petuntur, vt probatur in dicto ca. præſentium: nec poteſt renunciari tali expreſſioni etiam de conſenſu illius, cui talia opponuntur. prout no. Arch. & Ioan. And. in cap. ab eo. de electio. libro ſexto. Certum eſt etiam, quòd illud, quod eſt de ſubſtantia exceptionis, vel articulationis excipiendo, vel articulãdo, eſt etiam de ſubſtantia probationis in probando, aliter ſuccumbit excipiens, & articulans, 6. quæſtione 5. actor. de proba. ex literis. cum ſi. bene probatur hoc de præſcri. ca. j. lib. ſexto, vbi etiam agẽdo ciuiliter, vbi eſt contra præſcribentem ius commune, oportet allegare præſcriptionem, & probare, de re iudica. abbate. ſanè. lib. ſexto, vbi agens cauſa certa expreſſa, niſi eam probet ſuccumbit. Certum eſt etiam, quòd locus nõ dicitur certus, & determinatus, niſi ſpecificetur p nomen & confinia: facit de libel. ob. ca. 2. & quod ibi not. facit cle. fi. de offi. or. & cle. prima, de præb. nec ſufficit dicere in ciuitate, vel caſtro, de re iud. abbate. quare autem hoc requiratur, cauſa eſt in promptu. quod patet in ca. cum in multis. de reſcri. lib. ſexto, de poſtu. præla. capitu. j. eodem lib. de elec. vt quis auas. eodem li. Hæc ſunt alleg. 1

Sed licet in exceptione non exprimantur, ſufficit in probatione illud ſpecificari, licet non fuerint expreſſa in articulis, prout debebant: hoc probatur per illam regulam, tantum valet genus per cõſequens quo ad omnia & c. 23. q. 5. ſi non licet. de offi. or. ſi ſacerdos. de priuile. quia circa. cum ſi. Et hoc voluit Hoſt. in c. fina. de purg. canonica, quæ decre probat, quod dixi ibi, poſtquam ad archiepiſcopalem promotus eſt dignitatem. Ad idem de teſt. cogen. præterea. vnde tunc generaliter ſufficeret dicere parti articulando locum, & probãdo idem in tempore, cum non eſt variatio effectus in variatione ſingularis temporis, puta diei, menſis, vel anni: facit de fer. capellanus. vbi effectus variatur ſecũdum diuerſitatem ſingularitatis prędictorum, debet fieri ſingularis ſpecificatio. Et ita debet intelligi, quod ſolet dici de teſtibus, ex tenore de fide inſtru. cum lo. cum ſuis ſimi. 2

Ioan. Cald.

De præſcriptionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio an currat contra priuilegium, quo non eſt vſus priuilegiatus.*

CONSILIVM I.

1 AN contra priuilegium conſiſtens † in voluntate priuilegiati currat præſcriptio, ſi non ſit vſus priuilegio? Dic ſecundum Vin. & Ber. de priuile. vt priuilegia. quod nondum tamẽ alibi ſint vſi, vt ibi no. Hoſt. & Arch. 16. q. 4. neque. 1

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter & capitulum eccleſię cathedralis iura epiſcopalia præſcribere quãdo poſſint.*

CONSILIVM II.

1 AN archipresbyter cum capitulo † eccleſiæ cathedralis poſſit præſcribere cum aliquo colorato titulo omnia iura epiſcopalia, & iuriſdictionem epiſcopalem in aliquibus ſuis eccleſijs, & monaſterijs ac prælatis, rectoribus, clericis, & quibuſcunque perſonis? Dico quod ſic, exceptis quibuſdam. Primum probatur de offi. ord. irrefragabili. §. Celſus. de foro compe. cum contingat. de appella. dilectus. & non ſolum accumulatam, ſed ſeparatam, & diſtinctam, hoc eſt, vt illi non poſſint coram epiſcopo conueniri, ſed vt debeant coram capitulo conueniri, vt not. de offi. ord. paſtoralis. in prima gl. & ſuper illa: appellatur tamen de capitulo ad epiſcopum, & non ad alium mediatum ſuperiorẽ, ſecunda quæſt. 6. anteriorum. §. illo. de app. dilecti. niſi conſuetudo haberet contrarium, de app. Roma. §. j. li. 6. & ad Papam, 2. q. 6. c. 2. Et ſi capitulum nollet, vel negligeret iuſtitiam facere. aſſignabit ei epiſcopus terminum competẽtem, quo elapſo, defectum capituli ſupplebit, vt in d. c. irrefragabili. §. exceſſus. Et ſi hoc procedit in criminali, fortius in ciuili, de offi. ord. capitu. fin. Et quòd poſſit pręſcribi cognitio cauſarum matrimonialium per inferiorem epiſcopo, patet de reſti. ſpolia. literas. de præſcrip. auditis, quæ ſpecialiter ſpectat ad epiſcopos; de conſangui. c. primo, de exceſ. præl. accedentibus. Fortius ergo iſtud procedit in alijs cauſis inferioribus, vt in regula, cui licet: de reg. iur. cum concor. & hanc iuriſdictionem exercebit, vbi cõſueuit ius reddere, vt no. Inno. in d. c. cum contingat, quia capitulum non habet iuriſdictionem reſpectu territorij, ſed reſpectu perſonarum. Quod dixi in criminalibus, intellige, quando non eſt imponenda pœna depoſitionis ab ordine, quia tunc hoc fiet coram epiſcopo cum numero epiſcoporum 15. q. 7. ſi quis. & c. fęlix. cum ſi. Quod autem præmiſſa, & alia poſſint præſcribi per inferiorem, patet de præſcrip. auditis. cum olim. & ibi gl. & cap. veniens. Vnde concludit Hoſt. in ca. dilecto. de offic. arc: quòd illa, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, inferior pręſcribere nõ poteſt: illa autem, quæ ſunt epiſcopalis auctoritatis, vel iuriſdictionis, bene poſſunt præſcribi per inferiores, & quæ ſint illa ibi enumerat. Non ob. ſi diceretur, quòd capitulum iſta exercendo non per hoc uidetur excludere epiſcopum: quia iſti actus poſſunt pluribus inſolidum competere, de offic. arch. c. j. de offi. archipresb. c. 2. de præſcrip. cum ex officij. Quia reſpondeo, vt no. Inn. c. ti. ca. auditis. illud verum, quando ille, qui exercet, habet fundatam intentionem ſuam de iure communi, quia per negligentiã aliorum, & per ſuum vſum nihil pręſcribit, quia illi nõ poſſent ipſum prohibere a tali vſu: nec ipſe præſumitur velle uti niſi iure ſuo: ſecus in illo, cui non competunt illa iura de iure communi, quia omnes alij, ad quos illa ſpectant, uidendo illum uti, & non prohibendo, cum poſſint, negligũnt ius ſuum, & iõ contra oẽs præſcribit, & ipſe utendo intelligitur velle illorum ius acquirere, ex quo non habet proprium. In omnib. autem iuribus, in quibus capitulum non exercuiſſet iuriſdictionem, remanent eccleſiæ, & perſonæ ſubiectæ epiſcopo, quia ipſe fundat intentionem de iure cõmuni. 10. q. j. decretum. & ca. ſe. de excep. cum venerabilis. cum ſi. ad hoc optime, quod not. Hoſt. de hære. cum ex iniuncto. in fi. & Inn. in c. dilectus. de cap. mo. in fi. Quæ autem ſint illa, quæ capitulum non poteſt præſcribere: dico, quòd illa, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, vt præmiſſi. Poterit tamen dare capitulum literas cõmendatitias ad ordines, ſi hoc conſueuit, de præſcrip. veniens. Item poterit epiſcopus ibi celebrare, præiudicare, & ordinationem tenere inuitis rectoribus illarum, de offi. or. cum epiſcopus. lib. 6. & no. Hoſt. in cap. excommunicamus. de hęre. Item dictis rectorib. chriſma dare, ad ſynodum eos uocare, de maio. & obedien. quod ſuper his. de priuile. ex ore. cathedraticum ab eis exigere. de offic. ordi. conquerente. & capitu. dilectus. quia illud remitti non poteſt, de donat. paſtoralis. & ibi gl. ſecunda, 16 q. 2. quicunque. Et idem dico de charitatiuo ſubſidio, quod & prę́ſcribi non poteſt: no.

Inn de cenſi.cum apoſtolus. & plenius eo.ti cum venerabilis per Io. An.ſuper gl. 2.dummodo ſit impoſitum ex cauſa legitima de conſenſu capituli: Et tunc non compellit eos ſoluere.ſi nollent, ſed eorum ſuperior, ne ſit iudex in cauſa propria, vt dicit Hoſti.in d.c.cum apoſtolus. Inſuper alienationibus rerum interponet epiſcopus autoritatem, 12.q.2.abbatibus. & no.Inno. & Hoſti.in d.c.cum apoſtolus.& no. Inno. & Hoſt.de his quæ fiunt a prę la. c. j.niſi capitulum prę ſcripſiſſet, quod bene poteſt,per no.in cle.j.de reb. ec. non alie.p Inn.de tranſac.decę tero ſic poterit capitulum, ſi præſcripſerit, autorizare permutationem beneficiorum ſuorum,per not.in cle.j. de rerū permu. alias id faciet epiſcopus.Simplicem autem renunciationem talium prælatorum & clericorum, recipiet capitulum, de ſimo.ex diligenti.no.de renun.quod In dubijs. habebit epiſcopus in dictis eccleſijs quartam decimarum, & portionem canonicam relictorum, vt 10. q. 3. vnio. 12.q.2.vult ranæ.& cap.quatuor.de teſta.officij. & ca. ſequen.niſi eccleſię prę ſcripſerint,de præſcrip.de quarta. Item habebunt autorizabilem inſtitutionem, quæ ſecundum Hoſt.non poteſt præſcribi,vt no. de offi. archi.cum ſatis. quod eſt dicere, quòd epiſcopus facta inſtitutione per capitulum volet videre inſtrumentum: Et ſi per eum apparet ſimoniam commiſſam, vel antiquum cenſum auctum, pronunciabit inſtitutionem nullam: & inſtitutum punit, quia tunc capitulum deſinit eſſe iudex per delictum, cui participauit:ad hoc j. q. 5.præſentiam.& quod no.de teſti.cap. ſi. Et ideo epiſcopus ſupplet eorum defectum: Capitulum vero non puniet, ſed denunciabit ſuperiori, vt puniat. Si autem non reperiet vitium in inſtrumento, ſe non intromittet inquirendo de inſtitutione, an ſit canonica vel non. Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Tempus præſcriptionibus, quo epiſcopus concedens eccleſiæ exemptionem durauit, an detrahatur.*

CONSILIVM III.

1 AN de præſcriptione debeat detrahi † tēpus quo durauit ꝑlatus, qui conceſſit alieni eccleſiæ exemptionem? Et videtur quòd ſic, 16. q.3.ſi ſacerdotes. Contrarium dico, quia illud intelligitur in alienatione, ex qua grauiter læditur eccleſia cathedralis. Sed in conceſſione exemptionis factæ vni eccleſiæ vel loco pio reſeruando cenſum, ſecus eſt, ſaltem quantum ad illa, quæ tranſeunt in generali conceſſione, in quibus titulus conceſſionis dat cauſam præſcribendi, ſicut daretur ſi talia forent ſpecialiter conceſſa, vt bene probatur de priuil. auctoritate. li. 6. & no. gl. de præſcrip. de quarta. & cap. ſi diligenti. per Hoſt. de iure patro. cura. quod facit ad hoc, & hoc clarè ſentit Hoſtien. de cenſibus. ſignificauit. cap. cum olim.& cap. cum venerabilis. eodem titu.& cap. conſtitutus. de dona. appellatione.

Io.Cal.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ex iniuſto titulo præſcribentium a præſcriptione detrahendum.*

CONSILIVM IIII.

1 AN tempus, quo viuunt illi, qui incipiunt prę ſcribere ex minus † iuſto titulo, debeat detrahi de præſcriptione? Et videtur quòd ſic, per no. 16.q.3.ſi ſacerdotes. & in cap. cura.de iure patrona. quia clerici, qui ſunt illo tempore, non poſſunt prætendere niſi iuris ignorantiam, quæ non excuſat ad præſcribendum, ff. de vſucapi. l. nunquàm. in prin. & l.iuris ignorantia. de iur. & facti igno. imo mala fides eorum præſumitur, qui contra iura interdictum receperunt. C.de agri.& cēſi. quemadmodum.li. 11.de re.ecc.non ali cap.2.li.6.de reg.iu. qui contra iura.eo.li. Diſtingue, quod quædam ſunt a iure ſimpliciter prohibita: & tunc procedunt cōtraria. Quædam ſunt prohibita, ſed non ſimpliciter, quia ſub certo modo poſſunt fieri, ſicut eſt conceſſio libertatis & exemptionis: & tunc non detrahitur illud tēpus, nam conceſſio exemptionis non eſt ſimpliciter prohibita a iure, imo commendatur cum retentione census ſaltem quantum ad illa, quę poſſunt in alios transfundi, vt bene probat cap.conſtitutus.de reli. do. & c.apoſtolicę.de dona. vnde ſi clerici recipiant exemptionem a ſolo epiſcopo, credentes ſe poſſe præſcribere, vt iura dicunt, non habent malam fidem, ſed bonam. Optime facit quod not. Hoſti.de cenſi.ſignificauit. Gaſ.de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio naturalis & ciuilis ſimul in feudi præſcriptione an requiratur.*

CONSILIVM V.

1 AN in prę ſcriptione feudi requiratur poſſeſſio † naturalis & ciuilis ſimul: an altera ipſarum ſufficiat? Dico, quod requiratur naturalis & ciuilis: Nam donec ille, contra quem prę ſcribitur, ciuilem retinet, nulla currit præſcriptio, vt l. acquiritur. §. ſi. ff. de acquir. poſ. facit quod no. C. de ſeruis fugi. l. ſi in glo. pe. Illud tamen non eſt verum vlquequaque licet lac. Bel. teneat in iſta opi. de quo plene per Bar. in l. poſſideri. §. econtrario. in prima queſtione: tamen in caſu noſtro dico, quòd ſufficit ſola naturalis, quę acquirit ex collatione fructuū & redditūum, l. T[illegible] la. de ſolu. l. litibus. C. de agri.& cenſi. li. 11. facit quod no. in Spe. de proba. §. j. ver. ſed quæritur qualiter. quòd autem ſufficiat ſola naturalis; probatur, quia vaſallus non habet dominium directum feudi, vt probatur in cap. 3. de inueſti. de alie. re.facta, & quod ibi no.Iaco. de Belui. habet ergo vaſallus ſolum vtile: ergo ad prę ſcriptionem dicti dominij ſufficit ſola naturalis, vt C. de prę ſcrip. 30.anno.l.comperit.l. ſi finita. §. ſi de vectigali. de dam. infec. Et hoc determinat Bar.in l. poſſideri. §. ex contrario.ff.de acquiren.poſ. Fran.de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio præſcriptionem quando interrumpat.*

CONSILIVM VI.

1 AN proteſtatio interrumpat præſcriptionem? † Dico quod non, nam rem præſcribi non prouidetur ex mora voluntate ipſius proteſtantis, ſed ex bona fide poſſeſſoris, & voluntate ipſius prę ſcribentis, vt probatur in l. ſi quis emptionis: facit quod not. in l. ſi quis per 30. annos. ſi de feu. fue. controuer. In li. feu. vel ſi iuuet, oportet quòd fiat illi, contra quem præſcribitur: ad hoc l. actione. §. renūciat. ff. pro ſocio.

De ſen. & re iudica. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ in criminalibus ad quantum tempus differatur.*

CON-

CONSILIVM I.

1 AN executio ſententię in cauſa criminali debeat differri vſque ad 10. dies? Et dicunt iura, ꝙ cùm in criminibus agatur ad vindictam, & non ad aliquid dandum propter commodum rei familiaris: & ne executio pœnæ claudatur, ſi differatur propter fortuitos caſus, quòd pœna non ſit differenda, ſed ſtatim inferenda, & executio facienda ſit, C. de pœn. l. cum reis. nec qui ſemel damnati ſunt, audiendi in aliquo ſunt, ne pœnam claudāt, ff. de pœ. leg. ſi quis forte. Nec enim in criminalibus reperitur tempus datum rei iudicatæ & reis, nec iudicatis: quia non reperitur iure cautum: quia l. ſi debitori. & l. debitoribus. ff. de ſent. & re iudica. loquuntur in ciuilibus. Et nihilominus dict. l. ſi debitori. ꝗꝗ in ciuilibus loquatur dando dilationem, exigit competentem cautelam & ſecuritatem de ſoluendo: quod eſt not. Nec quadrimeſtre datur in cauſa criminali, quia lege cautum non reperitur: nam l. fin. C. de vſuris rei iudi. loquitur in ciuilibus. Et hoc patet C. de execu. rei iudica. l. fin. In gloſſ. magna dictę le. ibi, .& hoc in ſimplici perſonali actione &c. Et ſic excluditur criminalis actio & realis: hoc etiam patet & no. In c. quę renti. de offi. delega. vt ibi not. glo ad hoc 2. queſtio. 1. ſicut ſane. de pœni. diſtin. 1. Adam. Item alia ratione, quia in cauſa criminali non appellatur: & vbi habetur ratio appellationis, iudex debet exequi. ſententiam curare exequi ſine dilatione, C. de appella. contra maiorem. in fi. & l. quoniam nonulli. in fi. maxime per ſupradicta iura: ne ex ſuperuenienti & inopinato caſu elidatur executio, & remaneat delictum inultum: & maxime fieri debet, quam primum poteſt, vt no. C. de admi. tu. l. tutores. ff. eod. tutor qui repertorium. in princi. ad hoc facit de pœn. l. qui vltimo. ibi, ſtatim & ciuitatem &c. quod no. ibi in glo. magna, & expreſſe patet, & no. ff. nil no. app. pen. l j. in prin. glo. puta executio. & C. quando appe non recipiantur. l. 2. & eſt caſus & no. de hære. vt inquiſitionis. circa medium. lib. 6. & de app. romana. & no. ff. de re iudi. l. ſi me tum. & dicta glo. in dicto capitulo, quærenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper deducto iudicio per modum cauſę quando ferenda.*

CONSILIVM II.

1 AN ſententia ſit ferenda ſuper deducto † in iudicio per modum cauſæ? Dic, quòd aut partes principaliter proſequuntur etiam illud petitum conſtando litem & probationes ſuper illo producendo: & tunc pronunciandum eſt: & ita procedit dictum Inn. in c. cum eccleſia. de cau poſ. quod patet per id, quod ibi dicit in prima glo. verſicu. quidam tamen hoc negant. & in glo. fi. in prin. & facit quod Spe. no. de reſcri. ex tenore. de conſue. cum inter. quę videtur facere contra: ſed ibi reſpondet, quinimo poſſunt intelligi: & apertius Compo. de cōſue. cū inter. Vnde in dicta decre. doc. ſupplent de petitione, ſecundum quam lata fuit ſententia. Aut partes non proſequũtur principaliter petitionem per modum cauſę: Et tunc aut iudex vult pronunciare enunciatiuè ſuper deducto per modum cauſę, puta exprimendo ad fi. vt oſtendat ſuum motiuum, quare ſic pronunciat, & poteſt, vnde interdum pronũciatur in poſſeſſorio, & exprimitur cauſa quæ petitorium tangit, de proba. licèt cauſam. Aut vult pronunciare ſuper illo diffinitiuè: & non poteſt, aliàs deriſoria eſſent iura, quę dicunt, pronunciandum eſſe ſuper petitorio tantum, de ord. cog. c. 2. de accu. qualiter de ſimo. licèt Heli. Pronunciare ergo non debet iudex ſuper cauſa, ex quo id non eſt petitum, ſed ſuper excluſione petita: alias ſequeretur, ꝙ ex narratione ſine petitione poſſet procedi, & ſentētia ferri contra id quod habetur de li. conteſt. c. vno. Et ex his infertur. ꝙ ex ſententia lata ſuper deducto per modū cauſę altero de dictis duobus modis vltimis nō paratur exceptio rei iudi. in alio iudicio, ſed poterit iterato agi, vt no. Inn. in dicto ca. cùm eccleſia. in vltima ſua glo. Ioann. Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prima obligationis nouationem quando inducat.*

CONSILIVM III.

1 AN per ſententiam † inducatur nouatio primę obligationis, ita vt excluſus ex prima obligatione a petendo, poſſit petere ex ſecunda. Et dicitur quòd ſic, quia ex ſententia vel iudicis decreto deſcendit efficax obligatio ad debitum conſequendum: agendo enim & vigilando pro ſuo vel ſibi debito rehabendo nouam ſibi actionem quæſiuit, nouationem neceſſariam per ſententiam faciendo, per quam nouationem noua quędam in facto actio in caſu præſenti additur, prima perſonali manente ſecundum communem opi. & veram, de qua per glo. in l. 1. C. de iudi. & ibi per Cy. Et vltra eos eſt caſus in l. nepos. de fund. inſtru. & inſtr. leg. & ibi per Dyn. Proprie enim loquendo in caſu ſnīæ non fit innouatio, ſed potius nouę actionis additio, vt ſentit gl. in d. l. 1. & clarius Cy. ibidem. & gl. in l fi. C. de vſur. rei iu. vbi etiā ſatis de omnibus ſupra dictis: per quam quidem actionem in factum, quam ex ſua vigilantia & induſtria creditor prædictus quæſiuit, videtur ſibi debitum poſſe cōſequi a ſucceſſorre in eccleſia prędibata: & hoc de nouatione ſufficiat.

Franciſcus de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata, vt quis ſoluat intra decem dies ſub pœna quarti, eſt dierum terminus an pœnæ an ſolutioni ſit datus.*

CONSILIVM IIII.

1 AN ſi ſententia † lata, vt quis ſoluat tantum intra decem dies ſub pœna quarti: illi decem dies an ſint dati euitationi pęnę, an ſolutioni quarti? Videtur, ꝙ vtique ſint dati, quia iſta verba ſub pęna reſoluuntur hoc modo, videlicet dictas cōdemnationes mandamus ſolui intra 10. dies, & ſi intra 10. dies non ſoluuntur, tunc eum cōdemnamus in quarto pluri: & iſta eſt gl. ſingularis, quę non eſt alibi, ff. de pac. l. reſcriptum. §. ſi pacto. vn̄ illa verba, ſub pęna, notant tempus geminatum, ſ vnū tempus reſpectu ſortis in condemnatione deductæ: aliud reſpectu quarti: ſi nō eſt reperire tertiū, quid cui tempus iungat ſic geminatum. Oportet ergo neceſſario, ꝙ intelligamus, ꝙ vnū tempus deſeruiat præſtationi ſortis, aliud tempus deſeruiat euitationi quarti. Pręterea hoc probatur aperte per caſum l. Vbicunque diſpoſitio incipit etiam a pręcedenti conditione, ſi cōditio dependet ex poteſtate obligati, ſemper eſt hoc, ꝙ non poteſt agi ad ſortē etiā ante conditionis & diei exiſtentiā, etiā ſi certū ſit conditionē nō poſſe exiſtere, vt eſt caſus in illa l. ex ſtipulatione ſi calendis, de verb. ob. ex eo, quia tota diſpoſitio in diem & ſub conditione collata videtur, vt dicit litera illius l. Et no. ꝙ dicit tota: ergo non ſolū reſpectu pœnæ, ſed etiam reſpectu ſortis: Ita ergo eſt in caſu noſtro, quia cōditio de ſoluendo erat poteſtatiua, ergo interim etiam ad ſortem agi nō poteſt. vt ibi dicitur Nec ob. l. hoc iure. co. ti. vbi dicitur, ꝙ ante cōdi

tionis euentum, & dici exiſtentiam agitur ad ſortem, quia ibi conditio nõ erat in poteſtate obligati: & ita ſoluit illud contrarium de leg. hoc iure. in lege illa d. Bar. præterea non eſt dubium, quòd ſi per formam ſententiæ reus vult intra 20. dies non ſoluere, habet poteſtatem hanc, vt poſſit in quartum incidere. Modo ſi nos dicimus, quod pendente iſto termino poſſit fieri executio, iam iudex priuat eum poteſtate ſibi per ſententiam conceſſa, q̃ poſſit non ſoluendo in quartum incidere: ſed hoc dicere eſt abſurdum, quia poſtquàm poteſtas, & ius eſt ſibi acquiſitum per formam ſententiæ, iam ſibi auferri non poteſt, de regu. iu. l. ius noſtrũ. Præterea de hac quæſtione eſt caſus in l. fi. C. de vſuris
6 rei iud. nam ibi dicitur, quòd qui non ſoluit ſortem intra tempus quadrimeſtre, incurrit vſuras cẽteſimas nomine pœnæ: & tamen ibi dicitur, quòd pendente tempore quatuor menſium non poteſt fieri executio ſortis nedum contra principalem, nec etiam contra fideiuſſorem: & ad illam l. non poteſt reſponderi.

Fran. de Rampo.

S V M M A R I V M.

1 *Executio ſtatim fiet, vbi appellatio locum non habet.*

CONSILIVM V.

1 VBI non habet locum appellatio, †ſtatim poteſt fieri executio, C. de app. contra maiorẽ. in fi. & l. quoniam nonnulli. in fin. & maxime, ne ex ſuperuenienti, & inopinato caſu elidatur executio, vt remaneat delictum impunitum. Et ideo maxime fieri debet, i. quamprimum poteſt, vt no. C. de admi. tu. l. tutores. ff. eo. tutor qui repertoriũ. in prin. & expreſſe patet ff. nil no. app. pen. l. j. in prin. gl. puta executio: & C. quorum app. non reci. l. 2. & eſt caſus, & no. de here. vt inquiſitionis. circa medium, li. 6. & de app. Romana, & no. ff. de re iud. l. ſi victus. & glo. in c. quærenti. de offi. deleg.

S V M M A R I V M

1 *Sententia, quæ dicatur, quæ ſuper cauſa appellationis interpoſita ab interlocutoria fertur.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſententia lata ſuper cauſa appellationis interpoſitæ †ab interlocutoria, qua pronunciatur illum non potuiſſe apparere, ſit interlocutoria, vel diffinitiua? Et videtur, q̃ ſit interlocutoria, de appella. ſua nobis, & quod ibi not. Idem not. Barto. & alij de elect. cupientes. §. inſuper. libro ſexto, glo. in cle. penult. de appella. ¶ Sed contrarium puto iſto caſu, vbi aduertendum, quòd aliud eſt quærere de ſententia lata ſuper quauis exceptione, non ſuper principali expreſſè, & tunc licèt ex ſuperabundanti fuerit lata, per not. de ordi. cogni. capitu. primo, tamen quia pronunciatio illa non diffinit negocium, de quo principaliter agitur, debet dici interlocutoria non diffinitiua, etiam ſi pro excipiente feratur ſententia: alias ſequeretur incidens, & principale in nullo differre: & ſic in vanum prodita eſſent iura, C. de ordi. iudi. per totum: de ordi. cogni. capitu. ſecundo, 3. q. 9. hoc autem, cum ſequenti. de ordi. cog. capitu. primo, cum ſua materia: quod eſſet abſurdum dicere: & habet hoc locum, ſiue talis exceptio, etiam ſi ſit peremptoria, propoſita ſit etiam in cauſa appellationis, puta quia excipitur contra appellantem, quòd non potuit appellare ex quauis cauſa: & hoc expreſſe iudex pronunciet non addendo ſimpliciter bene, vel male appellatum: talis. n. ſententia non diffinit actualiter articulum appellationis, cum contra excipientẽ pronunciatur: & idem ſi pro eo, quia non ſequitur, ſi non potuit appellare, ergo hoc ipſo tenet, quod factũ eſt per primum iudicem, ſicut nec ſententia lata ſuper exceptione pacti de non petendo ſecundum ſe nõ diffiniret negocium principale: quod patet, quia quantum ad principale non parit excep. rei iudi. facit quod no. per Innocent. de ord. cogni. capi. fina. de cauſa poſ. cum eccleſia. & hoc caſu intelliguntur not. per Bart. & alios. Aliud eſt quærere de ſententia lata ſuper appellatione interpoſita etiam a grauamine, vel interlocutoria, ſcilicet quæ ipſum appellationis articulum diffinit: quia pronunciatur bene vel male appellatum: & tunc licèt eo reſpectu, quo principale negocium eſt diffiniendo, interlocutoria dici poſſit, tamen quia appellationis diffinit articulum, in quo libellus offertur, lis conteſtatur ſaltem partibus præſentibus, & in alijs eſt obſeruandus ordo iuris debitus: ergo debet diffinitiua dici, & per conſequens ab ipſo incontinenti viua voce poteſt etiam ſine expreſſione ſpecialis cauſæ appellari. ¶ Ad prædicta facit de app. interpoſita. §. fin. Item cum articulus appellationis interpoſitæ ante ſententiam ſit omnino alius a principali: ad hoc de appel. vt debitus. ſententia illum diffiniens non poteſt iure dici interlocutoria propter articulum principalem, quèm proprie non contingit, cum agatur ſolum de primi iudicis iniquitate, vt prædicto capitu. interpoſita. in fin. pro hoc bene facit quod not. Ioan. And. de teſta. Rainaldus. ver. dilectus. ſuper gl. & ita videtur: facit etiam conſuetudo generalis, ſecundum quam videmus ad vnguem ſeruari in tali ſententia ea, quæ ſeruantur in diffinitiuis. Item ſæpe audiui, quòd hoc tenet curia, ſcilicet quòd recipit appellationes a talibus ſententiis incontinenti interpoſitas viua uoce, & ſine expreſſione cauſæ, qui mos attendendus eſt ſequendus, maxime in dubiis, de conſti. ex literis. de ſent. excommu. ad hec. cum ſimilibus.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiam condemnationis expenſarum, an præcedat taxatio, & iuramentum.*

CONSILIVM VII.

1 AN ſententiam condemnationis expenſarũ †debeat præcedere taxatio, & iuramentum? Dico, quòd aut fit condemnatio ad certam quantitatem expenſarum, & debent præcedere: & ita procedunt iura, 3. q. 3. §. quod fieri. de procu. conſtitutus, quod me. cauſa. c. fi. in Auth. de iudi. §. oportet. colla. 6. & not. de dolo & contumacia. capitu. finem. ad finem magnæ glo. Ex quibus videtur, quòd talis ordo ſit de ſubſtantia: & facit quod no. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent. in gl. ſecunda. Aut cõdemnatur quis generaliter ad expenſas, non expreſſa quantitate, nec taxata, ſed in poſterum reſeruata: & tunc talis condemnatio etiam non præcedente iuramento, & taxatione non eſt vitioſa: ad hoc de dolo, & contumacia. cum dilecti. de procu. auditis. de ſequeſtra. ca. j. vbi plene per Ioan. And. Idem Innocen. in capit. finem. de dolo & contum. vbi probat ſic neceſſario debere intelligi. l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & in Spec. de expen. §. poſtremo. in princ. verſicu. item ſcias. & de excep. §. uiſo. verſicu. quod ſi reus. & ita quotidie ſeruatur, vt ibi dicit Spec.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia contra abſentem lata, quando dicatur nulla.*

CON-

CONSILIVM VIII.

1 AN ſententia lata contra abſentem, † qui in actis non apparet citatus, ſed bene apparet poſt prolationem ſententiæ nuncium retuliſſe, qualiter citauit, & relatio eſt deſcripta, poſt ſententiam talis ſententia ſit nulla, ita vt de nullitate opponi poſſit, non obſtante ſtatuto excludente exceptiones nullitatis? Et videt quòd ſic quia ſine aliqua citatione vel ſaltem legitima, ſententia lata cõtra abſentem eſt nulla, vt patet in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. & in l. de vnoquoque. in prin. ff. de re iu. accedat l. nam ita diuus. ff. de adop. & quod ibi no. & l. ſi. C. ſi per vim vel alio modo. & auth. ſi omnes. C. ſi ab hære. abſti. & talis ſententia nomen ſententiæ non meretur habere, vt l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & eſt tex. no. in cle. paſtoralis. §. cęterum. eo. ti. Item cum citatio ius defenſionis compræhendat, ſicut non poſſet pacto expreſſo ſe aſtringere, vt ſe non defendat, vt no. gl. in l. pactum inter legatarium. ff. de pactis. Et ratio, quia quis non poteſt ſuæ defenſioni renunciare, q̃ eſt de iure naturali, vt l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. & de hoc per Bar. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. ita nec per ſtatutum, quod dicitur quædam tacita ciuiũ conuentio, vt no. per gl. & Bar. C. de decre. decu. ſuper rubri. lib. 10. & l. ſed ea. ff. de leg. poteſt adimi propria defenſio, nec etiam imperator poſſet hoc facere, vt eſt tex. in d. cle. paſtoralis. §. cęterum, cum ius ciuile & poſitiuum non poſſit tollere ius gentium vel naturale, vt Inſti. de iure natura. gen. & ciui. in fin. & l. eas obli. ff. de capitis di. Ex quibus concluditur, quòd ferri nõ poſſet per pactum expreſſum aut tacitum, vel legẽ, aut ſtatutum, aut conſtitutionem ſententia contra nõ citatum, vel minus legitime, cum illud eſſet tollere ius naturale. Et iſtud etiam approbant doc. noſtræ fidei, videlicet Grego. vt patet 24. q. 3. de illicita. In tantum eſt verum illud, quod etiam ſi fuit contumax in vno actu, debet ad alios vocari, vt no. de do. & contu. cum qui. lib. 6. no. Inno. de accu. ad petitionem. de procura. auditis. per Archi. & Io. mo. in c. j. & 2. de confeſſis. lib. 6. Et quod ſolẽnibus actibus iudiciorum non poſſint partes renunciare, tenet glo. de offi. dele. de cauſis. de re iudi. c. fi. li. 6 ¶ Nec ob. ſi dicitur, quòd ſententia nulla poteſt ex conſenſu partium validari, vt no. gl. in l. j. C. qui pro ſua iur. Dico illam glo. debere intelligi ſecũdum l. 2. C. communia vtriuſque iud. quam alle. ſupra, vt ipſa valeat tanquam contractus, non vt habeat vim ſententiæ. Et eſt ratio, quia pacto priuatorum non poteſt dari iuriſdictio, vt l. priuatorum. C. de iur. om. iu. Præterea, quòd etiam ſententia dicta ſit nulla, patet, quia talis ſententiæ pronunciatio ſeu prolatio non debet cenſeri actus iudicialis, quando fit parte abſente & nõ citata, vt in ſimili dicit Iac. de Are. & Bar. poſt eum de licentia data creditori de intrando tenutam bonorum debitorum vigore pacti abſente debitore & non citato, vt no. Bar. in l. creditores. C. de pigno. Ex quibus concluditur, ſententiam fore nullã, & nullitatem opponi poſſe non ob. ſtatuto excludente exceptionẽ nullitatis. Accedat quod no. glo. in cle. ad compeſcendas. de ſequeſtra. poſ. & fruc. per Bar. in l. 2. ff. quod vi aut clã. Nec ob. quòd iudex pronunciauit ipſum contumacem: quia hoc ſibi non conſtabat, nec apparet ex actis, & iudici primò debet conſtare de contumacia, quàm pronunciet eum contumacem, vt l. hoc autẽ. in prin. ff. ex qui. cau. & l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. & no. per glo. in l. ſancimus. C. ad trebe. in glo. vlt. Nec iuuabit quod dicitur de relatione facta poſt prolationem ſententiæ per l. 2. & qđ ibi no. ff. ſi quis in ius voc. & per id dicit Bar. ſe ſemel reuocaſſe proceſſum vnum, vt ipſe no. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. ¶ Pet. de Ancha. ſuper præmiſſis alias conſuluit dicens, quod non ob. ſtatuto poſſit opponi exceptio nullitatis. Vrget primo aduerſarij ſuggeſtio, qui ſuggeſſit aduerſarium contumacem, de qua per acta vel aliter non conſtabat iudici: & ad eius aſſertionem ſententiam illam tulit: & quòd iſta falſa ſuggeſtio reddat ſententiam nullam, probatur in l. ſi vt proponis. j. & 2. C. quomodo & quando index. Et licet ſtatutum excludat omnem exceptionem nullitatis, tamen nullitas cauſata a dolo partis non videtur excluſa: quid enim ſi per falſa inſtrumenta per gratiam vel ſordes ſententiam obtinuit? Nulli dubium, condemnatum poſſe tales exceptiones nullitatis opponere, non ob. ſtatuto, vt l. venales. C. quando prouo. non eſt neceſſe. & l. ſi prętor. §. Marcellus. & quod ibi no. in glo. ff. de iud. Sicut enim generalis conſtitutio vel priuati diſpoſitio aliquid permittens non complectitur doloſos vel odioſos, ita nec ſtatutum, vt l. Lucius. §. Lucius Titius. de leg. 2. & l. idem. §. ſi ubi. verſi. ſed ſi ipſe. ff. de condictio. ob tur. cauſam. & c. alma. de ſen. excõ. lib. 6. vbi iuris beneficio non vtuntur odioſi: præſtitit enim iſte cauſam nullitati ſententiæ: ergo ſibi eſt imputandum, vt l. 2. §. ſi vel. cum cõcordan. ibi no. in glo. ff. ſi quis cau. nam & alibi non poteſt ſententia arbitri de iniquitate redargui, vt l. diem. §. ſtari. ff. de arbit. Et tamen poteſt obijci, quòd ſit lata per gratiam vel per ſordes, vt l. 3. C. de arbi. Et generaliter omnis diſpoſitio quamtuncunque late concepta reſtringit, vt dolus & machinatio abſit, vt l. creditor. §. Lucius ff. mandati. & l. ſi procurator. ff. de condi. inde. & c. ſi cõpromiſſarius. de elec. li. 6. Ex his patet hanc exceptionem non fore prohibitam per ſtatutum. Prętera alio capite nõ excludit, licet generaliter loquatur. Conſtat namque, omne iudicium incipere a citatione, vt Inſti. de pęna teme. litigan. in fi. no. in c. eccleſia. de cõſti. & in quocunque actu partu præiudiciali, vt l. de vnoquoque. de re iudi. Item eius omiſſio reddit actũ nullum, C. quomodo & quando iudex. l. eam quam. Item citatio dicitur defenſio deſcendens a iure naturali, quæ non poteſt a principe tolli, vt in cle. paſtoralis. §. cęterum. de re iu. Si ergo hoc non poteſt Imperator, multominus ſtatutum, quod eſt pars iuris ciuilis, vt l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Sed dices, quæ ergo exceptio nullitatis tollet ſtatutũ, vt ſtatutũ aliqd opereĩ, vt dẽt, vt l. j. ad mu. cum ſi. Ad hoc dico, ſtatutum tollere nullitates illas, quæ deſcendunt a iure poſitiuo, de quibus multæ numerantur in Spe. de ſen. prola. §. iuxta propoſitionis. & in c. j. de re iud. Illas enim poteſt ſtatutum remouere, non autem illas, quæ deſcendunt a iure naturali: qđ etiam ius ciuile corrumpere non poteſt, vt Inſti. de iure na. gẽ. & ciui. §. naturalis. Ad hoc quod no. Archi. c. j. de reſcrip. li. 6. ¶ Et ſic hic pridie fuit pronunciatum, quia erat edita noua conſtitutio, quòd contra ſententias latas per gonfalonerios nulla exceptio admittetur p eos. fuit lata ſententia contra minorẽ indefenſum: & hac ratione opponebatur exceptio nullitatis per l. cum minor. C. ſi aduer. rem iud. Obtentum fuit bis, quòd opponi poterant, non ob. ſtatuto, per dictã cle. paſtoralis. ¶ Item de nullitate, quæ conſtat ex actis non vr̃ ſtatutũ debere intelligi, quia illam debet iudex ex officio opponere, ex quo iudici, vt iudici conſtat, quia ex his reſultat quoddam notorium impedimentum, quod ſine partis allegationibus iudex debet diſcutere, & petitionem notorie iniuſtam repellere, vt no. Inno. in c. j. de offic. vic. licèt ergo eſſet parti pręcluſa via per ſtatutum opponendi, tamen non intelligitur pręcluſa iudici: quandoque poteſt obijcere, quæ non poteſt pars, vt l. ſi. ff. de peti. hęre. & in c. cum Ioãnes. de fide inſtru. & no. in c. j. de iura. calum. lib. 6.

Fran. de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Executio latæ ſententiæ in cauſa beneficiali a quo poſſit impediri.*

CON-

CONSILIVM IX.

1 AN in cauſa beneficiali tertius comparens ꝑ ſuo intereſſe poſſit impedire executionem ſententiæ latæ † pro alio ipſo, tertio ſciente, & non contradicente? Et videtur quòd nõ, per textum c. quamuis. de re iud. & quod ibi no. de appella. conſtitutus. & per l. ſæpe. ff. de re iud. ¶ Item ignorans cauſam cum alio agi, de mam impedit executionem ſententię, ſi incontinenti probat de intereſſe ſuo, vt patet de teſti. veniens, quod habet locum in beneficijs vacantibus, vt ibi no. doc. Et hoc probatur expreſſe ex no. per Io. And. in c. cum ſuper. de re iudi. nam vt ibi dicit, imputet ſibi, quia ſciuit cauſam ſuam agi, & non comparuit, & appellauit: & clarius hoc dicit in glo. magna ſub ver. ſi conſtiterit verſ. per iſtam autem decreta. ſatis patet. Si enim ſcientia præiudicat poſſeſſori, qui paſſus eſt alium agere ſuper re poſſeſſa, quia fit executio contra eum, vt ibi: multo magis dicta executio fieri poteſt ſuper beneficio vacante, non ob. cõtradictione tertij ſciẽtis cauſam illam agi inter alios, & habentis ius in re, multo fortius præiudicabit ius habenti ad rem. & ad poſſeſſionem, vt in ca. ſi. de conceſ. præben. lib. 6. Nec ob. ſi dicatur, quòd lis erat impetrata, & inchoata cum alio, & cauſa inter illos duos commiſſa, & ſic iſte non tenebatur comparere in illo iudicio, in quo non erat vocatus: quia dico quod iſto nõ obſtante non poteſt impedire executionem ſentẽtię, vt eſt caſus in l. ſi is a quo. ff. de rei ven. Præterea aduertendum, quòd iura in iſtis beneficialibus prouident multipliciter ſuper celeri expeditione, vt procedat ſummarie, vt cle. diſpendioſam. de iudi. ¶ Item vt eſſet in eis latum iudicis officium. de electio. cum nobis olim. ¶ Item ut ſciens cauſam iſtam agi abſque hominis citatione, debeat ad curiam venire, de elec. capi. j. Ex quo ergo iſta ſciuit, ſibi imputet, alias ſi diceremus, quod quilibet tertius poſſet impedire ſententiam, nunquam eſſet litium finis, quia omnes impetrantes in tali prouincia poſſent venire, & opponere ſe ad impediendam poſſeſſionem: quod eſt abſurdum. ¶ Ad prædicta optime facit quod no. Spec. de ac. & peti. §. ſuper actionibus. verſic. item videtur & ſequenti. & ſic non ob. exce. fiet executio. Per. de Ancharano.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vicarij epiſcopi ad alium epiſcopum tranſlati, quando viam ſubſtituto præcludat.*

CONSILIVM X.

1 AN ſententia vicarij epiſcopi tranſlati † de menſe decembris ad alium epiſcopatum, q. Iannario ſequenti inchoauit inquiſitionem cõtra vſurarium, & in vndecim diebus protulit ſententiam, pręcludat viam alteri ſubſtituto epiſcopo volenti iterato procedere contra vſurarium? Et videtur quod non, per cap. de his. de accu. cum ibi no. In contrarium videtur, quia illa abſolutio fuit nulla, & contra eam ex tribus præſumitur. Primo ex facti qualitate. Secundo ex temporis breuitate. Tertio ex euidenti contrarietate. Ex facti namque qualitate patet, quia vicarius proceſſit, poſtquàm epiſcopus iã erat tranſlatus, & pronunciatus erat alius in illo epiſcopatu. Et ſic fuit pronunciatum ab eo, a quo erat abdicata poteſtas, & ſi fuiſſet ignorans, vt c. quia cunctis. §. adijciebatur. de conceſ. præbend. libro ſexto, & proculdubio hoc credo verum, quia ſi hæc tranſlatio in loco fuiſſet iam nota, ex tunc probabiliter videtur, quòd talis abſolutio fuerit facta in fraudem, non obſt. quòd ante conſenſum tranſlationi præſtitum forte titulum retineret. Ad hoc optime l. quæſitum. & l. ſi maritus. ff. qui & a qui. Quicquid enim de proximo actum eſt. ſ. tempore cum tranſlatione coniuncto præſumitur in fraudem, vt ibi patet: facit de ele. officij, quod ibi no. ad hoc quod no. in l. venter. §. bonis. ff. de priuil. credit. l. poſt contractum. de do. per Bar. & c. ſi. de renun. li. 6. in ratione ſui. Officiales in fine officij ſolent eſſe gratioſi, & per conſequens contra rem geſtam per eos eſt fortius præſumendum. Secundo dixi ex temporis breuitate: nam ſentẽtia lata ſine cauſę cognitione eſt nulla, C. commi. vel epiſtolas, per totum: & no. Barto. in l. prolatam. C. de ſenten. nec præſumitur adhibita cauſæ cognitio in tanto breui tempore, ſed potius iudex præſumitur circumuentus, de reſti. in integ. tum ex literis. no. Barto. in d. l. prolatam. nam cum ſententia debeat proferri cum maxima maturitate, C. de ſen. ex peri. rec. l. prima, quę non pręſumitur in tam breui tempore: ideo dicit canon. tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus: quinquageſima di. ponderet. Tertio ꝑ exiſtentiam veritatis, vt ſi probaretur fama facti contrarij, videlicet vt ſi probaretur, quòd reliquerit opulentam hæreditatem, & ex coniecturis poſſet apparere, quòd illam quæſiuerit ex vſuris, credo, quòd iſtis coniecturis, & fama apparentibus, quòd abſolutio ſibi non prodeſſet, ſicut dicimus de remiſſione facta vſurario de vſuris, quòd ſi poſſunt apparere aliquæ cõiecturæ probabiles, quòd non fuerit facta ſponte, ſed cauſatiue, de quibus præſumptionibus in addi. Specu. de vſuris. non prodeſt. Si ergo non prodeſt abſolutio veri creditoris propter probabiles coniecturas, multominus abſolutio facta a miniſtris iuſtitiæ, ſi ex coniecturis apparet facta contra veritatem: facit quod no. in clem. paſtoralis. de re iudica. Et maxime in materia, vbi agitur de periculo animæ, vbi ſententia non tranſit in rem iudicatam, ne eccleſia decipiatur, de re iud. lator, & c. conſanguinei.

Petrus de Ancharano.

De appellationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita omiſſo medio, quando ſit valida.*

CONSILIVM I.

1 VALET appellatio interpoſita omiſſo medio, † ſi partes conſentiant etiã per procuratorem conſtitutũ ad cauſam: nam valẽt geſta per iudicem, ad quem appellatur omiſſo medio, ſi nõ opponatur exceptio, vt not. de appel. dilecti. el 3. poſt principium ſecundæ glo. licèt Archid. in cap. ſi delegatus. de of. deleg. libro ſexto, dicat Inno. aliter notare in ca. referente. de præb. quod non bene colligitur ex ibi notatis, immo cum dicta gl. concor. Hoſt. in ca. dilecti. Item hoc probatur ratione, nam valet conſuetudo, quòd appellatur omiſſo medio, vt in dicto c. referente. & de no. ope. nunc. ca. 3. & eſt expreſſum de appella. Romana. §. primo, li. 6. quod ergo poteſt tacitus conſenſus inducens conſuetudinem, hoc poſſet etiam expreſſus conſenſus omittens exceptionem. Item ex quo neceſſaria eſt exceptio, ceſſat regula, priuatorum conſenſus &c. vt de reſcri. ſuper literis. & no. eodem titulo: ad audientiam. el. 2. quod infallibiliter procedit, quando iudex habet poteſtatem cognoſcendi de incidenti, quod hic non poteſt negari. Nec obſtat, quòd procurator non habuerit mandatũ ad prorogandam iuriſdictionem: quia ſi bene conſideretur, hic non tractatur de prorogand a iuriſdictione

ne quantũ ad rem, perſonam vel tempus. Sed an iſte delegatus datus per iudicem ad quem eſt appellatum omiſſo medio, haberet iuriſdictionem, vel non inter partes inter quas litigabatur. Et indubitanter is, de cuius iuriſdictione agitur, cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, ſiue principales litigent per ſe, ſiue per procuratores vt in c. ſuper literis. de reſcri. ſi quis in ius vo. non ie. ſi quis ex aliena.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari ab officiali ad epiſcopum quando poſſit.*

CONSILIVM II.

AN ab officiali epiſcopi in ciuitate, & certis locis in temporalibus deputato ad epiſcopũ 1 appellari † poſſit, & debeat, & nõ ad alium ſuperiorem omiſſo medio? Et dico, quòd ad epiſcopum, & non ad alium ſuperiorem excepto Papa eſt appellandum ratio, quia non eſt generalis officialis, ex quo ponitur, quòd ad partem tantum territorij ſua iuriſdictio extenditur, vt in cap. Romana. §. primo, de appel. lib. 6. & tunc appellatio inhibetur de officiali ad epiſcopum, cùm idem eſt conſiſtorium. Sed hoc caſu non poteſt dici idem conſiſtorium, vt ibi: ergo &c. item ex quo ponitur deputatus in certa parte diœceſis, vel ad certos actus foraneos, de quibus de offic. ord. Romana. lib. 6. in prin. ab ipſis ad dantem appellatur, ut ibi no. Inno. Et no. In clem. & ſi principalis. de reſcrip. Et dicto, quòd dicere [illegible], de quo quæritur, habere ordinariam iuriſdictionem, quod uidetur contra id, quod habetur in prædictis remiſſionibus, tamen non ſequitur propterea, quòd idem ſit auditoriũ, ex quo in certa parte auditorij eſt deputatus, vt patet in legato, qui habet ordinariam, de of. leg. c. 2. libro 6. Et tamen non eſt dubium, quòd appellatur ab eo ad Papam cum dantem, de re iud. cum Bertoldus. & ca. cum cauſa. cum ſimilibus: quod fieri non poſſet, ſi eſſet idem auditorium, ut in dictis iuribus: ergo vera ratio prohibitionis eſt identitas auditorij, quę nullo modo poteſt dici in caſu permiſſo: ergo &c. Sed ſi ponatur habere legatum, nullum dubium: Non obſt. quòd ſuum officium eſt generale in ciuitate: quia per hoc non debet dici generale, ſed particulare: quia ſiue dicamus, quod ciuitas ſit caput diœceſis, & ſic concludatur in ea tanquam pars in toto [illegible], quod eſt, quoddam diuerſum a diœceſi, ita quòd ſub illa non comprehendatur, ſecundum ea [illegible] de reſcr. Rodulphus & de ecru [illegible] omni caſu ſequitur, quòd partem facit & non totum, quod eſt ſub epiſcopi iuriſdictione: & per conſequens non generalis, ſed particularis [illegible] officialis. Item iuriſdictionem temporalem habet epiſcopus ex accidenti, non de iure communi, cum epiſcopi iuriſdictio legem diœceſis, & iuriſdictionem amplectatur, vt no. de offi. ordi. dilectus. & [illegible] in ſumma. Ex quo ſequitur, quod is, cui talis iuriſdictio eſt commiſſa, iuriſdictionem epiſcopalem non habet generalem. Et per conſequens non poteſt dici proprie idem auditorium: igitur vt dictum eſt, omnino ceſſat ratio c. Romana in prin. & ratio c. [illegible] de conſue. lib. 6.

Gaſ. de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ab epiſcopi ſententia ſuper defloratione virginum licitè appellabit.*

CONSILIVM III.

1 APPELLATVR a ſentẽtia lata per † epiſcopum contra clericum ſuper crimen deflorationis virginis: quia dicit ſententiam latam a non ſuo iudice, & iniquam, an interim appellãs debeat ſtare in carceribus, maximè ſi offert cautionem de ſtando iuri? Et videtur prima facie quòd ſic, quia ad correctionẽ non appellatur, de offi. ordi. licet. de appellationi. repræhenſibilis. & maxime vbi crimen eſt notorium, de appellationi. cum ſit Romana, in fi. & c. peruenit, ſed hic crimen eſt factum notorium per ſententiam, & per confeſſionem in iudicio factam, de cohab. clericorum, & mulierum. veſtra. & c. fi. ¶ Item confeſſus in iure non appellat, de appellationi. Romana. §. ſi autem. lib. 6. Sed prædicta ſunt vera, niſi modus correctionis excedatur, C. quo. appella. nõ reci. l. ab executore. canonizata 2. q. 6. §. ſunt quorum, ver. ab executore. Et ita fuit in caſu iſto, ergo tenet appellatio. Item ſimpliciter appellare, ne quis corrigatur, bene eſt prohibitum, ſed appellare, vt ſuperior corrigat ſententiam latam ſuper correctione, nõ eſt prohibitum, vt no. in dicto c. licet. & c. irrefragabili. de o f. ord. Hac ergo appellatione pendente, non debet detineri condemnatus, quia appellatione pendente nil debet renouari, ff. nil no. appel. pen. in rubro, & in nigro. & 2. q. 6. appellatione. Et ſi dicatur, ante appellationem iam erat captus presbyter iſte: tanto peius, quia antequàm conſtet de crimine, clericus ſine excommunicatione non videtur poſſe capi, de ſent. excommu. ſi clericos. lib. 6. quæ forte allegatur in
2 contrarium. ¶ Sed hoc probat, quia preſupponit, quòd propter commiſſos exceſſus mandabantur carcerari: ergo quando non conſtat exceſſus commiſſos, ſecus eſt dicendum ſecundum Archi. quia tantum conſtabat eos exceſſus commiſſos iudici. plus ibi etiam di-
2 cit, quòd in notorio duntamen obedire parato nõ habet locum diſpoſitio illius ca. ſi clericos. Item litera in eo. cap. ſubdit, licèt nondum appareant incorrigibiles: vnde dicit ibi Ioan. And. caueant ſibi prelati, qui nimis ad talia ſunt prompti. hoc idem vult Hoſt. in c. 1. de depoſito. & ibi ponit Io. And. vbi primo arguit clericum poſſe vinculis detineri, qui geſſit adminiſtrationẽ laici, donec rationem reddat. alle. in argumẽtum, ſed poſtea ſubdit, quòd hoc non auderet facere ſine licentia Papæ, vt ibi factum fuit, nec quandiu paratus eſt clericus ſtare iuri, debet capi. Prędicta adhuc fortius procederent, ſi diceretur appellationi delatum, quia iã eſt trãſfuſa eſt iuriſdictio in ſuperiorem; de appel. cum appellationibus. lib. 6. Ex prędictis ſequitur, quod ſiue appellatum ſit ſiue non, prędictus non debet detineri; immo, quòd detinentes ſunt excommunicati; imo plus, quia prędſupponitur ipſum velle cauere de ſtando iuri, quo caſu non poteſt detineri, vt in dicto cap. ſi clericos ſecundo reſponſo. Eadem eſt etiam ſecundum l. ff. de cuſto. & exhi. re. diuus, nec tenentur aliter cauere, vt ibi no. Io. And. vbi etiam dicit, caueant prælati noſtri temporis, qui conſtitutos in ſacris, & dignitatibus detineat inuitos, niſi ſecundum ſuum arbitrium, & vo-
3 luntatem caueant.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus ſecundi ſatalis quando per iudicem impediatur.*

CONSILIVM IIII.

1 AN ſi iudex iuxta finem biennij † pronũciat de conſenſu procuratoris ſubſtituti a procura. qui litem fuerat conteſtatus, quòd tẽpora appellationis non currant; cum ipſe ſit in infirmitate grauatus, quouſque aliud duxerit reſpon-

ſpondendum vel ordinandum, & ſic partes ſteterunt poſtea per decem menſes & vltra: ex iſto impediatur caſus ſecundi fatalis? Et dicitur quòd non impeditur: aur enim dicimus impediri curſum ex pronunciatione iudicis, & hoc falſum. Cum enim iſtud fuerit impedimẽtum proueniens ex parte iudicis inferioris a Papa vel a principe, non excuſatur appellans ſaltem lapſo ſecũdo anno, cum ſuperiorem debuiſſet adire. C. de temp. appel. l. fin. §. vltimo. alias ab appellatione cadit appellãs, cum appellationem debeat ad finem producere ſaltẽ intra ſecundum annum, vt ibi ſequitur: vnde patet, quòd non excuſatur propter iudicis impedimentum, niſi cum faciat quicquid poteſt, ita quòd non habeat vltra quid faciat, quod non ponitur hic factum, quia non adiuit iudicem ſuperiorem, nec etiam ponitur, quòd aliquo modo poſtea ſolicitauerit delegatum, vt vel impedimento ceſſante teſtes reciperet, vel cum Papæ delegatus eſſet, cauſam ſubdelegaret, vel teſtium receptionem committeret: habet etiam ſolẽnis opi. quòd de ipſius delegati negligentia coram ordinario conquiri poſſit, quę recitatur ſuper auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. & ſuper c. fi. de reſcrip. ſuper gl. fi. Attamen quia iudex denegauit ſe velle iuriſdictionem exercere, reſtitutio concedatur, vt bene concor. in hoc authẽ. item ſi appella. C. de appell. & ff. ex qui. cau. maiores. ſed & ſi per prætorem. in principio. Nec per prædicta tollitur reſtitutionis beneficium, vt bene probatur in l. ſenatus. ff. de offi. præſi. Et glo. eſt in l. is qui. ff. ex qui. cau. maio. in ſolutione contrarij de le. vt perfectius. de annali exceptio. Item probat prędicta lex, ſed & ſi per prætorem. §. fi. & gl. quæ eſt in ea. l. §. aduerſus. vbi reſtitutio, quæ datur ex probabili cauſa; datur etiam ſi potuerit per alium modum ſibi prouideri, vel procuratorem dimittendo, vel prætorem adeundo, quod non eſt in cauſa neceſſarium, vt l. Papinianus. ff. de mino. & in dicta l. §. aduerſus. & ea. l. §. fi. Et eſt danda reſtitutio ad tempus, quod effluxit propter impedimentum de tempore biennij, & non vltra, vt l. quod tempore. C. de re iudi. l. nec non. §. ſi quis ſępius. ff. ex qui. cau. maio. & in clemen. 1. de reſti. in integ. & no. Inno. de appella. ex ratione. Saluo, quòd negligentia poſt lapſum temporis corrodit tempus reſtituendum in totum vel pro rata, vt dictis l. quod tempore. & l. ab hoſtibus. §. ſed quòd ſimpliciter. ff. ex qui. cau. ma. Item non poteſt negari, quin debuerit eſſe ſolicitus poſt impedimentum, cum ad hoc teneretur, vt patet in dictis ll. facit cle. ſicut appellationem. de appellatio. ad hoc de dolo. cum dilecti. de elec. cupientes. §. quod ſi. ad fi. quod quia non fecit, ſibi currunt tempora, vt apertè probatur in dicto §. quod ſi. & ſic apparet eum negligentem poſtea, quæ negligentia habet extinguere tempus impotentiæ, vt in dicto §. quod ſi. Et facit de elec. cum in veteri: Ex quibus ſequitur iſtum appellantem non debere poſtea audiri etiam reſtitutionis beneficio. Hanc partem fouet inconuincibilis æquitas, quia ex contrario facile foret eludere totam iuris materiam, quæ vult per negligentiam & lapſum temporis appellationem dici deſertam. Cum enim appellantes communiter impetrent iudices ſibi gratos in fauorem partis temporis, quod iura reſtringunt facere perpetuum. Aut dicemus pactum procuratoris nocere & impedire curſum temporis: & hoc falſum: probatur per caſus & rationes: Per caſus probatur, quia ſcriptum eſt in iure; quòd procurator in lite non poteſt pręiudicare domino paciſcendo. Item in procuratore generali non habente liberam, vt non noceat domino, licèt prodeſſe poſſit, ſolum tria genera procuratorum poſſunt domino nocere paciſcendo, licèt habens ad hoc ſpeciale mandatum & habens generale cum libera. Item ſi in rem ſuam fuerit cõſtitutus, hoc probat in l. reſcriptum. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de pac. & de proc. l. quacunque. & C. de tranſac. l. tranſactionibus. facit lex iuſiuran. quod ex conuentione. §. fi. ff. de iureiuran. probatur & latius in iudicio, huiuſmodi procura. ſuo facto doloſo non poteſt pręiudicare domino, cum procurator veniens lit. conteſta. ſimiletur venienti ante lit. conteſt. qui non eſt lit. conteſta. vt l. ſecunda. de conſor. eiuſdẽ litis. Et pro hoc accedat lex, apud Celſum. §. quæſitum. ff. de doli excep. Probatur & alia ratione, quia certum eſt, quòd procurator non habet poteſtatem donandi, imo nec maiores adminiſtratores & latiores, l. ſi præſes. C. de tranſac. l. pactum curatoris. eod. titulo ſed hęc ſunt paria, eſſe plus vel minus tempore & re, vt Inſti. de ac. §. plus. & non poſſe procura. concedere aduerſario in eo, quod eſt in re: ergo neque id quod eſt in tempore: quòd non poſſit procura. prorogare, habetur in textu & glo. de offi. dele. cum olim. Itẽ hoc probat clemen. quæ comparat iſtos duos caſus. Compromiſſum partium, & pactum de prorogando: ſed verum eſt, quòd per compromiſſum procuratoris non extenditur tempus appellationis, quia compromittere non poteſt per iura præmiſſa: ergo nec pactum, vt ſunt illa verba de partium conſenſu ex antecedenti membro declarentur, & per extenſionem caſus ad eaſum, vt l. cur tam legatum. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. & l. ſi ſeruus. ff. de verbo. ſig. nec ſalua ratione veri intellectus ſub partium appellatione comprehendantur procu. niſi in ſibi commiſſis, & tunc ex interpretatiuo intellectu & non proprio. Et ſic non obſtãte prædicta, hęc appellatio eſt deſerta. Ioan. de Fran.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis renunciatæ effectum allegans, quando audiatur.*

CONSILIVM V.

AN audiatur allegãs effectum appellationis, † cui renunciauit tacitè comparendo corã iudice inferiore, licet fuerit proteſtatus, quòd non intendit recedere ab appellatione? Et dicitur quòd non, quia per renunciationem appellationis, quam facit coram inferiore iudice, excludit ſe ab intereſſe, quod dicit ſibi competere virtute ſententiæ, a qua appellauit. Ex quo enim renunciat appellationi prima ſententia remanet valida, vt patet. ex no. per Inno. in c. cum noſtris. de conceſ. preben. & eodẽ titulo, propoſuit. Nec obſtat, quòd appellatio ſuſpendat effectum ſententiæ, de iureiur. venientes. Sed dico, quòd appellatio eſt ſublata, & non obſtante proteſtatione ſe ipſum excluſit, vt nullatenus audiatur, per ca. ſolicitudinem. de appel. in fi. licet ibi gl. aliter videatur intelligere. Inno. tamen & Io. An. intelligunt, vt dixi ſupra, quòd proteſtans ſe ab appellatione non velle recedere, non debet audiri ſuper eo, quod petit corã inferiore iudice: ſecus ſi non proteſtaretur, quod apertę probat aduerſatiua, ſed ſi quæ ibi ponitur.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Officiales decem appellati de balia quando recuſandi.*

CONSILIVM VI.

AN officiales, qui appellantur decem † de balia, qui quandoque creantur in ciuitate Florentię, poſſint recuſari tãquàm ſuſpecti, maxime ex cauſa ſuperuenienti poſt electionẽ? Et dicendum eſt quòd ſic: nam recuſatur ordinarius, delegatus, ſubdelegatus, & quaſi delegatus, conſultor, aſſeſſor, ſimplex auditor, vt plene no. Specu. ti. de recuſa. §. recuſari poteſt. Solus autem merus executor non recuſatur, quia nullum prẹiudicium infert, vt d.

§. in

§.in fi. Cum igitur dicti decem ſint auditores litium, ac etiam deciſores, ſatis certum eſt, quòd recuſari poſſunt. Recuſatur enim arbiter, licet de communi concordia ſit electus. l.non diſtinguemus.§.cum quidam. de arbit. Et in arbitratore habemus expreſſum per auctoritatem Spe. dicentis, auditorem ſimplicem recuſari, per c. ſuper quæſtionum.§.2.& 3.de offi.dele. Item arbitrator a principio ante electionem recuſatur ſuſpectus: quod patet, quia debet eligi de partium voluntate: tex.eſt in l.hac edictali.§.is illud.C.de ſecun.nup. ergo eadem ratione ex poſtfacto ex cauſa de nouo ſuperueniẽti: ex regula generali, ſi aliqua de nouo emergunt, auxilio indigent, vt in §. ex cauſa. Hi autem 10. nedum ſimplicem auditionem, ſed cognitionem, & deciſionem habent, ergo non eſt dubitãdum. Nec ob. ſi dicatur, quòd Spe. tenet oppoſitum in auditore electo de partium voluntate: quia illud ſic debet intelligi, niſi poſt electionem cauſa ſuſpitionis emergat de nouo, ff.de proc. item ſi ſuſpectus. per quam l.concludo eſſe mandatum propter ſuſpitionem reuocari: facit ff. de ſo.l.cum quis. nullus enim contradicere poteſt, quòd compromiſſum mandatum non ſit, & ideo poſt ſuſceptionem non recuſatur, ff.de arb.l.3. ſic recuſatur teſtis, tutor & curator: nam poteſtate fruentes debent omni ſuſpitione carere, ff.de ſuſpec.tuto. per totum.

Fran. de Rampo.

SVMMARIVM.

1 Amicitia iudicis cum altera parte an ſit cauſa ipſum recuſandi.

CONSILIVM VII.

1 AN amicitia iudicis exiſtentis cum altero ex litigantibus, det legitimam cauſam alteri parti recuſandi iudicem? Et dicendum eſt, quòd ſi eſt intima amicitia iunctus, quod recuſari poteſt, vel ſaltem negari non poteſt, quin alteri parti ſit ſuſpectus, & hoc ſufficit, 3.q.5. quia ſuſpecti. C.de iud. apertiſſimi. de exce. cum inter. de app. ſecũdo requiris. Vnde dicit lex, quòd accuſans non cogitur ſuſcipere legationem ad accuſatum, quia eius præſumitur inimicus, ff.de legi.l.4.§.primo, vnde & in iure C. exhæredabat filius matrem, C.de inoffi.teſta. liberi. Sicut enim propter odium, ſic propter amicitiam humanum ſolet peruerti iudicium, 11.q.3. quatuor. Item prædicta cauſa eſt ſufficiens ad repellendum accuſatorem ab excuſatione, de acc. repellantur, & ca. cũ oporteat. 3.q.5. de accuſatoribus: ergo per conſequens ſufficiens eſſet ad repellendum teſtes a teſtimonio: ita arguitur 3.q.1.c.1. fortius ad recuſandum iudicem propter ſuſpitionem ſaltem præſumptam, cum facilius repellatur iudex a iudicando, quàm teſtis a teſtificando, vt no. de of. deleg. inſinuante. 3.q.5. ca.1. nam ut ibi not. modica cauſa repellit iudicem: quod ideo eſt, vt lites ſine omni ſuſpitione procedant, vt in iuribus primo allegatis. Et hoc eſt indubitatũ de magna, & lata amicitia, ut bene probatur, ff.de verb.ſig. late.§.amicos.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 Appellatio quo caſu teneat.

CONSILIVM VIII.

1 ANtiani Bononienſes commiſerunt † cauſam vicario poteſtatis Bononiæ, de qua iure ordinario cognoſcere nõ poterat, qui cognito de cauſa, pronunciauit: a qua ſententia appellatur per reum ſub iſta forma: A ſententia diffinitiua contra me lata per vicarium domini poteſtatis appello, nec exprimit, quòd tanquàm a delegato: quæritur, an appellatio teneat? Et ad quem fuerit appellandum? Ad primum dicitur, quòd appellatio non tenet, quia non apparet aliqua ſententia per vicarium d. poteſtatis lata, vt l. ex conſenſu. & l.1.ff.de ap. Nec obſt. ſi reus dicat, quòd appellauit a ſententia lata per vicarium: quia vicarius tanquàm vicarius habet ordinarium. Et iſta ſententia, de qua reus facit mentionem, non apparet, quia in hac cauſa vicarius habebat delegatum: & alia eſt iuriſdictio delegata, alia ordinaria: nec una infert aliam, vt l. tutorem. ff. de his quib. vt indi. & l.ſi pater ff.de ado. & ideo ipſe potuit appellare a ſententia delegati, & noluit, ergo imputandum ſibi, quia quod potuit noluit &c. ut l.quod ſponſæ. C.de do. ante nup. l.multum intereſt. C.ſi quis alteri, vel ſibi. Vnde euidenter oſtenditur, appellationem non eſſe interpoſitam a ſententia iudicis delegati, ſed a ſententia uicarii, quæ ſententia non apparet: & iſta ſunt ſeparata, & diſtincta; ergo de vno ad reliquum non infertur, vt l.naturale.§.nihil.ff.de acquir.poſ. & l.ſi maritus. C. de do. inter vi.& vx. ¶ Ad ſecundum dicendum eſt, quòd debebat appellari ad dominos antianos, quia de delegato ad delegantem debet appellari, vt l. Papinianus. C.de appel, l.ſi ab arbitrio. ff. qui ſa.cog. & l.prima, quis & a quo app.

Fran. de Ramponibus.

SVMMARIVM.

1 Iudex in cauſa appellationis, an inſtantiam appellationis deſertã pronunciare poſſit.

CONSILIVM IX.

1 AN iudex, cui delegata eſt cauſa † appellationis, poſſit pronunciare inſtantiam appellationis fore deſertam, & partem condemnare in expenſis? Et uidetur iſtud dubium terminatum per dicta doc. in l.ſcire oportet.§.conſequẽs. de excuſa.tu. & in l.properandum.§.primo, in illa materia, an iudicis factum tenuerit poſt terminum. Concludunt ad propoſitum noſtrum: aut ſtatuitur terminus iudici, aut actioni. Si iudici, aut iudici & iuriſdictioni: & quod fit finito tempore non valet, l. ſecunda.§. ſi. & iudex. ff. de iud. l.non diſtinguemus.§. ſecundo. ff. de arbi. & l.cum non eo. C. quando prouo. non eſt neceſſe. & in c. de cauſis. de of. dele. & quod no. in c. in literis, eodem ti. Aut iudici tantum: & factum tenet, licet iudicem pœnaliter afficiat, l.fin. C.de ædi. priua. & l.prima. ad fi. C. vt omnes tam ciuiles, quàm criminales. Aut actioni, & tunc ſi ſubſtantiæ actionis, finito tẽpore finitur actio, l.fina. C.de dolo. l.ſecunda.§ fi.ff.ne de ſtatu deſun. Aut ſolum inſtantiæ: & tunc dicunt doctores quòd finito tempore finitur inſtantia. Iudex tamẽ de nouo cognoſcere potuit, l.properandum circa fin. C.de iudi. facit §.illud quoque. in Auth. de here. & fal. & quod ibi no. & auth. ſed cum teſtator. in fin. C. ad le. fal. quod vltimum videtur verum de inſtantia cauſæ principalis, ſed de inſtantia cauſæ appellationis videtur ſecus, vt videlicet ea finita, iudex non poſſit vlterius procedere, vel vlterius pronunciare: per lapſum enim fatalium prima ſententia firmatur animo etiã quantum ad effectum executionis, l.contra maiorem, & l.quoniam nonnulli. C.de appel. & quod not. in ca. perſona, eodem titu. quod tamen intelligit, & limitat Bar. quòd non poſſit iudex pronunciare poſt lapſum fatalium ſuper matrimonio, ſed bene ſuper deſertione inſtantiæ per l.ſi præſes. C. quomodo & quando iudex. Verum quia loquitur in ordinario, non ſatisfacit propoſito noſtri puncti: ideo videtur ſolum diſcutiẽdum attenta doctrina diſtinctionis ſupra poſitæ, an tẽpus

pus fatalium concernat iuriſdictionem iudicis.an partium:an vero alterum tantum: & an ſolam inſtantiā, an etiam actionis ſubſtantiam? Et videtur, ꝙ actionis,ſeu iuris ſolum appellantis ſubſtantiam concernat,vt d.l.ſi contra.& c.ex ratione.de ap.Extinguitur enim per curſum fatalium omnino ius appellãtis prima remanente firma ſententia, vt ibi Gre. reſpicit ſolam ſubſtantiam iuris appellantis:& ſic videtur,quòd finito tempore tali ſeu lapſo iudex vlterius quid non poſſet,ar.l.quoties §.ſi temporali.ff.de admi.tuto cum ſi.Aduertendum tamen eſt, quia iſta bene concluderent,quòd iudex non poſſet pronunciare ſuper meritis,ſed bene ſuper deſertione: & iſta eſt veritas. Et ita intelligit Bar.gl.l. eos.in prin.C.de ap.Sed quia (vt dixi)illa limitatio habet reſpectum ad ordinarium non delegatum:ideo iſtis omiſſis pro ſublimiori concluſione veritatis aduertendum ad duo principaliter. Et primò an terminus iuris ſine dilatione legali prefixus ad cauſam limitet iuriſdictionem iudicis delegati, ſicut & terminus datus ab homine? Secundo,an pronũciatio deſertionis veniat officio nobili, an mercenario? Et circa primum certe videtur de iure dicendum, quòd ſic,& per hoc tex.in l.ſi iudex.in ſi.ff.de iud.ſecũdum vnam lec.prout loquitur in delegato, cõiuncta l.eum nemo eo.die.C.quando prouoc.non eſt neceſ. coniuncto c.de cauſis.de offi.deleg.& quod no.in c. in literis.eodem ti.preterea hoc probat aperte gl. in l. 2.§.ſi & iudex.ff de iud prout glo.illa refertur ad textũ: probatur etiam ratione, ſi delegatus expreſſe confirmaſſet ſententiam intra tempora,etiam ſi ſua confirmatio eſſet nulla,functus eſſet ſuo officio, & eius iuriſdictio expiraret,l.ſi ut proponis.C.quomodo & quã iudex.de re iud.cum ſi. ergo multo magis vbi confirmatio legalis valida ſuccedit primæ ſententiæ per deſertionem appellationis, cum amodo non reſtet delegato quid faciet,ut in gl.l. eos. C. de appel. Conclude ergo,quòd lapſus termini legalis eneruat iuriſdictionem delegati,ſicut terminus hominis. Sed reſtat videre,an pronunciatio deſertionis veniat officio mercenario, vel nobili? Et certe videtur, quòd nobili, quoniam ad ipſum nulla actio intentatur,iuxta no.in l.4. C.depoſi.& c.ſi.de offi.iud.iſtis viſis clara videtur deciſio dubij præſentis:nam cum iuriſdictio delegati ſit extincta in caſu noſtro per lapſum fatalium,& ſic nec duret nobile officium,nec mercenarium. Aut ſaltem nobile,quòd exigitur in pronunciatione deſertionis: ergo concludendum de iure videtur in puncto,quòd delegatus ad cauſam appellationis non poſſit pronũciare inſtantiam eſſe deſertam: Nec ob.quòd iſta ſentẽtia non reſpiciat merita cauſæ,ſed ſit ſimpliciter declaratoria lapſus temporis: quia iſta non videtur veritas, prout no.ſentit gl.in l.ſi præſes.C.quomodo, & quando iudex, quæ vult directo, quòd pronunciando appellationem deſertam hoc ipſo confirmet primam ſententiam,& ſic pronunciet ſaltem tacite ſuper confirmationem primæ ſententiæ. Præterea fatendo, ꝙ eſſet ſimpliciter declaratoria.probo inconuincibiliter quòd hanc non poſſit facere delegatus attenta theorica Bar.in l.ab executore.ff de app. ¶Conſtat enim,ꝙ ſi delegatus etiam reſeruet ſibi taxationem expẽſarũ, in quibus partem condemnauit, non poteſt ipſe taxare,ſed ſolum eius ſuperior delegans: hoc tenet Bar.expreſſe in d.l.ab executore.Et tamen taxatio expenſarum eſt merè declaratio:ergo ſic in caſu propoſito,vt non poſſit pronunciare etiam declaratorie, cum eius iuriſdictio ſit finita. Nec obſtat, ꝙ commiſſa cã eius executio etiam videatur delegata: ergo multo fortius pronunciatio deſertionis: quia in caſu noſtro non intelligitur mandata executio,immo delegans ex curſu fatalium eſſet ille, qui ſuam ſententiam exequitur,l. fi. C.de epiſ.au. Nec obſtat, quòd tanquam acceſſorium videatur dicta pronunciatio eſſe mandata,vt in c.præterea.de offi.delega.cum ſi.quia non eſt acceſſorium, quod non venit proprie ex ſignificato vocabuli.Non enim eſt cauſa appellationis, ex quo eſt deſerta, vt dictis l.ſi contra.& l.quoniam nonnulli C. de ap. quinimo nec ex natura rei: cum enim ſit finitum officium delegati adeo quòd in nihilo durat, ideo hoc in delegato non venit ex natura rei. Fran.de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Annus ſecundus appellationi proſequendæ datus, an ipſo iure in primo impedito conferatur.*

CONSILIVM X.

1 AN ſecundus annus, qui datur appellationi proſequendæ,detur ipſo iure impedito in primo? Et dicitur quòd ſic: probatur aperte in Auth.de his qui ingre.ad appell.poſt principium.colla.6.quod etiam ibi tenet gl.ſuper ver.adijcientes: quæ dicit ſupra nos, quod eſt dicere, quòd lex dat ſecũdum annum ſine miniſterio hominis. Ad idẽ C.de temp.ap.auth.ei qui. vbi idem dicit gl.ſ.quòd nõ eſt opus reſtitutione.Idem probatur 2.q.6.§. tempus; vbi ſequitur prędicta auth. Ad idem de appel cum ſit. & c.oblatæ.facit eo.ti.ſignificante.cum ſimi.quinimo de vlteriori tempore vltra biennium eſt quæſtio maxima,per id quod habetur in Authẽ. de appel. §.j. col.8. ibi,etiam ſi decies millies &c.& in c.ex ratione. de appel.vbi etiam gl.in fi.videtur innuere,quòd appellans impeditus etiam vltra biennium ſeruatur ipſo iure illęſus:ſed quicquid ſit de ſecundo anno tenent omnes doc.& probant iura prędicta,vt ipſo iure ſeruetur ille illęſus.Concor.Inno.Hoſt.& Io.And.in d.ca.ex ratione.Et per prędicta patet,quòd non eſt neceſſe reſtitutionem peti. Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Fatale ſecundum pro quanti temporis impedimento tribuendum.*

CONSILIVM XI.

1 PRO quanti temporis impedimento defertur ſecundum fatale. Dico, ꝙ appellans impeditur in principio primi anni, cum vult inchoare, indubitatum ꝙ datur ſecundũ fatale, ex quo poſt impedimentum proceſſit, vt probatur in Authẽ. de his qui ingrediuntur ad appel.poſt prin. Et hoc innuit Inn.in c.ex ratione.de app.vbi dicit,quòd ſi tantũ per vnum diem, ex quo incipit proſequi appellationem,fuit impeditus appellans, quominus intra annũ, & cætera, datur ſecundus annus ipſo iure totus: prædixerat autem, quòd ſufficit appellanti incipere proſeq. litem appellationis tali tempore, quòd ſi nullum inopinatum impedimentum interueniret ante finẽ anni,ſententiam petere poſſet: ergo ſequitur manifeſte, quòd impedimentum, quod eſt in principio proſecutionis debito tempore inchoatæ, fortius ſi non ſtetit per appellantem,quominus inchoet, eſt iuſta cã conceſſionis biennij. Idem ſi calumnioſæ exceptiones, & friuola per aduerſam partem interpoſitam pars appellans fuiſſet impedita, vt no.Inno.Hoſt.& Io.And.in d. c. ex ratione.

Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio die non expreſſa, cenſetur friuola.*

CON-

CONSILIVM XII.

1 APpellatio, in qua non exprimitur † dies, eſt friuola manifeſte, quia in appellatione etiã extraiuditiali debet exprimi dies, vt patet de app. concertationi.lib.6.& in clem.ſicut appellationem.eodem titu.

Gaſ.de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Appellans in cauſa appellationis nullitatem quando proſequetur.*

CONSILIVM XIII.

1 AN appellans poſſit in appellationis † cauſa proſequi nullitatem. Et videtur quòd non, quia appellans dicit ſententiam aliquam, licèt iniuſtam, de re iu. repellendus, de app. ſolicitudinem 8 di, quo iure. Et hoc videtur placere Inno.de app.dilecto.ſecundum Hoſtien.& Ioan.And. ibi contra. Nec obſt.quod allegans nullitatem ſit ſibi contrarius:quia quo ad effectum non ſunt cõtraria. Item proponitur per modum defenſionis, quòd non prohibetur, vt no.in regula, nullus pluribus. de reg.iu. lib.6. Attamen hæc eſſent ſuperflua, ſi appellatio interponitur ſecundum practicam hodiernam, videlicet dico nullam.& ſi qua eſt appello. Item præmiſſa fortius procederẽt in appellato, qui nihil dicit, poteſt petere confirmationem ſententiæ:de confir.vti.vel inutili.bonæ.quia per appellationem totum negocium eſt ad ſuperiorem deuolutum, vt not. Innocent. in dicto cap.dilecto.

Gaſ.de Cal.

De vita & honeſtate clericorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Clerico vel in ſacris conſtituto mendicitas tollerat.*
2 *Vxoratum ſine auaricia decet theſaurizare.*

CONSILIVM I.

1 AN liceat clerico in ſacris, vel ſacerdotio conſtituto oſtiatim mendicare? Et videtur quòd non, vt ſcribitur 93.di.diaconi. Mendicat infelix in plateis clericus, & non ſeruili opere mancipatus publicam a quolibet poſcit eleemoſynã, qui ex eo magis deſpicitur a cunctis, quo miſer ac deſolatus iuſte putatur ad hanc ignorantiam deueniſſe. Per quæ verba apparet, quòd non approbatur clericum oſtiatim mendicare. ¶ Secundo probatur per text.de renun.ad ſupplicationem:vbi patet, quòd non patitur Archiepiſcopum mendicare, quia hoc eſſet vituperium miniſterij epiſcopalis:ad hoc gl.in c.tuis.de præben.in fi.gloſſ.i. ¶ Tertio probatur per canones antiquos, 70.di.neminem.& c.ſequenti: in prin. vbi expreſſe præcipitur, ne aliquis clericus etiam in minoribus poſſit ordinari ſine aliquo beneficio patrimonij, vel clericali ſufficienti: ad idem de præbend.epiſcopus, qđ non ob.aliud eſt ſtatutum, niſi vt clericus non habeat mendicare:& ita intelligitur gl.in d.c.neminem.in ſi. prime glo. Ad idem glo.in c.cum ſecundum.de præb. Vbi ſentit ſuper ver.obſequio: quòd iniuria fit Chriſto, dum clericus mendicat:& ibi tenet Hoſt.& Io.An. ¶ Quarto probatur, quia dicti canones neminem, & ſanctorum: voluerunt ordinationem clericorum factam ſine titulo eſſe irritam: & utitur verbis præceptiuis: & ſic contrauenien peccat mortaliter, 14 q.i. quod præcipitur.ergo videtur, quòd ipſe clericus volens mẽdicare,& ordinem habere, peccet mortaliter. Nec obſtat, ſi dicatur, illa c.eſſe remota per c.cum ſecundum.de præben. quia dico, quòd reuocatur ſolũ, quòd quo ad ipſos ordinatos irrita non ſit ordinatio, nec ſuſpenſi ſunt ad executionẽ ordinis ſic recepti, nõ autem eſt ſublatum peccatum permittentis ſe ordinari:quod patet, quia ibi nõ reuocatur ratio canonum antiquorum, immo magis confirmatur, dum ſtatuitur, quòd ordinantes teneantur eis prouidere. Vnde ſtat hodie etiam culpa: facit in ſimili, quod no. Io.An. ſcilicet quòd dictum non tenet, & tamẽ ratio ſua ſtat, in c.ſi propter.de reſcri.lib.6.ſuper gloſſ.quia de iure. Quinto probatur per dictum c.cum ſecundum. vbi dicitur, quod clerici debent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti: verbum, debet, ſapit præceptum regulariter, & inducit mortale contra facientibus, vt no.glo.in cle. attendentes.de ſtatu reg.ſuper ver.debeant.ergo videtur, quod ſi clericus mendicat, peccet mortaliter. ¶ Sexto probatur per iura multa nouiſſima, & hodie per iura innouata, quæ induxerunt nouam formam pro clericis pauperibus, quæ vocatur in forma pauperum: patet de præbend.ſi pauper clericus.lib.6. Et pro clericis pauperibus, quæ forma non eſt gratiæ, ſed iuſtitiæ. ¶ Septimo audiui, ſed non vidi, Bononiæ fuiſſe contra talem clericum mendicantem per epiſcopum proceſſum forte propter prædictas rationes. Nec obſt.argumenta, quæ poſſent in contrarium allegari, Chriſtus mendicauit: quod & hoc idem quo ad. modum apoſtolis præcepiſſe: quia licet verum ſit, non tamen abſtulit ſucceſſoribus Petri poteſtatem futuræ militantis eccleſiæ ſtatuendi. ¶ Multa enim facta ſunt a Chriſto, & Apoſtolis, contrarium quorum ſtatuit eccleſia, vt patet in communione poſt cęnam, in capitu. liquido.de conſe.diſt.2. Item veriſimile eſt, quòd dum Chriſtus ſanguinem ſuum in cęna conſecrauit, quòd fecerit in vitro, ar.41.di.quiſquis.in prin.de vita.& honeſta.clericorum. Deus qui.tamen eccleſia hodie hoc prohibet, de conſe.di.j. & calix. Nec ob. quòd paupertas ſit de genere permiſſorum, immo ponit in perfectiorem ſtatu, vt in cle.exiui de paradiſo.in princ.de ver. ſig.no.in c.ſtatutũ.§. inſuper ſup ver.pauperes.de reſc. li.6.quia reſponderi poteſt, quòd eſt de genere pmiſſorum tantũ laicis, non aũt clericis, ſicut dicimus de mercatione, ne cleri.vel mo.c.j. ¶ Clericus.n. hunc actum alias de gñe permiſſorũ potuit alterare, & peccatũ ſecũ habeatur. Sicut alias alterauit eccleſia ſæpe in quatuor temporibus, vt not.76.di.ieiunium. Nõ ob. ſi dicatur, quòd ſi eccleſia prohibuit, vt in primis alle. tamen cum nunc forte ceſſet cauſa, quæ ipſam mouit ad prohibẽdum, ſ.opprobrium Chriſti: imo forte eius laus augeatur: ergo ceſſare debet prohibitio, ne peccatum inducat, 7.q.j.tali.& c.exigunt. Reſpõdetur, quòd talis cauſæ ceſſatio non facit ceſſare legem ipſo iure; ſed bene inducit ſufficientem cauſam ad reuocandam illam vel diſpenſandum:& ita loquitur dictum c. tali. nam ſi non ſubeſſet talis cauſa, diſpenſatio etiam ſuperioris non ſufficeret, vt no. Inno.de renun. c. 2. niſi eſſet contra ius mere poſitiuum, vt no. in dicto c.ieiunium.petat ergo volens mendicare diſpenſationem a ſuperiori. Non ob. ſi dicatur, quòd iura prohibentia mendicare, loquuntur de volentibus mendicare: ergo alij poſſunt renunciare iſti iuri ſuo: de regu. ad apoſtolicam. Quia reſpondet, quòd non poteſt renunciari, cum non ſit introductum in fauorem ſuum, ſed totius ordinis clericalis, ergo non poteſt, de foro com. ſi diligenti. ergo non videtur eſſe licitum mendicare, ſed quærat ſibi manibus victum, 21. di. clericus victũ: vel ſiet pro capellano, & ſic ſibi quęrat victum, ar.cap. ſignifica.& quod ibi no. Lau.de pig. ¶ Ad idem pro ſolutione quęſtionis præmittendum eſt, quòd ſi quęratur de illo ſacerdote, qui alias diues erat, ſed abiecit di-

uitias vt mendicaret.& ſic voluntarie mendicante, & ideo videndum an ſit licitum abijcere diuitias, vt quis mendicet. ¶ Circa primum eſt ſciendum, quòd quãdoque quis poſſidet diuitias vt publica perſona, quę habet alijs illas miniſtrare, ſicut ſunt prǽlati vel rectores hoſpitalis, vel paterfa. & tunc non licet tali abijcere diuitias alienando, 12.q.j.futuram.& q.2.non licet.
2 de re.ecc.non ali.nulli. cum multis ſi. ¶ † Vnde & iure politico habentem vxorem decet theſaurizare, tamen ſine auaritia, dicente Apoſtolo, Debent parentes theſaurizare filiis, 2.ad Corinthios, 12.16. q.j. prædicator. de cenſi. cum apoſtolus. Si vero non eſt talis perſona publica, ſed priuata, & iſte vult abijcere diuitias, vt ſe conferat ocio, vt quia non vult habere ſolicitudinem rerum temporalium propter laborem, potius vult pati incommoda, quàm laborare: & tunc non eſt licitum abijcere diuitias, & per conſequens perſonæ tali non eſt licitum mendicare. Eſt enim talis ocioſitas ſpecies accidiæ, & per conſequens damnabilis, de con.ſe.di.5.nunquàm.de cenſi.niſi cum pridem.§.perſonæ. Similiter ſi quis abijceret diuitias propter hypocriſim, vt pannoſus incederet, veſtes enim viles non conuenientes ſtatui ſicut & excedentes ſtatũ, & per conſequens nimis ſumptuoſæ reprobatæ ſunt, 41.di.in princ.& c.delitiæ.& quaſi per totam di. Similiter ſi quis abijceret diuitias, ne haberet neceſſe dare tãquam non habens, vnde eleemoſynam, & hoſpitalitatem teneret, hoc enim eſſet damnabile, 42.diſt.in princip. Similiter ſi abijceret diuitias, & veriſimiliter non ſuſtentabitur ab alijs, nec ei ſubueniretur mendicando, ſed potius fame morietur, & adhuc tali non eſt licitum abijcere diuitias, nec etiam propter humilitatẽ mendicare, immo tanquam ſui homicida eſt damnabilis, 86.di.paſce. Et ſi homicida eſt alterius, vel præbens cauſam, homicida eſt multo magis ſuijpſius, 23.q.5.ſi non licet.de poeni.di.3.qui vult. Si autem eſt veriſimile, quòd abijciendo diuitias inueniet alios, qui mendicando ſibi ſubuenient, hoc forte aliqui diſtinguerent. Aut ſubeſt ſcandalum, aut non. Sed diſtinctio hoc caſu non placet, quia veritas bonæ vitæ propter ſcandalum dimittenda non eſt, de renuncia. niſi cum pridem.§.pro graui.& regula, qui ſcandalizanerit.de regu.iur. Dico igitur, quod ſi talis abijciens diuitias veriſimiliter inueniet nutrimentum ſibi neceſſarium, ut mendicando liberius poſſit uacare orationibus & contemplationi. Et ſic bona, quæ facturus erat diuitijs bonis operibus recompenſet: & laudabilis eſt paupertas, & talis mendicitas eſt voluntaria: & magis meretur talis, qui propter humilitatem abſtinet a delitijs, & vacat bonis operibus, & orationibus, quàm ſi retineret diuitias: & in illis cuſtodiendis cur ſollicitudine laboraret. Hoc probatur per Hiero.12.quæſtio.ſecunda, gloria epiſcopi.ibi, ignominia eſt ſacerdotibus proprijs ſtudere diuitijs, &c. & ibi, portemus crucem; & diuitias lutum putemus. Et per Ambroſium 86.diſtin.non ſatis.ver.perfecta liberalitas: qui verſus etiam probat, quòd opus uirtutis non eſt virtuoſum, & per conſequens, nec commendabile, niſi debitis circunſtantijs fiat. In dicto etiam capitulo ponitur exemplum de Heliſeo, qui vendidit boues, vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis omnibus in diſciplinam propheticam ſe daret. Et per Auguſtinum in lib. de opere monachorum.115.quæſtio.c.18.ibi, non ceſſauit Auguſtinus apoſtolus: immo ſpiritus Dei poſſidens, & implens, & augens cor eius exortari fideles, qui haberet huius mundi ſubſtantiam, vt nihil deeſſet neceſſitatibus ſeruorum Dei, qui celſioris ſanctitatis gradus tenere uoluerint in eccleſia, vt ſpei ſecularis vincula cuncta præſcinderent, in animum diuinæ iuſtitiæ libere dedicarent, & per Grego.j.q.j.cum Paulus.& c.non eſt putanda. Ad argumenta in contrariũ facile eſt reſpondere: non enim detrahitur honori ſacerdotali ex tali mendicatione, quæ fit propter Deũ. Et ſi aliqui detrahũt, illi ſunt infirmi, & ceci, quorum ſcandalum non eſt curandum. Ad ca.diaconi.dicendum eſt, quòd loquitur de eo, qui mendicat propter delictum, qui eſt infelix, vel alias facit propter ocium: ſimiliter dicendum eſt de eo, cui indicitur publica pœnitentia. Ad id quod dicitur, quòd propter mendicitatem multa periculoſa: & ſecundo dicendũ eſt, ut ſupra de illo, qui periculis veriſimiliter ſe non exponit, quibus ceſſantibus ueriſimiliter abſit; vt ea quæ propter bonum agimus, &c.23. q.5. de occidendis. Et maxime, quia habent locum talia, quando pericula non ſurgunt ex mendicitate, tãquàm ex cauſa proxima.50.di.c.hi qui. Alia argumenta probantia mendicitatem licitam probant ſolutionem datam.

Gaſ. de Cal.

De clericis non reſidentibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus abſens cum Papæ diſpenſatione, an poſſit fructus canonicatus percipere.*

2 *Canonicus per alium deſeruiens, an recipiat diſtributiones quotidianas.*

CONSILIVM I.

AN diſpenſatio facta per Papam, quòd canonicus in eius abſentia poſſit integre percipere fructus, redditus & prouentus canonicatus, & præbendæ, poſſit percipere partem menſæ groſſæ, & quotidianas diſtributiones, cum ipſe compellatur deſeruire, & deſeruiat per ſubſtitutum? Super articulo de menſa dicimus, quòd debet illam habere uigore literarum apoſtolicarum, quia in ipſis literis dicitur, ſibi quoque facientes de ipſorum canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus & iuribus, & obuentionibus uniuerſis integre reſponderi. Sed quod debebatur de ipſa menſa, eſt ideo, quia eſt de pertinentijs præben. cum non niſi canonicis, & præbendarijs præſtetur, & per illos fuerit inſtituta, ut patet in conſtitutione eccleſiæ: ergo ex uerbis, & mente literarum includitur dicta menſa. Probat hæc incluſio acceſſorij ſub principali, licet appellatio ſit diuerſa, l. quod aliud ſit acceſſoriũ a principali: bene facit 16.q.i.ſi monachus.de of.dele.præterea.cum concor. ibi poſitis in prin.gl.fi. Vnde & in petitione ueniunt acceſſoria, poſito quòd non exprimantur: probatur de cauſa poſ. cũ eccleſia. Et quod no. Inn. de ord.cog.c.2.in princ. Fortius in hoc caſu, cum ille ſit actus litigij, & ideo magis reſtringendus, de reſc. nonnulli. Et per hoc reſpondetur ad dictum ar. poſt Bonagui. in c.j. de cle. nõ reſi. lib.6. quod habet locum, quando alterum de pertinẽtijs, vel acceſſorijs exprimitur. Præterea in eccleſia, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, & aliqua communia ultra receptum ultra numerum illorum communium debet ſuam portionem habere. Ad hoc de conſti. cum M.no. Inn. de præben. dilectus. Fortius tamen uacauit locus, ita quòd ultra numerum cenſetur. Non ob. cõſtitutio, quæ in contrarium allegatur; quia per diſpẽſationem, de qua conſtat per literas apoſtolicas, impedimentum conſtitutionis eſt remotum: quod patet ex multis. Primo, quia conſtitutio facit corporalem poſſeſſionem præbendæ, & menſę æqualia, & eiuſdẽ rationis quantum ad id, de quo loquitur ipſa conſtitutio. Sed per diſpenſationem ipſam remouetur impedimentum quantum ad corporalem poſſeſſionem præbendæ: ergo idem eſt dicendum de menſa, cum ſub eadem ratione utrunque includatur, & ſub eadẽ

ratione conſtitutio præſtet impedimentum in vtro-que: ergo ſub eadem ratione per diſpenſationē quantum ad vtrunque conſtitutionis impedimentum proculdubio eſt remotum. prima q. prima, ſicut Chriſtus: de conſt. translato. de fer. non ord. miramur. C. de vlu. cap. ſi libertam. cum ſi. bene facit quod no. de conſan. & affi. non debet. in tertia glo. ad fin. Nec enim occurrit ratio, quare plus poſſit dici impedimentum conſtitutionis remotum quantum ad adipiſcendam corporalem poſſeſſionem præbendæ diſtinctæ, quàm quantum ad poſſeſſionem dictæ menſæ. Item æquiparando diſpenſationem iuris, & hominis, ſatis videtur expreſſum per huius diſpenſationis impedimentum conſtitutum de percipienda menſa fore ſublatum per cap. decetero. de cler. non reſi. facit cap. olim. de verborum ſignifi. vbi dicitur expreſſum ſecundum lecturam, de qua ibi in prin. primæ glo. & no. de cleri. non reſi. c. primo, lib. 6. in glo. fi. Sed expreſſius facit ad hoc dictum capitu. olim. de verborum ſignifica. intelligendo, quòd ibi fuit priuilegium impetratum, eo quod obſtabat ibi ſtatutum propriæ reſidentiæ, vel ordinum, vt in caſu iſto. vt ibi ſcripſi ego Ioan. And. ſuper prima gloſſa, & fortius exponendo ibi manuali, id eſt portiones, quæ dantur præſentibus de pane, & vino, ſicut ponitur in hoc caſu. Item expreſſe dicta conſtitutio excipit eos, cum quibus per ſedem apoſtolicam foret contra ipſam legitimè diſpenſatum, prout hoc ponitur fore factum, ergo &c. Et quia dicta diſpenſatio dirigitur ad præbendam, & eius iura, non poteſt ex verbis, vel eius mente inferri, quòd Papa videatur diſpenſare contra cle. vt hi qui de æta. & qualita. Non obſtat, quia diſpenſationes ſunt odioſę, nihilominus debent verba, & mens aliquid operari. Vnde hæc nulla extenſio, immo nec larga interpre-
2 tatio ſiue ipſorum verborum ſignificatio. ¶ † De ſecundo, an dictio impetrandi, debeantur quotidianæ diſtributiones pro eo, quod facit per alium deſeruire? Credimus quòd non, quia conſtat, quod quotidianæ non dantur etiam priuilegiatis ſuper reſidentia, vel præſentibus non intereſſentibus diuinis perſonaliter, de cleric. non reſid. cap. primo, libro ſexto, de præben. licet. ſed ponitur iſtum diſpenſatum non intereſſe diuinis per ſe, ſed per alium, ne præbenda diuinis officijs defraudetur. Confirmatur hoc, quia cum Papa per ſe dat priuilegium ſuper reſidentia, etiam ſi nō exprimitur, intendit quòd interim beneficium, ſiue præbenda debitis non fraudetur officijs: & probatur de cler. non reſi. capitu. penul. alias enim talis diſpenſatio in prædictionem enorme diuini cultus redundaret, & ſi non eſſet valida. Ad hoc de conſtit. ex parte. Et facit quod ſcripſi ego Ioan. And. in capitu. præalle. penul. ſuper gloſſ. ſecunda. Et optime de voto. capitu. fina. & de elec. cum ex eo. libro ſexto. Sed vt dictum eſt, talis priuilegiatus non debet habere quotidianas diſtributiones. de cler. non reſi. decętero. ergo in hoc non prodeſt ſibi, quòd per alium deſeruiat. Ad idem facit ſtylus curiæ, qui eſt attendendus, de crimine falſi, quàm graui. nam in talibus diſpenſationibus ſuper reſidentia ſemper apponitur illa clauſula, prouiſo &c. & tamen non vult talibus dari quotidi. diſtri. licet clauſula obſeruetur. Et ſi dicatur illud procedere, quia excipiuntur quotidianæ. Reſpondetur illud fieri ad maiorem expreſſionem, & dubium tollendum propter verba generalia literarum: quod etiam patet de illa clauſula, prouiſo &c. quæ tamen ſubintelligebatur, vt eſt dictum. Prędicta ponuntur in literis, quia plus timeri, &c. 23. di. quanquam. de hæreti. ſi aduerſus. Si enim verba priuilegiorum manente priuilegio meo, quod conceſſum eſt, interpretanda ſunt ſecundum ius commune, de conſue. cum dilectus. de verborum ſignificatio. dilecto. Nec expreſſio eorum, quæ inſunt aliquòd operatur, de reſcrip. capit. ſecundo, & capitu. cum adeo. ff. de leg. ſecundo, l. tertia, de præſump. cap. fina. cum ſim. Et quia (vt per prædicta patet) requiritur perſonalis intereſſentia in diuinis, ad hoc vt quis percipiat quotidianas. Vnde faciendo id per alium, non ſatisfacit iuri: ad hoc de cleri. non reſi. cap. tertio, de præben. extirpandæ. C. de caduc. tollen. l. unica. §. ne ar. de offi. deleg. capitu. fina. §. ſecundo, & ſic nō habet locum regula, qui per alium: de regul. iur. libro ſexto. Vnde licet prælatus ęquè bene poſſit per alium uiſitare, tamen cùm viſitat per alium, ipſe procurator non recipit procurationes: de offic. ord. ſi epiſcopus. libro ſexto. Per prædicta patet, quòd diſpenſatio ſe non extendit ad hunc caſum. Nec obſt. quod dictum eſt ſupra proximo articulo de acceſſorijs, quia quotidianæ non accedūt ad præbendam, niſi ſub certa forma intereſſendi, quæ forma per diſpenſationem non eſt ſublata. Item conſtitutio capituli nihil diſponit de quotidianis. Vnde diſpenſatio contra conſtitutionem ad quotidianas, de quibus nil cōtinetur in conſtitutione, non extenditur. Ioan. And. & Ioan. Cald.

CONSILIVM II.

An cleri. expulſi de ciuitate in abſentia poſſunt recipere fructus prębendę, & quotidianas diſtributiones. Vide infra ti. proxi. Conſi. 17.

De præbendis, & de conceſsione præbendarum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio beneficij a laico facta, quando ſit valida.*

CONSILIVM I.

1 AN acceptatio beneficij facta per † laicum teneat? Et dicitur quòd ſic: Nam a procuratoribus iudiciorum non repellitur, niſi is, qui eſt expreſſe prohibitus: cum huiuſmodi edictum ſit prohibitorium certarum perſonarum, ſicut de matrimonio dicitur, de ſponſa. cum apud. & pater ff. de procu. inuitus. §. primo. Sed laicus non reperitur hoc caſu expreſſe prohibitus: ergo. non ob. de iudi. decernimus, quia uerum eſt, quòd laicus ſuo nomine eccleſiaſtica negocia tractare non poteſt, vt ibi. Sed procurator bene etiam ſpiritualia, de procu. c. j. li. 6. Et generale eſt in procuratore, quem facit quis procuratorio nomine, vbi aliud non impedit, a quo ſuo nomine prohibetur, de proc. qui generaliter. li. 6. quod in multis caſibus eſt facile reperire, & ſaltem cum id, quod fit, non eſt delictum. Et per hoc reſpondetur ad ca. 45. di. ſicut non ſuo. & ad regulam, quod alicui. de reg. iur. lib. 6. quę regula etiam habet alium intellectum, vt ibi no. Item cum talis patiens videatur potius quàm agens, executor in hoc actu potius videtur agēs. Et licet acceptatio poſſit precedere collationem tanqàm pręambula, ſed illa non tribueret ius, niſi ſequatur collatio, quæ eſt principalis actus, per quē ius cōfertur. Ad hoc cle. cum ei quem. de conceſ. prēb. ver. quem etiam. ex quo agens habilis non eſt ponderanda inhabilitas patientis alterius nomine. Cum & ſine mandato quis poſſet id ſuſtinere principali habili poſtea id approbante. Mihi enim abſenti, & ignoranti poteſt conferri beneficium, puta cum alteri recipienti beneficium nomine meo fit collatio, de præben. ſi tibi abſenti. libro ſexto. Quo caſu patet, quod ille, qui recipit, nullum habet mandatum. Ad idem de præb.

accedēs, vbi dicitur per alium nec exprimit clericum vel laicum, & ſic generaliter intelligatur. Procedit etiā hoc, quia certa forma non eſt a iure tradita in huiuſmodi acceptatione. Et per hoc reſpondetur ad multa contraria. Hanc etiam concluſionem tenet Io. And. in d. cap. accedens.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Aſſignatio præbendæ ab executore procuratoris facta, quando valeat.*

CONSILIVM II.

1 AN aſſignatio præbendæ facta per executorem † procuratoris impetrantis, qui fecerat alios actus eodem contextu procuratore petente de prædictis fieri publicum inſtrumentum, valeat? Dicitur quod non, quia acceptatio requirit voluntatem ſuam, ſiue procuratorem, ſeu cōſenſum & declarationem, quia eccleſia non iudicat de occultis, 32. diſt. erubeſcat; tamen quia requiritur voluntatis declaratio. Simile dicimus, quod contritio cordis peccata dimittit, de pœnit. diſtin. 1 §. hoc idem. & pot. ca. diſtin. iuſtitia. & tamen vt dicatur quis corde contritus, debet ore confiteri peccata ſua, & non ſufficit uoluntas, niſi hanc voluntatem declaret, de pœni. diſt. 6. placuit. de pœn. omnis, ſic & in matrimonio contrahendo non ſufficit, quod aliqui velint adinuicem contrahere, niſi ſuam declarent voluntatem, & tamen ſolus conſenſus facit matrimonium, de ſpon. cum locum. & cap. tuæ. ibi no. 27. q. 2. ſufficit. Et ſi dicatur, procurator petit fieri inſtrumentum de geſtis per executorem: & ſic videtur acceptaſſe. Dico hoc non bene dictum, primo, quia non probat hoc eſſe &c. de tranſ. præla. cap. 2. nam & contradicens poteſt petere inſtrumentum fieri; ergo talis actus indifferens non debet dici inducere acceptationem. Item ponderandum, quod literarum clauſula dicit, quem per te duxeris acceptandum: per quod vere infertur actum differentiæ intercedere. Et per hoc reſpondetur ad regulam, qui tacet, quæ non vendicat ſibi locum, cum vltra conſenſum actus requiritur, & eſt neceſſaria, vt dicit Io. An. in regula, is qui tacet. de regu. iur. li. 6. in quatuor quæſtionibus ibi poſitis. Ex quibus infertur, quòd talis petitio confectionis inſtrumenti nō habet vim acceptationis.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda vacatura vni reſeruanda, & poſtea vacans alteri collata, cuius eſſe debeat.*

CONSILIVM III.

1 AN ſi legatus reſeruat † præbendam vacaturam in certa eccleſia pro vno, poſtea vacante præbenda, confert illam alteri, deinde executor primi ſibi confert, quis debet eſſe potior in præbenda? Pro deciſione huius quæſtionis præmitto, quod no. in cap. cum dilectus. de iure pat. qa ibi Hoſti. dicit, quod legatus, qui propoſuit certæ perſonæ prouidere de beneficio, bene poterit reuocare propoſitum. Ad quod facit ſecundum Dominum meum ibi, quod no. de offi. leg. præſenti. §. cæterum. in gl. 2. li. 6. & quod ibi addit in nouel. & quod no. Gul. in Spec. ti. 2. §. nunc tractemus in j. col. ibi dicit, quod hic faciunt ad quæſtionem. Pone, quod legatus reſeruauit canonicatum & præbendam in certa eccleſia conferendos Titio: poſtea in illa eccleſia vacat præbenda, quam confert Seio, non facit mentionem de reſeruatione prædicta, an valeat. Et videtur quod ſic, per dictū Hoſti. & quæ ſupra induxi: quod de plano fateor, ſi p̄dictam reſeruationem reuocauit expreſſe, vt no. in d. gl. decre. præſenti. ſed ſi contulit præbendam vacantē, quæ includebatur in literis reſeruatorijs per ipſum legatum factis pro alio, remanet dubium, & videtur, q̄ teneat collatio præbendæ vacantis, quia ſi illam gratiam pendentem poteſt reuocare expreſſe, vt dixi, ergo & tacite, cum eadem conditio ſit taciti & expreſſi, ff. ſi cer. pe. cum quid. de reſcrip. c. 2. cum ſi. Item ſi dicatur, quòd dictam reſeruationem non reuocat per dictam collationem, quia adhuc non obſtat collationi, cenſebitur pendere. Idem videtur, quòd ſi poteſt in totum reuocare, vt dixi, quod eſt plus, ergo & differre, quod eſt minus: de deci. ex parte. facit de voto: non eſt. Item per prædictam reſeruationem cum datione executoris ſibiipſi non abſtulit poteſtatem conferendi: ad hoc de præben. dudum. lib. 6. Et maxime hoc videtur tenendum, ſi contulit motu proprio, per c. ſi motu proprio. de præben. li. 6. Sed licet motus proprius excludat ſubreptionem in literis Papæ, vt ibi, & in clemen. ſi Romanus. c. ij. Hoc tamen non eſt expreſſum in literis legatorum: Et hoc videtur probari in cle. j. de offic. ordi. Fateor, quod opi in hoc ſunt diuerſæ, vt ibi no. Et prima facie ſonat in abſurdum, vel ſaltem multum eſt rigoroſum, quòd motus proprius tollat vel differat ius alterius, cum id non videatur de mente ſcribentis, de offi. dele. ex parte. el j. de offi. or. licet. de ver. ſig. dilecto. Sed quicquid diceretur, vbi legatus motu proprio vacantē præbendam contulit ſupra hoc expreſſo non facta mentione de ſua reſeruatione præcedenti, non credo tenere, quia reſeruationi, quam fecit, non videtur velle aliquod præiudicium generare: facit in ar. 23. q. 3. non enim. de pœni. di. j. quantumlibet. tamen ſi pen-
1 dente vna reſeruatione, legatus non poteſt aliam, vt in c. præſenti. de off. le. li. 6. multo minus poterit collatione facere, quia primum videt eſſe minus præiudiciale: ergo magis permiſſibile quàm ſecundum, & ta-
2 men primum eſt prohibitum, ergo & ſecūdum, quod eſt de ſe magis præiudiciale, ac a maiori arguendo de maiori ad minus negatiuè, iuxta no. de elec. cū in cunctis. Item dicta collatio præbendæ eſt ſubrepticia, ergo non valet, 35. q. 2. dicenti. cum ſi. quòd ſit ſubrepticia patet per c. cum olim. de re iudi. Ita ſcripſi ab olim, & ſolebam recitare in cap. cum dilectus. Et propterea conſulere meditatus ſum idem nunc. Et reperio Stepha. prouinci. diſputaſſe de Metropolitano, ad quē erat deuolutum beneficium, quod mandauit conferri Titio, & executor inchoauit, poſtea ipſe Metropolitanus ſcienter contulit Seio. Quis horum ſit potior? So. primum potiorem probans multis iuribus. & rationibus vt apparet in cap. præſenti. in nouella. Hoc facit pro ſolutione ſupradictæ quæſtionis, nec poteſt notari magna differentia inter has duas quæſtiones, niſi in hoc, quòd in quæſtione Stepha. mandatum primum fuit de certo beneficio, & per conſequens aliud videtur dicendum in iſta quæſtione, aliud in illa, ar. c. dudum. de præben. li. 6. Sed meo iudicio dicta differentia non ob. quia incertitudo primi beneficij impetrantis non excuſat, ſed etiam certum beneficium impetrātem, quia de literis primi debebat facere mentionem, vt in cap. ex parte. el j. de offic. dele. Et per hoc reſpondetur ad cap. dudum. quia poteſtas data legato propriè fuit generalis, licet collatio poſtea facta fuerit ſpecialis, vt ibi dicitur: ſed hoc non fuit inter reſeruationem primi & collationem factam ſecundo differentia, quæ eſt inter genus & ſpeciem, ſed ſola quæ eſt certi ad incertum, ſicut recte fuit in d. cap. ex parte. vt videtur dici in cap. j. de reſcrip. & ibi no. in nouella. Item in cap. dudum. poſt conceſſionem factam per Papam legato manſit maior, licet eadē poteſtas, pęnès

Papam,

Papam, ſed hoc poſt reſeruationem factam per lega-
tum pro primo penes legatum non remanſit maior
poteſtates, imo nec eadem. Et hoc probatur in dicto
capitulo præſenti. de offi. le. coniuncto etiam dicto
capitulo dudum. verſi. conſiderantes. & per hoc eſt re-
ſponſum ad ea, quæ per me ſunt ſupra allegata in con
trarium. Item inuenio, quòd Lapus in c. præſenti. no.
quod de iſta quæſtione ad literam conſuluit Ioann.
Andre. qui ei reſpondit potiorem eſſe primum, pro
quo reſeruatio facta erat: allegat rationem ſumptam
à capitu. præſenti, quam dudum ante noueram, vt ſu-
pra dixi. Et per hoc multum placuit id vidiſſe. Item
per hoc reſpondetur ad not. per Archidiaconum in
capitulo ſi poſtquam. de præbendis, libro ſexto. v-
bi tenet, quòd collatio facta per Papam de præben-
da vacante, ad quam ſe extendebat gratia primi im-
petrantis, de qua non fuerat facta mentio in colla-
tione prædicta, non tenet, ſi per primam impetra-
tionem fuerat affecta præbenda prædicta: aliàs vide-
tur innuere collationem tenere: ſed non poteſt di-
ci per reſeruationem factam pro primo cum datio-
ne executoris ſecuto proceſſu præbendam fuiſſe affe-
ctam, ergo ſecundum mentem Archidiaconi colla-
tio tenuit. Ad hoc eſt reſponſum ſupra, quia poſito
quòd illud eſſet verum in collatione Papæ, qui ma-
iorem & eandam poteſtatem habebat, non ſequitur
quod in collatione legati. Item non ſic libere argui-
tur a contrario ex dicto gloſſatoris, ſicut ex tex. Item
opi. per ipſum recitata, ſcilicet ꝙ collatio facta per Pa-
pam non teneat, eſt intelligenda etiam vbi pro primo
non eſſet præbenda affecta. Et plures rationes per ip-
ſum allegatæ pro hac opin. multum coadiuuant con-
cluſionẽ meam, quã etiam in Papa ſic etiam ſane in-
telligendum tenet Ioannes Andr. in capitulo ſi poſt-
quam. vbi poſt Archidia. arguit primo ex ea contra-
rio, vt primo dixi, poſtea ſubmittit, quòd ſi ſit bene-
ficium vacans, quod Papa confert vt vacans in curia,
non eſt dubium quòd tenet collatio, per capitulum 2.
de præben. eod. lib. ſed alibi vacat, & Papa vtitur ver-
bis generalibus, ſcilicet præbenda, ſi qua vacat: pro-
cedit dictum Archidiaconi. Et idem videtur, ſi Papa
vtitur verbis ſpiritualibus, ſcilicet talem præbendam
vacantem per mortem vel promotionem talis &c. vt
locus ſit ſurreptioni, niſi proprio motu mihi contu-
lerit: quæ verba apertè concludunt, quòd vbi præben-
da non erat affecta pro primo, non valet collatio fa-
cta ſecundo de illa vacante. Et quòd hũc intellectum
habuerit, patet ex his, quæ poſtea ſubdit de motu pro-
prio. Illud autem, quod inſerit de eo, quod dixit Ar-
chid. refertur ad id quod dixit collationem non tene-
re: quod etiam declarant verba ſequentia, quæ ſupra
poſui. Et ſi aduertatur in cap. cum olim. de re iud. Ar-
chidiaconatus, de quo ibi non erat effectus pro ali-
quo, imo perſona, cui eſſet conferendus, non erat ex-
preſſa. Et ſic ibi recte eſt caſus etiam in Papa, de quo
loquitur Do. & pater meus. Et ſi dicatur, quod per
pronunciationem, quam Papa fecerat, erat ius quæſi-
tum illis, qui debebant monere illos, ad quos ſpecta-
bat de Archidiaconatu ordinando concorditer, qui-
bus negligentibus ipſi ordinati exequi non differrent:
certè non apparet, quòd adhuc Papa ſcripſiſſet ſicut
pronunciauerat, nec ponderat ibi Papa, niſi pronun-
ciationem, quam fecerat Celeſtinus: Contra quam
pronunciationem poſtea contulerat diaconatum. Et
ideo illa decre. fuit poſita ſub titulo, de re iud. Sed po-
ſito, quòd fuiſſet ſcriptum aliquibus, vt pronuncia-
tum fuerat, hic eodem modo ponitur, quòd datus
fuerat executor, qui etiam fecerat proceſſum ſecun-
dum morem ſolitum: igitur ſi hoc caſu, ſcilicet etiam
quando proprio nõ eſt effecta præbenda, nõ eſſet col
latio facta ſecundo per Papam ſaltem non proprio
motu, fortius hoc eſt dicendum in collatione facta
per legatum, per ea quæ ſupra dixi. Ioan. Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Legatus quando poſſit beneficium electiuum, quod eſt dignitas, conferre.*

CONSILIVM IIII.

1 AN per iſtam formam datam legato: † Da-
mus tibi poteſtatem conferendi omnia be-
neficia eccleſiaſtica, ſi dignitatis vel perſo-
natus, aut officia exiſtãt, & curam habeant
animarum Capellanorum tutorum? Quæritur, an
prætextu dictæ gratiæ poſſit conferre beneficium ele-
ctiuum, quod eſt dignitas? Et videtur quod ſic: primo,
quia beneficia principum pleniſſimam recipiunt in-
terpretationem, 16. quæſtione 1. frater. de dona. cum
dilecti. cum ſi. Secundo propter vniuerſalem, om-
nia 19. diſtin. ſi Romanorum. cum ſimi. Item quia pon
derandum eſt, quòd dictæ literæ continent gratiam
eius, per quem eſt prouiſio facienda, vnde latam re-
cipiunt interpretationem, de præben. is cui. & capitu.
ſi cui. lib. 6. Vnde includunt præbendas eccleſiarum ca-
thedralium, quas non includerent. Item ſuper obti-
nendis beneficijs impetratę. Primum patet de pre-
ben. dudum. lib. 6. & ibi notatur. ſecundum eo. tit. & l.
quamuis. Id idem quod no. Ioan. Andr. cap. ſi. de ver.
ſig. lib. 6. loquens recte de hac materia, quòd nomen
beneficiorum iſto caſu complectitur dignitates, etiã
ſi non exprimatur, multo fortius ſi exprimatur in gra-
tia, vt hic. Ad idem facit optimè opi. quod licèt expreſ
a ſo modo prouiſionis, vel pręſentationis, nõ includat
modus electionis, de præben. cum in illis. §. 1. lib. 6.
ſi tamen, nullus modus exprimatur, via electionis in-
cluditur: quæ opi. videtur placere plus glo. in cle. 1. de
præben. quam etiam opi. ibi tenet Pau. Item dictæ li-
teræ exprimendo de dignitate, intelligi debent ad
quam quis habet per electionem aſſumi, quia com-
muniter ſic ſolent dignitates ordinari, vt no. Ioann.
And. in c. ſtatutum. de præben. li. 6. Et eſt hoc multum
1 ponderandum, cum ibi, & in c. pręcedenti loquendo
de dignitatibus, vtatur legiſlator verbo collationis,
quod tamen includit electionem ratione pręmiſſa ſe-
cundum eum, quæ ratio confirmatur etiam de iure
communi, ſ. quod dignitates ſiue pręlaturę collegiatę
ordinari debent per viam electionis, 16. q. 8. c. ſi. de ele.
c. 1. Vnde non poteſt negari, ꝙ exprimendo dignita-
tes, intelligatur principaliter & primo loco de talibus,
ſcilicet quę debent ordinari per viam electionis, vt
non ſolum intelligatur ſecundũ ꝙ communiter ordi-
nari ſolent dignitates, ſed prout de iure fieri debent.
¶ Ex quibus infertur concluſio prędicta, imo poſſet at
tentari dicere, ꝙ tales dignitates includerentur, licèt
nomen dignitatis non fuiſſet ſpecificatum propter il-
la verba, omnia eccleſiaſtica beneficia, ſicut include-
rentur iſto caſu curata, licèt nõ fuiſſent expręſſa, vt ſu-
pra dixi. ¶ Sed huiuſmodi ſpecificatio fuit facta decla-
ratiuè & cum dictione, etiam: quæ implicat, non au-
get de ſui natura, ſecundum quod habetur in cle. 1. de
pręben. ad finem, ad omne dubium tollendum: nec
prædictis ob. c. 1. deliberatione. de offi. le. li. 6. quia ibi
loquitur de iure communi, nos autem loquimur vir-
tute ſpecialis commiſſionis, quę eſt maior quo ad ſpe
ciem, quàm generalis ſimpliciter ſumpta: de offi. le. ſtu
duiſſi. Dicta fuij mei Gaſ. licentiati in iure canonico,
quibus pauca addidi. Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Impetrans beneficium curatum, offerens ſe aliud quod habet dimiſſurum, poſſeſſione ſecundi adepta, lis mouetur et tandem in tertia inſtantia renuncias liti, in primum beneficium vacet.*

CONSILIVM V.

1 AN habens beneficium curatum, † & impetrat aliud curatum, offerens ſe primum dimiſſurum, quod primo habuerit, &c. deinde adipiſcatur poſſeſſionem ſecundi, ſed ſtatim ſibi mouetur, quòd ſuper dicta eccleſia, & litigat ſuper petitorio, & poſſeſſorio: ſed proſecuti tantum poſſeſſorium bis habuit contrariam ſententiam, ſed in tertia inſtantia renũciat liti, & cauſæ: quæritur, an prima eccleſia vacet de iure? Et dicitur quòd non, quia iſte non promiſit dimittere primum, niſi poſtquam ſecundi beneficij poſſeſſionem fuerit aſſecutus: ſed iſta conditio nondum euenit: ergo. Inſtit. de verborum obligatio. §. ex conditionali. de reſcrip. ſi pro te. libro ſexto, & clem. prima, de conceſ. præbend. Item prædicta conditio concordat cum iure cõmuni, quia non vacat primum per receptionem ſecundi incompatibilis, niſi habuerit pacificam poſſeſſionem, 21. q. 2. ſi quis iam translatus. de præben. de multa. Et ſi dicatur, quod per eum ſtetit quòd non habuit pacificam, quia renunciauit liti: ergo perinde eſt, ac ſi habuiſſet: de elec. commiſſa. §. annus. li. 6. & regula, cum ſtat. de regulis iuris eo. lib. Reſpondetur, quòd immo non ſtetit, ſed litigauit, & habuit duas ſententias contra ſe, immo vna ſufficiebat, vt no. Hoſtien. de reſcrip. cum in multis. lib. ſexto, & ibi Ioan. And. de præben. ſi beneficia. lib. 6. ¶ In contrarium videtur: certum enim eſt, quòd per receptionem ſecundi incompatibilis cũ primo vacat primum, vt in capitu. de multa. de præbẽ. & in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. §. qui vero. Vnde abſque alia oblatione impetrantis, vel expreſſa voluntate Papæ vacauit primum de iure per receptionẽ ſecundi: dicitur autem recepiſſe, quando habuit collationem ſecundi, & ipſius poſſeſſionem, vel per eum ſtetit, vt ſupra dictum eſt, & patet in dicto capitu. commiſſa. §. qui vero. Sed eo ipſo, quòd apparet eum noluiſſe adipiſci, apparet eum noluiſſe, vel per eum ſtetiſſe, quia dare debebat ad hoc operam efficacem. Ad hoc C. de non num. pec. l. ſi exactione. & l. aſſeueratio. C. qui mili. non poſſunt. li. 12. ſicut probatur quis idoneus, niſi probetur contrarium, de præſumpt. dudum. de ſcrut. capit. primo. Eo ipſo probatur negligentia in conferendo, quòd non eſt facta tempore debito collatio, de ſupp. ne. præla. licet. Eo ipſo probatur negligentia, quòd non probatur fuiſſe vſum reſcriptum intra annum, vt probatur de reſcrip. plerunque. facit quod no. Innocent. de accu. ſuper his. cum ſi. Nec dicitur efficacem operam dediſſe, licet paſſus ſit poni in poſſeſſorio, & duas contra ſe ſententias reportauerit, quia illas iniuſte potuiſſet ſuſtinuiſſe, puta non ſeruata forma cap. licet. de præben. lib. 6. per hoc tamen non fuiſſet titulus vitioſus, vt in ipſo c. licet epiſcopus. & ſic tales ſententiæ ex quo non fuit deductum in iudicio ius petitorij collationi validæ, quam ſequuta fuiſſet, vel ſo qui debuiſſet poſſeſſio, non habeat obſtare, cum ſententia in petitorio aduocaſſet ad ſe poſſeſſorium, de cauſa poſſeſ. cum dilectus. nec ipſæ etiam tres ſententiæ latæ ſuper poſſeſſorio præiudicaſſent in petitorio: & ſic non habuiſſent operari defectum iuris, ſeu canonici tituli in petitorio, ad quod petitorium neceſſario ſequitur poſſeſſio, ff. depo. l. bona fides, 16. q. 3. §. poſt. & quod no. in dicto capitu. cum dilectus. non probat. n. hoc eſſe & c. de tranſ. præla. ca. ſecundo. Præterea hæc rigor, & æquitas ſuadent, de re iudica. iurgantium. Rigor, quia poſſeſſio per ſe nihil habet ad titulum beneficij tradendum, ſed inſtitutio canonica, 16. quæſtione ſeptima nullus. & c. ſi quis deinceps. de inſti. ex frequẽtibus. ergo nec ad tollendum. Ad hoc regula prima. de regulis iuris. Vnde de rigore iuris ſtatim per receptionem ſecundi incompatibilis cum primo debuiſſet vacare primum. Sed quia poteſt eſſe, quòd præter culpã ſuam non poſſet habere poſſeſſionem pacificam ſecũdi, æque mota ſunt iura præalle. quòd expectemus ad collationem primi fiendam, donec haberet poſſeſſionem pacificandi ſecundi. Ne forte contingat talem ſine beneficio remanere, & mendicet infelix clericus in plateis. Item æquitas id ſuadet propter culpam, & negligentiam illius, qui poſſet tenere ſemper duo beneficia impedita, ſi diceremus primum non poſſe conferri ſimiliter, & ſecundum in ſuſpenſo teneri, ſi collatio non tenuit, quia quandocunque voluerit poterit ſuper petitorio litem mouere, & ſi habeat canonicum titulum ipſe obtinebit, & aduocabit poſſeſſionem, vt ſupra dictum eſt. Renunciare etiam liti, & cauſæ non inducit renunciationem tituli, de quo agitur. & hoc eſt planum: renunciationes enim ſunt ſtricti iuris. & in eis non veniunt non expreſſa, ff. de pac. l. tres fratres. de priuil. quia circa. Et no. Arch. 18. q. 2. c. j. Si autem talis impetratio non valuiſſet ex quauis cauſa, & maxime præter culpam ſuam, & ſic puto non vacaſſe primum beneficium: tunc enim bene fecit, ſi ſano ductus conſilio dimittat ipſum ſecundum beneficium, ar. c. ſi beneficia. de præben. lib. 6. 1. q. 6. ſi quis libellos. & hæc probantur per no. per Io. And. in d. c. cum in multis. de reſcri. lib. 6. & plenius per D. & pa. meum in ca. cum noſtris. in vltima q. conceſ. Ex prædictis patet reſponſio ad ea, quæ alle. pro alia parte. Concludo ergo, quod prædixi.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus, cui propter debilitatem fructuum dantur bona cuiuſdam altaris poſtea impetrat aliud beneficium, tacens dicti altaris aſſignationem, an litera dicantur ſurreptitia.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi epiſcopus concedit archidiacono ſuo propter debilitatem † fructuum, vt ipſe vſque ad decennium poſſit vti ad libitum voluntatis fructibus cuiuſdam altaris vacantis in eccleſia cum omni onere, & honore debitis dicto altari ad hoc, vt melius poſſit archidiaconatui, & eccleſiæ ſeruire. Iſte poſtea impetrat vnum beneficium, & tacuit dictam aſſignationem: an literæ dicantur ſurrepititiæ. Et prima facie videtur, quòd ſic, per regulam, quòd taciturnitas alicuius, quod redderet Papam ad denegandum, vel difficilius concedendum inducit ſurreptionem, de reſcrip. in noſtra. & capitu. ad audientiam. el ſecundo, de elec. dudum. el ſecundo, de fil. presby. ad præſentia. cum ſi. ſed hæc videtur talis: ergo &c. Præterea iſte videtur habere altare quodammodo in commenda: ergo titulum habet, de elec. dudum. el ſecundo, de æta. & qualita. cum te. ergo tenebatur facere mentionem, de reſcrip. ſi proponente. & capit. poſtulaſti. de præben. ſi motu proprio. libro ſexto ¶ Et quod de commenda debeat fieri mẽtio, tenet gloſſ. de elec. nemo deinceps. libro ſexto. Ad idem quod not. Innocent. de reſcrip. poſtulaſti, vbi dicit, quòd de penſione, vel redditibus debet quis facere mentionem. Sed his non obſt. dico valere impetrationem, quia huic fuit facta aſſignatio fructuum non tituli beneficij, immo omnes in ſtipendium datos fore, quod innuunt verba confeſſionis: ¶ Primo, quia nulla fit mẽtio de collatione, ſed tantum verba cõcedimus, elargimur, ac tribuimus: arg. ad prædicta cor[illegible], quæ no. de præb. relatum. in vltima gl. coniuncto etiam quod no. 23. quæſtio. 6. §. ex his. in glo. 2. Item forte conferre non poterat, quia dicta capellania, vt dicitur

vt dicitur in litera, diu vacabat, de conceſ. præben. cap. 2. quia non dicitur diu vſque ad ſex menſes in materia iſta, vt ibi. Vnde cum vacante eccleſia vel quaſi, ſ. abſente rectore debeat de fructibus beneficij ipſi beneficio deſeruiri, de appel. perueniunt. cl. 2. cum ibi notatis, vt in dicta capellania loco rectoris ſeu capellani iſtic deſeruiret, videntur iſti fructus donati: & ſic in ſtipendium pro labore, & vt benemerito non in titulum collati. Item ſicut ex cauſa tales fructus ſibi poſſet talis epiſcopus retinere, iuxta no. vt eccle. bene. vt noſtrum. Et tamen non diceretur epiſcopus ſibi beneficium contuliſſe, de inſtitu. cap. fi. ſic etiam potuiſſet eos alteri aſſignare. Item conſtat, quòd aliud ſunt fructus beneficij, & aliud beneficium, & vnum non includit aliud propriè loquendo. Et ideo conceſſis fructibus, adhuc vacat beneficium, nec habens tales fructus dicitur habere beneficium, de præben. ſi tibi conceſſo. cum ibi notatis in gloſſ. 2. li. 6. Hoc coadiuuat, quia beneficia, quæ conferuntur, de ſui natura conferuntur perpetuò, 55. diſt. perceptæ. Sed hic collati fuerunt tales fructus vſque ad decem annos, quare ſequitur, quòd non in titulum vel beneficium eccleſiaſticum intelliguntur eſſe collati, vnde nec verba nec mens concedentis intendebant aliquem titulum dare, ad quam etiam mentem recurritur, de præben. dilecto. Item cum nulla ſpiritualitate hi fructus ſunt collati, ergo nullum beneficium eccleſiaſticum poteſt dici. Sed ſicut dantur magiſtro in theologia fructus præbendæ, licet non ſit canonicus, de magiſtris, quia nonnullis. Et tamen nullus diceret, quòd de talibus deberet fieri mentio, ſicut nec de ſcudo, vel ſimilibus, quæ habētur in eccleſia, vt no. Do. & pater meus in cap. in noſtra de reſcrip. ſuper ver. beneficium: in 6. queſtio. & facit quod ibi no. j. queſtio. tertia, quod dicatur beneficium eccleſiaſticum: probantur prædicta per no. per doc. de reſcrip. poſtulaſti. de præben. quamuis. cl. j. li. 6. An de preſtimonijs debeat fieri mentio. Et veritas eſt, quod ſi præſtimonia dantur in titulo, vel aliquo ſpirituali annexo, quòd debeat fieri mentio, alias ſi in ſtipendium, non, imo etiam ſecundum doc. de titulo patrimonij, ad quem quis eſt ordinatus in literis gratiæ, vt habet conſuetudo, non tenetur facere mentionem. vt no. Domi. & pater meus in cap. in noſtra. præall. in 6. queſtio. ¶ Per prędicta eſt reſponſum ad primam rationem negatiuæ, quòd non eſt tacitū aliquod inducens ad denegandum vel difficilius concedendum: quia hoc debere exprimi non eſt cautum in iure. Vnde attento hoc, quòd non eſt neceſſe exprimere, niſi illa de quibus cautum eſt in iure: Et hoc voluit tacite Do. & pa. M. in d. c. in noſtra. j. queſti. 4. & gl. in clemen. 1. de prębend. Sic in propoſito dicam nō debere fieri mentionem de iſto. ¶ Ad prędicta, quod no. Io. An. de expreſſione nobilitatis vel adulterij in diſpēſationibus in cap. fi. de fi. presby. ſuper glo. dicam talē taciturnitatem non nocere. Ad ſecūdum dico, quòd iſte non habebat capellam in commenda, quia hoc nō eſt expreſſum in conceſſione, imo ſolum de fructib. Item conceſſio commendę eccleſiæ non curatæ eſt perpetua, niſi reuocetur ex cauſa, vel niſi ſit certo tempore limitata, vt not. in dicto cap. nemo deinceps. Sed iſta conceſſio fuit facta tantum ad decem annos: ergo nec curo, an tenuerit hæc conceſſio an non, vel an potuerit reuocari ante 10. annos vel non, quia quocunque caſu ex prædictis ſic patet, quòd de dicta conceſſione non tenetur facere mentionem. Ad id quod not. Inno. in cap. poſtulaſti. reſpondeo, quod loquitur, quando præſtimonia, vel redditus fuerunt aſſignati in beneficium, vel loco beneficij ſucceſſerunt: & ſic ne in fraudem eccleſię grauarentur, debet de illis fieri mentio, ut in capitu. ad audientiam, quod ipſe allegat. prædicta concluſio magis procederet, ſi verum eſſet, quòd impetrans deſtiterat ante impetrationem ab adminiſtratione dictę capellanię: & tunc planum, quòd de eo, quod non habeat, non tenebatur facere mentionem, 22. queſtione ſecunda, quod no. cum ſimilibus.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus extra diœceſim exiſtens, beneficium contulit, cuius vicarius in diœceſi idem alteri conceſſit, quis præferendus.*

CONSILIVM VII.

EPiſcopus ultra ſuam diœceſim contulit † beneficium Titio pręſenti, & acceptanti: vicarius eius in diœceſi habens ſpeciale mandatum contulit eadem die Seio pręſenti, & acceptanti: nēc cōſtat, quis eorum pręceſſerit. Seius ante adeptam poſſeſſionem renunciauit iuri ſibi quęſito: quare vicarius contulit Męuio abſenti, qui etiā ignorans per interpoſitam perſonam fuit in poſſeſſionem inductus: deinde Titius fuit inductus in poſſeſſionem; deinde Męuius veniens ad partes, & hoc ſciens ſpoliauit illum Titium de facto. Modo quęritur, quis horum habeat ius in beneficio? Dico, Titiū potiorem: quia collato beneficio duobus a diuerſis imparem poteſtatem habentibus, cęteris paribus pręfertur collatio facta a maiori: de pręben. ſi a ſede. li. 6. facit quod no. Io. mo. de reſcrip. duobus. libro 6. facit de ma. & obe. per tuas. ſed maior eſt epiſcopus quàm vicarius, de præben. dudū. verſi. nos igitur lib. 6. ergo & hoc fortius procedit, quia dicitur Seium nō habuiſſe poſſeſſionem, quam ſi habuiſſet, maius fuiſſet dubiū, arg. dicti cap. ſi a ſede. Item epiſcopus poteſt auferre poteſtatem datam vicario in parte & in totum. Sed conferendo beneficium videtur ſibi tantum quo ad poteſtatem adimere conferendi, ſicut dicimus in domino tractante cauſam, in qua dederat procuratorem, de procurato. ſi quem. libro 6. Item procurator inuitus non poteſt reuocari poſt litem conteſta. de procurato. ſi quem libro 6. cum ibi no. vicarius ſic, vt no. Ioan. And. in cap. fina. de offic. vica. Si ergo facilius reuocatur poteſtas vicarij quàm procuratoris, & per exercitium actus, quem facit dominus, reuocatur poteſtas procuratoris, fortius illa vicarij. Item ille, qui delegauit cauſam, cognoſcendo de illa videtur reuocare delegationem: no. Ioan. And. de appella. intimaſti. & Archi. de offic. deleg. quamuis. libro ſexto, ergo conferendo videtur reuocaſſe dictam poteſtatem. Et ad prædicta facit quod dicimus, quòd Papa de cauſa cognoſcendo vel beneficium conferendo, videtur alijs poteſtatem ademiſſe; vt eccle. bene. cap. primo, & no. de app. vt noſtrum. vt lite pen. eccleſia. cl. 2. & no. de conſti. cum M. ex prædictis infertur, quòd ſi non tenuit prima collatio facta per vicarium, multominus ſecunda, tum quia de non vacante, tum quia facta de vacante per renunciationem Seij. Et ſic expreſſo modo, quo non vacabat, de reſcrip. ſuſceptum. lib. 6. Item dato, quòd collatio vicarij tenuerit, vel ſaltem fuerit dubium an tenuerit, tamen collatio facta per epiſcopum eſt potior. Nam collatio epiſcopi facta Titio pręſente ſtatim habuit effectum, quia non pendebat in aliquam conditionem vel actum ſuſpenſum: ſed illa vicarij erat ſuſpenſa, ſi ille conſenſerit, quia facta abſenti, de pręben. ſi tibi abſenti. lib. 6. ergo facta per ordinarium præferenda: conſequentia tenet per c. ſi pro te. de reſcrip.

lib.6.& in cle.1.de conce. præben. Præterea non poteſt negari, quin ſit prior in tempore, quam ille abſens, cui facta eſt collatio per vicarium, ergo præferendus, de reſcrip. ſibi qui. lib.6. & regula, qui prior; de reg. iur. eo. li. Præterea de hoc puto caſum in d. c. ſi a ſede. cum enim iſte Titius habuit poſſeſſionem prius, quam Mæuius vel Seius, ergo præferendus propter commodum poſſeſſionis, quam habuit, vt d.c. ſi a ſede. Et ſi dicatur. Mæuius poſſidet: dico, quòd illa poſſeſſio fuit clandeſtina ſiue violenta, quæ non eſt legitima, quia poſſeſſore non vocato adepta, & ſic vitioſa: de præben. licèt epiſcopus lib.6. imo ſi eſt verum, quod præſupponitur in themate, perdidit ius, ſi quod habeat, per c. cum qui. de præben. lib.6.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ante vacationem vni reſeruatum, & poſt alteri collatum fuit, vter potior exiſtat.*

CONSILIVM VIII.

1 LEGATVS vigore gratiæ apoſtolicæ † poteſt reſeruare 1. 2. beneficia, & autoritate legationis reſeruauit beneficium pro A. quo vacante contulit B. virtute ſpiritualis poteſtatis apoſtolicæ. Deinde A. per ſuum executorem fecit ſibi conferri. Quæritur, quis ſit potior? Credo, quòd ſi collatio facta extitit per legatum autoritate apoſtolica ipſi B. & hoc appareat in ipſa collatione; quod illa præualeat non ob. expectatione alterius autoritate legationis & collatione executoris poſtea ſubſecuta. Et de hac concluſione videtur caſus in capitulo ſi qui primo & ſecundo reſponſo ſimul iunctis, de præbendis, libro vj. Si enim ſola receptio in præbenda poſt vacantem talem, præfert primo acceptantem & expectantem autoritate legati, multo fortius collatio. Non obſt. quod poſſet apponi de ſtylo curiæ, qui habet, quòd fiat mentio de literis expectantium etiam autoritate legatorum, quod ſuperfluè fieret, ſi illæ literæ non obſtarent poſtea impetranti. per notata per Dom. & P. Ma. in capitulo mandatum, de reſcriptis. Quia dico, quod illa ponitur ex ſuperabundanti, vbi datis eſſet executor ad prouiſionem ſaltem præſentatione facta: de conceſ. præbendæ ſi cap. li.6. vel vbi Papa committet canonicatum, de præben. ſi poſtquam lib.6. facit quod not. de reſcrip. literis in fin. ſecundæ gl. Ep. ſatis ſcripſi de reſcrip. mandatum. in prima obiectione: Nec ob. quòd ambo iſta proceſſerint ab eadem perſona &c. quia dico, quod A. expectabat autoritate legationis, & B. fuit facta collatio virtute poteſtatis apoſtolicæ, quod eſſe potuit. vt dicto capitulo ſi qui. 2. reſponſo: & facit eod. titu. ſi apoſtolicæ. Vnde hæc diuerſitas tollitur & repræſentat diuerſitatem perſonarum. Cum autem aliquis facit facere poteſt duo compatibilia vnum tanquam ipſe, aliud tanquam alius. identitas perſonæ in altero non inducit vitium vel errorem, 3. quæſtione 7. §. tria. verſ. ſi contra patrem. 16. quæſtione 1. ſuperiori. 23 quæſtione 4. ſi eccleſia. & cap. duo iſta. de cle. cum terra. cum ſimi. Et diuerſa iura concurrentia in eadem perſona cenſentur diuerſo iure, ſicut cêſerentur ſi côcurrerent in diuerſis, 7. quæſtione. 1. in ſcripturis. de pœni. diſtion. 3. adhuc inſtant. de ſeſta. officij. & cap. requiſiti.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio beneficij generaliter reſeruati ab habente literas cum clauſula, quòd duxerit acceptandum, quando valeat.*

CONSILIVM IX.

1 AN valeat acceptatio † beneficij generaliter reſeruati facta per habentem literas cum clauſula, quòd duxerit acceptandum? Et dicitur, quòd non. ex quo in literis nô ſit mentio de reſeruatione: quia licèt reſeruatio videatur generalis eo reſpectu, quoad plures eccleſias ſe extendit, tamen ſi Papa voluiſſet beneficium reſeruatum includi in literis conceſſis impetranti, hoc expreſſiſſet, vt habet ſtylus curiæ, etiam quando ſpecialiter de aliquibus reſeruatis prouidet vel prouideri mâdat, qui ſtylus eſt attendendus, de crimine falſi. §. graui. Itê literę bñficiales nô includũt bñficiũ, cuius qualitas vel cõditio eſt exprimêda, vel quę ſolet exprimi ſpiritualiter: ad hoc de prębê. cum in illis. & c. cum de non. li.6. & cle.1. eo. tit. Item licèt prædicta reſeruatio ſit præter vel contra ius, tamen Papa non intendit illi per literas derogare, niſi hoc exprimat: facit de reſcrip. conſtitutionis. de cle. non reſi. c. penul. de conſti. c. 1. li.6. quaſi habeat inſtar priuilegij. Item licèt reſeruatio ſit generalis, tamê omnia ſub generalitate contenta ſimul & vniuerſaliter continet. Vnde licèt literæ poſtea impetratæ dicantur ſpeciales, tamen illi nô derogant illis: ad hoc de reſcrip. cum ordinem. de præſcri. veniens. vt bene no. gl. fi. & Compo. de reſcrip. c. 1. Et maxime procedunt prędicta in literis gratiæ: facit quod no. Inno. d. c. cum ordinem. Item in literis beneficialibus nil debet taceri, quòd poſſet mouere Papam ad denegandum, vel ad non de facili concedendum. vel quod ſi dictum fuiſſet in literis, non fuiſſet conceſſum: ad hoc de reſcrip. poſtulaſti. & c. ſi proponente. de præben. ſi motu proprio. lib.6. Item literæ iſtius ad beneficia ſunt generales, cum dicant de beneficio, quod duxerit acceptandum, & ſic nô includunt vnum determinatũ, ſed omnia, quæ poterunt includi ſub acceptatione, licèt non poſſit conſequi niſi vnum, argu. de reſcrip. c. j. & ſic non habet locum illa regula, generi per ſpeciem: de reg. iur. lib.6. Item conſtat, quòd plus aſtringit reſeruatio hominis, quàm iuris communis, vt in vſibus vulgaribus: ſed iuris reſeruatio puta de beneficiis vacantibus in curia impedit quoſcunque collatores & executores datos per Papam habenti literas generales vel ſpeciales, niſi ſpecialis & expreſſa mentio in literis ſit facta de beneficio ſic vacâte in curia, vt eſt expreſſum in c. 2. de præb. li. 6. ergo multo fortius hoc operatur reſeruatio hominis. Item nô dubium, quod ſi contingat eccleſiam in reſeruatione comprehenſam reſeruatione durante vacare, quod intelligitur vacare in curia: quare &c. Vnde hęc quæſtio clare determinatur per dictum capitulũ. 2. de præbendis. & per cap. fin. de conſue. lib.6. §. 2. & bene facit quod ibi no. Archid.

Gaſpar de Calderinis.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio beneficiorum quanto tempore ſtare dicatur.*

CONSILIVM X.

1 AN reſeruatio beneficiorum intelligatur † ſemper ſtare, ſi beneficium pluries vacauerit illa durante? Et dicitur, quòd ſic: & hoc clare patet ex verbis & mente reſeruationis. Nam reſeruationis ratio ita habet locum in ſecunda vacatione vel tertia, ipſa reſeruatione durante, ſicut in prima: igitur ratione ſubſiſtente locus ſit reſeruationi, de reſcrip. inter cæteras. de transla. prælato. c. fi. de conſue. vti. vel inuti. cum dilecta. cum multis ſimi. Illud etiam apertè indicant illa verba reſeruationis, cum tempus vacationis ingruit: quæ verba omnem vacationem includunt reſeruatione durante, quia ſunt

inde-

indefinita. Et per hoc reſpondetur ad capitulo.ſi clericus. & capitulo. non poteſt.de præbendis. libro ſexto, & de conceſſio.præbend ne captandæ.eodem libro.in quibus per vnicum etiam primum actum mãdatum odioſum ſuum ſortitur effectum, & ceſſat mãdati ratio, nec alia ſcribentis apparet intentio.
Gaſp.de Caldet.

Vel diſtingue melius: aut apparet ex forma reſer-
uationis, quod voluerit ipſam durare, & illa eſt ſer- 1
uanda: de priuileg.ſane.& capitu.porro, aut non ap-
paret expreſſe: & tunc aut in ipſa reſeruatione fuit
adiectum tempus, vſque ad quod duraret expreſſe. pu-
ta vſque ad biennium: vel tacite, vt donec eccleſiæ
vniuerſali præſidemus, vel donec duxerimus aliud
prouidendum, vel ſimilia verba: & planum eſt, quod
durante tempore reſeruationis per vnicam vacatio-
nem non erit beneficium de reſeruatione: hoc enim
caſu verba, & mens quantum ad hoc ſunt clara: vn-
de extranea expoſitione non eſt opus, ff. de legat. ter-
tio, non aliter.de deci.ad audientiam.de celebra.miſ.
in quadam.cum ſimi. Si autem tempus expreſſe, vel
tacite non adijcitur, tunc ſi exprimitur cauſa reſer-
uationis, illa durante non exit beneficium reſerua-
tionem. Sed ſi ceſſat cauſa, vel de ea non apparet, pu 2
to quòd vnica vacatione expirat reſeruatio quan-
tum ad illud beneficium: Sic enim effectus verbo-
rum debet limitari ſecundum cauſam, 23. quæſtione
octaua, occidit, 15 quæſt.prima, necis. de ac cuſa.diле- 3 1
cti.de biga.debitum.de priuileg. vt priuilegia. de ver-
borum ſignificatio. intelligentia. & capitu. præterea,
& quod vltimo dixi, quando de cauſa non apparet,
conſumitur reſeruatio quo ad illud beneficium, &
reuertitur ad ordinarium: probat ratio vulgata, quæ
habet, quòd ad primum actum reſtringitur ipſa actus
prolatio, ſicut prolatio numeri, vel temporis de pri- 1
mo numero, vel tempore eſt intelligenda, de præ-
ben.non poteſt.ſecundo reſponſo libro ſexto, & iura
ibi allegata in gloſſ. ¶ Item facit odium reſeruatio-
nis, per quam præiudicatur ordinariæ poteſtati.quæ
eſt fauorabilis, 11. quæſtio. prima, peruenit. Et ideo
ipſa reſeruatio reſtringenda, vt in regula, odia. de re-
gul. iur.libro ſexto. Et quia de facili res reddit ad ſuam
naturam, de electio. cum Vintonien. de cenſi. cum
venerabilis.

Ioan.Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Impetratio beneficij facta in poſſidente, de ſua poſſeſſione non facta mentione, an valeat.*

CONSILIVM XI.

1 AN valeat impetratio beneficij † facta per poſſidentem de ſua poſſeſſione non facta mentione? Puto quòd non, licèt vacet: quia iſtud eſſet tale verum tacitum, quod moueret Papam ad gratiam denegandam, vel ſaltem non ita de facili concedendam, niſi de illo fecerit mentionem. Et hoc eſt ſatis, vt impediatur litera ad beneficiũ impetrata: de præben.cum qui.libro ſexto, capi.poſtulaſti.de reſcri.& cap.ſi proponente.& de præben.cap.ſi motu proprio. lib.6.per quam decre. crederem collationem tali factam motu proprio valere, licèt de poſſeſſione non fecerit mentionem. Nam motus proprius omnem excludit ſurreptionem, vt ibi, & in clem.ſi Romanus. eodem titulo. Sed vbi confert, vel conferri mandat non motu proprio, tunc non eſt veriſimile, quòd ſi ſciret de poſſeſſione illicita iſtius impetrantis, quòd hoc faceret, quin de illa faceret mentionem.
Ad hoc optime de reſcri veniens. & quod ibi nor. Innocent. Item hoc non poteſt negari, quin retinenti beneficium cum hoc vitio difficilius conferatur beneficium, quàm ſine tali vitio, ſicut ſi licitè habuiſſet, & non feciſſet id, ad quod tenebatur iuris diſpoſitione, & ſic eſſet eo priuatus ut clarè probatur de ele-
ctio.dudum.el 2. per quam uidetur factus irregularis:
ad idem e.ti.commiſſa.§.porro lib.6.de ſta. re. cle ne
1 in agro.§.cæterum.in ſi.Sed ut dictum eſt, ſola difficul-
tas in literis habet vitiare, ſi id non exprimitur, quod
difficultatem inducit: ergo &c. Præterea maius vitium
videtur tacere ſuam poſſeſſionem illicitam, licet colo
ratam, quam alterius: quia in aliena poſſet cadere ex- 1
cuſatio ignorantiæ facti, quæ non cadit in propria, de
reſcri.ab excommunicato. C. de reſcin.vend quiſquis,
ſed taciturnitas poſſeſſionis coloratæ, quam habet al-
ter, reddit uitioſam impetrationem, de conceſ.præbẽ.
cum noſtris.& c.literas.ergo & taciturnitas propriæ il- 1
licitæ, licet coloratæ: ad prędicta de conceſ. præb.c.j.
Gaſp.de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia electiua in literis beneficialibus, quando veniant.*

CONSILIVM XII.

2 1 AN beneficia electiua veniant in literis † beneficialibus, quando ſunt interi ra non ſonantia in nomen dignitatis? Et uidetur q ſic, ar. c.cum in illis.§.2.de præben.lib.6 qui loquitur in dignitatibus: tamen eadem ratio eſt in minoribus beneficijs, vel ſimplicibus, quibus per viam electionis prouidetur: ergo idem debet eſſe ius, l: adi-
1 gere.§ quamuis.ff.de iure pa.de tranſl. præla.ca.ſecundo, cum ſimi.& licet glo in clem.prima, de præben.de hoc uoluerit dubitare: tamen fatetur, quòd communiter tenetur, quod in ipſis etiam minoribus beneficijs ille §.uendicet ſibi locum: & allegat c.quia contingit.de reli.domi.in clem.quod rectè loquitur in hoſpitalibus, quibus prouidetur per uiam electionis, quæ non comprehenduntur ſub generali prohibitione hoſpitalium non conferendum in titulum. Hanc opi.ſequitur apertè Gul.de Monte Laud.ſ. quòd in ſimplicibus electiuis non extendatur generale mandatum de prouidendo, quia Papa facilius grauat unum, quàm plures, & quia præſumitur melius prouideri per plures, quàm per unum integrum. Etenim iudicium &c. ut cap.prudentiam.de offi.delega.alle.in ar. de offi. dele. pręſenti.& ca.deliberatione.lib.6. & ibi hanc rationem ponit Io.mo. Idem tenet Steph. in dicta clem.& alle.vltra prędicta de elec.ſtatutum.libro ſexto, & clemen.& ſi principalis. de reſcrip.in quibus ponderatur potius electio, quàm dignitas. Gal de Cal.

Contrarium reperi per ipſum alia uice conſultum, & motiuum fuit, quia capitu.cum in illis. de præbend. libro ſexto, habet locum tantum in illis electionibus, in quibus eſt ſeruanda forma capitu. quia propter. de elec. Et hoc ſonat tex.dicti capitu. cum in illis. quod ſolum ſequitur de dignitatibus, & perſonatibus, & prælaturis. Ipſis enim communiter per uiam electionis conſueuit prouideri, ut no Ioan.And. de præbend. ſtatutum.lib.6.ideo de ipſis notanter expreſſit dictum capitu.cum in illis. Et hoc maxime dicit procedere, quando gratia concedit principalem prælaturam, ad quam etiam quis conſueuit per electionem aſſumi cũ duobus beneficijs ipſius eccleſiæ: quia ex quo uenit principalis dignitas electiua, uenient etiam inferiora beneficia ipſius eccleſiæ electiua. Et hoc dicit fuiſſe de mente gloſſ.in clemen.prima, de præben.quando habetur talis forma literarum. Gaſp.de Cald.

Et ꝑ illa parte reperi bis cõſultũ ꝑ eũ.Induxit &c. q

ſtylus curiæ nunquàm, quando facit mentionem de modo electiuo, dicit ad quod, vel ad quæ, ſed ſemper dicit ad quam. vel ad quas, vt ſic ſit neceſſaria expreſſio huiuſmodi in dignitatibus, & non in alijs inferioribus beneficijs. Et iſta opi. dicit quòd placuit Archi. in c. cui de non. de preben. li. 6. & de reſcrip. ſi eo tempore. eo. li. ſecundum eum.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda ſacerdotalis, præbendam ſimpliciter impetranti, an debeatur.*

CONSILIVM XIII.

1 AN impetranti ſimpliciter præbendam † debeatur præbenda ſacerdotalis? Et dicitur quòd non, quia in odioſis fit reſtrictio quantum fieri poteſt, dummodo diſpoſitio aliquid concedat. Ita dicimus in diſpoſitione, quæ eſt odioſa, quæ vulnerat ius commune, j. q. 7. §. niſi rigor. de contang. & affi. quod dilectio. & quod ibi no. Hinc eſt, quòd reſcripta ad lites, quia per ea præiudicatur ordinariæ poteſtati, reſtringuntur; de reſcrip. cæterum. ſuper literis. & Rodulphus. c. ſignificante. & c. ſi. Idem in reſcriptis ad beneficia, quia per ea præiudicatur Ordinarij collatoribus: & quia ex ambitione procedunt, de preben. c. ſi. & de reſcrip. cum adeo. & c. ſi proponente. de preben. ſi pluribus. & c. ſi motu proprio. e. ti. li. 6. Et de hoc per Inn. de reſcrip. cauſam quæ. Ex quibus infertur, quod ſicut literæ ad lites non ſe extendunt ad maiora, ſic & multo magis literæ ad beneficia: procedit conſequentia, quia magis eſt odium ſecundarum, quàm primarũ de literis ad lites: quòd non comprehendant maiora. eſt tex. in c. ſedes. de reſcrip. ergo multo magis in literis impetratis ad præbendas, quæ non comprehendent præbendam ſacerdotalem, quæ eſt maior in eccleſia. Confirmatur hoc per no. per Gof. de preben. c. ſi. & Archi. e. tit. cui de non. li. 6. vbi dicunt, quod ſi generaliter eſt ſcriptum pro aliquo in eccleſia, in qua ſunt præbendæ & alia beneficia, non venit præbenda, vt ibi no. Itẽ qua ratione in reſcriptis ad beneficia non veniunt dignitates perſonatus & c. nec curata, de preben. cum in illis. li. 6. & in cle. j. eo. ti. ea ratione nec præbenda ſacerdotalis: tenet conſequentia per arg. a ſimi. 13. diſt. nec qui. 27. q. j. nuptiarum. Item per ar. a comparatione. 12. diſt. quemadmodum. 2. q. 7. ſicut vir. Item per ar. ab identitate rationis. j. diſt. conſuetudo. de tranſla. prælat. c. 2. hoc confirmat apertè Io. An. in c. cui de non. de preben. li. 6. ſuper ver. cui mandatur. vbi quærit, quid ſi nõ mandatur prouideri, ſed prouidet non expreſſa quantitate præbendæ & ætate prouiſi: & addit eadem vel ſimilis quæſtio poteſt formari circa c. cum in illis. primo reſponſo. pone, quod Papa prouidit de dignitate non expreſſo de curia. Reſpondeo, quod idem, cum ſit ſurreptio ita vitiet prouiſionem papalem, ſicut mandatum de prouidẽdo, vt patet e. tit. ſi motu proprio. li. 6. 2. reſponſo. & eo. ti. non poteſt. j. reſponſo. de offi. leg. c. ſi. & cle. 3. de offi. ord. de ſecundo, i. de mandato de prouidendo, de reſcri. ad aures. & c. cum adeo. & c. conſtitutus. & cap. ad audientiam. & c. in noſtram. de conceſ. preben. cum noſtris. Ex quo igitur hoc non fecit motu proprio, prouiſio vtroque caſu ſurreptitia. In hoc autem ſubdit ipſe, eſt diuerſitas; quia quandoque prouidit vel prouideri mandauit de certa & expreſſa, ſi illa non debetur nec alia: & ſic finis capituli non habebat locum. Si vero mandat prouideri de proximo vacatura, tunc expectabit aliam, vt dicit ſi. ipſius decre. ei cui. Ergo expreſſe vult, quod in generali mandato non venit ſacerdotalis.

Gaſpar. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Plebanus an poſſit aſſignare canonico præbendam maiorem, quàm conſueuerit aſſignare.*

CONSILIVM XIIII.

1 PLEBANVS, ad quem de conſuetudine ſpectabat † creatio canonicorum in ſua eccleſia, fecit vnum canonicum, & aſſignauit ei præbendam maiorem, quam conſueuerit aſſignare, videlicet vnum prædium, fructus cuius aſcendunt ad quartam partem omnium fructuum plebis: an valeat talis aſſignatio? Puto, quod ſi facta fuit aſſignatio ſub nomine præbendæ, vt ponitur, & in eccleſia non erat primo illud prædium, præbenda diſtincta. quòd ille non poſſit pro præbenda retinere: ratio, quia cõſuetudo illius præbendæ diſtinctæ, quæ non erat, debuit primo fieri ſeruata forma canonica, cum per illã mutaretur ſtatus eccleſiæ, vbi ea forma debuit ſeruari; quæ eſt in alienationibus perpetuis ſeruanda, vt probatur de his quæ fi. a præla. tua nuper. quæ forma ſaltem ad tractatus hic non præceſſit: quare &c.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio de eccleſia monaſterio ſubiecta an poſſit fieri, vbi alicui de beneficio ad collationem abbatis dicti monaſte. ſpectanti prouideri mandatur.*

CONSILIVM XV.

1 MANDATVR prouideri alicui de beneficio ſpectante † ad collationem, prouiſionẽ, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem abbatis & conuentus certi monaſterij communiter vel diuiſim: an poſſit prouideri de eccleſia ſubiecta dicto monaſterio, cuius electio ſpectat ad ipſos monachos, & confirmatio ad dictum abbatem? Et videtur quod non, quia dicta eccleſia nullatenus includitur in illis literis impetratis ex eo, quia certi modi, ſecundum quos eccleſiæ ordinantur, expreſſi in literis fuerunt, & non modus electionis, vnde ille in literis non includitur, imo videtur excluſus, vt eſt tex. de preben. cum in illis. §. j. & 2. li. 6. nec verbum generale, ſeu quamuis diſpoſitionem, adiectum modis ſpiritualibus dictum electionis modum includit, vt probatur in d. §. j. & apertius in cle. j. e. tit. & ibi glo. 1
Ad quod bene facit ff. de tranſ. cum hi. §. qui tranſigit. Sed ex narratis infertur, prædictam eccleſiã per viam electionis ordinandam, ergo &c. Non ob. quod dicit, confirmationem prædeceſſoris non valuiſſe, quia facta fuit non propoſito edicto ſecundum formam c. ſi. de elec. li. 6. & monachi non probant, quòd ad eos ſpectat collatio, & ad abbatem confirmatio, niſi per re- 1
formationem præcedentem, quia in facto ponitur, quod electus fuit in poſſeſſionem inductus, quam poſſeſſionem habuit pacifice & ſpatio 12. annorum & vltra vſque ad obitum ſuum. Ex quo ſequitur, quòd habitus & reputatus fuit pro tali præcedente electione prædicta, patiente & ſciente, ad quem ſpectabat electio vel prouiſio. Præſumitur autem ſcientia hoc caſu ſaltem per tranſcurſum tanti temporis. Vnde licet confirmatio non hoc acquirit ius in beneficio, tamen electoribus bene fuit ius quæſitum eligẽdi, de iure patronatus. c. conſultationibus. & quod no. Inn. in c. 2. de reſti. in inte. in gl. magna: verſi. ſed quæres quõ. & de elec. querelam. in gl. Inſti. ver. & no. quod licet. de poſtu. prælatorum. c. 2. in gl. quæritur cum. & de cauſa poſ. cum eccleſia. in gl. peteſ reſtitui. & de reſti. ſpo. in literis. in gl. magna. ver. poſſeſſio autem non videtur. Et ſic etiam intelligitur

intelligitur de elec. Cumana.& ꝑ remiſſiones datas:& ea quæ no.domini legum. C. de ſerui. & aqua. l.j.& 2. non expedit aliter probare de dictis abbate & conuẽtu,ſed inſpecta narratione literarum idem probatur; ſupra dictum non includi in literis,ex eo, quia quod dicta ſpectet ad ordinationem abbatis & conuentus,nõ eſt de iure communi ſcripto, ſecundum quod ordinatio ſpectet ad epiſcopum, 16.q.7.omnes baſilicę.& c. ſi.Vel præſentatio ſpectat ad patronum, ſi patronum haberet,& ad epiſcopum confirmatio, ea. cauſa & q. decernimus.de iure patro. per totum : de hæreti. cum ex iniuncto.in ſi. Impetrans ergo dictam eccleſiam dicens ad prouiſionem monaſterij pertinere, debet hoc oſtendere,cum pro monaſterio in hoc non præſumit. Aut ergo de nullo modo fidem facit,& ſic planum eſt de forma literarum dictam eccleſiam non includi in dictis literis. Aut ponitur ad dictum monaſterium pertinere ratione electionis prędictæ: & tunc cum dictus modus non includatur in literis,ſequitur,quod eſt dictum. Item planum eſt ex alio capite, quòd dicta eccleſia non includitur in dictis literis,quia ponitur, ꝙ eſt valoris multo maioris,quàm ſumma in literis expreſſa, quare &c.de pręben.cui de non. lib. 6. Non ob. de ſolutione 11.libratum pro decima,poſito etiam ꝙ non excedat decimam 30.flure anti: quia pręſuppoſitum beneficium non eſt taxatum ad ſolutionem decimæ,& ſic illa ſolutio non ſatisfacit literis, ex quo redditus ſunt maioris valoris quàm ſumma in ipſis literis expreſſa,ſed ſtandum eſt conſuetudini curię, de conſue.ex literis. de ſen.excõ.ad hæc,1 oo di. cõtra morẽ quæ conſuetudo habet, ꝙ de medietate redditũ intelligatur ſumma in literis ſpecificati s, per id quod habetur in extraua.Io.quę incipit, Suſcepti. tum quia ſecundum narrata maior ſumma debuit ſolui annata,quod excederet decimam quantitatis 30. flore.Nõ enim quid ſit,ſed quid fieri debet,conſiderandum eſt, de elec.cum cauſam.cum concor.ibi no.in prima glo.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium certi valoris, clauſula acceptandi non appoſita, quando poſſit aliud beneficium eiuſdem,vel minoris valoris acceptare.*

2 *Impetrantis voluntatis ſuper beneficio minoris valoris non declarata decreto,non ligatur.*

CONSILIVM XVI.

1 IMpetrat quis beneficium certi † valoris, non adiecta clauſula acceptandi : poſtea in fine literarum apponitur clauſula; Noſtrę tamen intentionis exiſtit, quòd de beneficio maioris valoris,quod cum vacauerit,per ſe, vel per procuratorem ſuum intra vnius menſis ſpatium duxerit acceptandũ, valeat prouideri:an ſi iſte negligit poſtea acceptare beneficium valoris expreſſi in literis, poſſit acceptare beneficium eiuſdem, vel minoris valoris exinde vacare contingens? Et dico, quòd non, ex quo fuit negligens in acceptando illud, quod includebatur in literis per negligentiam impetrantis, extinguitur vigor reſcrip. de reſcrip.ſi autem.& plerunque. & contra negligentes ſunt inductæ præſcrip.C.de anna.excep.l.fi. de præſcrip.vigilante.& eſt expreſſum.de præben. ſi clericus. li.6.Non ob.illa clauſula poſita in fine literarum,meæ tamen intentionis,&c.quia illa ſunt declaratoria prędcedentium,vt ipſorum ſeries euidenter oſtendit,vnde non ampliant gratiam,quia natura declarationis eſt, quòd nouum ad præcedentia non addat, ſed in caſu interpretato loquatur: ad hoc de.conſti.c.fi.de ſenten. excommu.inter alia. 11.q.3.quomodo.ff.ſi ſerui.vend. ſicuti.§.ſed ſi.eſtimatur.facit de priui.ex parte.& capit. quia intentionis,quia enim interdum contra impetrantem in forma pauperum, vt ſibi prouideret ſecũdum probitatis ſuæ merita,de præben.ſi pauper.lib.6.¶ Opponatur,quod de beneficio minoris valoris non poterat prouideri per c.cui de nõ.co.tit.lib.6. ideo appoſita fuit illa clauſula de ſtylo curiæ, per quam declaratur decre.cui de non.non habere locũ in dicto caſu,ſed ſolum habere locum,cum ſimpliciter mandatur prouideri de beneficio certi valoris, vel quia per illud verbum,ſecundum ſuæ probitatis merita, de beneficio minoris valoris,quàm eſſet ſumma expreſſa, impetrãti non poterat prouideri, quaſi propter tenuitatem illam non eſſet competens meritum probationis impetranti, & ſic non cadebat in gratia, vt in prædicta decr. cui de non. Propterea contra hoc fecit gratiam cum poteſtate acceptandi. Ex quibus ſequitur, quod dicta verba acceptationis principalem gratiam pręcedentẽ non reſpiciunt nec ampliant:ad hoc clem. j. de prębẽ. §.j.ſed ſolum volunt,quòd beneficium minoris valoris impetrans intra menſem valeat acceptare, de quo fuiſſet dubium,an illud potuiſſet acceptare, alias ſi additum hoc non eſſet,tale beneficium minoris valoris acceptare nullatenus poſſet:pręterea, quod ſolum beneficium minoris valoris complectantur verba acceptationis dicta, probatur euidenter, quia facta pronunciatione ſuper idoneitate impetrantis, ſtatim ligat decretum appoſitum in literis pauperum, ita quòd ligatæ ſunt manus ordinarij collatoris quo ad

2 bñficium incluſum in principali grã. † Sed antequam impetrans ſuam uoluntatem declaret ſuper beneficio minoris valoris, quantum ad illud non ligat decretũ, ita quòd ante non ſunt ligatæ manus ordinarij collatoris,facta inſinuatione literarum, & proceſſus etiam antequam per illud impetrans ſuam uoluntatem declaret per verba,quæ ſequuntur, pręfatio enim &c. ne poſt inſinuationem,&c. Et ſi ſecus diceretur, ſequeretur, quòd dicta verba diminuerent gratiam primo factam,quod eſſet contra illam clem.j. de conceſ.pręb. ¶ Ex his ſequitur,quòd allegans pro hac parte verum dixit,ſed quòd dicit clauſulam de poteſtate acceptandi,beneficium expreſſi valoris reſpicere,nõ fatemur. Nec ob.quod dicitur de dictione,etiam, quę eſt implicatiua:quia implicatio reſpicit uerbum prouideri, vt de beneficio, etiam ſi minoris valoris exiſtat, valeat prouideri, ſicut & de beneficio expreſſi valoris,quod alias nõ poterat, vel ſaltem dubium erat, vt eſt dictũ: ergo ſi uacauit beneficium valoris expreſſi in reſcripto, ad quod clauſula acceptationis non porrigitur, vt eſt dictum,ſed ad minoris tantum. Et illud negligẽter impetrans omiſit petere,imputet ſibi,quia illud petere non poteſt virtute gratię quę expirauit, nec via canonicatus,cum ei non fuerit collatum in literis.

Gal. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus expulſus an potiatur beneficij fructibus.*

CONSILIVM XVII.

1 AN canonicus expulſus debeat † habere redditus prębendę ſuę, & quotidianas diſtributiones,ſi in eccleſia eſt conſuetudo vel conſtitutio,quod abſentibus ſubtrahantur redditus prębendarum ſuarum? Dico, quòd ſi agitur de redditibus prębendę ſuę diſtinctę, vel non ſunt diſtinctę,ſed redditus eccleſię diuiduntur inter canonicos: & tunc indubitatum eſt,quòd talis expulſus integraliter debet dictos fructus percipere. Hęc enim eſt iuſta cauſa excuſans a perſonali reſidentia : ad hoc 74. diſt. quorundam.de renun.ad ſupplicationem.de app.perueniens el primo ſecundum vnam lecturam videtur expreſſe de cleri.non reſi.inter quatuor.& cap.ſi.& quod

ibi

ibi no. Et generalis conſuetudo vel conſtitutio eccleſiæ de ſubtrahendis redditibus præbendarum eccleſiæ abſentibus non extenditur ad hunc caſum, quia tunc eſſet irrationabile & iniquum. & cōtra illud, 4. di. erit. 8. di. mala. cum ſi. Vnde talis caſus non includitur in dicta conſtitutione ſiue conſuetudine: ad hoc de cleri. non reſi. ex parte. el ſecundo. & c. cum dilectus. Cum enim talis caſus ſit exceptus a iure communi per iura ſupra alle. ergo & a conſtitutione ſiue conſuetudine, quæ nihil aliud continet quàm ius commune: ad hoc de reſcrip. c. j. & quod no. de conſti. c. j. li. 6. vnde bene facit quod no. de iureiuran. ad noſtram. el 3. & c. petitio. de his quæ fi. a ma. par. ca. c. j. & quod ibi no. in glo. de eccle. ędi. c. fi. de ver. ſig. ſuper quibuſdam. Et eſt expreſſum, ſ. quòd generalis eccleſiæ conſuetudo vel ſtatutum non includat caſum illicitum, in c. j. de iureiur. li. 6. & ibi clarè no. in gl. vltima. De quotidianis vero diſtributionibus, quæ dantur tantum intereſſentibus diuinis, de præben. licet. adhuc idem credo, videlicet ꝙ iſte debeat habere etiam inuitis canonicis, & maxime minori parte canonicorum. Ratio, quia iura volunt, quod ſolum intereſſentes diuinis percipiant illas, tamen nō includunt caſum impoſſibilem canonico intereſſendi, ſed cum ponatur expulſus: ergo & c. probatur hęc ratio 4. di. erit. de pac. c. fi. de regulis iuris. non poteſt. li. 6. vel ſaltem eſſet contra bonos mores, quod deberet ſe periculo corporali exponere, vel rerū ſuarum, & hoc eſt ſatis, vt nihil poſſit ei imputari, de pac. c. fi. ergo per omnia cenſetur reſidens & intereſſens diuinis quantum ad talium perceptionem. Et ideo metus illatus ex dicta cauſa dicitur iuſtus, vt metum paſſo ſubueniatur, quod me. cauſa. c. j. & 2. 50. di. pſbyteros. C. de tranſac. interpoſitas. 15. q. 6. c. j. Et hæc eſt ratio, quare infirmi licet non interſint, percipiunt tales quotidianas diſtributiones, quia ſi vellēt de facto nō poſſent intereſſe, de cle. non reſi. ad audientiam. & eo. ti. c. j. li. 6. vbi iſtud videtur expreſſe. Nam vt ibi patet, non ſolum infirmitas, ſed iuſta cauſa & rationabilis neceſſitas excuſat a tali intereſſentia diuinorum, propter quam neceſſitatem iuſtam & rationabilem non intereſſens licite percipit quotidianas diſtributiones: ſed nulla poteſt eſſe iuſtior neceſſitas, quàm facit impotētia, vel periculum perſonę & rerum, vt in dictis iurib. 22. q. 4. § illicitum. ver. quiſquis ergo. vt lite non conte. accedens. 2. 23. q. 2. ſiue de coniugio. de procur. accedens. cum ſi. Vnde no. Archi. quòd illud, quod dicitur in d. c. vnico. de cleri. non reſi. ibi. ſeu iuſta & rationabilis neceſſitas. includit omne iuſtum impedimentum: quod optime probatur de conſe. diſt. 4. hi qui. vbi de præpeditione, de qua hic fit ſermo, ibi fit mentio. Et conſtat, quòd imputari non debet huic canonico, per quem non ſtat: ergo & c. ff. de leg. j. ſi fundum per fideicommiſſum. de conceſ. præben. quia diuerſitatem: quę loquitur etiam, quando impedimentum procedit ex culpa impediti: fortius cum ſine ipſius culpa, & in caſu iſto: ad idem de elec. commiſſa. li. 6. de pigno. ſignificate. 2. q. 6. anteriorum. de ap. ex ratione. & maxime procedunt præmiſſa, quia dicitur in themate, quòd deſeruit in eccleſia per vicarium, quia facit quod poteſt circa diuina. Et quia maior pars ei miniſtrat integraliter redditus: quod quidem poſſunt facere parte minore inuita: per illam regulam, quod maior pars facit & c. de elec. licet. in fi. 63. di. in plebibus, de his quę fi. a ma. par. ca. c. j. & fi. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Prouideri de plebanatu curato quis poſſit.*

CONSILIVM XVIII.

1 AN ſi mandatur prouideri alicui, vt prouideatur de aliquo ex plebanatibus eccleſiarum curatarū & collegiatarum, quæ in ipſis eccleſijs principales dignitates exiſtunt & c. poſſit talis ꝓuidere de plebanatu curato? Et videtur quòd non, quia iſta verba non important plebanatum curatum, quia poteſt eſſe dignitas plebanatus non curata in eccleſia collegiata ſeu curata. Et ideo dicit gloſſ. quòd aliud eſt prouidere de beneficio eccleſiæ, aliud de beneficio in eccleſia. Cum enim dico plebanatū in tali eccleſia, non includitur in dicta gratia ipſa eccleſia, quare talis modus loquendi diſtinguit ipſam dignitatem ab eccleſia, & facit ipſam ab eccleſia cenſeri diuerſam, vt no. gl. in cle. j. de præben. Sed quid plus, cum forma dictæ gratiæ referatur ad omnes collegiatas & curatas, concluditur neceſſario, quòd iſta impetratio plebanatus ſimpliciter intelligitur de nō curato, licet in eccleſia curata exiſtat, vt in c. cum in illis: de præben. li. 6. Non ob. ſi dicatur, quòd eccleſia dicitur curata per reſpectum ad miniſtros: quia eccleſia velut res inanimata nō habet exercitium curæ, ſed miniſtri ipſius, vt dicitur in ſimili in c. fi. de excel. pręla. in gl. ergo ſanè intelligendo videtur, quòd idem ſit dicere plebanatus eccleſiæ curatæ, & plebanatus curatus, quaſi prælatus ſit in eccleſia, & eccleſia in pręlato, vt c. ſcire debes. 7. q. j. Et ſic videtur potius iſta pernicioſa ſubtilitas & verbalis, quàm ſubſtantialis. Ad hoc reſpondeo, quòd litera non facit mētionem de plebano & miniſtris eccleſiæ, ſed de plebanatu & ſic de dignitate: licet ergo poſſet ſuſtinere, ꝙ cum ſit mentio curę eccleſiæ, referatur ad miniſtros ipſius. iuxta no. in c. cum non ignores. de præben. tamē cum ſit mentio curæ eccleſiæ collegiatę, non infertur neceſſario, quòd ſit penes dignitatem plebanalem talis cura, cum poſſint eſſe in eccleſia plures dignitates, & ſic ſ. quòd ſint plures, important verba impetrata, cum in ea ſubiungitur, quæ in ipſis eccleſijs principales dignitates & c. quaſi ſint aliæ dignitates, cum principalis dicatur per reſpectum ad alias, vt in prima conſtitutione ſſorum, in fi. Et dictio, qui, pręſupponit aliud quàm exprimatur. Caſus eſt 8. q. j. cum autem. & no gl. in regula, actus. de reg. iuris. li. 6. Vnde dicunt Io. mo. & Archi. de ele. c. j lib. 6. quòd collegiata & parochialis eccleſia debeat vocari dignitas, non parochialis eccleſia. Et ibi Io. An. quòd in tali collegiata plebanus eſt curatus cura collegij, vt no. de elec. dudum. el 2. nec cura familiæ, de qua 23. q. 4. duo. & no. de religi. do. clemen. quia contingit. ſed cura animarum parochiæ, de quibus no. de of. archi. cum ſatis. Penès ergo vnam dignitatem eccleſię, quòd ſit cura, non infertur neceſſariò de iure communi, imo ſecundum multorum opi. alia tempora ſunt ſtatuta ſuper vacatione eccleſiarū collegiatorum, alia in dignitatibus earundem, vt no. de ele. ne pro defectu. Sumus ergo in caſu c. cum in illis. de pręben. li. 6. vbi dicitur, ꝙ ſi ſunt literę impetratæ ſuper aliqua dignitate ſimpliciter, ipſarum vigore nō debetur dignitas curata: Et maxime hæc interpretatio fieri debet in literis ad beneficia impetratis, quæ ſunt ſtrictè intelligendę, vt dicto c. quamuis. Pręterea aduertendum, quòd cùm dicitur in iure, vel in alia diſpoſitione curatas eccleſias & collegiatas & c. Iſta verba, curatas & collegiatas, debent referri ad diuerſas eccle-
1 ſias non eandem, vt de priuileg. vt priuilegia. ad fi. Et ſecundum hoc debet dicta gratia intelligi de plebanato in eccleſia collegiata tantum, vel in eccleſia curata tantum. Et hoc maxime, quia natura huius copulę, &, eſt copulare diuerſa tantum, vt ff. de int. & fac. igno. ſuper rubrica. Et hoc confirmatur per ſtylum curię, per quem patet, quòd cùm confertur dignitas plebanalis, archidiaconalis, vel alia in eccleſia, ſemper dicitur plebanatus curatus. Pe. de Anc.

SVMMARIVM.

1 *Operaria eccleſiæ per laicum regi conſueta, an poſſit per clericum gubernari.*

Præſcriptio

Præſcriptio electionis quando & contra quem fieri valeat.

CONSILIVM XIX.

1 AN in operaria eccleſiæ Piſanæ, quæ † ſem-
per conſueuit regi per laicum vxoratum,
qui efficitur conuerſus,& oblatus dictę ope
rariæ tempore,quo inueſtitur, poſſit inſti-
tui clericus ſecularis? Et videtur, quòd ſic:aut dici-
tur clericus inhabilis de iure communi:aut ex forma
arbitrij lati inter archiepiſcopum,& capitulum:
aut ratione obſeruantiæ dicendo,quòd ſemper laico
fuit concesſa. Sed nullo iſtorum modorum dicit cle-
ricus prohibitus regere fabricam:nec eſt prohibitum
de iure communi,ſed permiſſum,10.q.prima epiſco-
pum.1 q.3.ca.ſecundo,12.q 2.nobis.& capi. vulteranæ.
Item nec ex forma arbitrij,quia(vt patet ex eius teno
re) de qualitate perſonæ,quæ debet inueſtiri,nihil cō
tinetur in eo, ſed ſolum de perſona, & perſonis præ-
ſentantibus,& habentibus inueſtire, & de obedientiā
reddenda, & cui ratio adminiſtrationis ſit reddenda:
Et ſic quo ad arbitriū caſus,de quo quæritur.eſt omiſ-
ſus, & iuri communi relictus, de elec. conſtitutus. de
præben,cum in illis.lib.6.de reſcrip. ſuſceptum. eodem
lib.de tempore.ord.dilectus.cum ſi.& quod non muta
tur,&c. l.præcipimus.C.de appel.facit de ap.ſępè.cum
ſi.Item nec propter tertium,ſcilicet de obſeruātia tan
ti temporis, eo quòd non ponitur ſic fuiſſe obſeruatū
ad præſcriptionem inducendam. Et licèt propriè,&
ſtrictè non poſſit dici conſuetudo hoc caſu; quia non
niſi in dicto loco ſingulari, & ipſius perſona. tamē de
hoc non curo.quia iura appellant eſſe hoc caſu con-
ſuetudinem,& vitium,de conſue.cum dilectus.de verb.
ſig.abbate.cum ſimi.attamen cum præiudicetur liber-
tati ordinarij,& inueſtitoris per talem cōſuetudinem
ſiue obſeruantiam debet eſſe pręſcripta, ſed hoc caſu
ex tali obſeruantia nulla poteſt dici interdicta pręſcri
ptio ex eo,videlicet quia vt acquiratur ius in iuribus in-
corporalibus ei,qui non habet. requiritur perſona ve-
ra,vel repræſentata,quæ intendat ſibi ius acquirere; ff.
quemad.ſerui.amit.l.ſi.ff.de aqua quot.& æſti.l.prima.
§.Ariſto.ff.de iti.actuque priua.l.prima, §. Iulianus. &
facit.de poſtu.præla.bonæ el ſecūdo,in princip.vbi per
Innocen.Sed quæ eſſet iſta perſona, quæ iſto caſu in-
tenderet ius ſibi quærere,certè non apparet. Nam de
archiepiſcopo,& capitulo non poteſt dici, tamen quia
inueſtiendo prima uice laicum non faciebant hoc,vt
hoc ius laico acquirerent,& eo.modo, nec ſecunda,
nec tertia,vel ulterioribus.Et hoc patet ex eo,quia nō
eſt veriſimile,ex quo aliud non appareat,quòd ſibi ip-
ſis vellent præiudicare,de renun.ſuper hoc. cum ſimi.
quod indubitanter procedit in actibus compatibilib.
& non contrariis.iſta autem ſunt compatibilia,& nō
contraria,quòd una vice inſtituatur laicus, & alia vi-
ce clericus, ex quo ad officium vterque.ſ. clericus, &
laicus eſt capax per ſe.Item abſolutè loquendo nō po
teſt hic dici conſuetudo,vel obſeruantia,per quam de-
ueniatur ad præſcrip.in pręiudicium libertatis ordina
rij inueſtitoris, & ſic libertati eorum non eſt deroga
tum:quod enim clericus non potuit inueſtiri,non ap
paret per aliquem actum contrarium diſpoſitioni il-
lius libertatis,per id quod proximè dixi,quia inueſtitu
ra laici,quæ fit modo, non eſt contraria inueſtituræ
clerici, quæ eſt poſtea facienda: ergo non habemus
actum contrarium poſitiuum huic negatiuo, ſ. quòd
clericus non poſſit inueſtiri. Vnde ſi ius commune eſ
ſet,quòd in tali officio ſolummodo clerici deberent
inueſtiri, & tanto tempore laici fuiſſent inueſtiti, q̄
fuiſſet præſcriptum de plano, fateretur quòd dictus
presbyter non poſſet inueſtiri, etiam dato quòd non
appareat de contradictione.Sed poſito, quod ad tale
officium valeat,& clericus, & laicus inueſtiri,tunc li-
cet ſeruatum fuerit, quòd magno tempore laici fue-
rint inueſtiti,& non clerici, non tamen eſt præſcriptū
contra clericos.¶ Ad prædicta faciunt no.de præſcri.
cum ex officij de eo qui viſitauit,& procuratorem nō
recepit.Et propter hoc in præſcriptione contra ipſum
non præſcribitur.Ceſſauerunt ergo inueſtitores volū-
tariè clericis inſtituere, & pro tanto in hoc non præ-
ſcribitur contra eos: facit quod no.de priuil.ut priui-
legia.in gl.pe.& quod not.de cleri. coniu. Ioannes. in
2 tertia oppo.† Pone enim,quòd in una eccleſia fuit fa
cta electio per uiam ſcrutinij per longum tempus, ita
quòd de contrario non eſt memoria,nunquid ex hoc
facto eſt præſcriptum contra eligentem ex facto ipſo-
rum voluntario quantum ad illam formam, ita ut
non poſſint eligere per uiam compromiſſi,cum vaca
bit eccleſia? Certe non credo, quòd aliquis hoc dice-
ret. Et idem ſi ſemper elegiſſent de gremio eccleſiæ;
an per hoc dicatur pręſcriptum, vt non poſſint extra
eccleſiam eligere? Certe non,quia non eſt uериſimile,
quòd ex ſuo actu uoluntario voluerint ſibiipſis præiu
dicare: ita erit in propoſito.Et ſic non videtur per ele
ctionem factam de iſto laico,quòd uoluerint ſibi prę
iudicare, vt clericum eligere non poſſint. Et ad hoc fa
ciunt no.in clem.quia contingit. de reli.do. Et per hoc
reſpondetur ad c. poſſeſſores.de re.eccl.non alienā.&
c.cum de beneficio.de præben.lib.6.quod tamen ha-
bet locum in impetrationibus,in quibus fit ſtricta in-
terpretatio,eo.ti.quamuis.& ad no.de præben. quia ſę
pe.eo.lib. ¶ Per prędicta reſpondetur ad cle. quia re-
gulares.de ſup.neg.præla.& ad ca.2.eo.ti.quia per hoc
propriè non mutatur ſtatus loci, ex quo hoc uolun-
tariè fuit ſeruatum. Et ſi ſubtiliter aduertatur,proban-
tur prædicta in c.abbate.de verb.ſignifi. ubi quantum
ad perſonam patientem non ponderatur vſus,vel con
ſuetudo voluntaria,ſed priuilegium. Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ad beneficia,non facta mentione de pendentia inquiſitio-
nis ſuper infamia furti,& homicidij,quando valeant.*

CONSILIVM XX.

1 PEndente inquiſitione contra Titium, † præce-
dente formatione ſuper infamia de criminib.
furti, & homicidij, ipſe impetrauit literas ad
beneficia, tacito de dicta pendentia: tranſa-
cto 10. anno,iſte obtinuit per dictas literas canonica-
tum,& pręhendam, lite prędicta aliter non termina-
ta:quæritur.an collatio valeat? Et uidetur, quòd non,
quia literę iſtius fuerunt uitioſę: Ex quo pręſupponi-
tur ipſe tunc de crimine diffamatus, quia intentio-
nis papæ non eſt dare literas infamibus: vnde hoc ta-
cere non debuit,quia in talibus literis omnis puritas
debet adeſſe,& ſurreptio abeſſe,de reſcrip.in noſtra.de
elec.cum dilecti.de fil.presby.ad pręſentiam.de cle.nō
reſi.conquerente.bene facit de re iudica.cum olim.&
quod no.Compo. de reſcri. ſuper literis. Dominus &
& pater meus de reſcrip. ad audientiam. el 2. Conſtat
autem, quòd ſi non tenuit impetratio,per conſequēs
nec prouiſio inde ſecuta, per not. in dicto caplu. ad
audientiam,& hoc tollit contrarium ca. accedens.de
accu.& eorum,quæ no.Innocen.de concel. præbend.
cum noſtris.de excel.pręla.inter dilectos. quia & ſi di-
catur collationem infamis ualere, non tamen impe-
trationem infamis propter odium literarum ad bene-
ficia impetratarum.de præben.quamuis.el 2 lib.6.Præ
dicta dixi ultra illa,quæ ad dictam concluſionem pro-
bandam alle.de opi.promouendi,quæ non debet va-
cillare,ut in iuribus vulgaribus.& quæ no.Innocen.de
ſimo accuſatus.Et Dom.& pater meus in nouella, de
ac.omnipotens.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fructus eccleſiæ uno anno non exacti, ſi anno ſequenti exigantur, an ſolis, qui præerant, canonicis, an etiam nouiter creatis debeantur.*

CONSILIVM XXI.

1 AN eccleſię ſunt prębendę diſtinctę: & vltra illud fructus † menſę Gloſſę qui conſueuerunt diſtribui ſingulo anno inter canonicos ipſius eccleſiæ. Sed uno anno pars fructuum menſę Gloſſæ ex negligentia non fuit exacta: alio ſequenti anno ſuperuenerunt noui canonici: quæritur an iſti debeant habere partē de illis fructibus, qui non fuerunt exacti: an vero ſoli, qui erāt canonici illo anno, quo debebat fieri diuiſio? Et dico, ꝙ debent diuidi inter canonicos etiam poſtea creatos. Certum eſt enim, quòd obuentiones prędictæ obueniunt capitulo, & percipiuntur a capitulo, & iure capituli, & non iure particularium canonicorum: ita ꝙ nullus canonicus in illis ius habet, ſed ſolum capitulum: licet poſtea ex conſuetudine diuidantur inter canonicos: bene facit quod not. de reſcrip. cum dilecta. in glo. fi. Idem autem eſt capitulum præſens, preteritū & futurum: probatur bene de ſen. excom. ſi ſententia. in gl. antep. lib. 6. ad hoc ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. ſicut municipium. §. ſi quid vniuerſitati. Cum ergo predicti redditus veniant capitulo, & nomine capituli: illi autem, qui nunc ſunt, dicantur de capitulo, ſicut & antiqui: ergo inter eos diuidantur. Quod autē conſideretur tempus perceptionis, probatur ex eo, quia tales redditus, licet obueniant capitulo, tamen diſtributio venit ſub nomine præbendæ: quod patet, quia non ſunt diſtributiones quotidianæ, ſed veniunt ſub gloſſa, ut probatur de preben. licet. in fin. glo. de cleri. non reſi. c. j. in gl. fi. lib. 6. & ſatis per Gul. in extrauagāti, ſuſceptum. in 7. colum. In glo. ſuper verbo, in totū: verſi. ſed quod dices: canonicus autem non facit fructus ſuos, niſi collectos, ſuſceptos ac reconditos, vt bene probant no. per Ioan. And. in c. pręſenti. de offi. ordi. lib. 6. & quod ibi ponit ſuper glo. & in caſi propter. de reſcri. eodem libro, in glo. quid dices. & ſuper ea. & in Spec. de fru. & intereſſe. §. primo, in principio, ex cōparatione, quę fit per dictas glo. de canonico. prębendato ad uſufructuarium. Cum ergo tales redditus ante canonicorum creationem non eſſent per ipſos canonicos, qui tunc erant percepti, & reconditi, ſed nūc obueniant capitulo: Nouiter autem creati nunc inueniantur de capitulo, ergo inter illos diſtribuētur, qui nunc ſunt. Et licet lex defuncta. ff. de uſufruc. prima facie uideatur probare contrarium, per quam dicitur, quòd ſi fructuaria locauit colono, & pactum fecit, ꝙ penſio ſoluatur calēdis Martij, & ipſa mortua eſt poſt collectos fructus, ſed ante diem, quo ei debebat ſolui penſio, nihilominus hęredes vſufructuariæ illam petere poterunt tanquam debitum fructuariæ: ſic in propoſito videtur tempus ſpectandum, non tempus collectionis fructuum, ſed tempus pręſtationis penſionis, quo tempore penſio iam erat debita capitulo, in quo erant canonici antiqui non noui: tamen prędictæ legi reſpondetur per prędicta, quia debemus conſiderare oblationem factam capitulo, & penſionem debitā capitulo, & exactionem fiendam nomine capituli. In quibus omnibus habetur reſpectus ad corpus capituli, & non ad ſingulares de capitulo, licet diſtributio recipiat ſingulares. Cum igitur exactio fiat nomine capituli, capitulum autem pręſens faciant tam noui, quàm antiqui, ergo non contradicit. Et pro hoc bene facit ca. relatum. el 2. de teſta. & ſi fiat diſtributio inter ſingulos, hoc fit, quia ſunt de corpore, vel collegio eccleſiæ, & ſic deberet agere ſingularis canonicus nomine eccleſiæ, iuxta no. de prob. ex literis. & ad onus capituli tenetur nouus canonicus ſubire: & ſi ſolutio eſſet facienda ex contributione ſingulorum, ipſi noui contribuerent: ad hoc de his quę fi. a ma. par. cap. c. fi. de regu. iur. qui ſentit. libro ſexto, & clementi. prima, de cenſibus.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium communiter ad capitulum & epiſcopum ſpectans, an in reſeruatione beneficiorum ad quemcumque ab epiſcopo vel alium ſpectantium cenſeatur reſeruatum.*

CONSILIVM XXII.

1 AN ſi Papa reſeruat omnia beneficia † vacatura ſpectantia ad collationem cuiuſcunque in certa diœceſi, pręterquam ſpectantia ad collationem epiſcopi, in tali reſeruatione includatur beneficium, quod ſpectat communiter ad capitulum & epiſcopum? ¶ Pro huius dubij euidētia venit diſcutiendum, an id, qđ eſt commune pluribus, includatur ſub appellatione eius, quod indefinite vel ſimpliciter dicitur eſſe alterius? Et in hoc gl. videntur variare. Nam innuunt commune includi ſub appellatione prędicta, ff. de app. Pomponius. §. ſed & is. ff. de regulis iuris. id quod noſtrum. Alibi videtur dicere contrarium, ff. de condi. inſti. l. 2. Gra. idem videtur dicere, 12. q. 1. §. fi. ſed glo. ibi ſentit contrarium, & ſic varia dicta in hoc articulo inueniuntur. Pro materia poſſet videri quod no. Archi. 16. q. j. frater. & Ioan. mo. & Dom. & pater meus in nouella, de ver. ſig. c. fi. lib. 6. Puto tamen, quòd vtraque interpretatio fieri poteſt ſecundum diuerſas materias. Sic enim verba ambigua ſecundum materiam, de qua eſt ſermo, ſunt interpretanda large vel ſtricte: ad hoc de reſcrip. ſedes. de priuil. vt priuilegia. & c. in his. optime de ſen. excom. ciuitas, primo reſponſo. li. 6. vbi hoc no. Ioan. mo. ff. loca. l. ex conducto. §. Pap. vnde vnum & idem verbum interdum ponitur large, vt in materia fauorabili: interdum ſtricte, vt in odioſa: de ver. ſig. c. penul. & de pręben. ca. fi. etiam ſi altera interpretatio videatur impropria, vt d. c. ſi ciuitas. Ita eſt in ꝓpoſito, qa in materia fauorabili verba, quæ proferuntur aliquid eſſe alterius, vel ad aliquem pertinere, includunt etiam, ſi id cum alio habet cōmune, ff. de ritu nup. l. illud. in fin. ff. de le. 3. l. ſi ſeruo. ſic intelligitur ff. de ver. ſig. ſi pupillus. §. fi. ad idem de vſu pal. c. j. & quod ibi no. quia in materia odioſa & ꝑiudiciali ſumitur ſtricte, de præben. cum in illis. in fi. li. 6. & facit quod ibi no. in gl. fi. Vnde talis intelligitur intentio proferentis, vt ibi. Per quod patet, quòd in caſu iſto, ſcilicet includendo beneficia, quæ ſpectant ad collationem epiſcopi & capituli, in exceptione cadūt. Et eſt ratio, ſ. ne grauetur epiſcopus, quod fuit de intētione Papę, quę ratio ſubeſt, vt in c. cum in illis. ne grauetur nō expreſſus in literis. Et ita debent iura & doc. concor. vt poteſt colligi ex dictis iuribus. Planum, ꝙ reſeruatio prędicta eſt odioſa, cum per eam præiudicetur ordinarię poteſtati, quæ eſt fauorabilis, 11. q. j. peruenit. & exceptio, quæ eſt facta de ipſo, eſt fauorabilis, 11. q. j. peruenit. Vnde debet intelligi de beneficijs, quæ ſimul ſpectant ad collationem ſuam & aliorum, cum talis interpretatio recte adaptetur materiæ, in qua loquitur, vnde omnino ſequēda, ff. de regulis iuris. quoties. de teſti. cum tn. de conſti. ex literis. cum ſi. Fortificatur hoc ratione benignitatis, quæ eſt ſequenda, de reg. iur. c. 2. maxime, cum de iure propter communionem vel commixtionem quæritur, 13. q. 2. non æſtimemus. de ſepul. ſacris. & quod ibi no. facit quod no. 16. q. j. & temporis. ne ſe. va. c. j. Item id, quod eſt dictum, planè procedit, vbi talis fauor pręſtatur libertati, ff. de regu. iur.

iur.quoties dubia.facit de arbi.cum tempore. Item q̃a prædicta interpretatio eſt iuri conſona,vt per ſe patet: facit quod no.de cõſue.cum dilectus.in gl. penul. Coadiuuatur quod eſt dictum ratione communionis.q̃ eſt inter epiſcopum & capitulum, per quam communionem potentior videtur,qui retinet, quàm qui adducitur. Patet hoc in rebus,ff.de li.& poſthu. l.regula. de præben.ſi is cui.lib.6.& in perſonis, ff. quemad. ſer. amit.ſi communem.de app.vna ſententia.de arbi.per tuas.& quod no.de iure patr. c.j.lib.6.in gloſ. fi. Naturaliter autem id,quod eſt potentius, vincit id quod eſt minus potens,cum fit commixtio,de pęni.di.j. medicamentum. de conſe. eccle. vel alta. quod in dubijs.& c.j.li.6.de ſen.exc.ſi ciuitas.eo.li.2.reſponſio. Eadem ratione, ſ.communionis vnius ſpecificatio porrigitur ad ſibi coniunctum in eodem iure, 19.q.4.c.j.de cog. ſpi.Martinus.C.de diuer.reſcri. l. j. Item ſingulariter in hoc caſu facit communio,quæ eſt inter epiſcopum & capitulum,qui faciunt vnum corpus, & epiſcopus eſt loco capitis,de his quæ fi.a præla. nouit. Sed caput eſt potentior & nobilior pars corporis, de præſcri.cùm nõ liceat.12.q.j.c.j.& facit quod ibi no.in gl. de pręſcr. non liceat.ergo propter ius reſeruatum epiſcopo retinebit capitulum,quod eſt commune vtrique:facit etiã quia verbum generaliter prolatum, debet interpretari contra proferentem, ſaltem ex quo alteri non fit p̃iudicium, de priuile. quia circa. & quod ibi no. Et ad prædictam concluſionem, quòd non includatur beneficium commune, facit quod no. in cap. præſenti. in glo.penul.de offic.le.li. 6.Cui concordat ibi Archi. vbi etiam reſpondetur ad c.cum in illis.de pręben.lib.6.

Io.Cal.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ dicantur reſeruari, Papa omnia reſeruante, quæ nõ ſunt in collatione epiſcopi.*

CONSILIVM XXIII.

1 AN ſi Papa reſeruat beneficia totius† diœceſis, exceptis ſpectantibus ad collationem epiſcopi, intelligatur de illis, in quorum poſſeſſione eſt conferendi, an etiam de his, in quibus habet epiſcopus ius cõferendi? Et dic,quòd intelligitur de his,in quibus epiſcopus habet poſſeſſionem conferendi,non de his, in quibus habet proprietatem tantum alio exiſtente bona fide in poſſeſſione dicti iuris:quia & ſi verbum pertinere lateat, ff.de ver. ſig.l.verbum.illud tamen Papa dicendo, exceptis pertinentibus ad collationem,videtur inſpicere actũ conferendi,qui pertinet ad poſſeſſorem bonæ fidei non ad proprietarium,alio (vt eſt dictum) poſſidente:de electione:querelam.de cauſa poſ. cum olim.de iure patr. conſultationibus.& quod ibi no. Inno. quòd eſt verũ, antequam proprietarius euincat ius, quod habet poſſeſſor: facit de elec.cum eccleſia Vultera.de cauſa poſ. cum dilectus.quod ius propria auctoritate non poſſet ſibi aſſumere, 16.q.6.placuit. C. vnde vi. ſi quis in tantum.de præben.cum qui.lib.6.Ita puto, quòd quis diceret ecõuerſo,ſi epiſcopus eſſet in poſſeſſione bonæ fidei dicti iuris,licet alius haberet proprietatem,quòd beneficium,in quo talis ius haberet, epiſcopus includeretur in tali exceptione & non reſeruatione. Et hæc Videtur fuiſſe propriè intentio, ſ. quòd ad actum ſiue exercitium collationis ſe retulit: ad quod bene facit cle.li.de beneficio.de præben.& quod not.Gul. in Spe: de proba.§.ij.ver. ſed pone ſtatutum: & quod no. Inno.de cau.poſ.cum eccleſia.ſuper verbo, decernimus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium curatum cum alijs beneficijs Papa diſpenſante, quis habere poteſt.*

2 *Diſpenſatio ſi quæratur, quod impedit releuetur.*

CONSILIVM XXIIII.

1 AN ſi Papa diſpenſat, vt quis poſſit habere† dignitatem vel beneficium curatum, & licitè illud retinere, ſi ſibi canonice conferatur, vnà cum alijs ſuis beneficijs,quæ primo obtinebat, exprimendo legitimè prima beneficia obtenta, poſſit virtute dictæ gratiæ obtinere dignitatem curatam & electiuam in eccleſia cathedrali immediate poſt pontificalem dignitatem? Et dicitur quòd ſic, tribus rationibus. Prima, quia per dictam gratiam nõ fit interpretatio certi vel incerti beneficij, vnde alicui ordinario prouiſori non fit præiudicium. Secũdo, q̃a licèt non exprimatur modus, ſecundum quem beneficio prouidetur,non vitiatur diſpenſatio. Tertio,quia diſpenſatio prædicta fit ſuper pluralitate & exprimit ea ꝓpter quę prohibetur pluralitas in diſpenſationib. ab alio,quàm a Papa. Circa primum eſt ponderandũ quòd literæ beneficiales reſtringuntur,ideo quia ambitioſæ:& quia per eas fit præiudicium ordinario collatori:ſic intelligitur c. quamuis.el primo. de præben. lib.6.bene facit de reſcrip. mandatum.& ca.abbatem. Vnde in eis nil debet ſupprimi, quod poſſet mouere principem ad denegandum, vel difficilius concedendum,de reſcrip.conſtitutum.& c.ad audientiam.de fil. presby.ad præſentiam.de cleric. non reſi. conquerente.de re iudi.cùm olim.cum ſi. Et pro tanto reſtringitur verbum beneficij, vel eccleſiæ, poſitum in literis impetrantium,de præben.c.ſi.& c.quamuis. eo. ti. li.6. diſpenſatio autem,per quam non derogatur ordinario prouiſori,& ſi in ſe ſit odioſa,& ideo reſtringenda, de fil.presby.c.j.& ſi li.6. de præben.non poteſt. eo. li. non tamen reſtringitur contra propriam ſignificationem vocabuli,imo ad literam,vt verba ſignificant, debet intelligi, vt probant dicta iura, & optimè c. ſi. de transla.præla.& c.quod dilectio.de cõſang. & affi. Et q̃ ibi reſtringatur contra regulam iuris, fuit virtute cõſuetudinis,qua ceſſante dictæ regulæ eſſet ſtandum,vt ibi ſentit gloſ.& clarè Io. An. poſt Hoſt. Vnde ſi vir & vxor,quorum alter diſtet a ſtipite quarto gradu, alter tertio gradu, impetrauerunt diſpenſationem, quòd poſſent contrahere,dicendo ſimpliciter, quod diſtant quarto gradu,non eſt diſpenſatio ſurrepticia: & ita declarauit Clemens Papa 6.igitur cum per prædictam diſpenſationem non præiudicetur ordinario collatori, imo ipſius ius conſeruatur in ea ibi, ſi tibi canonice conferantur:non debent verba reſtringi contra propriam ſignificationem:bene facit quod no. Io.An.de verbo.ſig.c.penul.& eo.tit.cap.ſi.lib.6. Et loquitur ille tex.cum per gratiam,quæ fit prouiſori, fit præiudiciũ ordinario collatori:& tamen eo caſu dicit ibi Io. An.
2 quòd latè ponitur fortius: ergo iſto caſu vbi ordinario prouiſori non fit pręiudicium: vnde licet c.is cui. de pręben.li.6.velit,quod etiam in gratia, quę fit prouiſori,exprimatur qualitas beneficij, quam habet ille cui prouidetur, non tamen dicit vt de qualitate bene
2 ficij,de quo prouidetur. Item per dictam diſpenſationem non impetratur certum vel incertum beneficiũ, & ſic non ſumus in caſu c. cum in illis. primo reſponſo.& clemen.j.de præbend.vtrobique enim dicitur, ꝓuideri mandamus:ideo ſufficiant iſto caſu, cum non impetratur certum vel incertum beneficium, & ſic non fit pręiudicium ordinario collatori,quòd fiat mẽtio de beneficijs, quę habebat impetrans diſpẽſationẽ. Per hoc c.eſt reſponſum ad c.quamuis. de pręben. lib. 6.quòd expreſſe loquitur,quando mandatur per Papã

prouideri

prouideri de beneficio, & ſic fit ſtricta interpretatio, per quam minus præiudicetur ordinario prouiſori. Item de propria ſignificatione nomen eccleſiæ comprehendit etiam cathedralem, vt in indulgẽtiis, & gratiis, de ver. ſig. c. pen. ¶ Circa ſecundum quia in dicta diſpenſatione non fit mentio ſpecialis modi, ſecundũ quem debet beneficium ordinari, eſt ſciendum quod licet expreſſio certi modi alium nõ complectatur, immo videtur excludere, de reſcri. ſuſceptum. de præben. cum in illis §. j. & 2. & c. cui de non. eo. tit. eo. lib. tamen vbi ſimpliciter ſcribitur, nullo modo expreſſo, nullus modus excluditur, iuxta regulam, generaliter dictum generaliter, &c. Et quod indefinita æquipollet vniuerſali, vt in iuribus vulgaribus. Et ſic includitur modus electionis, vt etiam videtur ſentire glo. in clem prima, de præb. in gl. iſtud verbum in fi. Nec certus modus exprimitur per illa verba, ſi tibi canonice conferantur, quia ad generalem iuris diſpoſitionem referuntur, vt bene probatur de elec. dudum. el 2. de filiis presby. c. 2. de præb. non poteſt. li 6. non autem mandatur per has literas ſub certo modo prouideri. Et per hoc reſpondetur ad cle. j. de præb. & ad c. cum in illis. eod. ti. lib 6. Fortificatur etiam iſtud ſecundum ponderato, quòd per has literas non mandatur prouideri de certo, vel incerto beneficio vt prædixi, quo caſu loquuntur dicta iura, c. deliberatione. de offi. le. lib. 6. Non ob. quia licet ibi dicatur, quòd dignitas electiua, & principalis poſt epiſcopum in eccleſia cathedrali non cadat in poteſtatem legati, non ſequitur, ergo talis dignitas nõ cadit in literis apoſtolicis, niſi de hoc in illis fiat mentio ſpecialis. Nam multa includuntur in literis Papæ, de quibus legati non poſſunt ſe intromittere, vt ſi ſibi reſeruat omnes dignitates, ad quas quis conſueuit p̃ electionem aſſumi, includitur dignitas in cathedrali eccleſia electiua, licet de hoc non fiat mẽtio ſpecialis. Et aliqua poteſt legatus, quæ non includuntur in literis Papæ, niſi fiat mentio ſpecialis, vt cum mandatur prouideri de beneficio, non includitur curatum, & tamen legatus poteſt tale beneficium conferre, de offi. le. c. j. & c. præſenti. & ca. deliberatione. lib 6. vnde non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, de tranſ.
2 præla. c. 2. ¶ † Circa tertium ponderandum eſt, quod dicta diſpenſatio proprie facta eſt ſup̃ pluralitate. Ex quo ſequitur quod ſatis eſt, quòd vere exprimat id, propter quod impeditur quis habere plura beneficia ſine diſpẽſatione Papæ, quia illo remoto ſublata eſt prohibitio: ad hoc j. q 7. didici. & c. diſpenſationes & c. ſequenti: & de elec. dudum. el 2. cum ſi. Sed quid eſt, quòd impediat pluralitatem beneficiorum ſine diſpenſatione Papæ? Certe incompatibilitas, vt quia ſunt duæ dignitates, vel duo curata. Sed hanc expreſſionem plene facit dicta diſpenſatio, & remouet iura contraria. vt patet ex ſui forma. Non ob. quòd non fit mentio de collegio, & dignitate, quæ de nouo confertur: quia iura non dicunt, quòd requiratur Papæ diſpenſatio, quia collegiata, ſed quia dignitas eſt. vel quia habet curam: ſicut nõ dicunt, quòd requiratur Papæ diſpenſatio, quia beneficium debet ordinari per viã electionis: poſſet enim eſſe beneficium ſimplex, ad quod fiet ordinatio p̃ viã electionis, & tamen nullus diceret, quod in illo habẽdo non curato, vel dignitate foret neceſſaria papalis diſpenſatio: ergo propter has qualitates tantummodo, ſcilicet dignitas perſonatus, officium perpetuum, ſiue ſit curatum, ſiue non, & cura, per ſe requiritur diſpenſatio Papæ. Sufficit enim fieri mentionem de dignitatib. vel perſonatib. abſque eo, quod exprimat modum prouidendi, vt patet de præb. de multa.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficij coloratè poſſeſſi facta non proprio motu, quando valeat.*

CONSILIVM XXV.

1 AN valeat impetratio beneficii † non motu proprio facta coloratè poſſeſſi, non facta mentione de colorata poſſeſſione, ſi in literis executoris eſt appoſita clauſula, amoto quolibet illicito detentore. Et dicitur, quòd non valet: de conceſſione præb. cum noſtris de priui. dudum. no Io. And. poſt Inno de conceſ. præb. literas. Nec ob. clauſula amoto quolibet illicito detentore, quæ ſecũdum quoſdam tollit vitium, quod ineſſet propter coloratè facti poſſeſſionem: quia illa non apponitur in literis gratiæ, licèt apponatur in literis executoris. Cõſtat enim quod gratia exiſtente uitioſa, per conſequẽs executoriæ non tribuunt ius: ad hoc de offi. deleg. ſi ſuper gratia. lib. 6.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium manuale, an in beneficiorum reſeruationibus includatur.*

CONSILIVM XXVI.

1 AN in reſeruationibus beneficiorum † includantur beneficia manualia? Et videtur quod non: Nam licèt beneficia manualia vacare dicantur, vt in cle. quia regulares. de ſupplenda negligentia prælatorum. hoc tamen procedit in odium, & pœnam neglıgẽtium. Et ideo ad alios caſus alterius rationis non videtur extendendum, de reg. iur. odia. & ca. in pœnis. lib. 6. & quod not. in dicta cle. in gl. & in talibus. Nam collatio beneficiorum debet intelligi de ſui natura perpetua, 55. di. præcepta, & no. de fil. preſ. veniens. de cleri. ægro. cap. pen. Ex quo ſequitur, quòd Papa ſibi reſeruando collationem beneficiorum, uidetur intelligere proprie de collatione, q̃ fit perpetuo de beneficio, vt ſic verba intelligantur ciuili modo, de conſti. ex literis. de conſue. cum dilectus. de dona. cum dilecti. & cap paſtoralis. Præterea ex hoc, quòd uidetur beneficium manuale, & hoc tacito Papa conferi planè, uidetur collatio vitioſa, quia aut dicitur beneficium collatum ſecundum ſubiectã materiam: & ſic manualiter, quia eſt manuale. Et certe hoc non eſt ueriſimile, quia ſic poſſet ille ſuperior, cuius eſt manuale, ſtatim reuocare illum, cui facta fuit collatio, & alium ſubrogare. Aut dicetur, quòd Papa voluit collationem fore perpetuam, & irreuocabilẽ, & ſic mutauit naturã beneficij. Sed certum eſt, quod hoc non intendit Papa, niſi exprimat: facit 20. di. ca. j. de iure patro. querimoniam. Pro hac ratione bene facit de confir. uti. vel inuti. porrecta. & c. ad noſtram.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans officium in eccleſia vacaturum, an poſſit in eadem beneficium acceptare.*

CONSILIVM XXVII.

1 AN impetrans in eccleſia officium uacaturum, poſſit † acceptare in eadem eccleſia unum beneficium ordinatum ſub appellatione officij ſeu beneficii, etiam ſi ſit canonicus? Et dicitur, quòd poteſt unum de dictis beneficiis pro officio acceptare. Non obſt. quòd ſit canonicus: quod probatur, quia beneficia, de quibus quæritur, ſunt officia: quod patet ex ordina. ipſorum. Ponitur enim, quod fuerunt ordinata, ut officia ſeu beneficia: ergo officia ſunt, & ſic nominantur. Ex huiuſmodi n.

deno-

denominatione interpretamur ſaltem in dubio ita eſſe, quia ſic denominantur, 22. quęſt. 4. dicat. 93. diſt. dominus. de præſum. illud. cum ſim. Ad prædicta facit quod no. Dominus, & pater meus poſt Inn. & Hoſtiē. de pręben de multa & in c. j. de conſue. lib. 6. poſt Archi. Idem probat dictio, ſeu: ſiue diſiunctiua, ſiue dicatur ſubdiſiunctiua, quę quantum ad propoſitum hoc importat, quòd non eſt vis, ſiue appellētur officia ſeu beneficia, dictus autem expectans dicitur expectare officium ergo &c. facit de reg. iur. in alternatiuis: li. 6. Non obſtat, quòd dictus expectans eſt canonicus dictę eccleſię: tum quia ponitur, ꝙ canonici tenuerunt, & poſſederunt dicta officia ſeu beneficia vnà cum præbendis, quod a iure non improbatur, ſed videtur iuri conſonum: facit de præb. quia ſępe. & c. ſi is cui. li. 6. licet habere duas pręb endas in eadem eccleſia ſit incōpatibile, vt in cle. ſi iuſta. de pręb. & quod ibi not. Non ob. quòd ponitur, quòd habentes dicta beneficia, ſeu officia, non debent eſſe propter hoc canonici, nec habere iura canonici: quia illud propter hoc ſoluit contrarium. Fateor enim, quòd habens dictum officium ſeu beneficium non eſt canonicus, nec habet iura canonici, ſed quod alias poſſit canonicus dictū officium habere, non improbant dicta verba, nec ipſorū mens, immo innuunt contrarium, & maxime ponderato vſu, de quo in themate. Ad pręmiſſa faciunt optime quæ no. Do. & pater meus in nouella, de re iudic. cum olim. ſuper prima gl. Io. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficij regulari collata 40. ann. non poſſeſſa, an valeat.*

CONSILIVM XXVIII.

1 AN impetrans beneficium, quod confertur † regulari, non tamen poſſeſſum per 40. annos, poſſit illud obtinere, ſi non facit mentionem de illa poſſeſſione regulari, vt quia abbas monaſterij eccleſiam monaſterio ſubiectam cōtulit monacho ſuo, quæ conſueta erat regi per ſeculares? Et videtur, quòd impetratio nō valeat. quia oportet, quod in literis fiat mentio de his, quæ inducerent principem ad denegandum, vel non ſic faciliter concedendum, de reſcrip. ad audientiam. cum ſim. ſed hic non fecit mentionem de illa poſſeſſione, ergo non debuit valere, cum iſtæ impetrationes ſint odioſæ, de pręben. quamuis. lib. 6. & ſtatus præſens eſt inſpiciendus. de ſenten. excommun. ſi iudex laicus. lib. 6. Et hoc optime probat capitu. cum de beneficio. de præbend. lib. 6. quæ ſorte induceretur in contrarium, ſed ſi ſubtiliter intelligatur, facit ad hanc partem. Nam ibi probatur, quod 40. annorum ſpatio ſtatus eccleſiæ præſcribitur: ergo ante præſcriptionem ſtatus ille poſſidetur, vel quaſi, quia ſine pręſcriptione, vel quaſi, pręſcriptio non procedit, ergo ante pręſcriptionem ille ſtatus poſſidetur, vt ſit ſenſus capituli, quòd uolens impętrare beneficium ſeculare, quod a principio fuit irregulare, ſi dicat eum ſeculare, habeat probare ipſum fuiſſe conſuetum regi 40. annis per clericos ſeculares: & hoc vult illud c. alias autem ſimpliciter impetrans beneficium, ſi eſt clericus ſecularis, illud non habebit probare, ſed ſufficiet ſtatus, qui eſt, alias impetratio erit ſurreptitia, ſi tempore impetrationis beneficium non ſit ſeculare. Nec ob. quòd inferiores ab epiſcopis non poſſint inducere mutationem ſtatus beneficiorum, de exceſ. pręla. ſicut vnum, quia hoc fateor, ſed ꝑ hoc non tollitur facti poſſeſſio, ex qua inſurgit, quod dixi, ſicut in poſſeſſione, quę habetur per prędonem, quæ tamen inducit reſtitutionem, de reſtitu. ſpoliato. in literis. Gaſp. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficij uniti, vnionis nulla mentione facta, an ſit valida.*

CONSILIVM XXIX.

1 AN impetratio facta de beneficio † vnito teneat, non facta mentione vnionis nulla, vel poſſeſſionis obtentæ virtute illius vnionis? Et videtur, quod teneat, quia regulare eſt, quòd illa, quæ de iure non tenent, non præſtent impedimentum, de regulis iuris. non præſtat. cum concor. ſicut dicimus de ſecundo reſcripto non faciente mentionem de primo nullo vel exceptione elidibili, vt no. de reſcriptis. ex parte. C. eo. tit. ex tenore. ſicut ſententia nulla non impediet ſecundam, vt no. 2. q. 6. §. diffinitiua. de re iud. inter monaſterium. & ſicut electio nulla non impedit ſecundam, de elec. conſiderauimus. & cap. auditum. Vnde ſola poſſeſſio eccleſiæ in proprietate etiam colorata nō impedit illius collationem. prouiſionem vel impetrationem. Nec ob. de cōceſ. pręben. cum noſtris. & c. literas. quia ponunt ſpiritualem caſum in ſuis terminis, ſ. cum quis narrauit beneficium vacare & vacaſſe tanto tempore &c. qui caſus, vt patet per prędicta, exorbitat omnino a regulis communibus, mirātum quòd (vt ibi no.) aliqui tenēt, quòd non fuerit caſſatus proceſſus propter ſurreptionem, ſed propter ordinem non ſeruatum: ad hoc qđ no. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Sed talia, q̄ ſic exorbitant, debent intelligi ſtrictè, prout ſcripta ſunt, ita vt non trahantur ad conſequētiam, vt no. Io. An. de offi. dele. conſultationibus. de emp. & ven. prouenit. at hic non eſt poſſeſſio ex titulo beneficij, ſicut ibi dato per eum, qui habeat poteſtatem conſerendi.

Lau. de prin. nimis reſtringit diſpoſitionem dicti c. quia nedum in beneficijs, ſed etiam in alijs impetrationibus procedit, quòd non extenduntur ad poſſeſſa per alios, vt eſt caſus & ibi gl. in c. 2. de deci. li. 6. & patet in c. dudum. eo. ti. & ibi per Inn. imo ratio poteſt eſſe, quare in impetrationib. debeat fieri mētio colorate alterius poſſeſſionis: q̄a ſi fuiſſet expoſitū Papæ, nō ſic de facili conceſſiſſet rem poſſeſſam ab alio, & de talibus debet fieri mentio im impetrationibus, vt patet de reſcrip. ad audientiam. Et ſic diſpoſitio illius c. non videtur exorbitans.

Dominicus de ſancto Geminiano.

SVMMARIVM.

1 *Sacriſta habens dimidiam præbendam, beneficium impetrando, an teneatur media præbendæ memorari.*

CONSILIVM XXX.

1 AN ſi ſacriſtæ eccleſiæ aſſignetur per canonicos † dimidia præbenda, vt ſacriſta deputatus ad cuſtodiam valorum eccleſiæ habeat ſuſtentationem, habens talem ſacriſtiam de ea teneatur facere mentionem in impetrationibus beneficiorum? Et videtur quòd non. Probatur, ante aſſignationem dictę mediæ pręb endę ipſum officium ſacriſtæ non erat beneficium eccleſiaſticum, & ſic nō conferebatur in titulum, ſed per aſſignationem dictę dimidiæ præbendę a capitulo non eſt effectum beneficium eccleſiaſticum, quod probatur, quia ſumendo beneficium eccleſiaſticum ſecundum ſubiectam materiam, iſtud creare eſt epiſcoporum, de conſe. di. j. nemo eccleſiam. de exceſ. pręla. ſicut vnire imo in forma debita, ſ. conſenſu capituli & tractatu ſuper hoc ꝑcedente, de conſue. cum conſuetudinis. de his quę fi. a pręla. nouit. & cap. quanto. hoc voluit Inno. de conſti. cum

ſti.cum omnes.in prima gloſ.circa medium. Et Io. An. poſt Compoſt.ibidem ſuper prima glo. Idem etiā no. e.tit.cum acceſſiſſent.& probatur eo.q.qui nouerint.& c. decretum.cum pluribus c. ibidem. Si ergo non eſt beneficium eccleſiaſticum, quod conferatur in titulum, ergo impetrans non tenetur facere mentionem de eo, vt no. de reſcrip. poſtulaſti. per Inn.de præben. quamuis.li.6.& no.Do.& pater meus in.cap.in noſtra.de reſcri nec ſequitur, ſi habet dimidiam præbendam, ergo eſt beneficium eccleſiaſticum conferendum in titulū, cum proprie non ſit præbenda, ſed fructus præbendæ, ſicut qñ daretur magro in theologia, de magi. quia nōnulli. & dato quòd ſit præbenda, præbendæ perceptio non facit beneficium eccleſiaſticum, de quo quæritur. Nam etiam laicus poteſt habere præbendam, vt no.gl. de conſti cum M. Ad idem quod dicimus de promoto ad titulum patrimonij, qui omnino tenetur de eo in impetrationibus facere mentionem, vt no.Inno.in dicto c poſtulaſti.in fi.& P. M. in dicto c. in noſtra. in 6. quæſtione. Ad idem tex.dic. c. poſtulaſti. a contrario, vbi patet, quòd dc. temporali vicaria quis non tenetur facere mentionem. Et ibi etiam tenet Io. An. quæ temporalis etiam poſſet eſſe perpetua certo caſu. Et ideo hæc non ſufficit, nec illa eſt etiam cauſa expreſſionis, quia perpetuo vel temporaliter, ſed quia datur in titulum beneficij. Vnde puto, quod licet beneficiū eſſet manuale, tamen de eo debet impetrans facere mentionem.ar.clemen.quia regulas. de ſup. neg. prpla. Quare autem præſumam ſacriſtiam primo nō fuiſſe datam in titulum, patet, quia de natura beneficij eſt, quòd perpetuò conferatur, vt 50.diſt. percepta. niſi in ipſa collatione beneficij aliud exprimatur. Fatendum igitur, quod vbi ante dictam aſſignationem dimidiæ præbendæ ſacriſtia conſueuit in titulum aſſignari: & nunc etiam poſt dictam aſſignationem de ea deberet iudicari, & tunc impetratio alterius beneficij eſſet ſurreptitia, ſi de ipſa non fuerit facta mentio, de præben. ſi motu proprio.cum concor.li.6. Per hæc ceſſant cōtraria, quæ poſſent fieri, quòd ſurreptio taciturnitatis, quę moueret Papam ad denegandam gratiam, vel nō ſic de facili concedendam, vitiat literas, de reſcri.in noſtra.& c.ad audientiam.cum ſi. quia hic talia non ſunt tacita, cum non reperiatur expreſſum in iure, quod de talibus debeat mentio fieri, & in talibus literis non eſt neceſſe mentionem fieri, niſi de his quæ exprimūtur in iure, vt no.glo.in clemen.j.de præben.& P. M.in d.c.in noſtra.in 4.q.quod no.Io.An.in c. 2. de ſi. presb. li.6. Nec ob.dictum Inn.in d.cap. poſtulaſti.vbi dicit, ꝙ ſi aliquis habet redditum vel penſionem, vel poſſeſſiones, eccleſia debet facere mentionem: quia illud non eſt bene dictum, vel debet intelligi de poſſeſſione vel redditu, quæ aſſignata fuerunt loco beneficij, quod debebatur ratione literarum vel aliàs. Et quòd ſic intellexerit, probat ē ad euidentiam.eo.ti.quod alle. Item æquiparatio vicariæ, quæ datur in titulum.

Gaſ.de.Cal.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus eccleſiæ cathedralis an poſſit venire in prouiſione de beneficijs eccleſiaſticis.*

CONSILIVM XXXI.

AN impetrans gratiam, vt ſibi prouideatur de vno, duobus vel tribus beneficijs eccleſiaſticis: in tali gratia cadant † canonicatus eccleſię cathedralis? Et dicitur quòd ſic, ſi eſt facta mentio de beneficijs eccleſiæ cathedralis, alias illa eccleſia non includeretur, de præb. quamuis. li. 6. Includit etiam canonicatus eccleſiarum inferiorum, vt co. ti & li. ſi cum.& cap.dudum. Et quod in talibus gratijs veniant canonicatus, no gl.& doc.in cap.fi.de præben.

Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Executor an teneatur beneficium eo tempore conferre, quo impetrans acceptare, & conſi.ſeq.*

CONSILIVM XXXII.

AN ſicut impetrās debet acceptare intra mēſem beneficium vacans, quod includitur in literis, ibi executor etiam debeat illud conferre intra eundem mēſem. Super hoc ſunt opi.in cle.j.de conceſſio.præbend. Sed puto, quòd acceptatori tantum ille menſis ſtatuatur, & non executori, vt ſic ſi impetrans acceptat intra menſem, executor poſt menſem poſſit conferre. Executor enim ſuccedit in locum Papę, cui non eſt ſtatutus certus terminus, nec currunt tempora ſibi, vt no. Comp.in cap. capitulum. de reſcrip. in glo. magna: ver. item nunquid executor.& glo.in cle.ſi beneficio. de præb.in gl. ſed nunquid. Quibus tamen glo. poſſet reſponderi per tenentem contrarium, quòd loquuntur in executore ſimpliciter dato: ſecus quando tempus eius poteſtati adijcitur, vt in caſu noſtro. Quòd autem iſtud tēpus videatur aſſignatum acceptationi & non collationi, probatur ex proximitate verborum, quotiès determinatio poteſt plura reſpicere, ſalua intentione diſponentis, de ver.ſig.intelligentia.& cap.propterea proximum verbum debet potius determinare, quàm remota, ff.de poſtul.l.j.§.proinde.& de le.j.talis ſcriptura.& l. ſequenti.de don.cum dilecti.cum ſimi. Et maximè, quando actus non ſunt connexi, ſicut eſt acceptare per impetrantem, & conferre per executorem, qui actus ſunt diuerſi: proximum autem verbum eſt acceptatio, quia litera gratię dicit, quod intra vnius menſis ſpatium duxeris acceptandum. Et poſtea ſequitur, conferendum vel conferenda &c. quod illa determinatio menſis apponatur acceptationi tantum. Aperte probat clemen.j.de conceſ. pręben. in ti. vbi no. negligentia acceptantis, non autem collatoris: quaſi ipſi impetranti tantum terminus intelligatur aſſignatus, non autem executori. Hoc poteſt colligi ex glo. Ioan. An.in dicta cle.in gl. iſte terminus: circa fi. licet quidā illam glo. aliter intelligant.

CONSILIVM XXXIII.

1 INTRA quantum tempus executor † debeat cōferre beneficium vacans impetranti cum clauſula, quod intra menſem duxeris acceptandum. Et licet ſupra conſilio proximo fuerit dictum, quòd executori non currit tempus, quia ſuccedit in locum Papæ, in quo non habet locum capitu.2. de conceſſio. pręben. tamen dico, quòd negligentia impetrantis corrodit gratiam ſuam, & eam facit expirare, vt eſt caſus de reſcrip. ſi ibi qui. lib. 6. quę expreſſe vult, quòd licet ſit facta repręſentatio literarum & proceſſus executoris cum reſignatione, & collatio canonicatus, & etiā receptio: tamen negligentia vel dolus impetrantis deſtruit gratiam ſuam. Ad idem de pręben. ſi clericus. primo reſponſo, eo. li. quę expreſſe loquitur etiam quando eſt facta gratia. Et ſic concluditur, quòd notabilis negligentia ipſius impetrantis facit expirare poteſtatem executoris. Quę autem dicatur notabilis negligentia, gl.& Io. An.in dicto c. ſi clericus. dicit hoc relinquendum arbitrio iudicantis. Et idem no gl.penul. in cle.j.de conceſ.pręben tamen vbi circumſtantię facti aliud non ſuaderent, ſex menſium ſpatium deberet inducere negligentiam, quia vltra id tempus dicitur

beneficium

beneficium diu vacare, vt dicit tex in dicto c. 2. de cõceſ. præben. tamẽ quia iſtud potius per Papam eſſet declarandum, quàm per conſultorem.

Gaſ. de Cal.

Ne ſede vacante aliquid innouetur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum canonicorum regularium an poſſit ſede vacante mutare ſtatum.*

CONSILIVM I.

1 AN capitulum eccleſię canonicorũ † regularium vacante eccleſia poſſit mutare ſtatum, & aſſumere ſtatum & regulã ordinis ſancti Benedicti? Et dicitur quod ſic, duntamen modus debitus obſeruetur: qui modus eſt, vt primo petatur hæc mutatio per canonicos & conuentum dicti monaſterij ab epiſcopo diœceſano pro reformatione & bono ſtatu dicti monaſterij, & ſalute animarum fratrum ipſius pręſentium & futurorum: qua petitione recepta, epiſcopus eidem monaſterio vacanti deputet ad cautelam defenſorem vel œconomum virum idoneum: demum per epiſcopum cum ſuo capitulo, & per defenſorem ſeu œconomum cum conuentu fiat tractatus, quo facto per ipſum epiſcopum cum conſenſu capituli & fratrum monaſterij ordinetur, quòd fiat talis ſtatus mutatio: & ſic firmetur & approbetur: & ſic fiat, vt dicti canonici aſſumant habitum monachorũ, & profiteantur in manibus epiſcopi regulam beati Benedicti ſic inſtitutam in dicto monaſterio. Quod autem dicta mutatio ex cauſa prędicta fieri poſſit, probatur de reb. eccle. non alie. c. primo, lib. 6. & in cle. ſi vna. eo. titu. de his quę fiunt a pręla. tua. de exceſ. pręla. ſicut. & per no. de reli. do. conſtitutus. & 25 q. 2. in ſumma. & quod no. Innocen. vt eccle. bene. cap. j. in fi. Non ob. quòd vacante ſede nil eſt innouandum: quia illud verum in eccleſia cathedrali, nõ in inferioribus, vbi ſubeſt cauſa, & ſit per epiſcopum forma debita obſeruata ſecundum plene no. per Inno. ne ſe. va. c. j. Nec obſtat extrauagans Benedicti in cap. de collapſis eccleſijs. vbi probatur, quòd monaſteria religionis canonicorum regulariũ ordinis ſancti Auguſtini non vniantur uel ſubmittantur eccleſijs ſeu locis religioſorum quibuſcũque alterius religionis ſine licentia ſedis apoſtolicæ: quia licèt prohibeat vnionem vel ſubmiſſionem, non prohibet ſtatus mutationem, quæ poteſt fieri de iure, cum iſtud ſit quid diuerſum a caſibus ibi expreſſis, de elec. conſtitutio. lib. 6. cum ſi.

Gaſ. de Cal.

CONSILIVM II.

AN ſede vacante capitulũ poſſit eligere pauperes, inter quos diſpenſetur hæreditas, ſi teſtator reliquit pauperibus Chriſti, non dicendo per quem debeant eligi? Vide infra, de teſta. conſi. 12.

De his, quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli. Et de his, quæ fiunt a ma. parte capituli, Rub.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eccleſiæ bona quando de nouo in emphyteoſim concedere poſſit.*

CONSILIVM I.

1 AN epiſcopus poſſit res eccleſię † conſuetas in emphyteoſim perpetuam dari, concedere de nouo ſine conſenſu ſui capituli? Et videtur quod poſſit. Et ad hoc faciunt iura & rationes allegatę, quod epiſcopus quinquageſimam vel centeſimam concedere poſſit ſine conſenſu ſui capituli, de quo per glo. 12. q. 2. bonæ rei. & per gl. & doc. de dona. appo. Et ad idem facit dictum Ioannis de anch in ſumma ſua, vbi tenet, epiſcopum poſſe infeudare rem eccleſiæ conſuetam infeudari ſine conſenſu capituli, vt ipſe poſuit in ſumma de feu.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus portionem canonicam eccleſiæ inferiori conferre quãdo poſſit.*

CONSILIVM II.

1 AN epiſcopus ſine conſenſu capituli † poſſit donare eccleſiæ inferiori canonicam portionem mortuariorum ſibi debitam, vt perpetuo ſit inferioris eccleſię? Et videtur quod ſic. Et probatur ratione iure & opi. Ratio eſt. quia iſta canonica ita ſpectat ad epiſcopum, quòd non ad capitulum, vt patet de teſta. requiſiſti. & ibi hoc no. Hoſti. & ſic ad eum ſolum pertinet adminiſtratio. Ex quo ſequitur, quòd ipſe epiſcopus per ſeipſum ſine capitulo poteſt illam remittere, ar. de reſcr. p. edoceri. & eorum, quę ibi not. Inno. Et hoc videtur tenere glo. licet alternatiue loquatur de canonica, quę debetur epiſcopo de redditibus eccleſiæ inferioris, in qua eſſet maius dubium, in c. poſſeſſiones. de re. eccle. non ali. in prima glo. ¶ Iure etiam probatur per tex. c. fi. 12. q. 2. vbi dicit tex. quòd epiſcopus ſuam canonicam dare poteſt etiam alteri eccleſiæ, nedum illi, a quo percipere debet, & de capitulo nihil dicit. Ex quo ſequitur, quòd ipſe ſolus hoc poterit. Et ita arguit Papa de his, quæ fi. a præla. cum apoſtolica. & ſic vbi etiam perpetuo remiſſio canonicæ mortuarij fieret per epiſcopum ſolum pio loco, vbi factum eſt relictum, videtur iuri conſonum hanc conceſſionem tenere. Et quia gl. in dicto c. fi. 12. q. 2. tenere contrarium videtur, & Hoſti. in c. requiſiſti. de teſta. Hoc non firmo, tamen ſi epiſcopus faceret talem cõceſſionem, valeret quantum ad præiudicium ipſius concedentis tempore vitę ſuæ, ſed per eam non impediretur ſucceſſor, quominus illam reuocare poſſit, ex quo non interuenit cõſenſus capituli. Et ita intelligũt Hu. Ioan. & Lauren. prædictum c. fi. 12. q. 2.

Gal. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum eccleſia cathedralis an poſſit capituli bona ſine epiſcopi conſenſu de nouo infeudare.*

2 *Conſuetudo habens tacitum conſenſum eorum, quos tangit negotium, valet.*

CONSILIVM III.

1 AN capitulum eccleſiæ cathedralis † vna cũ præpoſito ſuo, qui immediatè præeſt capitulo, poſſit bona capituli omnino diſtincta a bonis epiſcopi infeudare de nouo, vel cõſueta infeudari, & recaduta ad eccleſiã iterato infeudare ſine conſenſu ſui epiſcopi, hoc dictante conſuetudine? Et videtur quòd ſic, ſtante conſuetudine, quia in conſuetudine non requiritur titulus neceſſario. Satis enim eſt, quod interueniat patientia illius, cui ex con-

ſuetudine præindicatur, quia ex conſenſu etiam tacito obligationes oriuntur, ff. de pac.l.2.§.3 & quod no.de his quæ fi. a ma. par. capit. ex ore. Et primum, quod dixi, probatur ff. de legi. l. de quibus. Item 9.q.3. conqueſtus. de offi. ordi. duo ſimul. Vbi ... hoc no.Hoſt.& de præſcri.cum olim.& Innocen.de poſtu. præla. bonæ. el 2. & Archidiac. de conſue. capit. 3. libro ſexto. Sed glo.ibi, ſemper ver. canonice. videtur contradicere. Sed glo. correxit ſe in nouella. per ea quæ no. in c.fi. de conſu.ſuper glo. Aequum tamen eſſet tenere, quod ſi capitulum contra epiſcopum ageret, quòd deberet titulus allegari & probari ſaltem per tranſcurſum temporis, ff.de vſuris.cum de iure rem verſo. & quod no. de cenſi. peruenit. Secus ſi contra alium, tamen ſi conſuetudo proprie inducatur, nõ eſt neceſſarius titulus,& ſi contra epiſcopum agatur, per ea quæ dicta ſunt s. Et per hoc patet reſponſio ad c.1. de reſcrip.lib.6.quæ in præſcriptione non in conſuetudine loquitur. Nec ob.c. cum cauſam. de re indi. quia non apparet,de qua conſuetudine loquatur: & plures ibi dantur lecturæ,communior tamen eſt,ꝙ intelligatur de conſuetudine,quæ habebat,ꝙ teneret alienatio rei eccleſiaſticæ facta per prælatum ſine conſenſu capituli,quę ideo non tenet,quia grauabatur eccleſia,& per conſequens irrationabilis & impræſcriptibilis, de conſuetu.ca.1. & fina. Et hæc eſt communis ratio,& quantum ad lecturas alias ipſius decre. Sed nego iſtam eſſe irrationabilem, & grauamen inferretur eccleſiæ, cum ponitur, quòd per præpoſitum, qui immediate præeſt capitulo ſimul cum ipſo capitulo fit talis infeudatio de rebus pertinentibus ad capitulum. Et intelligo, quando bona capituli ſunt omnino diſtincta, quare talis conſuetudo a iure recipit ſuffragium, per capitulum edoceri.de reſcrip. & ſic dicta conſuetudo non eſt totaliter contra capitulum,ſine exceptione.12.q.2.cum hic ſit prelatus,& capitulum,quorum adminiſtratio eſt diuiſa ab adminiſtratione epiſcopi.Et ſic etiam faciunt pro & non contra per Hoſtien.de his quæ fi. a præla.ea noſcitur. & quod Ioann. Andr.no. de reb. eccle. non alie. nulli. Optime facit quod not. Lap.12 quæſtione 2.abbatibus.quod etiam facit contra. Vbi clare dicit, quòd inferior ab epiſcopo poteſt alienare epiſcopo irrequiſito, ſi hoc habet loci cõſuetudo Et hoc no.Hugo.17.q.4.in venditionibus.Io.Cal.

2 Ad idem allegat Paulus de Leaza.† Certũ eſt enim, quòd valet conſuetudo,quæ habet in ſe tacitum conſenſum eorum,quos negocium tangit, & qui habent poteſtatem de illo legem condendi, vt ff. de legi.l.de quibus. Et no.Innoin c.fi. de conſue. Vnde inducitur conſuetudo, per quam adminiſtratio bonorum capituli diuiditur ab adminiſtratione bonorum epiſcopi,de reſcrip.edoceri. Item certum eſt,quòd in illis ſeparatis ſeparata diſpoſitio omnimoda vniculque conceditur, ita quod vnus alterum non habet requirere: patet de elec. cum eccleſia vulterana.& quod ibi no. ne ſede vacante.c.1.li.6.quod procedit etiam in alienationibus eccleſiæ,& in conſenſu præſtando alienationibus rerum eccleſiarum. Primum patet de his quę fi. a præla.c.2.& ſe.Secundum de priui. cum & plantare. Idem probatur de feudis c.2.vbi patet, quod ſolus prælatus poteſt infeudare.Conceſſio enim in feudum nõ videtur proprie alienatio,cum directũ dominium remaneat penes eccleſiam. patet de vſuris.c.1.& c.conqueſtus. Per quæ videtur, quòd valeat conſuetudo, ꝙ capitulum ſine epiſcopo poſſit ſua bona infeudare. ¶ In contrarium credo,quia alienatio rei eccleſiaſticæ requirit certam formam,de quã 12.q.2.ſine excep. de re.eccle.nõ alie.dudum.li.6.Nec valet conſuetudo, quod per ſolum prælatũ vel per ſolum capitulum fiat alienatio,de re iudi. cum cauſam.& not. doct.de re. eccle. non alie. nulli. Et rationem reddit Hoſti.de his quę fi.a præla.ea noſcitur. Eſt igitur in quæſtione dicendum,ꝙ aut quæritur,vtrum capitulum poſſit infeudare de nouo prętextu illius conſuetudinis. Et eſt expreſſe dicendum quòd non, ratio, quia infeudare de nouo eſt alienare, de re.eccl. non alie.vt ſuper.& c.nulli. cum ſi. Aut quæritur, vtrum antiquum ſcudum reuerſum ad ipſum capitulum poſſit infeudare? Et dicendum eſt quòd ſic,de feu.c.2.ſecundum Pau. de Leaza.

S V M M A R I V M.

1 *Capituli duæ partes,parte tertia nõ vocata,ſtatuta cõdere poſſunt.*

CONSILIVM IIII.

1 AN ſi duæ partes capituli faciunt † ſtatutum vel prouiſionem , non vocata tertia parte, valeat?Et dico,ꝙ ſic,quia quod abſentes vocentur a duabus partibus , ſaltem eſt ſpirituale in electione , de elec. quia propter. cum ſi.& in receptione canonicorum ; de preben. cum ſi. in eccleſiis.li.6.& in ceſſationibus diuinorum,de offi. or. quũ uis.li.6.vbi hoc aperte probatur.Et no.gl.ſuper ver.ibi dem reſidentium.de teſti.præſentium.li.6. Satis ergo,ꝙ habemus ibi duas partes præſentes & vocandorum. Et ita tenet Vin.Goff.Phi. & Hoſti.de his quæ fi. a ma. par.ca.c. 1. licet gl. ibi aliud innuere videatur, & apernus in c.cum omnes abſentes vocandos.Sed potes ſaluare illas gl. in illis caſibus,vel ipſorum aliquo, vnde in alienationibus non ſunt de neceſſitate vocandi, vt aperte probatur 10. q. 1. hoc ius. & optime de ma. & obe.c.fi.ibi, in ea præſentium & ibi no.in fi.tertiæ gl. Si vero non requiſiti erant præſentes in loco , in quo morabantur aliàs de ſeruiendo in officio: Et ſic capio hic aliquem eſſe præſentem, vt probant iura proxime alle.tunc non puto valere ſtatutum vel prouiſionem duarum partium in requiſitione aliis ſic præſentibus, vt bene probat dictum c.fi.de ma.& obe.Et optime C. de leg. quoties.lib. 10. ibi,præcipimus omnes curiales, qui in vrbe conſiſtunt,in loco curiæ conuenire.Et ſic videtur intelligendum quod not. ff. de reg. iu. l. aliud. §.refert.

Gaſ. de Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Prouinciales per prouinciæ rectorem ad parlamentum vocati, vnum corpus in congregatione ea faciant.*

2 *Epiſcopi comprouinciales Archiepiſcopum conſecrant.*

CONSILIVM V.

1 AN prouinciales Romandiolæ † per rectorem prouinciæ ad parlamentum faciant vnum corpus vel vniuerſitatem ſaltem in actu ipſius congregationis pro his, quæ ibi ſunt tractanda? Et dico , quòd quantum ad illa, quæ ibi expediuntur vel tractantur, debent iudicari vnum corpus, ſiue collegium vel vniuerſitas,quod patet ab etymologia vocabuli. Ad hoc 16. quæſtio.1. ſi cupis. de præben. cum ſecundum. qui fi. lini le. per veneralem: Nam dicitur collegium ſocietas collegatum in vno honore poſitorum: quia plures ad vnum finem ſimul colliguntur, ideſt conueniunt,15.diſt.capitu. 1. in ſi.vnde eſt dictum cõſilium,ideſt a communi intentione dictum. Et conſilium collegium appellatur, vt patet C.de ſacroſan.ec.l.ſ.ſed dicti prouinciales congregantur ad parlamentum ad vnum finem, vt prouideatur de his, quæ reſpiciunt pacificum tranquillũ & bonum ſtatum prouinciæ,vel ad defenſionẽ iniuriæ,vel his ſimilia: ergo quantũ ad hoc dicta congregatio debet cenſeri collegiũ & licitũ, vt no ff. quod cuiuſque vniuerſ. l.1.Confirmat hęc rõ p c.i.de ele.16.q.fi. c.fi.18.q.2. abbatem.

probatum in quibus congregatio ponitur pro collegio. Fortificatur hoc, quia cum extranei debent in... electionem alterius eccleſiæ cum clericis ipſius ec cleſiæ quantum ad actum, propter quem congregantur, dicuntur vnum collegium, de elec. ſcriptum. & ca. Cumana.con:iuncta decre. quia propter.eo.li.ibi & pa te:, quod collegium faciunt omnes eligentes, qui tamen poſſunt eſſe extranei, vt in dictis iuribus. Facit quod no.Inno.in d.c.quia propter.ſuper verbo, collegium. & in dicto c.ſcriptum. Idem probatur aperte eo.tit.venerabilem. Nam electores Imperatoris eũ ad electionem ipſam congregantur, faciunt quo ad hoc vnum collegium: quod patet, quia ſtatur maiori parti, & nõ vocatus poteſt agere de conceptu, vt ibi: quod non eſſet, ſi non facerent collegium quantum ad illum actũ, vt dicit in patronis, qui præſentant non vt collegium vel vniuerſitas, ſed vt ſinguli, vt plene no.Ioã.An.in c. 3.de iure patro. ¶ † Ad idem, quia comprouinciales epi ſcopi ſimul congregati archiepiſcopum, vel aliũ prouincialem debent conſecrare, 64.di.ca.j.& 2. Et in illo actu faciunt collegium: quod patet, quia conuocandi ſunt abſentes, vt ibi: & de temp. or. ſi archiepiſcopus. & c.ſeq. Et quia vno ſolo remanente, ius connocandi vicinos reſidet in illo: ad hoc ff. quod cuiuſque vniuerſ.l.ſi.in fi.& no de poſtu.ca.2. Prædicta probantur per n... p r Inno de exceſ. præl.dilecta.vbi dicit, quòd ſola voluntate aliqui faciunt collegium, etiam ſine rectore, ... dico ſine ...rca, cummodo ſo pro aliqua iuſta cauſ... ho... aciant, & licitum eſt collegium bonorum ſodalium: allc.l.ſi. ff de colle.illici. Et ſatis eſt, quod ad bonum conueniant, vt l.j.eo.ti. Et per hoc reſpondet ad l.collegia.eo.ti. quia verum eſt omne collegiu eſſe illicitum, quod non eſt auctoritate principis conceſſum, vel ſenatuſconſulti. Sed vt ipſe dicit, ex quo ad bonum, & non ad malum conueniunt auctoritate ſenatuſconſulti, hoc faciunt, vnd.l.j. Vnde collegia negociationum burgorum, & villarum licita ſunt, C.de iu. ri.omn.iud.l.ſi. Et magiſtrorum, de conſti.cx literis. Et ſcholarium, de procu. quia in cauſis. Et multa exempla ponuntur ff.quod cuiuſque vniuer.no.l.j. Et pro prædicta patet, quod ad eſſe collegij non eſt neceſſe, quod ſit ſigillum commune, vel arca communis, vel ſyndicus, ſed illa bene poſſunt conſtitui a collegio, vt in præ alle.l.j.ff.quod cuiuſque vni.no. vel ſunt ſigna per quę apparet poſſeſſio, vel quaſi iure collegij, vt no. Hoſtie. de iure pat.nobis, quod no.Inno.eodem titu.poſtula ſti. Vnde & tenet Inno.de offi.ord.cum ab eccleſiarũ. quod ſufficit ad conſtituendum ius collegij, quod qui congregantur habeant conſenſum ſuperioris tacitu, vel expreſſum. Sed corpora, vel collegia alicuius artis ſocietatis, vel negoci...ionis licita ſunt, & a lege approbata. Nec ob.quod dicitur, quòd quis non poteſt eſſe de pluribus collegijs ſimul, ff.de collegi.illi.l.j.§.fin. quia i lud in voluntarijs, ſecundum Inn. in prædicto c. cum dilecta. Illud tamen poteſt approbari neceſſariũ propter cauſam, ſcilicet defenſionis iuſtitiæ: vel illud eſt in actibus incompatibilibus, cum vtrique non poſſet deſeruire: facit quod no.de præben. quia in tantũ. & ca.ad hæc. Vnde dicit Inn. in d.c. cùm ab eccleſiarũ. non attendi, quod ſint de uno collegio, vel pluribus ſed tantum, quòd ſint plures, qui ſimul conueniant, vel vniuerſitatem faciant pro iuſtitia conſeruanda.

Ioan.Calde.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas impoſitura collectas, parti maiori ſtare an debeat.*

CONSILIVM VI.

1 AN quando vniuerſitas † vult im ...nere collectas illis de vniuerſitate, debeat ſtare maiori parti perſonarum, an dicto illorum, qui ſoluunt maiorem quantitatem pecuniæ, licet ſit maior pars vniuerſitatis? Et dico, quòd maiori parti perſonarum cõgregatarum, qui ſunt de collegio. Non ob. quòd minor pars perſonarum collegij, quæ plus ſoluere debet, contradicat: nam ex perſonis non ex rebus conſtituitur collegium, ut cap.quia propter.de elec.ff.de verb.ſig. Neratius.ergo &c. Item inſpicitur maior pars, vbi quod a pluribus quæritur &c.& integrum eſt iudicium, &c.64.diſt. c.j.extra, de offi.dele prudentiam. cum ſi. O ptime probatur de his quæ ſi.a ma par.ca.c.ſi. Nam collectæ imponuntur ſecundum facultates illius, cui imponũtur, de cenſi.cum apoſtolus & c.ſopitæ.& c. procura. to.q. 3.cauendum cum ſi. Item patet, quod præbendæ canonicorum non ſunt æquales, de conſue.c.ſi.lib.6. & tamen ſi per collegium de contributione expenſarum agitur, ſtabitur maiori parti perſonarum indiſtinctè, ut dicto capitu.ſi.de his quæ ſi.a ma.par.ca. Et per hoc eſt reſponſum ad l.maiores.ff.de pactis.& ad l.ſi.C. qui bo.cedere poſſunt, quæ loquuntur de eo, quod ſpectat ad plures, ut ſingulos: Item dicta iura ad hunc caſum non poſſunt trahi, quæ volunt omnino ſtari humanior ſententiæ cæteris paribus, quod in actu collegij non eſt verum, vbi neceſſariò apparet maiorem numerum concordari etiam reſpectu totius corporis, vel collegij, de elec.cap.primo, & cap. Cumana.& ca. in Geneſi. & eo.ti.ſi cu.lib.6.

Ioan.Cald.

De re.eccle.non alienan. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Abbas collationem a Papa obtinens cum iuramento de non alienando aliqua de cauſa, an poſſit monaſterij bona alienare.*

CONSILIVM I.

AN ſi abbas, qui de iure communi debet confirmari per epiſcopum, obtinet collationem a Papa, & iurat non † alienare Ro.Pontif. in conſulto, poſſit ex cauſa utilitatis aliquas poſſeſſiones monaſterij permutare, vel de nouo infeudare ſine Papæ licentia, habita tamen licentia legati, vel epiſcopi? Et uidetur diſtinguendum quia aliud eſt, cum prælatus iurat ſimpliciter non alienare, aliud cũ iurat non alienare Ro.Pon. in conſulto. Primo caſu excluditur ſola illicita alienatio, vnde in ca. u præmiſſo iuramentum non obſtabat: & iſte eſt caſus in capitulo fina.de eccle.ædi. Et eſt ratio, quia uerba ſic ſimpliciter prolata intelligi debent ciuili modo, ut in capitulo ex parte.el 2.de cle.nou reſi.& c.ſeq. de iureiur. quanto.& capitulo petitio. Secundo caſu in tali iuramento inducitur etiam licita, quia ſi ſic eſſet iuratum alteri, quàm Papæ, licita alienatio includeretur, alias ſic iurare fuiſſet eluſorium, cùm etiam de illius, cui ſic iuratum eſſet licentia alienatio in caſu illicito fieri de iure non poſſet: ergo apparet id intelligi etiam de licita, ut bene probatur de immu.eccle.aduerſus.ver.propter imprudẽtiam. Nec obſtat, immo facit pro. de feu. capitulo 2.quia (vt ibi patet) in illis caſibus non eſt infeudatio: per quod innuitur, quod ſi eſſet infeudatio, iuramentum obſtaret: ad hoc quod notat Spec. ti.de leg.§.conſequenter.verſicu.cæterum. ubi dicit, quod quando ſic iuratur, legatus etiam licentiam dare non poteſt: ad quod facit quod notat gloſſa penult.de præben.pro illorum. Et hæc expreſſè probantur per nos. per Do.& patrem meum de re.eccl.non alienan.ut ſuper.de eccle.ędifican.c.ſin.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus translatus ſecularis bona poſt promotionem acquiſita an debeat dimittere.*

CONSILIVM I.

1 AN Epiſcopus translatus, qui eſt † clericus ſecularis, debeat dimittere bona mobilia, quę acquiſiuit poſt promotionem, ſicut ſunt paramenta, vaſa, libri & ſimilia: Et dico, quod tenendo opi. quæ communis eſt & ſeruatur, videlicet quòd clerici etiam adminiſtrationem habentes equiparentur vſufructuarijs, & per conſequens saltem fructus perceptos & reconditos ſuos faciunt, vt no. Hoſti. de pecu cleri. cap. ſi. & not. de offic. or. præſenti. lib. 6. Vnde conſiderandum eſt, an epiſcopus talia bona mobilia deputauerit vſui eccleſiæ, ſicut altaris paramenta, calices, miſſale, & huiuſmodi: & tunc cum ad opus eccleſiæ illa deputauerit, eidem eccleſię donaſſe videt: & per conſequens debent penes ipſam eccleſiā remanere: ad primum de teſta. requiſiſti. ad ſecundum, 17. q. 4. ſunt qui opes. Aut dicta bona mobilia epiſcopus proprijs vſibus deputauit, ſicut vaſa ad vſum menſæ, libri pro ſuo ſtudio, pecuniam, quam in proprias neceſſitates ſecundum caſus imminentes expendebat: & tunc ſicut potuiſſet alteri donare, fortius pro ſeipſo etiam perpetuo retinere, alias nó feciſſet fructus ſuos: quod eſſet contra opi. prędictam. Ita etiam dicitur in vſufructuario quo ad fructus & acqſita ex ipſis fructibus. Et per hoc non ob. ſibi translatio ad aliā eccleſiā: tum quia iam de illis diſpoſuit. Et ſic dicta mors ciuilis quantum ad illa non prodeſt ſucceſſori: tum quia mors talis ciuilis non equiparatur naturali regulariter, niſi exprimatur in iure, ſecundum no. 16. q. 1. placuit. ſecundo. & de reſcrip. ſuſceptum. li. 6. Io. Calde. Hęc quæſtio Gaſp. de Cal. non placuit, per id quod no. Innocen. c. ſi. de peculio cleri.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit rectorem laborerij eccleſiæ ſuæ de pecunia dictis laborerij ad libros officio diuino aptos emendum compellere.*

CONSILIVM III.

1 AN ſi eccleſia habet quandam domum, † quę appellatur laborerium, cum multis poſſeſſionibus: & eſt deputata laborerio & fabricæ eccleſiæ, & non ad alium vſum: & ibi ponitur per epiſcopum vnus rector, licet laicus, qui habet reddere rationem epiſcopo, poſſit epiſcopus compellere eum, vt de pecunia dictæ domus emat libros pro diuino officio celebrando in dicta eccleſia, quibus multum eget. Primo, quòd epiſcopus poſſit, & de conſilio & conſenſu capituli ſui ſtatuere poſſit, quod de redditibus dictæ domus fiant dicti libri, non ob. contraditione rectoris dictæ fabricæ: hoc primo probat illud vulgatum, quo dicitur, epiſcopum vnā cum capitulo habere poteſtatem plenam diſponendi de bonis eccleſiarum, 10 q. 1. ſic quidam. cum cap. ſe. etiam auferendo vni eccleſię & alteri dando ex cauſa rationabili: de his quæ fi. a præla. tua. & cap. ſequenti. a contrario. & de re. eccle. non ali. cap. 1. li. 6. no. & de reli. do. conſtitutus. & de cenſi. prohibemus. in gl. 2. multo fortius ſolum vſum mutando de vno vſu ad alium vſum eiuſdem eccleſiæ temporaliter transferendo: facit qđ no. de his quæ fi. a præla. cum apoſtolica. in glo. & in clemen. ſi vna. de re. eccle. non alie. in gloſ. ante pe. Prędicta conclusio aperiè probatur per canonem, 12. q. 2. vobis. in ... vbi patet, quòd epiſcopus de redditibus ad fabricam eccleſiæ ... pro eo tempore, quo eccleſia

non indiget reparatione, poteſt emere poſſeſſionem quę reſpiciat vtilitates communes: ſed planum eſt, quod ita eſt in propoſito, in quo nedum vtilitas, imo neceſſitas, quę reſpicit communiter ipſam eccleſiam & ipſius neceſſitatem, etiā reſpectu cultus diuini, pro quo permittitur, quod alias prohibetur, de conſe. diſt. 1. vaſa. de conſti. ex parte. cum ſi. ergo &c. Non ob. quòd iſta bona ſunt deputata in fabrica, & ſic ad alium vſum, & ſic non videtur, quod poſſit vſus mutari, de his quę fi. a ma. par. cap. c. 1. quia imo poteſt dici, quòd in laborerium eccleſię iſtud peruertatur, de quo fiunt libri opportuni eccleſię. Nam per hoc ſoluitur debitum clericorum in eccleſia, & eſt ornatum ſacrorum, quod appellatur ædificatio templorum, vt dicit Ambro. 12. q. ſecūda, aurum. & ſic non ob. quòd deputata ad vnum vſum non debent ad alium vſum conuerti, quia illud intelligitur de vſu diuerſo & extraneo. non autem de eo, qui eſt eiuſdem generis. Item illud eſt verum primum vſum totaliter deſtruendo, ſed conuertendo ad tempus ad vſum licitum ſecus. Confirmatur iſtud vltimum per no. per Io. An de teſta. c. ſi. & facit vt eccle. beneſi. cap. 1. in fin. & quod no. de reſcrip. ſi propter. li. 6. in glo. an legatum.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus duo monaſteria abſque eorundem conſenſu vnire an valeat.*

CONSILIVM IIII.

1 AN valeat vnio duorum monaſteriorū † facta per epiſcopum, non præcedente tractatu, & non interueniente conſenſu vtriuſque monaſterij? Et videtur quòd non ex defectu formæ, quę dat eſſe rei, & ideo forma vitiata, nullum eſt quod actum eſt, 1. q. 1. detrahe. de elec. quia propter. cum ſi. Nam cum vnio ſit quædam alienationis ſpecies, debet in ea præcedere tractatus, qui in hac deficit: ergo non tenet. Caſus eſt in c. 1. de re. eccle. non ali. li. 6. ideo alia iura generalia non allego. Nec ob. ſi dicatur, quod in inſtrumento dictæ vnionis dicitur, & ſuper hoc habito ſpirituali tractatu & conſilio cum infraſcriptis canonicis &c. Item quod infra etiam ſubditur: Et hęc omnia fecit dictus dominus epiſcopus cū auctoritate & conſenſu præpoſiti & canonicorū &c. quia iſta verba non probant tractatum præcedentem. Item ſecundum Hoſti. in cap. ſicut vnire. de excel. prela. epiſcopus vnire non poteſt duas eccleſias ſine conſenſu ambarum: quæ opi. licèt videatur reprobari in clemen. ſi vna. de re. eccle. non ali. tamen certe in monaſterio religioſorum non eſt reprobata, cum illa ſine conſenſu per diœceſanos vniri non poſſunt, vt in clemen. ne in agro. §. ad hoc. de ſtatu regu. tamen non eſt dubium, quod ſi minutis clericis vnio facta eſt, eis vnię tibus non præiudicat, vt eſt caſus de dona. conſultationibus.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus cum capitulo eccleſiam pleno iure monaſterio exempto an poſſit concedere.*

2 *Epiſcopus ius vnionis ... ſtatui cohæret.*

CONSILIVM V.

1 AN epiſcopus cum capitulo ſuo poſſit † monaſterio exempto concedere eccleſiā pleno iure & ... dico, quòd de vnione eccleſiæ

ſiæ, & temporalium ipſius, ac eorum, quæ debentur
epiſcopo vltra iura epiſcopalia non eſt dubium, quòd
valent factæ per epiſcopum cum conſenſu capituli ex
cauſa rationabili, 16.q 1. ſicut duo. & c. ſtatuimus. de
exceſ.præla.ſicut vnire.12.q.2.ſine.de his quæ fi.a præ-
la. tua. de donatio. paſtoralis.de re. eccle. non ali. du-
dum. libro ſexto. de reli. do. conſtitutus.16. quæſtio-
ne 1. eccleſiæ. ¶ Sed principaliter dubitatur de 6. iu-
ribus: ſcilicet viſitatione, procuratione propter illam
correctionem, cathedratico, reuerentia, & charitati-
uo ſubſidio: an poſſint per epiſcopum & capitulum
ex cauſa rationabili concedi? Et fatendum eſt, quòd
hæc non poſſent quantum ad omnes eccleſias ciui-
tatis & diœceſis ſuæ, & ſic procedant no. per Io. And.
in c. cum venerabilis. de cenſi. tamen pro vna eccleſia
videtur, quòd poſſit transferre prædicta in prælatum
exemptum, vel alterius diœceſis, quod ſic probo. Nam
prædicta acquiri poſſunt per alium ex præſcriptione
legitima, de preſcrip. cum officij. & cap. cum olim. vbi
etiam Hoſti. de priui. cum olim, el 2. & capitulo cum
perſonæ. eod. titu. libro ſexto. quæ præſcriptio eſt con-
tra naturalem æquitatem, de reg. iu. locupletari. lib. 6.
cum concor. Multo ergo fortius quæri poſſunt ex do-
natione, vnione, & translatione ex cauſa rationabili
facta ſuper equitate naturali, & ratione fundata, vt de
ſe patet, & per id quod infra dicam. Item ſi prædicta
valent & tenent ex poteſtate, & vigore ſententiæ ſu-
per eis latæ, a qua non eſt appellatum, vt patet de re
iud. cum inter. Fortius debent dici valere ratione do-
nationis & translationis earum: infertur prædicta con-
clutio, quia quòd ſententia iniqua tranſeat in rem iu-
dicatam, eſt de rigore, non de equitate, ff. de condi. in
de. l. iudex. & hi ſtanus & no. de ſolu. c. fi. Sed donatio
& translatio predicta contra iuris rigorem ſecundum
rationabilem equitatem fundatur, 12. q. 2. ſine. & ca.
aurum. & c. ſi epiſcopus. & c. ſequenti. Preterea illud
eſt potiſſime validum, quod fit cum ea, in quibus eius
vertatur officium, 7. q. j. quia frater. qualis fuit iſta trãſ-
latio quæ fuit opus veræ iuſtitiæ. Ad hoc 12. q. 2. glo-
ria. 23. q. 5. miles. Sed ad officium epiſcopi pertinet ta-
les donationes facere ſeruato debito modo, vt in præ-
dictis cap. aurum. & gloria epiſcopi. dummodo gra-
ue præiudicium ſuæ non inferat dignitati: ſic enim
transferendo & donando opus facit iuſtitię, quod eſt
commendabile: ad hoc 12. quæſtione 2. bonæ. & cap.
ſequenti. 8 q. 1. qui epiſcopatum. de dona. apoſtolicæ.
Et ſic cum talis donatio ſit opus iuſtitiæ, magis eſt
meriti, 12. quæſtione 2. cum deuotiſſima. cum ſi. Præ-
terea videatur, quæ poteſt eſſe cauſa prohibitionis hu-
ius translationis. Aut enim dicetur, quia epiſcopus
non eſt dominus iurium epiſcopalium, ſed adminiſtra-
tor & procurator, de dona. c. 2. 12. q. 1. c. ſi. cum ſi. vnde
damnum eccleſiæ facere non poteſt, vt in prædictis
iuribus: quia fateor de magno & graui damno, vt in
c. s. de reſti in inte. cum li. Vnde fateor, quòd ſimplici-
ter non poſſit donare omnia iura epiſcopalia, & a ſe
abdicare, ff. de offi. præſi. legatum. de renun. niſi cum
pridem. de regul. licet. cum ſi. ſed cum modica latio-
ne, ſcilicet quantum ad eccleſias aliquas bene poteſt
in alium capacem transferendo ſeruata forma debi-
ta, vt bene probatur loquendo de adminiſtratore, qui
habet liberam, ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. cum
tuis. ff. de tu. & cu l. 1. §. ſed cum pluries. 12. quæſtio-
ne 1. ſi epiſcopi. & cap. ſequenti. de dona. apoſtolicæ. &
quod no. de reſcrip. ad aures. de priuile. in his. de ver.
ſigni. olim. Quod leue ſit damnum, patet de ſe, quia
remanet omnis poteſtas & iuriſdictio epiſcopalis pe-
nes transferentem in alijs eccleſijs & perſonis ſuæ ci-
uitatis & diœceſis, potiſſime cum fiat translatio in
alium prælatum & eccleſiam, vt ſit in caſu iſto, cum
eccleſia generalis ſit vna habens multa membra, 24.
quæſtione 1 loquitur. bene facit de his quæ ſi. a præla.

cum apoſtolica. & quod ibi not. bene facit quod not
Inn. de donatio. regia. de iureiuran. intellecto. Aut
dicetur, quòd dicta translatio eſt prohibita, quia hu-
iuſmodi poteſtas & iuriſdictio tranſire debet ad ſuc-
ceſſorem, in cuius præiudicium non poteſt huiuſmo-
di translatio fieri, 75. di. quoniam quidam. 30. quæ-
ſtione 2. ſi quis epiſcopus. 12. q. 2. hoc ius placiti. quia
illud verum de illicita translatione, 35. quæſtione 9.
quod quis. de reb. eccle. non ali. epiſcopus. de preca.
c. 2. de dona. c. 2. Sed vbi eſt licita, quia facta per eum,
qui poteſt ſeruata forma debita cauſa rationabili va-
lere, debet ad inſtar fideicommiſſi, quod ſimpliciter
eſt ſubſtitutus & rogatus de reſtituendo hæreditatem,
& ſic prohibitus alienare, ff. ad Treb. l. Marcellus. de
teſtamen. Raynal & not. C. communia de le. ſi duo-
bus. §. ſed quia. & auth. res quæ. imo etiam ex cauſa de
reliquis tribus partibus poteſt diminuere, per ea quæ
not. C. de ſacroſan. eccle. ſancimus. Et ſi dicatur, quòd
reſeruatio, quæ fit ſucceſſori, ſit legis autoritate non
ex teſtamento, de quo loquuntur iura prædicta. Et
ſic videtur eſſe facta inter viuos. Epiſcopus enim in
promotione ſua quaſi ex pacto videtur prohibitus.
ad hoc ff. ad l. Fal. l. 1. §. item. & facit quod not. de no-
ua. l. aliam. de regu. iuris. contractus. libro ſexto. & ſic
contra ſimplicem canonis prohibitionem fieri non
poteſt, imo vtriuſque paciſcentium requiritur vo-
luntas. de renun. admonet. de foro compe. ſi diligen-
ti. Reſpondeo, quòd in tali promotione id videtur
actum, ſcilicet quod epiſcopus non ob. prohibitione
poſſit ſubditorum commodis, quorum eſt paſtor pro-
ſpicere. 23. diſt. §. 1. 8. quæſtione 1. Clemens. Per hoc
enim bene conſulitur bono publico, ad quod tendit
prohibitio canonis, 4. diſtin. erit. Et hoc perſuadet
epiſcopalis dignitatis qualitas, cum non poſſit epi-
ſcopus per ſeipſum epiſcopale ius exercere. Et ideo
transferendo in alterum honores & onera partia-
tur: ad hoc de offi. Archipreſ. capitulo fina. & de prę-
ſum. mandata. aut dicetur ipſam prohibitionem pro-
cedere ratione iuriſdictionis & ſuperioris præeminen-
tiæ cohærentium epiſcopo: verum eſt enim, quòd
prædicta cohęrent ita dignitati epiſcopali, quòd ab
1 ea euelli & abdicari non poſſunt, vt in dicta l. lega-
tus. ff. de offi præſi. & capitu. niſi. de renun intelligen-
do de totali & integra ſuperioritate, quia non rema-
neret epiſcopo ſuperioritas, ſed nomen tantum: ad
hoc 94. diſt. legimus. quod eſſet monſtrum & contra
naturam, vt in d c. qui epiſcopatum. 8. q. 1. & 26. diſt.
cleros. ſed hic totalis ſuperioritas non cohæret inſe-
1 parabiliter & ſubiectiuè, ſicut character animę. 1. quę
ſtio. 1. quod quidam. de conſecratio. diſtinct. 4. oſten-
ditur, ſecundum poteſtatem & ſuperioritatem, quam
habet epiſcopus in perſonis habet ratione loci ſui ter-
ritorij, vel diœceſis, 11. q. j. de perſona. de offi. ord. c. j. &
c conquerente. de conſti. c. 2. lib. 6. cum ſi. Vnde perſo
nas ſaltem cum literis dimiſſorijs poſſent a ſe totaliter
abdicare, fortius eccleſias aliquas pleno iure modo
debito in alium capacem transferre. Et quia hęc ratio
multum videtur vrgere apertius proſequor. Certum
2 eſt enim, ꝙ ius ſuperioritatis & iuriſdictionis, quod
habet epiſcopus in diœceſi, cohæret vniuerſitati ip-
ſius diœceſis vel territorij, vt patet in prædictis iuri-
bus, 7. quæſt. j. epiſcopus in diœceſi. 16. q. j. poſſeſſio. &
quæſt. 7. omnes baſilicæ. Item vt dixi translatio perſo-
narum poteſt fieri per ſe ſicut ratione delicti in alieno
territorio perpetrati, iudex delicti in delinquentem
plenam recipit poteſtatem, ſed ſic modicam partem
diœceſis poſſet epiſcopus ſeruata forma debita alte-
ri prælato non ſibi ſubiecto concedere pleno iure,
vt probat capitu. ſicut vnite. de exceſſi. prælatorum,
vt ad quemcunque transfertur illa particula diœceſis,
trãsferatur dicta ſuperioritas perſonarũ ibi degentiũ:
ad hoc ff. de ſeru. ruſti. prædi. via. §. ſi fundus. C. de ſer-

 ui. l. cum

ui.l.cum prouincialis.ergo prædicta ſex,quę reſpiciũt iuriſdictionem, & ſuperioritatem perſonarum, tantummodo per huiuſmodi tranſlationem merito trãſferuntur,ita quòd nihil ſuperioritatis, vel iuriſd.penès epiſcopum transferentem remaneat, ſed totum penes illum erit,in quem tranſlata eſt res, cui cohæret: ad hoc ff.de ſer.vrb.præd.ſi ce is.§.fin.Et optime,quod no.Ioan.And.poſt Inn.de ma.& obe.cum inferior.ſuper gl.pe.Eſt enim vulgatum iura realia cum reb.trãſire,16.queſtio.j.ſi quis laicus. Et iſta interpretatio debet late fieri contra concedentem, de priuileg. quia circa. Fran.de Borſa.

SVMMARIVM.

1 *Abbas permittens bona monaſterij æſtimari, & in libro communis reponi,periurus an dicatur.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi ſtatuto loci diſponitur, quòd † omnia bona deuenientia etiam in perſonas,vel loca non ſubiecta,debeant ęſtimari,& ſoluãt collectas communitati ſecundum æſtimationem, & multo tempore fuit obſeruatum,quòd bona ecclesiarum illo modo æſtimantur,abbas, qui habet bona monaſterij, & conſentit, quòd æſtimentur, & ponantur in libro cõmunis, dicatur periurus, quia iurauit non alienare Roma. Pon.inconſulto? Et videtur quòd dictus prælatus debeat periuriũ timere,non contentiens actui etiam permiſſiue,quem poteſt prohibere tunc ex illo,82.di ca primo,& cap.error.de ſen. excommu.quanto cum ſi. Si ergo talis prælatus conſentiendo facere videtur ſaltem iuris interpretatione, ac per ſubmiſſionem bonorum prædictorum uidetur quodammodo fieri alienatio largiſſime ſumẽdo verbum alienationis:de reb eccle.non alienan. nulli. vbi dicitur,quòd verbum alienationis,in hac materia cõpręhendit conditionem,idest cum prædium conſtituitur tributarium:ergo &c.Et ex facto hoc optime confirmatur, quia ſtatutum diſponit, quòd facta æſtimatione prædium, & bona æſtimata intelligantur dictis oneribus ſubiecta.Item non eſt dubium, quòd in hac materia aſſentiens tenetur, 12. q. ſecunda. non liceat. ibi,aſſentator.Et probatur ex mente cap.ſi quis presbyterorum.de re.eccl.non ali.Et per hoc ſequitur, quòd dictus pręlatus ſic conſentiendo deberet puniri pœnis iuris communis. Item quod id ſit prohibitum ſaltem ſine Papæ licentia, patet, quia pręlatis ſine Papæ licentia ſoluere tales collectas a iure prohibetur,de immu.eccle.non minus.& ca.aduerſus.ergo & aſſentire tali æſtimationi intelligitur prohibitus, per quam æſtimationem ad dicta onera peruenitur, de procur.tua. Item hęc ſubmiſſio expreſſe videtur prohiberi,de reb. eccl.non alie.c.2 li 6.ibi. ſunt verba ſubmittere, ſubijcere, ſeu ſupponere, quæ generaliter ſumpta caſum huiuſmodi complectuntur.Ex quibus ſequitur, quòd prælatus prædictus conſentiendo veniret contra iuris communis prohibitionem.Item in conſtitutione domini Benedicti ſub rubrica,de mutuis,& vendi. ſyluarum.iungit obligationes,& ſubmiſſiones.Et ſub rubrica,de fictis,& doloſis contractibus,prohibetur aperte omnis cõtractus,per quem damnificari.grauari, obligari, impediri ſeu deperire poſſunt iura redditus, ſeu bona ipſorum monaſteriorum, & talia committentes ſeu facientes,& ſcientes, & non reuelantes præter alias iuris pœnas incurrunt dictę conſtitutionis pœnã. Ex quibus patet dictum prælatum incurrere pęnas dictæ conſtitutionis, & alias pęnas iuris communis.

Gaſ.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rerum eccle. alienari, an poſſint Romano pontifice inconſulto.*

CONSILIVM VII.

1 AN iurans rem eccleſię non alienare Ro.Põ. inconſulto,† poſſit alienare fructus? Et uidetur quòd ſic.iuxta no.per Ioan.And.in c.fi. de eccle.ędif.vbi dicit,quòd talis poteſt vẽdere fructus 10.vel 20.annorum per l.pen.§. quæritur. ff.de leg.ſecundo.Nec ob.C.de re.eccle.non ali.l.fin. quia ibi rem alienauit,hic autem fructus tantum. Vnde tenet ibi Accur.quòd prohibitus alienare, locare poteſt in centũ annos, vt recitat gloſſ.in clemen. prima.de reb.eccl.non alie.quæ glo. refert ibi Steph.tenẽtem contrarium in locatione ad magnum tempus,ſecus in locatione ad modicum. Tamen forte Accur. dixit uerum ex proprio ſignificato verbi alienationis rei,quia per talem contractum non transfertur directum dominium,licèt ſit utile,vt no.ff.de ſup.leg.l.j.§. quod autem. & ſi ager vec.pe.l. fina. tamen in materia hac,ſcilicet prohibitione alienationis rei eccleſiæ latius ſumitur hoc verbum,ut not. 12.q.2.in ſumma. Et iſtud eſt propter expreſſam legis prohibitionem,vt in cap.nulli.de reb.eccle.non alienan. & hoc voluit illa glo.In hoc ergo caſu poſſet defendi, quòd non diceretur periurus,qui locauit in centũ annis, ſi iurauit ſimpliciter non alienare,vel non alienare Ro.Pon.inconſulto,licèt fatear ſub prohibitione legis compręhendi, ut in dicto capitu.nulli.& dicta clemen.prima. Vnde conſuluit Fede.de Senis conſi.204.quòd epiſcopus,qui iurauit non alienare,rem paruam alienare poteſt,maxime quando ex hoc eccleſia melioratur: alle.quod no.gl.in c.vt ſuper.de reb.eccl.non alie.ſ.q iuramentum non extenditur ad poſſeſſiones inutiles:& alleg.c.terrulas.12.q.2. Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus capituli, an requiratur,ſi fructus per epiſcopum vendantur.*

CONSILIVM VIII.

1 AN in venditione fructuum,quam † facit epiſcopus ad modicum tempus, requiratur cõſenſus capituli ſui? Et dicendum eſt, quòd non, vt probat capitu. tua nuper. a contrario,de his quę fi.a pręla.& ibi not.Ioan.And.ſuper verbo.perpetuas.glo.& Arch.16.q.j.poſſeſſiones. Nec ob. capitu. ea noſcitu. eod.titu. quia loquitur in ſpiritualibus, in quibus de iure communi prælatus ſine conſenſu capituli, vel ſaltem conſilio nihil attentat, vt in cap.nouit.& in capit.quanto.de his quæ fi.a præla. Secus in profanis,& diſtrictis rebus, vt patet ex prædictis glo.& in cap.primo,de reb.eccle.non alien.lib.6. facit quod no.de his quæ fi.a præla.continebatur. in prima glo.& in d.c.tua.in gl.fi.Non ob.12.q prima,epiſcopus. quia illud loquitur,cum cõſanguineis,& illicito modo dabat,vel alienabat, vel ſecundum Arch.qui etiã notat in dic.c.j.de reb.eccle. non alienan.ſuper verbo, perpetuis,quando lędebat,vel fraudabat eccleſiam.

Gaſ.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Abbas exemptus eccleſias ſuas monaſterio ſibi ſubiecto vouens,quando reuocare poſſit.*

CON-

CONSILIVM IX.

1 AN Vnio facta per abbatem exemptum de ſuis eccleſijs certo monaſterio etiam ſubiecto poſſit reuocari, ſi poſſeſſæ ſunt dictæ eccleſiæ vſque ad legitimum tempus præſcriptionis? Et videtur quòd non, quia licèt dicta vnio ſapiat naturam alienationis, de re. eccle. non alie. cap. j. ne ſe. va. cap j. & quod ibi no. de reli. do. conſtitutus. ergo forma erat neceſſaria. Item cum ipſum vnire ſit epiſcopale, propter quod etiam abbas exemptus non poſſet ipſas eccleſias pleno iure ſubiectas vnire, vt in clemen. ne in agro. §. ad hoc. de ſtatu reg. Tamen ex tali titulo dico, quòd abbas potuit præſcribere: dato enim, quod talis titulus non fuerit vere translatorius dominij in dictum monaſterium, tamen fuit cauſatiuus præſcriptionis legitimæ primæ ſecutæ, iuxta no. ff. de dona. eleganter. C. de vſufru l. j. de præſcrip. ſi diligenti. de his quæ fi. a præla. continebatur. de iure patro. cura. Et ſi opponatur de cap. 2. de re. eccl. nõ alie. li. 6. §. contractu. Dico, quòd ibi loquitur de alienatione, vel ſubmiſſione rei eccleſiaſticæ, vel iutum ipſius facta in laicum, quæ eſt magis odioſa & a iure reprobata, quàm in eccleſiam, 96. di. bene quidem.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium habens in alia prouincia membrum, quod in conuentualem erigere cupit, quis debeat hoc facere.*

CONSILIVM X.

1 MONASTERIVM eſt in vna prouincia, & habet vnum membrum pleno iure ſubiectum in alia prouincia, & ex cauſa legitima vuult illud erigere in conuentualem; quæritur, quis habeat hoc facere, an prælatus, cui ſubeſt monaſterium, an ille, cui ſubeſt membrum? Circa quod dic, quod duplex fit alienatio, vno modo cũ præiudicio eccleſiæ cui res aufertur. Secundo modo propter neceſſitatem vel vtilitatem eccleſiæ, cui res aufertur vel abeſt. Videamus primo & ſecundo modo, videlicet, monaſterium magnum habet poſſeſſiones in prouincia Tuſciæ, vult illas vendere vel alienare ex cauſis a iure permiſſis, quis faciet hũc contractũ alienationis? Certe abbas cum capitulo ſuo, præcedente tractatu: quam alienationem autorizabit prælatus Lombardiæ, cui ſubeſt monaſterium magnum, & nõ prælatus Tuſciæ, cui ſubeſt res alienanda: & ſic loquuntur, c. placuit abbatibus. 12. q. 2. & cap. in venditionibus. 17. quæſtio. 4. & cle. j. de re. eccle. non ali. non enim habet de huc contractu ſe intromittere ſuperior illius loci, vbi ſita eſt res alienanda, ſed ille, in cuius territorio ſitum eſt monaſterium magnum: nam ad illum ſpectat habere curam monaſterij ſibi ſubiecti & ſuorum bonorum, 10. q. j. regenda. cum ſi. & iſta eſt vera opi. quam ponit Io. An. in c. poſtaralis. de priui. & Pau. in clemen. j. de re. eccle. non alie. Alio modo fit alienatio cum præiudicio eccleſiæ, cui aufertur res: verbi gratia, auferuntur decimæ oblationes, vel alia bona matrici eccleſię, ex cauſa, & alijs eccleſiæ aſſignantur, quis faciet hanc aſſignationem? Certe nõ eccleſia, cui res abeſt vel ſubtrahitur, quia nunquàm faceret quis; ergo faciet epiſcopus cum conſenſu eccleſię cathedralis conſentiente matrice eccleſia, vel non conſentiente, ex quo nõ habet iuſtam cauſam diſſentiendi. Hinc manifeſtè apparet, quòd contractus non incipiet, nec celebrabitur ab eccleſia, a qua res aufertur, ſed ab epiſcopo cum conſenſu capituli ſui, vt patet manifeſte de his quæ fi. a præla. c. penul. & antepe. & de re. eccle. non alie. c. dudum. li. 6. Et prout dicit Inn. ibi, epiſcopus gerit vicem alienantis & autorizantis. Et permittitur talis alienatio cum detrimento prioris eccleſię: quia maior & publica vtilitas præfertur minori. Cum igitur abbates non poſſint antiquum ſtatum eccleſiarũ immutare, vt patet de ſup. negli. præla. cap. 2. & no. Archi. in c. ſuper eo. de præben. li. 6. talis immutatio pertinet ad diœceſanum illorum ſeu eccleſiarum, circa quæ vel quas fienda eſt immutatio, licet abbas principalis ſit alterius diœceſis: ad hoc de ſtatu regu. clemen. j. §. ad hęc. ibi. per locorum ipſorum ordinarios: ad idem clemen. j. de ſup. ne. pręla. in ver. diœc. locorum, vbi bona glo.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus beneficia a Papa reſeruata quando vnire poſſit.*

CONSILIVM XI.

1 AN epiſcopus, poſſit vnire beneficia † reſeruata per Papam? Et dico, quòd ſic, ſecundum Fede. de Senis, ceſſante fraude: quia per talẽ reſeruationem non tollitur ius ordinariæ poteſtatis: quia ordinaria poteſtate poteſt nedum vacantes vnire, ſed & non vacantes, de re. eccle. non alie. cle. 2.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus monaſterij ſtatum mutare an valeat.*

CONSILIVM XII.

1 AN epiſcopus poſſit mutare † ſtatum monaſterij, & reducere ad regulam ordinis ſanctę Clarę, & poſtea illud vnire alteri monaſterio ſanctę Clarę? Et dicimus quòd ſic, de cõſenſu ſui capituli, ſ. eccleſiæ cathedralis intercedente tractatu ſolenni, prout in alienationibus rerum eccleſiarum fieri debet: & mutatione facta ex cauſa legitima annectere alteri monaſterio eiuſdẽ ordinis: hęc ꝓbantur 16. q. j. ſicut duo. de his quæ fi. a præl. tua & c. ſe. de exceſ. pra. ſicut vnire. & in cle. ſi vna. de re. eccl. nõ alie. tamen per hanc vnionem epiſcopus non amittit nec transfert totalem iuriſdictionem, quam habebat in primo monaſterio, quia ſecundum omnes doc. illam a ſe abdicare non poteſt, ſiue in alium transferre, prout pleniſſimè no. Io. An. in cap. cum venerabilis. de cenſi. Et hoc dicimus verũ, niſi forma iuramenti pręſtiti in promotione epiſcopi ſibi obſtaret. Quod an obſtet vel non, videnda ſunt no. Per Ioan. An. in c. fina. de eccle. ędifi.

Io. Cal. & Pau. de Leaza.

SVMMARIVM.

1 *Vnio a Papa de reſeruato beneficio facta, reſeruationis mentione tacita, an valeat.*

2 *Effectus vnionis quis ſit.*

CONSILIVM XIII.

1 AN vnio facta per Papã de † beneficio reſeruato, de reſeruatione non habita mẽtione, valeat: Et per cõſequens an illud poſtea impetrãs tãquàm reſeruatũ, nõ habita mẽtione de vnione, illud debeat obtinere? Et videtur, ꝙ talis vnio nõ teneat, & ſic tali impetrãti debeatur, probat pluribus rationibus. Conſtat, ꝙ per vnionem cedente vel decedẽte rectore eccleſiæ vnitæ, eccleſia quæ vnit conſolidatur illi cui vnitur, & per conſequens ille iuſtè & legitimè poſſidet: Sed beneficiũ reſeruatũ cõferri vel cõcedi nõ põt de reſeruatione nõ habita men-

tione: ergo talis vnio, quæ non valuit, non potuit impedire impetrationem. Probatur iſta propoſitio: maior probatur primo, videlicet quòd beneficium vnitum conſolidetur, 10.q.3.vnio.in fin.21.q.in ſumma: de elec dudum.cl 2.ex no per Inno.de re.eccl. non ali. vt ſuper.& in clem.frequens.de excel. præla. in gloſſ.di xit Innocen. Minor probatur de præben. ca. ſecundo, lib.6 & de conſue. c.2.§.in præbendis.eodem lib. Concluſio tenet.quia beneficium non poteſt ſine canonica inſtitutione teneri,1.q.j.licitum.de inſti.c.3. cum ſi. quam concluſionem corroborat regula, non præſtat: de reg.iur.lib.6.Confirmantur prædicta. quia reſeruatio ita afficit beneficium, vt contra illam attẽtata ſint nulla: de appel.vt noſtrum.& quod ibi no. & not.Innocen.de conſti cum M. Sicut igitur de beneficio affecto collatio alteri facta non tenet, de reſcri.tibi qui. lib.6.ſic & eodem modo vnio, quia eſt eadem ratio: ergo idem ius, de conſti.translato. Confirmatur ratio, quia per unionem natura beneficij mutatur: aſſumit enim unitri naturam, & iura eius, cui fit vnio, de ſta. mo.recolentes.& not.16.q j.& temporis.ne ſe.va.ca.j. ergo nõ poterit reſeruatio habere effectum. Itẽ vnio eſt ſtricti iuris quia eſt odioſa, & iuri communi repugnans: quia de iure eſſet, quòd quælibet eccleſia haberet ſuum rectorem, qui reſideret in eadem, 70. di.ſanctorum.16.q j perpipimus.cum ſim. Vnio autem facit duas eccleſias vnum habere rectorem, & per conſequens alteram priuari ſuo debito honore: ergo tanquàm odioſa.& ambitioſa reſtringenda,& facile impedienda, ſicut dicimus de impetratione, & diſpenſatione, de conſan.& affi.quod dilectio.de fil.presb.c.j. & 2. lib.6.& maxime cum ex auaritia procedant, arg optimum, 16.q j.nulli.2.q.8.ſicuti.cum ſimil.& hoc bene probatur de deci ca.2.lib.6.in prin. Sicut enim priuilegium conceſſum de nonalibus percipiendis ſe non extendit ad decimas nonalium ab alio poſſeſſas, ſic nec hæc vnio poſſit concernere beneficium reſeruatum, quaſi iam illius collatio ſit per Papam poſſeſſa. Plus n. debet operari talis reſeruatio propter voluntatem Papæ quàm in caſu illo poſſeſſio bonę fidei, eo quòd plus afficiat talis voluntas, de conceſ. præben. propoſuit.de appel.ut noſtrum.de præben.dudum.lib.6: cum ſimi. Et prædicta confirmantur propter decretum, quod in reſeruatione ſolet includi, de conceſ.pręb. clemen.j. Sed dato, quòd dici poſſet vnionem tenere: tamẽ propter reſeruationem ſuſpendatur eius effectus: & ꝑ conſequens impetranti debeatur primo propter clauſulã non obſtantium, iuxta no.in c.cum aliquibus.de reſc. lib.6.Hanc partem etiam probo 1 Effectus reſeruationis ſpecialis pro aliquo, vel generalis eſt, quòd per Papam tantum illud beneficium conferatur, de conſue.
2 c.ſi.lib 6.de pręben.ca.2. eodem lib.† Effectus vnionis eſt, quòd cedente, vel decedente rectore, ad illum, cui facta eſt unio, fructus pertineant, de dona.conſultationibus.de reſeri. cam te. de excel.præla.ſicut unire. Expectet ergo vnio hũc effectum vacationis, antequàm reperiatur ipſa reſeruatio habere ſuum effectum, ſ. ꝙ per Papam tantum debet conferri: ergo iſte effectus, qui iam eſt natus.& cauſatus, non tollitur per actum contrarium, maxime qui pendet, etiam cum peruenerit ad effectum extantis conditionis, vel diei ſicuti ar. ad prędicta de pręben.c.penul.lib.6.de conceſ præbẽ. c j §.ſubiungit.& cautioritate eod. li. differatur ergo unionis effectus. Et ad prędicta facit prima lectura poſita per glo.in c.ſi propter ſua debita.de reſcrip. lib.6. vbi ille, qui habet priuilegium ante mortem beneficiati percipiendi fructus, differt perceptionem poſt perceptionem fiendam per impetrantem fructus primi anni: ſic etiam differtur vnio poſt mortem, vel vacationem occurrentem ex iſto, pro quo fuit reſeruatum.

Gaſ.de Cald.

De commodato. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium per mutuum prælato factum, an ſit obligatum.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN per mutuum factum prælato † monaſterium obligetur? Et uidetur quòd non, quia non ſufficit conſenſus ſolius prælati, niſi accedat etiam conſenſus capituli, de fideiuſ. quod quibuſdam: ſicut dicimus in depoſito facto prælato, de depoſito.capitu.primo. Item ad hoc, vt monaſterium ex mutuo obligetur, duo requiruntur, ſcilicet numeratio, & conuerſio in utilitatem eccleſiæ, ut d. c.quod quibuſdam.ff.ſi cer.pet.l.ciuitas. C. ſi aduerſus cre.l. prima, & æquiparando ciuitatem minorem eccleſiæ.C.de ſacroſan. eccle l.fin. Et ideo exceptio non numc.pecu.perpetuo competit eccleſiæ: quia non eſt propriè exceptio, ſed eſt nullitas ipſo iure, ut not. Bald. C.de ſacroſan.eccl.authen.hoc ius porrectum. & plenius in c.fin.de ſolutio. Et ſi mutuum non ſit conuerſum in utilitatem eccleſiæ, non tenetur eccleſia, ſed ipſe ſacerdos, ut not.per Innocent.de pigno. ex literis.& per Ioan.And poſt Hoſtien.in cap.penult. de fideiuſ.& per Bal.in d.authen. Et creditor habet probare ipſum mutuum eſſe conuerſum in utilitatem monaſterij, vt not.in dicto cap.quod quibuſdam, quod eſt ſpeciale, ſicut in alijs duobus caſibus, vt in depoſito facto prælato, ut dicto cap.primo, de depoſito, & quando res eccleſiæ immobilis venditur pro debito, ut in auth.hoc ius porrectum.ſecus in alijs creditoribus, ut not. in d. auth. Et idem eſt in quocunque contractu inito cum prælato fauore ipſius creditoris, ut not.Innocen.in d. capitu.grauis.

Pet.de Anch.

De emptione, & venditione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio rerum pupilli in quo loco debeat fieri.*

CONSILIVM I.

1 QVando venduntur res pupilli, † in quo loco debeat fieri ſubhaſtatio, ſi res pupilli ſint ſitæ extra territorium, vbi pupillus habet domicilium? Conſilium eſt bonum, quòd fiat in loco, ubi ſunt bona, & in loco domicilij pupilli: nec eſſet inutile, quòd in loco vbi eſſet curia generalis, vbi eſt totum forum: pro loco tamen domicilij multum facit ff. de reb.eorum qui ſub tu.vel cura.l. magis. §.illud. ubi prætor dat auctoritatem alienandi rem pupilli ſitam extra ſuam iuriſdictionem. Sed pro loco, ubi ſita eſt res, multu facit C.de prædi. & ali.re.mi.l. ſi prædium.pro utroque ſimul vel ſeparatim dictorum locorum facit l. fina.C.de præſcrip.long.tempo. Et ſimilis quæſtio, & iura etiam canonica pro hoc facientia plenè not.per Dom.& pa. me. in capitu. paſtoralis. de priuile. Conſulo tamen, vt fiat, ut ſupra dixi, ut nulla ſit dubitatio.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio ſocij facta de re a ſocio vendita, quando ſit valida.*

CON-

CONSILIVM II.

1 SI venditor vendit rem communem multo minori pretio quàm valeat, & alius ſocius poſtea renunciat, atque conſenſit venditioni, an valeat talis renunciatio, ſi reſiduum excedit ſummam quingentorum aureorum, & non fuit facta inſinuatio? Et videtur, quòd propter hoc non vitietur, quia renunciatio & donatio accedunt ipſi venditioni. Et ideo eius naturam ſequi debent, vt attendatur quod eſt principale, ſcilicet id, propter quod aliquid fit, ff. de aqua plu. ar. l. ſi autem. § fi. de cenſi. cum olim. de offi. de leg. ſi ſuper gratia. lib. 6. cum ſi. Sed planum, quòd in venditione nõ eſt neceſſaria inſinuatio, quantumcunque ſit precium rei, ſed ſolum habet locum in contractu donationis, ergo &c. Item cenſuræ eiuſdem cenſetur additamentum, cuius eſt id, cui additur: de conſuet. cũ olim. de offi. or. licèt. ff. de pac. dotalibus. cum inter. Inſti. de rerum diui. §. præterea. cum ſi. ſed conſenſus iſtius venit vt additamentum, ergo &c. Item diſpoſitio ſe non debet extendere vltra mentem diſponentis, 26 diſt. deinde. 13 q 2. ad hoc calida. de or. cog. c. 2. cum ſi. ſed mens renuncianiis ſe retulit tantum ad corroborandum & iuuandum actum venditionis initæ per alium ſocium, ergo non ad nouum contractum donationis, vt clare patet ex verbis dicti inſtrumenti, maxime cùm aliud ſit donare, aliud conſentire venditioni ſimpliciter. Vnde exprimens vnum, non habet in mente ſaltem aliud diuerſum ab expreſſo, 22. quæſt 10. 3. homines. & eadem autem. 18. quæſtio j. ſic enim. verſi. cum vero. Præterea leges loquentes de inſinuatione, intelliguntur de donatione propriè & ſtricte, ff. quando appel. ſit. l. 2. §. quod in ſententijs. 2. quæſtio. 6. biduum. verſicu. quod in ſententijs. ff. de lega. 3. quod in legatis. 31. q. 1. quomodo. Sed donatio propriè & ſtricte eſt ex liberalitate & certa ſcientia, vt l. 1. ff. de donã. ſed ſocius in conſenſu ſe refert ad venditionem de tota re factam per alium ſocium, ergo non fuit liberalitas ex certa ſcientia, quando nõ fuit donatio proprie & ſtricte, ſicut in caſu, in quo conſentiens recipit pretium & vendens, non etiam quantum ad vendentem non eſt donatio, ff. de euic. l. quidam. Si ergo non poteſt proprie ſtricte dici donatio, per conſequens nec eſt neceſſaria inſinuatio. Item ex inſinuatione clare infertur, quòd in recta donatione loquuntur iura loquentia de inſinuatione: ſed non poteſt dici recta donatio id, quod fecit ipſe ſocius in dicto contractu & in dicto inſtrumento, licèt etiam diceretur donatio propter obliquum: ergo omiſſio inſinuationis non vitiat, quod in dicto inſtrumento dicitur fore factum: ad hoc de procura. qui generaliter. lib. 6. ff. de nego. geſt. ſoluendo. & l. ſoluere. benè facit de his quæ fi. a præ. cum apoſtolica. vbi in obliqua vel non directa alienatione non requiritur ſolennitas iuris, quę eſt neceſſaria in directa. Nec ob. quòd conſentire venditioni non eſt vendere, ff. de reg. iur. aliud eſt. quia nõ ſequitur propter hoc, quod ſit propriè & directè donare, vt per ſe patet, & ideo non cadit in prohibita donatione, vt patet ff. de dona. apud Celſum. §. quæſitum. vbi conſentiens venditioni rei, in qua habet vſumfructum, factæ per alium non recepit pretium: & tamen ſibi vendicanti ob. exceptio doli propter conſenſum factum venditioni, non quia videatur donaſſe. Non ob. illud etiam generale, quòd qui remittit, videatur dare: quia nõ ſequitur, quòd idem ſit remittere, quod propriè donare: quia dare eſt genus ad donationem propriam & impropriam ſiue largam, ff. de donatio. l. 1. vnde aliud eſt donare, vt nota. 23. q. 6. §. ex his. In gl. ſed qualiter. Vnde etiam iura, quæ vtuntur verbo donationis, quæ loquuntur de remiſſione, intelligantur large non propriè & ſtrictè, ſaltem præcedente alio contractu, cui accedit remiſſio, ff. quę in frau. cre. l. omnes. §. primo. de condi. ob cauſam. l. ſi mulier. Et per prædicta reſpondetur ad l. donari. ff. de donatio. quod etiam habetur ff. de re iudi. l. donari ff. de verbo. ſignifi. l. Mutius. quia dicta iura non intelliguntur, quòd omne id intelligatur donari proprie & ſtricte, quod ius dare nõ cogit. Nam ſecundum id ſequeretur, quòd omnes contractus, qui ſunt voluntarij, eſſent donationes, quod non eſt dicendum: facit C. de acti. & oblig. l. ſicut. Vnde dictæ leges debent intelligi negatiue, hoc eſt, quòd id non ſit donatio, ad quod non eſt liberalitas. Ideo propterea dicitur, quòd in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff. de adimen. le. l. rem legatam. in fi. Sed, vt dixi, hæc non fuit omnino liberalitas, quia emptor pro tota re dederat pretium, & non pro parte tantum, etiam dato, quod dicatur, quòd pro parte ſocij, qui non vendiderat, non teneat venditio: quod etiam non tollit, quin fuerit venditio pro tota re, ff. de contrahenda emptione. l. rem alienam. Ex quibus ſequitur, quòd inter ſocium alium & dictum emptorem non fuit donatio.

Ioannes Calderinus.

De locato, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor an teneatur geſtis prælati prædeceſſoris ſtare.*

CONSILIVM I.

1 AN ſucceſſor teneatur ſtare † locationi prædeceſſoris prę lati? Diſtingui poteſt ſecundum Io. Cal. in c. fi. ne prælati vices ſuas. Quod aut prælatus contraxit nomine eccleſiæ, aut nomine ꝓprio. Secundo caſu ſubdiſtinguit, ſed non proſequor, quia non facit ad factum noſtrum. Primo caſu ſubdiſtinguit, quòd aut fuit pro vtilitate monaſterij: quod intelligo, ita vt appareat: tunc tenetur ſucceſſor ſtare contractui, 12. q. 2. hoc ius placitu. & c. quicunque. de ſolu. c. 1. aut non pro vtilitate: & tunc aut fuit ſeruata ſolennitas, quæ debet in perpetuis alienationibus obſeruari: tunc tenet contractus mero iure, ſed poterit reſcindi beneficio reſtitutionis, de reſti. in inte. c. 1. de re. eccle. non alie. c. pe. Aut talis ſolennitas non fuit obſeruata: & tunc ſucceſſor contractum reuocabit: intelligo etiam ſine reſtitutione, de re. eccl. non alie. epiſcopi. de preca. c. 2. de re. permu. c. 2. Hæc procedunt in ſucceſſore eccleſiaſtico, ſed in alio ſucceſſore ſicut ſucceſſor ſingularis ſuccedens in plenum ius, planũ quòd non tenetur ſtare, C. locati. l emptorem. & not. ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ſed creditor ſic, quia non habet dominium rei, ſed ius pignoris tantum, ff. de bo. auct. iudi. poſ. l. In venditione. §. fi. Fallit tamen in ſucceſſore fiſci, qui tenetur ſtare locationi eius, ff. de iure fiſci. l. fi. Item locationi tutoris tenetur pupillus, ff. de admini. tu. l. ſi tutelæ. & locationi mariti vxor ſtare tenetur, ff. ſo. ma. l. ſi filio. §. fi. & de dote præle. l. 2. ad fi. Item locationi defuncti tenetur ſtare hæres, quia fingitur eadem perſona cum defuncto, in Auth. de iureiura. a moriente præſti. in prin.

Franciſcus de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Laicus laico poſſeſ. in emphyteoſim locauit perpetuam; quo facto alter ad vnam, alter ad aliam tranſiuit religionem, qui & tandem decedunt, cuius monaſterij erit emphyteoſis iſta?*

CON-

prouideri de beneficio, & ſic fit ſtricta interpretatio, per quam minus præiudicetur ordinario prouiſori. Item de propria ſignificatione nomen eccleſiæ comprehendit etiam cathedralem, vt in indulgẽtiis, & gratiis, de ver. ſig. c. pen. ¶ Circa ſecundum, quia in dicta diſpenſatione non fit mentio ſpecialis modi, ſecundũ quem debet beneficium ordinari, eſt ſciendum quod licet expreſſio certi modi alium nõ complectatur, immo videtur excludere, de teſti. ſuſceptum. de præben. cum in illis §. j. & 2 & c. cui de non. eo. tit. eo. lib. tamen vbi ſimpliciter ſcribitur nullo modo expreſſo, nullus modus excluditur, iuxta regulam, generaliter dictum generaliter, &c. Et quod indefinita æquipollet vniuerſali, vt in iuribus vulgaribus. Et ſic includitur modus electionis, vt etiam videtur ſentire glo. in clem. prima, de præb. in gl. illud verbum in fi. Nec certus modus excipitur per illa verba, ſi tibi canonice conferantur, quia ad generalem iuris diſpoſitionem referuntur, vt bene probatur de elec. dudum. el 2. de filiis presby. c. 2, de præb. non poteſt. li. 6. non autem mandatur per has literas ſub certo modo prouideri. Et per hoc reſpondetur ad cle. j. de præb. & ad c. cum in illis. eod. ti. lib. 6. Fortificatur etiam iſtud ſecundum ponderato, quòd per has literas non mandatur prouideri de certo, vel incerto beneficio vt prædixi, quo caſu loquuntur dicta iura, c. deliberatione. de offi. le. lib. 6. Non ob. quia licet ibi dicatur, quòd dignitas electiua, & principalis poſt epiſcopum in eccleſia cathedrali non cadat in poteſtatem legati, non ſequitur, ergo talis dignitas nõ cadit in literis apoſtolicis, niſi de hoc in illis fiat mentio ſpecialis. Nam multa includuntur in literis Papæ, de quibus legati non poſſunt ſe intromittere, vt ſi ſibi reſeruat omnes dignitates, ad quas quis conſueuit p electionem aſſumi, includitur dignitas in cathedrali eccleſia electiua, licet de hoc non fiat mẽtio ſpecialis. Et aliqua poteſt legatus, quæ non includuntur in literis Papæ, niſi fiat mentio ſpecialis, vt cum mandatur prouideri de beneficio, non includitur curatum, & tamen legatus poteſt tale beneficium conferre, de offi. le. c. j. & c. præſenti. & ca. deliberatione. lib. 6. vnde non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, de tranſ. præla. c. 2.

2 ¶ † Circa tertium ponderandum eſt, quod dicta diſpenſatio proprie facta eſt ſup pluralitate. Ex quo ſequitur quod talis eſt, quòd vere exprimat id, propter quod impeditur quis habere plura beneficia ſine diſpẽſatione Papæ, quia illo remoto ſublata eſt prohibitio: ad hoc j. q. 7. didici. & c. diſpenſationes & c. ſequenti: & de elec. dudum. cl. 2. cum ſi. Sed quid eſt, quòd impediat pluralitatem beneficiorum ſine diſpenſatione Papæ? Certe incompatibilitas, vt quia ſunt duæ dignitates, vel duo curata. Sed hanc expreſſionem plene facit dicta diſpenſatio, & remouet iura contraria. vt patet ex ſui forma. Non ob. quòd non fit mentio de collegio, & dignitate, quæ de nouo confertur: quia iura non dicunt, quòd requiratur Papæ diſpenſatio, quia collegiata, ſed quia dignitas eſt. vel quia habet curam: ſicut nõ dicunt, quòd requiratur Papæ diſpenſatio, quia beneficium debet ordinari per viã electionis: poſſet enim eſſe beneficium ſimplex, ad quod fiet ordinatio p viã electionis, & tamen nullus diceret, quod in illo habẽdo non curato, vel dignitate foret neceſſaria papalis diſpenſatio: ergo propter has qualitates tantummodo, ſcilicet dignitas perſonatus, officium perpetuum, ſiue ſit curatum, ſiue non, & cura, per ſe requiritur diſpenſatio Papæ. Sufficit enim fieri mentionem de dignitatib. vel perſonatib. abſque eo, quod exprimat modum prouidendi, vt patet de præb. de multa.

S V M M A R I V M.

1 *Impetratio beneficij coloratè poſſeſſi facta non proprio motu, quando valeat.*

CONSILIVM XXV.

1 AN valeat impetratio beneficii † non motu proprio facta coloratè poſſeſſi, non facta mentione de colorata poſſeſſione, ſi in literis executoris eſt appoſita clauſula, amoto quolibet illicito detentore. Et dicitur, quòd non valet: de conceſſione præb. cum noſtris de priui. dudum. no. Io. And. poſt ſummo de conceſ. præb. literas. Nec ob. clauſula amoto quolibet illicito detentore, quæ ſecũdum quoſdam tollit vitium, quod ineſſet propter coloratæ factæ poſſeſſionem: quia illa non apponitur in literis gratiæ, licèt apponatur in literis executoris. Cõſtat enim quod gratia exiſtente vitioſa, per conſequẽs executoriæ non tribuunt ius: ad hoc de offi. deleg. ſi ſuper gratia. lib. 6.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium manuale, an in beneficiorum reſeruationibus includatur.*

CONSILIVM XXVI.

1 AN in reſeruationibus beneficiorum † includantur beneficia manualia? Et videtur quod non: Nam licèt beneficia manualia vacare dicantur, vt in cle. quia regulares. de ſupplenda negligentia prælatorum. hoc tamen procedit in odium, & pœnam negligẽtium. Et ideo ad alios caſus alterius rationis non videtur extendendum, de reg. iur. odia. & ca. in pœnis. lib. 6. & quod not. in dicta cle. in gl. & in talibus. Nam collatio beneficiorum debet intelligi de ſui natura perpetua, 55. di. præcepta, & no. de fil. preſ. veniens. de cleri. ægro. cap. pen. Ex quo ſequitur, quòd Papa ſibi reſeruando collationem beneficiorum, uidetur intelligere proprie de collatione, quæ fit perpetuo de beneficio, vt ſic verba intelligantur ciuili modo, de conſti. ex literis. de conſue. cum dilectus. de dona. cum dilecti. & cap. paſtoralis. Præterea ex hoc, quòd uidetur beneficium manuale, & hoc tacito Papa confert planè, uidetur collatio vitioſa, quia aut dicetur beneficium collatum ſecundum ſubiectã materiam: & ſic manualiter, quia eſt manuale. Et certe hoc non eſt ueriſimile, quia ſic poſſet ille ſuperior, cuius eſt manuale, ſtatim reuocare illum, cui facta fuit collatio, & alium ſubrogare. Aut dicetur, quòd Papa voluit collationem fore perpetuam, & irreuocabilẽ, & ſic mutauit naturã beneficij. Sed certum eſt, quòd hoc non intendit Papa, niſi exprimat: facit 10. di. ca. j. de iure patro. querimoniam. Pro hac ratione bene facit de confir. utu. vel inutu. porrecta. & c. ad noſtram.

Gaſp. de Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Impetrans officium in eccleſia vacaturum, an poſſit in eadem beneficium acceptare.*

CONSILIVM XXVII.

1 AN impetrans in eccleſia officium uacaturum, poſſit † acceptare in eadem eccleſia unum beneficium ordinatum ſub appellatione officij ſeu beneficii, etiam ſi ſit canonicus? Et dicitur, quòd poteſt unum de dictis beneficiis pro officio acceptare. Non obſt. quòd ſit canonicus: quod probatur, quia beneficia, de quibus quæritur, ſunt officia: quod patet ex ordina. ipſorum. Ponitur enim, quod fuerunt ordinata, ut officia ſeu beneficia: ergo officia ſunt, & ſic nominantur. Ex huiuſmodi. n.

deno-

denominatione interpretamur ſaltem in dubio ita eſſe,quia ſic denominantur,21.queſt.4.dicat.93. diſt. dominus.de præſnm.illud.cum ſim. Ad prædicta facit quod no.Dominus,& pater meus poſt Inn.& Hoſtie. de præben de multa & in c.j.de conſue.lib.6. poſt Archi.Idem probat dictio,ſeu:ſiue diſiunctiua,ſiue dica tur ſubdiſiunctina,quę quantum ad propoſitum hoc importat,quod non eſt vis , ſiue appelletur officia ſeu beneficia , dictus autem expectans dicitur expectare officium ergo &c.facit de reg iur.in alternatiuis:li.6. Non obſtat , quòd dictus expectans eſt canonicus dictę eccleſię:tum quia ponitur, φ canonici tenuerunt, & poſſederunt dicta officia ſeu beneficia vná cum præ bendis,quod a iure non improbatur, ſed videtur iuri conſonum:facit de præb.quia ſępe.& c.ſi is cui.li.6. licet habere duas præbendas in eadem eccleſia ſit incōpatibile,vt in cle ſi iuſta.de præb.& quod ibi not.Non ob.quòd ponitur,quòd habentes dicta beneficia,ſeu officia,non debent eſſe propter hoc canonici,nec ha bere iura canonici:quia illud propter hoc ſoluit contrarium Fateor enim , quòd habens dictum officium ſeu beneficium non eſt canonicus,nec habet iura canonici,ſed quod alias poſſit canonicus dictū officium habere,non improbant dicta verba, necipſorū mens, immo innuunt contrarium, & maxime ponderato viu , de quo in themate. Ad pręmiſſa faciunt optime quæ no.Do.& pater meus in nouella,de re iudic cum olim.ſuper prima gl. Io.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficij regulari collata 40. ann. non poſſeſſa, an valeat.*

CONSILIVM XXVIII.

1 AN impetrans beneficium , quod confertur † regulari, non tamen poſſeſſum per 40.annos, poſſit illud obtinere , ſi non facit mentionem de illa poſſeſſione regulari , vt quia abbas monaſterij eccleſiam monaſterio ſubiectam eō tulit monacho ſuo,quæ conſueta erat regi per ſecula res? Et uidetur,quòd impetratio nō valeat,quia oportet,quòd in literis fiat mentio de his , quæ inducerent principem ad denegandum , vel non ſic faciliter concedendum,de reſcrip.ad audientiam.cum ſim.ſed hic non fecit mentionem de illa poſſeſſione, ergo non debuit valere,cum iſtæ impetrationes ſint odioſæ, de præben.quamuis.lib.6. & ſtatus præſens eſt inſpiciendus.de ſenten.excommun.ſi iudex laicus.lib.6. Et hoc optime probat capitu. cum de beneficio. de præbend. lib.6. quæ forte induceretur in contrarium, ſi ſubtiliter intelligatur,facit ad hanc partem. Nam ibi probatur , quod 40. annorum ſpatio ſtatus eccleſiæ præſcribitur:ergo ante præſcriptionem ſtatus ille poſſidetur,vel quaſi,quia ſiue pręſcriptione,vel quaſi,pręſcriptio non procedit, ergo ante pręſcriptionem ille ſtatus poſſidetur,vt ſit ſenſus capituli,quòd uolens impe trare beneficium ſeculare , quod a principio fuit irregulare , ſi dicat eum ſeculare , habeat probare ipſum fuiſſe conſuetum regi 40.annis per clericos ſeculares: & hoc vult illud c.alias autem ſimpliciter impetrans beneficium, ſi eſt clericus ſecularis , illud non habebit probare, ſed ſufficiet ſtatus , qui eſt, alias impetratio erit ſurreptitia,ſi tempore impetrationis beneficium non ſit ſeculare.Nec ob.quòd inferiores ab epiſcopis non poſſint inducere mutationem ſtatus beneficiorum,de exceſ.prę la.ſicut vnum, quia hoc fateor, ſed p hoc non tollitur facti poſſeſſio , ex qua inſurgit, quod dixi. ſicut in poſſeſſione, quę habetur per prędonem, quæ tamen inducit reſtitutionem, de reſtitu. ſpoliato. in literis. Gaſp.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio beneficij vniti, vnionis nulla mentione facta, an ſit valida.*

CONSILIVM XXIX.

1 AN impetratio facta de beneficio † vnito teneat,non facta mentione vnionis nulla,vel poſſeſſionis obtentæ virtute illius vnionis? Et videtur,quod teneat , quia regulare eſt, quòd illa , quæ de iure non tenent , non præſtent impedimentum,de regulis iuris. non præſtat. cum concor.ſicut dicimus de ſecundo reſcripto non faciente mentionem de primo nullo vel exceptione elidibili, vt no. de reſcriptis .ex parte.C.eo. tit. ex tenore. ſicut ſententia nulla non impediet ſecundam,vt no. 2. q.6. §.diffinitiua.de re iud.inter monaſterium. & ſicut electio nulla non impedit ſecundam , de elec. conſideramus.& cap.auditum.Vnde ſola poſſeſſio eccleſiæ in proprietate etiam colorata nō impedit illius collationem.prouiſionem vel impetrationem. Nec ob.de cōceſ.præben.cum noſtris.& c.literas. quia ponunt ſpiritualem caſum in ſuis terminis, ſ. cum quis narrauit beneficium vacare & vacaſſe tanto tempore &c. qui caſus,vt patet per prędicta ,exorbitat omnino a regulis communibus,in iarum quòd(vt ibi no.) aliqui tenēt, quòd non fuerit caſſatus proceſſus propter ſurreptionem , ſed propter ordinem non ſeruatum : ad hoc q̄d no. de conceſ. præben. quia diuerſitatem . Sed talia, q̄ ſic exorbitant, debent intelligi ſtrictè , prout ſcripta ſunt,ita vt non trahantur ad conſequētiam , vt no. Io. An.de offi.dele.con ultationibus.de emp. & ven. prouenit.at hic non eſt poſſeſſio ex titulo beneficij , ſicut ibi dato per eum, qui habeat poteſtatem conferendi. Lau.de prin. nimis reſtringit diſpoſitionem dicti c. quia nedum in beneficijs , ſed etiam in alijs impetrationibus procedit,quòd non extenduntur ad poſſeſſa per alios,vt eſt caſus & ibi gl.in c.2.de deci. li. 6. & patet in c.dudum. eo. ti. & ibi per Inn. imo ratio poteſt eſſe,quare in impetrationib.debeat fieri mētio colorate alterius poſſeſſionis:qa ſi fuiſſet expoſitū Papæ, nō ſic de facili conceſſiſſet rem poſſeſſam ab alio, & de talibus debet fieri mentio im impetrationibus, vt patet de reſcrip.ad audientiam . Et ſic diſpoſitio illius c. non videtur exorbitans.

Dominicus de ſancto Geminiano.

SVMMARIVM.

1 *Sacriſta habens dimidiam præbendam,beneficium impetrando,an teneatur mediæ præbendæ memorari.*

CONSILIVM XXX.

1 AN ſi ſacriſtæ eccleſiæ aſſignetur per canonicos † dimidia præbenda,vt ſacriſta deputatus ad cuſtodiam valorum eccleſiæ habeat ſuſtentationem,habens talem ſacriſtiam de ea teneatur facere mentionem in impetrationibus beneficiorum? Et videtur quòd non.Probatur , ante aſſignationem dictę mediæ prębendę ipſum officium ſacriſtæ non erat beneficium eccleſiaſticum , & ſic nō conferebatur in titulum, ſed per aſſignationem dictę dimidiæ præbendę a capitulo non eſt effectum beneficium eccleſiaſticum , quod probatur , quia ſumendo beneficium eccleſiaſticum ſecundum ſubiectam materiam,iſtud creare eſt epiſcoporum,de conſe.di.j. nemo eccleſiam.de exceſ.prę la.ſicut vnire imo in forma debita,ſ.conſenſu capituli & tractatu ſuper hoc pcedente,de conſue.cum conſuetudinis.de his quę ſi. a prę la.nouit.& cap.quanto.hoc voluit Inno. de con. ſti.cum

ſti.cum omnes.in prima gloſ.circa medium. Et Io. An. poſt Compoſt.ibidem ſuper prima glo. Idem etiã no. c.tit.cum acceſſiſſent.& probatur eo.q.ij.mouerint.& c. decretum.cum pluribus c.ibidem. Si ergo non eſt beneficium eccleſiaſticum, quod conferatur in titulum, ergo impetrans non tenetur facere mẽtionem de eo, vt no. de reſcrip. poſtulaſti. per Inn.de præben. quamuis.li.6.& no.Do.& pater meus in.cap.in noſtra.de reſcri nec ſequitur, ſi habet dimidiam præbendam, ergo eſt beneficium eccleſiaſticum conferendum in titulũ, cum proprie non ſit præbenda, ſed fructus præbendæ, ſicut qñ darentur magro in theologia, de magi. quia nõnulli.& dato quòd ſit præbenda, præbendæ perceptio non facit beneficium eccleſiaſticum, de quo quæritur. Nam etiam laicus poteſt habere præbendam, vt no.gl. de conſti cum M. Ad idem quod dicimus de promoto ad titulum patrimonij, qui omnino tenetur de eo in impetrationibus facere mentionem, vt no.Inno.in dicto c postulaſti.in fi.& P. M. in dicto c. in noſtra. in 6. quæſtione. Ad idem tex.dic. c.poſtulaſti.a contrario, vbi patet, quòd de. temporali vicaria quis non tenetur facere mentionem. Et ibi etiam tenet Io. An. quæ temporalis etiam poſſet eſſe perpetua certo caſu: Et ideo hæc non ſufficit, nec illa eſt etiam cauſa expreſſionis, quia perpetuo vel temporaliter, ſed quia datur in titulum beneficij. Vnde puto, quod licèt beneficiũ eſſet manuale; tamen de eo. debet impetrans facere mentionem.ar.clemen.quia regulas. de ſup. neg. prælа. Quare autem præſumam ſacriſtiam primo nõ fuiſſe datam in titulum, patet, quia de natura beneficij eſt, quòd perpetuò conferatur, vt 50.diſt.percepta. niſi in ipſa collatione beneficij aliud exprimatur. Fatendum igitur, quod vbi ante dictam aſſignationem dimidiæ præbendæ ſacriſtia conſueuit in titulum aſſignari: & nunc etiam poſt dictam aſſignationem.de ea deberet iudicari, & tunc impetratio alterius beneficij eſſet ſurreptitia, ſi de ipſa non fuerit facta mentio, de præben. ſi motu proprio.cum concor.li.6. Per hæc ceſſant cõtraria, quæ poſſent fieri, quòd ſurreptio taciturnitatis, quę moueret Papam ad denegandam gratiam, vel nõ ſic de facili concedendam, vitiat literas, de reſcri.in noſtra.& c.ad audientiam.cum ſi. quia hic talia non ſunt tacita, cum non reperiatur expreſſum in iure, quod de talibus debeat mentio fieri, & in talibus literis non eſt neceſſe mentionem fieri, niſi de his quæ exprimũtur in iure, vt no.glo.in clemen.j.de præben.& P. M.in d.c.in noſtra.in 4.q.quod no.Io.An.in c. 2. de ſi. presb. li.6.Nec ob.dictum Inn.in d.cap.poſtulaſti.vbi dicit, quòd ſi aliquis habet redditum vel penſionem, vel poſſeſſiones, eccleſia debet facere mentionem: quia illud non eſt bene dictum, vel debet intelligi de poſſeſſione vel redditu, quæ aſſignata fuerunt loco beneficij, quod debebatur ratione literarum vel aliàs. Et quòd ſic intellexerit, probat & ad euidentiam eo.ti.quod alle.Item æquiparatio vicariæ, quæ datur in titulum.

Gaſ.de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicatus eccleſiæ cathedralis an poſſit venire in prouiſione de beneficijs eccleſiaſticis.*

CONSILIVM XXXI.

1 AN impetrans gratiam, vt ſibi prouideatur de vno, duobus vel tribus beneficijs eccleſiaſticis: in tali gratia cadant† canonicatus eccleſię cathedralis? Et dicitur quòd ſic, ſi eſt facta mentio de beneficijs eccleſiæ cathedralis, alias illa eccleſia non includeretur, de præb. quamuis. li. 6. Includit etiam canonicatus eccleſiarum inferiorum, vt eo. ti & li.ſi cum.& cap.dudum. Et quòd in talibus gratijs veniant canonicatus, no.gl.& doc.in cap.fi.de præben.

Gaſ.de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Executor an teneatur beneficium eo tempore conferre, quo impetrans acceptare, & conſi.ſeq.*

CONSILIVM XXXII.

AN ſicut impetrãs debet acceptare intra mẽſem beneficium vacans, quod includitur in literis, ibi executor etiam debeat illud conferre intra eundem mẽſem. Super hoc ſunt opi.in cle.j.de conceſſio.præbend. Sed puto, quòd acceptatori tantum ille menſis ſtatuatur, & non executori, vt ſic ſi impetrans acceptat intra menſem, executor poſt menſem poſſit conferre. Executor enim ſuccedit in locum Papę, cui non eſt ſtatutus certus terminus, nec currunt tempora ſibi, vt no.Comp.in cap. capitulum.de reſcrip. in glo.magna: ver. item nunquid executor.& glo.in cle.ſi beneficio. de præb.in gl. ſed nunquid. Quibus tamen glo.poſſet reſponderi per tenentem contrarium, quod loquuntur in executore ſimpliciter dato: ſecus quando tempus eius poteſtati adijcitur, vt in caſu noſt. 6. Quòd autem iſtud tẽpus videatur aſſignatum acceptationi & non collationi, probatur ex proximitate verborum, quoties determinatio poteſt plura reſpicere, ſalua intentione diſponentis, de ver.ſig.intelligentiã.& cap.propterea proximum verbum debet potius determinare, quàm remota, ff.de poſtul.l.j.§.proinde.& de le.j.talis ſcriptura.& l. ſequenti.de don.cum dilecti.cum ſimi. Et maximè, quando actus non ſunt connexi, ſicut eſt acceptare per impetrantem, & conferre per executorem, qui actus ſunt diuerſi: proximum autem verbum eſt acceptatio, quia litera gratię dicit, quod intra vnius menſis ſpatium duxeris acceptandum. Et poſtea ſequitur, conferendum vel conferenda &c. quod illa determinatio menſis apponatur acceptationi tantum. Aperte probat clemen.j.de conceſ. pręben. in ti. vbi no.negligentia acceptantis, non autem collatoris: quaſi ipſi impetranti tantum terminus intelligatur aſſignatus, non autem executori. Hoc poteſt colligi ex glo. Ioan. An.in dicta cle.in gl. iſte terminus: circa fi. licet quidã illam glo.aliter intelligant.

CONSILIVM XXXIII.

1 INTRA quantum tempus executor† debeat cõferre beneficium vacans impetranti cum clauſula, quod intra menſem duxeris acceptandum. Et licet ſupra conſilio proximo fuerit dictum, quòd executori non currit tempus, quia ſuccedit in locum Papæ, in quo non habet locum capitu.1. de conceſſio. preben.tamen dico, quòd negligentia impetrantis corrodit gratiam ſuam, & eam facit expirare, vt eſt caſus de reſcrip.tibi qui. lib. 6. quę expreſſe vult, quòd licèt ſit facta repreſentatio literarum & proceſſus executoris cum reſeruatione, & collatio canonicatus, & etiã receptio: tamen negligentia vel dolus impetrantis deſtruit gratiam ſuam. Ad idem de pręben. ſi clericus. primo reſponſo, eo. li. quę expreſſe loquitur etiam quando eſt facta gratia. Et ſic concluditur, quòd notabilis negligentia ipſius impetrantis facit expirare poteſtatem executoris. Quę autem dicatur notabilis negligentia, gl.& Io. An. in dicto c.ſi clericus.dicit hoc relinquendum arbitrio iudicantis. Et idem no gl.penul. in cle j.de conceſ.pręben.tamen vbi circumſtantię facti aliud non ſuaderent, ſex menſium ſpatium deberet inducere negligentiam, quia vltra id tempus dicitur

beneficium

beneficium diu vacare, vt dicit tex in dicto c. 3. de cõceſ.præben. tamẽ quia iſtud potius per Papam eſſet declarandum, quàm per conſultorem.

Gaſ.de Cal.

Ne ſede vacante aliquid innouetur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum canonicorum regularium an poſſit ſede vacante mutare ſtatum.*

CONSILIVM I.

1 AN capitulum eccleſię canonicorũ † regularium vacante eccleſia poſſit mutare ſtatum, & aſſumere ſtatum & regulã ordinis ſancti Benedicti? Et dicitur ꝙ ſic, duntamen modus debitus obſeruetur: qui modus eſt, vt primo petatũ hæc mutatio per canonicos & conuentum dicti monaſterij ab epiſcopo diœceſano pro reformatione & bono ſtatu dicti monaſterij, & ſalute animarum fratrum ipſius pręſentium & futurorum: qua petitione recepta, epiſcopus eidem monaſterio vacanti deputet ad cautelam defenſorem vel ęconomum virum idoneum: demum per epiſcopum cum ſuo capitulo, & per defenſorem ſeu ęconomum cum conuentu fiat tractatus, quo facto per ipſum epiſcopum cum conſenſu capituli & fratrum monaſterij ordinetur, quòd fiat talis ſtatus mutatio: & ſic firmetur & approbetur: & ſic fiat, vt dicti canonici aſſumant habitum monachorũ, & profiteantur in manibus epiſcopi regulam beati Benedicti ſic inſtitutam in dicto monaſterio. Quod autem dicta mutatio ex cauſa prędicta fieri poſſit, ꝓbatur de reb. eccle. non alie. c. primo, lib. 6. & in cle. ſi vna. eo. titu. de his quę fiunt a pręla. tua. de exceſ. pręla. ſicut. & per no. de reſi. do. conſtitutus. & 25 q. 2. in ſumma. & quod no. Innocen. vt eccle. bene. cap. j. in fi. Non ob. quòd vacante ſede nil eſt innouandum: ꝗa illud verum in eccleſia cathedrali, nõ in inferioribus, vbi ſubeſt cauſa, & fit per epiſcopum forma debita obſeruata ſecundum plene no. per Inno. ne ſe. va. c. j. Nec obſtat extrauagans Benedicti in cap. de collapſis eccleſijs. vbi probatur, quòd monaſteria religionis canonicorum regulariũ ordinis ſancti Auguſtini non vniãtur uel ſubmittantur eccleſijs ſeu locis religioſorum quibuſcũque alterius religionis ſine licentia ſedis apoſtolicæ: quia licèt prohibeat vnionem vel ſubmiſſionem, non prohibet ſtatus mutationem, quæ poteſt fieri de iure, cum iſtud ſit quid diuerſum a caſibus ibi expreſſis, de elec. conſtitutio. lib. 6. cum ſi.

Gaſ.de Cal.

CONSILIVM II.

AN ſede vacante capitulũ poſſit eligere pauperes, inter quos diſpenſetur hæreditas, ſi teſtator reliquit pauperibus Chriſti, non dicendo per quem debeant eligi? Vide infra, de teſta. conſi. 12.

De his, quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli. Et de his, quæ fiunt a ma. parte capituli, Rub.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eccleſiæ bona quando de nouo in emphyteoſim concedere poſſit.*

CONSILIVM I.

1 AN epiſcopus poſſit res eccleſię † conſuetas in emphyteoſim perpetuam dari, concedere de nouo ſine conſenſu ſui capituli? Et videtur quod poſſit. Et ad hoc faciunt iura & rationes allegatę, ꝙ epiſcopus quinquageſimam vel centeſimam concedere poſſit ſine conſenſu ſui capituli, de quo per glo. 12. q. 2 bonæ rei. & per gl. & doc. de dona. appo. Et ad idem facit dictum Ioannis de anch in ſumma ſua, vbi tenet, epiſcopum poſſe infeudare rem eccleſiæ conſuetam infeudari ſine conſenſu capituli, vt ipſe poſuit in ſumma de feu.

Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus portionem canonicam eccleſiæ inferiori conferre quãdo poſſit.*

CONSILIVM II.

1 AN epiſcopus ſine conſenſu capituli † poſſit donare eccleſiæ inferiori canonicam portionem mortuariorum ſibi debitam, vt ꝑpetuo ſit inferioris eccleſię? Et videtur ꝗ ſic. Et probatur ratione iure & opi. Ratio eſt. quia iſta canonica ita ſpectat ad epiſcopum, quòd non ad capitulum, vt patet de teſta. requiſiſti. & ibi hoc no. Hoſti. & ſic ad eum ſolum pertinet adminiſtratio. Ex quo ſequitur, quòd ipſe epiſcopus per ſeipſum ſine capitulo poteſt illam remittere, ar. de reſcrip. edoceri. & eorum, q̃ ibi not. Inno. Et hoc videtur tenere glo. licet alternatiue loquatur de canonica, q̃ debetur epiſcopo de redditibus eccleſiæ inferioris, in qua eſſet maius dubium, in c. poſſeſſiones. de re. eccle. non ali. in prima glo. ¶ Iure etiam probatur per tex. c. fi. 12. q. 2. vbi dicit tex. quòd epiſcopus ſuam canonicam dare poteſt etiam alteri eccleſiæ, nedum illi, a quo percipere debet, & de capitulo nihil dicit. Ex quo ſequitur, quòd ipſe ſolus hoc poterit. Et ita arguit Papa de his, quæ fi. a præla. cum apoſtolica. & ſic vbi etiam perpetuo remiſſio canonicæ mortuarij fieret per epiſcopum ſolum pro loco, vbi factum eſt relictum, videtur iuri conſonum hanc conceſſionem tenere. Et quia gl. in dicto c. fi. 12. q. 2. tenere contrarium videtur, & Hoſti. in c. requiſiſti. de teſta. Hoc non firmo, tamen ſi epiſcopus faceret talem cõceſſionem, valeret quantum ad præiudicium ipſius concedentis tempore vitę ſuæ, ſed per eam non impediretur ſucceſſor, quominus illam reuocare poſſit. ex quo non interuenit cõſenſus capituli. Et ita intelligũt Hu. Ioan. & Lauren. prædictum c. fi. 12. q. 2.

Gal. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum eccleſiæ cathedralis an poſſit capituli bona ſine epiſcopi conſenſu de nouo infeudare.*

2 *Conſuetudo habens tacitum conſenſum eorum, quos tangit negotium, valet.*

CONSILIVM III.

1 AN capitulum eccleſiæ cathedralis † vna cũ præpoſito ſuo, qui immediatè præeſt capitulo, poſſit bona capituli omnino diſtincta a bonis epiſcopi infeudare de nouo, vel cõſueta infeudari, & recaduta ad eccleſiã iterato infeudare ſine conſenſu ſui epiſcopi, hoc dictante conſuetudine? Et videtur quòd ſic, ſtante conſuetudine, quia in conſuetudine non requiritur titulus neceſſario. Satis enim eſt, quod interueniat patientia illius, cui ex con-

ſuetudine præiudicatur, quia ex conſenſu etiam tacito obligationes oriuntur, ff. de pac. l. 2. & 3. & quod no. de his quæ fi. a ma. par. capit. ex ore. Et primum, quod dixi, probatur ff. de legi. l. de quibus. in . 9. q. 3. conqueſtus. de offi. ordi. duo ſimul. Vbi hoc no. Hoſt. & de præſcri. cum olim. & Innocen. de poſtu. præla. bonæ. el 2. & Archidiac. de conſue. capit. 3. libro ſexto. Sed glo. ibi, ſemper ver. canonice. videtur contradicere. Sed glo. correxit ſe in nouella. per ea quæ no. in c. fi. de conſu. ſuper glo. Aequum tamen eſſet tenere, quod ſi capitulum contra epiſcopum ageret, quod deberet titulus allegari & probari ſaltem per tranſcurſum temporis, ff. de vſuris. cum de in rem verſo. & quod no. de cenſi. peruenit. Secus ſi contra alium, tamen ſi conſuetudo proprie inducatur, nõ eſt neceſſarius titulus, & ſi contra epiſcopum agatur, per ea quæ dicta ſunt ſ. Et per hoc patet reſponſio ad c. r. de reſcrip. lib. 6. quæ in præſcriptione non in conſuetudine loquitur. Nec ob. c. cum cauſam. de re iudi. quia non apparet, de qua conſuetudine loquatur: & plures ibi dantur lecturæ, communior tamen eſt, ꝙ intelligatur de conſuetudine, quæ habebat, ꝙ teneret alienatio rei eccleſiaſticæ facta per prælatum ſine conſenſu capituli, quę ideo non tenet, quia grauabatur eccleſia, & per conſequens irrationabilis & impræſcriptibilis, de conſuetu. ca. 1. & fina. Et hæc eſt communis ratio, & quantum ad lecturas alias ipſius decre. Sed nego iſtam eſſe irrationabilem, & grauamen inferretur eccleſiæ, cum ponitur, quòd per præpoſitum, qui immediate præeſt capitulo ſimul cum ipſo capitulo ſit talis infeudatio de rebus pertinentibus ad capitulum. Et intelligo, quando bona capituli ſunt omnino diſtincta, quare talis conſuetudo a iure recipit ſuffragium, per capitulum edoceri. de reſcrip. & ſic dicta conſuetudo non eſt totaliter contra capitulum, ſine exceptione. 12. q. 2. cum hic ſit prelatus, & capitulum, quorum adminiſtratio eſt diuiſa ab adminiſtratione epiſcopi. Et ſic etiam faciunt pro & non contra per Hoſtien. de his quæ fi. a præla. ca. noſcitur. & quod Ioann. Andr. no. de reb. eccle. non alie. nulli. Optime facit quod not. Lap. 12. quæſtione a. abbatibus. quod etiam facit contra. Vbi clare dicit, quod inferior ab epiſcopo poteſt alienare epiſcopo irrequiſito, ſi hoc habet loci cõſuetudo. Et hoc no. Hugo. 17. q. 4. in venditionibus. Io. Cal.

2 Ad idem allegat Paulus de Leaza. † Certũ eſt enim, quòd valet conſuetudo, quæ habet in ſe tacitum conſenſum eorum, quos negocium tangit, & qui habent poteſtatem de illo legem condendi, vt ff. de legi. l. de quibus. Et no. Inno. in c. fi. de conſue. Vnde inducitur conſuetudo, per quam adminiſtratio bonorum capituli diuiditur ab adminiſtratione bonorum epiſcopi, de reſcrip. edoceri. Item certum eſt, quòd in iſtis ſeparatis ſeparata diſpoſitio omnimoda vnicuique conceditur, ita quòd vnus alterum non habet requirere: patet de elec. cum eccleſia vulterana. & quod ibi no. ne ſede vacante. c. 1. li. 6. quòd procedit etiam in alienationibus eccleſiæ, & in conſenſu pręſtando alienationibus rerum eccleſiarum. Primum patet de his quę fi. a præla. c. 2. & ſe. Secundum de priui. cum & plantare. Idem probatur de feudis c. 2. vbi patet, quòd ſolus prelatus poteſt infeudare. Conceſſio enim in feudum nõ videtur proprie alienatio, cum directũ dominium remaneat penès eccleſiam. patet de vſuris. c. 1. & c. conqueſtus. Per quæ videtur, quòd valeat conſuetudo, ꝙ capitulum ſine epiſcopo poſſit ſua bona infeudare. ¶ In contrarium credo, quia alienatio rei eccleſiaſticæ requirit certam formam, de qua 12. q. 2. ſine excep. de re. eccle. nõ ali. dudum. li. 6. Nec valet conſuetudo, quòd per ſolum prælatũ vel per ſolum capitulum fiat alienatio, de re iudi. cum cauſam. & not. doct. de re. eccle. non alie. nulli. Et rationem reddit Hoſti. de his quę fi. a præla. ca. noſcitur. Eſt igitur in quæſtione dicendum, ꝙ aut quæritur, vtrum capitulum poſſit infeudare de nouo prętextu illius conſuetudinis. Et eſt expreſſe dicendum quòd non, ratio, quia infeudare de nouo eſt alienare, de re. eccl. non alie. vt ſuper. & c. nulli. cum ſi. Aut quæritur, vtrum antiquum feudum reuerſum ad ipſum capitulum poſſit infeudare? Et dicendum eſt quòd ſic, de feu. c. 2. ſecundum Pau. de Leaza.

SVMMARIVM.

1 *Capituli duæ partes, parte tertia nõ vocata, ſtatuta cõdere poſſunt.*

CONSILIVM IIII.

1 AN ſi duæ partes capituli faciunt † ſtatutum vel prouiſionem, non vocata tertia parte, valeat? Et dico, ꝙ ſic, quia quod abſentes vocentur a duabus partibus, ſaltem eſt ſpirituale in electione, de elec. quia propter. cum ſi. & in receptione canonicorum; de pręben. cum in eccleſijs. li. 6. & in ceſſationibus diuinorum, de offi. or. quãuis. li. 6. vbi hoc aperte probatur. Et no. gl. ſuper ver. ibidem reſidentium. de teſti. præſertim. li. 6. Satis ergo, ꝙ habemus ibi duas partes præſentes & vocandorum. Et ita tenet Vin. Goff. Phi. & Hoſti. de his quæ fi. a ma. par. ca. c. 1. licet gl. ibi aliud innuere videatur, & apertius in c. cum omnes abſentes vocandos. Sed potes ſaluare illas gl. in illis caſibus, vel ipſorum aliquo, vnde in alienationibus non ſunt de neceſſitate vocandi, vt aperte probatur 10. q. 1. hoc ius. & optime de ma. & obe. c. fi. ibi, in ea præſentium & ibi no. in fi. tertiæ gl. Si vero non requiſiti erant præſentes in loco, in quo morabantur alias de ſeruiendo in officio: Et ſic capio hic aliquem eſſe præſentem, vt probant iura proxime alle. tunc non puto valere ſtatutum vel prouiſionem duarum partium in requiſitione alijs ſic præſentibus, vt bene probat dictum c. fi. de ma. & obe. Et optime C. de leg. quoties. lib. 10. ibi, pręcipimus omnes curiales, qui in vrbe conſiſtunt, in loco curię conuenire. Et ſic videtur intelligendum quod not. ff. de reg. iu. l. aliud. §. refert.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Prouinciales per prouinciæ rectorem ad parlamentum vocati, vnum corpus in congregatione an faciant.*

2 *Epiſcopi comprouinciales Archiepiſcopum conſecrant.*

CONSILIVM V.

1 AN prouinciales Romandiolæ † per rectorem prouinciæ ad parlamentum faciant vnum corpus vel vniuerſitatem, ſaltem in actu ipſius congregationis pro his, quæ ibi ſunt tractanda? Et dico, quod quantum ad illa, quæ ibi expediuntur vel tractantur, debent iudicari vnum corpus, ſiue collegium vel vniuerſitas, quod patet ab etymologia vocabuli. Ad hoc 16. quæſtio. 1. ſi cupis. de præben. cum ſecundum. qui fi. ſint le. per venerabilem: Nam dicitur collegium ſocietas collegarum in vno honore poſitorum: quia plures ad vnum finem ſimul colliguntur, ideſt conueniunt, 15. diſt. capitu. 1. in fi. inde eſt dictum cõſilium, ideſt a communi intentione dictum. Et conſilium collegium appellatur, vt patet C. de ſacroſan. ec. l. j. ſed dicti prouinciales congregantur ad parlamentum ad vnum finem, vt prouideatur de his, quæ reſpiciunt pacificum tranquillũ & bonum ſtatũ prouincię, vel ad defenſionem iuſtitiæ, vel his ſimilia: ergo quantũ ad hoc dicta congregatio debet cenſeri collegiũ & licitũ, vt no. ff. quod cuiuſque vni. no. l. j. Confirmatur hęc rõ per c. j. de ele. 16. q. fi. c. ſi. 18. q. 2. abbatem.

probatem. In quibus congregatio ponitur pro collegio. Fortificatur hoc, quia cùm extranei debent intereſſe electioni alterius eccleſiæ cum clericis ipſius eccleſiæ quantum ad actum, propter quem congregantur, dicuntur vnum collegium, de elec. ſcriptum. & ca. Cumana. coniuncta decre. quia propter. eo. li. Ibi ēt patet, ꝙ collegium faciunt omnes eligentes, qui tamen poſſunt eſſe extranei, vt in dictis iuribus. Facit quod no. Inno. in d. c. quia propter. ſuper verbo, collegium. & in dicto c. ſcriptum. Idem probatur aperte eo. tit. venerabilem. Nam electores Imperatoris cũ ad electionem ipſam congregantur, faciunt quo ad hoc vnum collegium: quod patet, quia ſtatur maiori parti, & nõ vocatus poteſt agere de contemptu, vt ibi: quod non eſſet, ſi non facerent collegium quantum ad illum actũ, vt dicit in patronis, qui præſentant non vt collegium vel vniuerſitas, ſed vt ſinguli, vt plene no. Ioã. An. in c. 3. de iure patro. ¶ † Ad idem, quia comprouinciales epiſcopi ſimul congregati archiepiſcopum, vel aliũ prouincialem debent conſecrare, 64. di. ca. j. & 2. Et in illo actu faciunt collegium: quod patet, quia conuocandi ſunt abſentes, vt ibi: & de temp. or. ſi archiepiſcopus. & c. ſeq. Et quia vno ſolo remanente, ius conuocandi vicinos reſidet in illo: ad hoc ff. quod cuiuſque vni. no. ſic. in h. & no. uc pollu. ca. 2. Prædicta probantur per no. per Inno. de exceſ. præl. dilecta. vbi dicit, quòd ſola voluntate aliqui faciunt collegium, etiam ſine rectore, ſyndico ſiue [illegible]a, dummodo pro aliqua iuſta cauſa hoc faciant, & licitum eſt collegium bonorum ſodalium: alle. l. fi. ff. de colle. illici. Et ſatis eſt, quod ad bonum conueniant, vt l. j. eo. ti. Et per hoc reſpondet ad l. collegia. eo. ti. quia verum eſt omne collegiũ eſſe illicitum, quod non eſt auctoritate principis conceſſum, vel ſenatuſconſulti. Sed vt ipſe dicit, ex quo ad bonum, & non ad malum conueniunt auctoritate ſenatuſconſulti, hoc faciunt, vt d. l. j. Vnde collegia negociationum burgorum, & villarum licita ſunt, C. de iurisd. om. iud. l. fi. Et magiſtrorum, de conſti. ex literis. Et ſcholarium, de procu. quia in cauſis. Et multa exempla ponuntur ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. j. Et ꝑ prædicta patet, quod ad eſſe collegij non eſt neceſſe, quod ſit ſigillum commune, vel arca communis, vel ſyndicus, ſed illa bene poſſunt conſtitui a collegio, vt in præalle. l. j. ff. quod cuiuſque vni. no. vel ſuntſigna per quę apparet poſſeſſio, vel quaſi iure collegij, vt no. Hoſtie. de iure pat. nobis, quod no. Inno. eodem titu. poſtulaſti. Vnde & tenet Inno. de offi. ord. cum ab eccleſiarũ. quod ſufficit ad conſtituendum ius collegij, quod qui congregantur habeant conſenſum ſuperioris tacitũ, vel expreſſum. Sed corpora, vel collegia alicuius artis ſocietatis, vel negociationis licita ſunt, & a lege approbata. Nec ob. quod dicitur, quod quis non poteſt eſſe de pluribus collegijs ſimul, ff. de colleg. illi. l. j. §. fin. quia illud in voluntarijs, ſecundum Inn. in prædicto c. cum dilecta. Illud tamen poteſt approbari neceſſariũ propter cauſam, ſcilicet defenſionis iuſtitiæ: vel illud eſt in actibus incompatibilibus, cum vtrique non poſſet deſeruire: facit quod no. de præben. quia in tantũ. & ca. ad hæc. Vnde dicit Inn. in d. c. cùm ab eccleſiarũ. non attendi, quòd ſint de uno collegio, vel plurib. ſed tantum, quod ſint plures, qui ſimul conueniant, vel vniuerſitatem faciant pro iuſtitia conſeruanda.

Ioan. Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Vniuerſitas impoſitura collectas, parti maiori ſtare an debeat.*

C O N S I L I V M VI.

1 AN quando vniuerſitas † vult imponere collectas illis de vniuerſitate, debeat ſtare maiori parti perſonarum, an dicto illorum, qui ſoluunt maiorem quantitatem pecuniæ, licèt ſit maior pars uniuerſitatis? Et dico, quòd maiori parti perſonarum cõgregatarum, qui ſunt de collegio. Non ob. quòd minor pars perſonarum collegij, quæ plus ſoluere debet, contradicat: nam ex perſonis non ex rebus conſtituitur collegium, ut cap. quia propter. de elec. ff. de verb. ſig. Neratius. ergo & c. Item inſpicitur maior pars, quia quod a pluribus quæritur & c. & integrum eſt iudicium, & c. 64. diſt. c. j. extra, de offi. dele. prudentiam. cum ſi. Optime probatur de his quæ fi. a ma. par. ca. c. fi. Nam collectæ imponuntur ſecundum facultates illius, cui imponũtur, de cenſi. cum apoſtolus & c. ſopitæ. & c. procura. 10. q. 3. cauendum cum ſi. Item patet, quod prebendæ canonicorum non ſunt æquales, de conſue. c. fi. lib. 6. & tamen ſi per collegium de contributione expenſarum agitur, ſtabitur maiori parti perſonarum indiſtinctè, ut dicto capitu. fi. de his quæ fi. a ma. par. ca. Et per hoc eſt reſponſum ad l. maiores. ff. de pactis. & ad l. fi. C. qui bo. cedere poſſunt, quæ loquuntur de eo, quod ſpectat ad plures, ut ſingulos: Item dicta iura ad hunc caſum non poſſunt trahi, quæ volunt omnino ſtari humaniori ſententiæ cęteris paribus, quod in actu collegij non eſt verum, vbi neceſſariò apparet maiorem numerum concordari etiam reſpectu totius corporis, vel collegij, de elec. cap. primo, & cap. Cumana. & ca. in Geneſi. & eo. ti. li. cu. lib. 6.

Ioan. Cald.

De re. eccle. non alienan. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Abbas collationem a Papa obtinens cum iuramento de non alienando aliqua de cauſa, an poſſit monaſterij bona alienare.*

C O N S I L I V M I.

AN ſi abbas, qui de iure communi debet confirmari per epiſcopum, obtinet collationem a Papa, & iurat non † alienare Ro. Pontif. inconſulto, poſſit ex cauſa utilitatis aliquas poſſeſſiones monaſterij permutare, vel de nouo infeudare ſine Papæ licentia, habita tamen licentia legati, vel epiſcopi? Et uidetur diſtinguendum quia aliud eſt, cum prælatus iurat ſimpliciter non alienare, aliud cũ iurat non alienare Ro. Pon. inconſulto. Primo caſu excluditur ſola illicita alienatio, vnde in caſu præmiſſo iuramentum non obſtabat: & iſte eſt caſus in capitulo fina. de eccle. ædi. Et eſt ratio, quia uerba ſic ſimpliciter prolata intelligi debent ciuili modo, ut in capitulo ex parte. el 2. de cle. non reſi. & c. ſeq. de iureiur. quanto. & capitulo petitio. Secundo caſu in tali iuramento inducitur etiam licita, quia ſi ſic eſſet iuratum alteri, quàm Papæ, licita alienatio includeretur. alias ſic iurare fuiſſet eluſorium, cùm etiam de illius, cui ſic iuratum eſſet licentia alienatio in caſu illicito fieri de iure non poſſet: ergo apparet id intelligi etiam de licita, ut bene probatur de immu. eccle. aduerſus. ver. propter imprudẽtiam. Nec obſtat, immo facit pro. de feu. capitulo 2. quia (vt ibi patet) in illis caſibus non eſt infeudatio: per quod innuitur, quod ſi eſſet infeudatio, iuramentum obſtaret: ad hoc quod notat Spec. ti. de leg. §. conſequenter. verſicu. cæterum. ubi dicit, quod quando ſic iuratur, legatus etiam licentiam dare non poteſt: ad quod facit quod notat gloſſa penult. de præben. pro illorum. Et hæc expreſsè probantur per not. per Do. & patrem meum de re. eccl. non alienan. ut ſuper. de eccle. ędifican. c. fin.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tranſlatus ſecularis bona poſt promotionem acquiſita an debeat dimittere.*

CONSILIVM I.

1 AN Epiſcopus tranſlatus, qui eſt † clericus ſecularis, debeat dimittere bona mobilia, quę acquiſiuit poſt promotionem, ſicut ſunt paramenta, vaſa, libri & ſimilia? Et dico, quod tenendo opi. quæ communis eſt & ſeruatur, videlicet quod clerici etiam adminiſtrationem habentes ęquiparentur vſufructuarijs, & per conſequens ſaltem fructus perceptos & reconditos ſuos faciunt, vt no. Hoſti. de pecu cleri. cap. fi. & not. de offic. or. præſenti. lib. 6. Vnde conſiderandum eſt, an epiſcopus talia bona mobilia deputauerit vſui eccleſiæ, ſicut altaris paramenta, calices, miſſale, & huiuſmodi: & tunc cum ad opus eccleſiæ illa deputauerit, eidem eccleſię donaſſe videt: & per conſequens debent penes ipſam eccleſiã remanere: ad primum de teſta. requiſiſti. ad ſecundum, 17. q. 4. ſunt qui opes. Aut dicta bona mobilia epiſcopus proprijs vſibus deputauit, ſicut vaſa ad vſum menſæ, libri pro ſuo ſtudio, pecuniam, quam in proprias neceſſitates ſecundum caſus imminentes expendebat: & tunc ſicut potuiſſet alteri donare, fortius pro ſe ipſo etiam perpetuo retinere, alias nõ feciſſet fructus ſuos: quod eſſet contra opi. prędictam. Ita etiam dicitur in vſufructuario quo ad fructus & acqſita ex ipſis fructibus. Et per hoc non ob. ſibi tranſlatio ad aliã eccleſiã: tum quia iam de illis diſpoſuit. Et ſic dicta mors ciuilis quantum ad illa non prodeſt ſucceſſori: tum quia mors talis ciuilis non ęquiparatur naturali regulariter, niſi exprimatur in iure, ſecundum no. 16. q. j. placuit. ſecundo. & de reſcrip. ſuſceptum. li. 6. Io. Calde. Hęc quæſtio Gaſp. de Cal. non placuit, per id quod no. Inno. in c. fi. de peculio cleri.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſſit rectorem laborerij eccleſiæ ſuæ de pecunia dicti laborerij ad libros officio diuino aptos emendum compellere.*

CONSILIVM III.

1 AN ſi eccleſia habet quandam domum, † quę appellatur laborerium, cum multis poſſeſſionibus: & eſt deputata laborerio & fabricæ eccleſiæ, & non ad alium vſum: & ibi ponitur per epiſcopum vnus rector, licet laicus, qui habet reddere rationem epiſcopo, poſſit epiſcopus compellere illum, vt de pecunia dictæ domus emat libros pro diuino officio celebrando in dicta eccleſia, quibus multum eget. Puto, quòd epiſcopus poſſit, & de conſilio & conſenſu capituli ſui ſtatuere poſſit, quod de redditibus dictæ domus fiant dicti libri, non ob. contraditione rectoris dictæ fabricæ: hoc primo probat illud vulgatum, quo dicitur, epiſcopum vnà cum capitulo habere poteſtatem plenam diſponendi de bonis eccleſiarum, 10 q. j. ſic quidam. cum cap. ſe. etiam auferendo vni eccleſię & alteri dando ex cauſa rationabili: de his quæ fi. à præla. tua. & cap. ſequenti. a contrario. & de re. eccle. non ali. cap. j. li. 6. no. & de reli. do. conſtituimus. & de cenſi. prohibemus. in gl. 2. multo fortius ſolum vſum mutando de vno vſu ad alium vſum eiuſdem eccleſiæ temporaliter transferendo: facit qđ no. de his quæ fi. a præla. cum apoſtolica. in glo. & in clemen. ſi vna. de re. eccle. non alie. in gloſ. antepe. Prędicta concluſio apertè probatur per canones 1, 12. q. 2. vobis. [illegible] patet, quòd epiſcopus de redditibus ad fabricam deputatis pro eo tempore, quo eccleſia non indiget reparatione, poteſt emere poſſeſſionem, quę reſpiciat vtilitates communes: ſed planum eſt, quod ita eſt in propoſito, In quo nedum vtilitas, imo neceſſitas, quę reſpicit communiter ipſam eccleſiam & ipſius neceſſitatem, etiã reſpectu cultus diuini, pro quo permittitur, quod alias prohibetur, de conſe. diſt. j. vaſa. de conſti. ex parte. cum ſi. ergo &c. Non ob. quòd iſta bona ſunt deputata in fabrica, & ſic ad alium vſum, & ſic non videtur, quòd poſſit vſus mutari, de his quę fi. a præla. par. cap. c. j. quia imo poteſt dici, quod in laborerium eccleſię iſtud peruertatur, de quo fiunt libri opportuni eccleſię. Nam per hoc ſoluitur debitum clericorum in eccleſia, & eſt ornatum ſacrorum, quod appellatur ædificatio templorum, vt dicit Ambro. 12. q. ſecũda, aurum. & ſic non ob. quòd deputata ad vnum vſum non debent ad alium vſum conuerti, quia illud intelligitur de vſu diuerſo & extraneo. non autem de eo, qui eſt eiuſdem generis. Item illud eſt verum primum vſum totaliter deſtruendo, ſed conuertendo ad tempus ad vſum licitum ſecus. Confirmatur iſtud vltimum per no. per Io. An. de teſta. c. ſi. & facit vt eccle. benefi. cap. j. in fin. & quod no. de reſcrip. ſi propter. li. 6. in glo. an legatum.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus duo monaſteria abſque eorundem conſenſu vnire an valeat.*

CONSILIVM IIII.

1 AN valeat vnio duorum monaſteriorũ † facta per epiſcopum, non præcedente tractatu, & non interueniente conſenſu vtriuſque monaſterij? Et videtur quod non ex defectu formæ, quę dat eſſe rei, & ideo forma vitiata, nullum eſt quod actum eſt, j. q. j. detrahe. de elec. quia propter. cum ſi. Nam cum vnio ſit quædam alienationis ſpecies, debet in ea præcedere tractatus, qui in hac deficit: ergo non tenet. Caſus eſt in c. j. de re. eccle. non ali. li. 6. ideo alia iura generalia non allego. Nec ob. ſi dicatur, quod in inſtrumento dictæ vnionis dicitur, & ſuper hoc habito ſpirituali tractatu & conſilio cum infraſcriptis canonicis &c. Item quod infra etiam ſubditur: Et hęc omnia fecit dictus dominus epiſcopus cũ auctoritate & conſenſu præpoſiti & canonicorũ &c. quia iſta verba non probant tractatum præcedentem. Item ſecundum Hoſti. in cap. ſicut vnire. de excel. prę-la. epiſcopus vnire non poteſt duas eccleſias ſine conſenſu ambarum: quæ opi. licèt videatur reprobari in clemen. ſi vna. de re. eccle. non ali. tamen certe in monaſterio religioſorum non eſt reprobata, cum illa ſine conſenſu per diœceſanos vniri non poſſunt, vt in clemen. ne in agro. §. ad hoc. de ſtatu regu. tamen non eſt dubium, quod ſi inuitis clericis vnio facta eſt, eis vnientibus non præiudicat, vt eſt caſus de dona. conſultationibus.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus cum capitulo eccleſiam pleno iure monaſterio exempto an poſſit concedere.*

2 *Epiſcopi ius vnitæ ſtati cohæret.*

CONSILIVM V.

1 AN epiſcopus cum capitulo ſuo poſſit † monaſterio [illegible] concedere eccleſiã pleno iure & [illegible] dico, quod de vnione eccleſiæ

ſiæ, & temporalium ipſius, ac eorum, quæ debentur epiſcopo vltra iura epiſcopalia non eſt dubium, quòd valent facta per epiſcopum cum conſenſu capituli ex 1
cauſa rationabili, 16.q 1. ſicut duo. & c. ſtatuimus. de exceſ. præla. ſicut vnire.12.q.2.ſine.de his quæ fi.a præla. tua. de donatio. paſtoralis.de re. eccle. non ali. dudum. libro ſexto. de reli. do. conſtitutus.16. quæſtione 1. eccleſiæ. ¶ Sed principaliter dubitatur de 6. iuribus: ſcilicet viſitatione, procuratione propter illam correctionem, cathedratico, reuerentia, & charitatiuo ſubſidio: an poſſint per epiſcopum & capitulum ex cauſa rationabili concedi? Et fatendum eſt, quòd hæc non poſſent quantum ad omnes eccleſias ciuitatis & diœceſis ſuæ, & ſic procedant no. per lo. And. in c. cum venerabilis. de cenſi.tamen pro vna eccleſia videtur, quòd poſſit transferre prædicta in prælatum exemptum, vel alterius diœceſis, quod ſic probo. Nam prædicta acquiri poſſunt per alium ex præſcriptione legitima, de præſcrip. cum officij. & cap. cum olim. vbi etiam Hoſti. de ptiul. cum olim, el 2. & capitulo cum perſonæ. eod. titu. libro ſexto. quæ præſcriptio eſt contra naturalem æquitatem, de reg. iu. locupletari. lib. 6. cum concor. Multo ergo fortius quæri poſſunt ex donatione, vnione, & translatione ex cauſa rationabili facta ſuper æquitate naturali, & ratione fundata, vt de ſe patet, & per id quod infra dicam. Item ſi prædicta valent & tenent ex poteſtate, & vigore ſententiæ ſuper eis latæ, a qua non eſt appellatum, vt patet de re iud. cum inter. Fortius debent dici valere ratione donationis & translationis earum: infertur prædicta conclusio, quia quòd ſententia iniqua tranſeat in rem iudicatam, eſt de rigore, non de æquitate, ff. de condi. in de. Iudex. & l. Iulianus & no. de ſolu. c. ſi. Sed donatio & translatio prædicta contra iuris rigorem ſecundum rationabilem æquitatem fundatur, 12. q. 2. fine. & ca. aurum. & c. ſi epiſcopus. & c. ſequenti. Præterea illud eſt potiſſime validum, quod fit cum ea: in quibus eius vertitur officium, 7. q. j. quia frater. qualis fuit iſta tranſlatio, quæ fuit opus veræ iuſtitiæ. Ad hoc 12. q. 2. gloria. 23. q. 5. miles. Sed ad officium epiſcopi pertinet tales donationes facere ſeruato debito modo, vt in præ-dictis cap. aurum. & gloria epiſcopi. dummodo gra- 1
ue præiudicium iiſæ non inferat dignitati: ſic enim transferendo & donando opus facit iuſtitię, quod eſt commendabile: ad hoc 12. quæſtione 2 bonæ. & cap. ſequenti. 8 q. i. qui epiſcopatum. de dona. apoſtolicæ. Et ſic cum talis donatio ſit opus iuſtitiæ, magis eſt meriti, 12. quæſtione 2. cum deuotiſſima. cum ſi. Præterea videatur, quæ poteſt eſſe cauſa prohibitionis hu- 1
ius translationis. Aut enim dicetur, quia epiſcopus non eſt dominus iurium epiſcopalium, ſed adminiſtrator & procurator, de dona. c. 2. 12. q. 1. c. ſi. cum ſi. vnde damnum eccleſiæ facere non poteſt, vt in prædictis iuribus: quia fateor de magno & graui damno, vt in c. 1. de reſti in inte. cum ſi. Vnde fateor, quòd ſimpliciter non poſſit donare omnia iura epiſcopalia, & a ſe abdicare, ff. de offi præſi. legatum. de renun. niſi cum pridem. de regul. licet. cum ſi. ſed cum modica læſione, ſcilicet quantum ad eccleſias aliquas bene poteſt in alium capacem transferendo ſeruata forma debita, vt bene probatur loquendo de adminiſtratore, qui habet liberam, ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. cum tuis. ff. de tu. & cu l. 1. §. ſed cum pluries. 12. quæſtione 2 ſi epiſcopi. & cap. ſequenti. de dona. apoſtolicæ. & quod no. de reſcrip. ad aures. de priuile. in his. de verſigni. olim. Quod leue ſit damnum, patet de ſe, quia remanet omnis poteſtas & iuriſdictio epiſcopalis penes transferentem in alijs eccleſijs & perſonis ſuæ ciuitatis & diœceſis, potiſſimè cum fiat translatio in alium prælatum & eccleſiam, vt ſit in caſu iſto, cum eccleſia generalis ſit vna habens multa membra, 24. quæſtione 1 loquitur. bene facit de his quæ ſi. a præla. cum apoſtolica. & quod ibi not. bene facit quod not. Inn. de donatio. regia. de iureiuran. intellecto. Aut dicetur, quòd dicta translatio eſt prohibita, quia huiuſmodi poteſtas & iuriſdictio tranſire debet ad ſucceſſorem, in cuius præiudicium non poteſt huiuſmodi translatio fieri, 75. di. quoniam quidam. 10. quæſtione 2. ſi quis epiſcopus. 12. q. 2. hoc ius placiti. quia illud verum de illicita translatione, 35. quæſtione 9. quod quis. de reb eccle. non ali. epiſcopus. de preca. c. 2. de dona. c. 2. Sed vbi eſt licita, quia facta per eum, qui poteſt ſeruata forma debita cauſa rationabili valere, debet ad inſtar fideicommiſſi. quod ſimpliciter eſt ſubſtitutus & rogatus de reſtituendo hæreditatem, & ſic prohibitus alienare, ff. ad Treb. l. Marcellus. de teſtamen. Raynal & not. C. communia de le. ſi duobus. §. ſed quia. & auth. res quæ. imo etiam ex cauſa de reliquis tribus partibus poteſt diminuere, per ea quæ not. C. de ſacroſan. eccle. ſancimus. Et ſi dicatur, quòd reſeruatio, quæ fit ſucceſſori, fit legis autoritate non ex teſtamento, de quo loquantur iura prædicta. Et ſic videtur eſſe facta inter viuos. Epiſcopus enim in promotione ſua quaſi ex pacto videtur prohibitus. ad hoc ff. ad l. Fal. l. 1. §. item. & facit quod not. de noua. l. aliam. de regu. iuris. contractus. libro ſexto. & ſic contra ſimplicem canonis prohibitionem fieri non poteſt, imo vtriuſque paciſcentium requiritur voluntas. de renun. admonet. de foro compe. ſi diligenti. Reſpondeo, quòd in tali promotione id videtur actum, ſcilicet quod epiſcopus non ob. prohibitione poſſit ſubditorum commodis, quorum eſt paſtor proſpicere, 23. diſt. §. 1. 8. quæſtione 1. Clemens. Per hoc enim bene conſulitur bono publico, ad quod tendit prohibitio canonis, 4. diſtin. erit. Et hoc perſuadet epiſcopalis dignitatis qualitas, cum non poſſit epiſcopus per ſeipſum epiſcopale ius exercere. Et ideo transferendo in alterum honores & onera partiatur: ad hoc de offi. Archipreſ. capitulo fina. & de præſum. mandata. aut dicetur ipſam prohibitionem procedere ratione iuriſdictionis & ſuperioris præeminentiæ cohærentium epiſcopo: verum eſt enim. quòd prædicta cohęrent ita dignitati epiſcopali, quòd ab
1 ea euelli & abdicari non poſſunt, vt in dicta l. legatus. ff. de offi præſi. & capitu. niſi. de renun intelligendo de totali & integra ſuperioritate, quia non remaneret epiſcopo ſuperioritas, ſed nomen tantum: ad hoc 94. diſt. legimus. quod eſſet monſtrum & contra naturam, vt in d c. qui epiſcoparum. 8. q. 1. & 26. diſt. cleros. ſed hic totalis ſuperioritas non cohæret inſe-
1 parabiliter & ſubiectiuè, ſicut character animę. 1. quęſtio. 1. quod quidam. de conſecratio. diſtinct. 4. oſtenditur, ſecundum poteſtatem & ſuperioritatem, quam habet epiſcopus in perſonis habet ratione loci ſui territorij, vel diœceſis, 11. q. j. de perſona. de offi. ord. c. j. & c conquerente. de conſti. c. 2. lib. 6. cum ſi. Vnde perſonas ſaltem cum literis dimiſſorijs poſſent a ſe totaliter abdicare, fortius eccleſias aliquas pleno iure modo debito in alium capacem transferre. Et quia hęc ratio multum videtur vrgere, apertius proſequor. Certum
2 eſt enim, quod tius ſuperioritatis & iuriſdictionis, quod habet epiſcopus in diœceſi, cohæret vniuerſitati ipſius diœceſis vel territorij, vt patet in prædictis iuribus, 7. quæſt. j. epiſcopus in diœceſi. 16. q. j. poſſeſſio. & quæſt. 7. omnes baſilicæ. Item vt dixi translatio perſonarum poteſt fieri per ſe ſicut ratione delicti in alieno territorio perpetrati, iudex delicti in delinquentem plenam recipit poteſtatem, ſed ſic modicam partem diœceſis poſſet epiſcopus ſeruata forma debita alteri prælato non ſibi ſubiecto concedere pleno iure, vt probat capitu. ſicut vnire. de exceſſi. prælatorum, vt ad quemcunque transfertur illa particula diœceſis, trãſferatur dicta ſuperioritas perſonarũ ibi degentiũ: ad hoc ff. de ſeru. ruſti. prædi. via. §. ſi fundus. C. de ſer-

 ui. l. cum

ui.l.cum prouincialis.ergo prædicta ſex,quę reſpiciũt iuriſdictionem, & ſuperioritatem perſonarum, tantummodo per huiuſmodi translationem merito trãſferuntur,ita quòd nihil ſuperioritatis,vel iuriſd.penès epiſcopum transferentem remaneat, ſed totum penes illum erit,in quem translata eſt res, cui cohæret: ad hoc ff.de ſer.vrb.præd.ſi ceſ.§.fin.Et optime,quod no.Ioan.And.poſt Inn.de ma.& obe.cum inferior.ſuper gl.pe.Eſt enim vulgatum iura realia cum reb.trãſire,16.quęſtio.j.ſi quis laicus. Et iſta interpretatio debet late fieri contra concedentem, de priuileg. quia circa. Fran.de Borſa.

SVMMARIVM.

1 *Abbas permittens bona monaſterij æſtimari, & in libro communis reponi,periurus an dicatur.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi ſtatuto loci diſponitur, quòd † omnia bona deuenientia etiam in perſonas,vel loca non ſubiecta,debeant ęſtimari,& ſoluãt collectas communitati ſecundum æſtimationem,& multo tempore fuit obſeruatum,quòd bona eccleſiarum illo modo æſtimantur,abbas, qui habet bona monaſterij, & conſentit, quòd æſtimentur, & ponantur in libro cõmunis, dicatur periurus, quia iurauit non alienare Roma. Pon.inconſulto? Et videtur quòd dictus prælatus debeat periuriũ timere,non conſentiens actui etiam permiſſiue,quem poteſt prohibere tunc ex illo,82.di ca primo,& cap.error.de ſen.excommu.quanto cum ſi. Si ergo talis prælatus conſentiendo facere videtur ſaltem iuris interpretatione, ac per ſubmiſſionem bonorum prædictorum uidetur quodammodo fieri alienatio largiſſime ſumẽdo verbum alienationis:de reb eccle.non alienan. nulli. vbi dicitur,quòd verbum alienationis,in hac materia cõprehendit conditionem,ideſt cum prædium conſtituitur tributarium:ergo &c.Et ex facto hoc optime confirmatur, quia ſtatutum diſponit, quòd facta æſtimatione prædium, & bona æſtimata intelligantur dictis oneribus ſubiecta.Item non eſt dubium, quòd in hac materia aſſentiens tenetur, 12. q. ſecunda, non liceat. ibi,aſſentator.Et probatur ex mente cap.ſi quis presbyterorum.de re.eccl.non ali. Et per hoc ſequitur, quòd dictus pręlatus ſic conſentiendo deberet puniri pœnis iuris communis. Item quod id ſit prohibitum ſaltem ſine Papæ licentia, patet, quia pręlatis ſine Papæ licentia ſoluere tales collectas a iure prohibetur,de immu.eccle.non minus.& ea.aduerſus.ergo & aſſentire tali æſtimationi intelligitur prohibitus, per quam æſtimationem ad dicta onera peruenitur, de procur.tuæ. Item hęc ſubmiſſio expreſſe videtur prohiberi,de reb.eccl.non alie.c.2 li 6.ibi. ſunt verba ſubmittere, ſubijcere, ſeu ſupponere, quæ generaliter ſumpta caſum huiuſmodi complectuntur.Ex quibus ſequitur, quòd prælatus prædictus conſentiendo veniret contra iuris communis prohibitionem.Item in conſtitutione domini Benedicti ſub rubrica,de mutuis,& vendi. ſyluarum.iungit obligationes.& ſubmiſſiones. Et ſub rubrica,de fictis,& doloſis contractibus,prohibetur aperte omnis cõtractus,per quem damnificari.grauari, obligari, impediri ſeu deperire poſſunt iura redditus, ſeu bona ipſorum monaſteriorum, & talia committentes ſeu facientes,& ſcientes, & non reuelantes præter alias iuris pœnas incurrunt dictę conſtitutionis pœnã. Ex quibus patet dictum prælatum incurrere pęnas dicta conſtitutionis, & alias pęnas iuris communis. Gaſ.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rerum eccle. alienari, an poſſint Romano pontifice inconſulto.*

CONSILIVM VII.

1 AN iurans rem eccleſię non alienare Ro.Põ. inconſulto,† poſſit alienare fructus? Et uidetur quòd ſic,iuxta no.per Ioan.And.in c.fi. de eccle.ędif.vbi dicit, quòd talis poteſt vẽdere fructus 10.vel 20.annorum per l.pen.§. quæritur. ff.de leg.ſecundo.Nec ob.C.de re.eccle.non ali.l.fin. quia ibi rem alienauit,hic autem fructus tantum. Vnde tenet ibi Accur.quòd prohibitus alienare, locare poteſt in centũ annos, vt recitat gloſſ.in clemen. prima.de reb.eccl.non alie.quæ glo. refert ibi Steph.tenẽtem contrarium in locatione ad magnum tempus,ſecus in locatione ad modicum. Tamen forte Accur. dixit uerum ex proprio ſignificato verbi alienationis rei,quia per talem contractum non transfertur directum dominium,licèt ſit utile;vt no.ff.de ſup.leg.l.j.§. quod autem. & ſi ager vec.pe.l. fina. tamen in materia hac,ſcilicet prohibitione alienationis rei eccleſiæ latius ſumitur hoc verbum,ut not. 12.q.2. in ſumma. Et iſtud eſt propter expreſſam legis prohibitionem,vt in cap.nulli.de reb.eccle.non alienan. & hoc voluit illa glo.In hoc ergo caſu poſſet defendi, quòd non diceretur periurus,qui locauit in centũ annis, ſi iurauit ſimpliciter non alienare,vel non alienare Ro.Pon.inconſulto,licèt fatear ſub prohibitione legis compręhendi, ut in dicto capitu.nulli.& dicta clemen.prima. Vnde conſuluit Fede.de Senis conſi.204.quòd epiſcopus,qui iurauit non alienare,rem paruam alienare poteſt,maximè quando ex hoc eccleſia melioratur: alle.quod no.gl.in c.vt ſuper.de reb.eccl.non alie.ſ.q iuramentum non extenditur ad poſſeſſiones inutiles:& alleg.c.terrulas.12.q.2. Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus capituli, an requiratur,ſi fructus per epiſcopum vendantur.*

CONSILIVM VIII.

1 AN in venditione fructuum,quam † facit epiſcopus ad modicum tempus, requiratur cõſenſus capituli ſui? Et dicendum eſt, quòd non, vt probat capitu.tua nuper. a contrario,de his quę fi.a pręla.& ibi not.Ioan.And.ſuper verbo.perpetuas.glo.& Arch.16.q.j.poſſeſſiones. Nec ob. capitu. ea noſcitu. eod.titu. quia loquitur in ſpiritualibus, in quibus de iure communi prælatus ſine conſenſu capituli, vel ſaltem conſilio nihil attentat, vt in cap.nouit.& in capit.quanto.de his quæ fi.a præla. Secus in profanis.& diſtrictis rebus, vt patet ex prædictis glo.& in cap.primo,de reb.eccle.non alien.lib.6. facit quod no.de his quæ fi.a præla.continebatur. in prima glo.& in d.c.tua.in gl.fi.Non ob.12.q prima,epiſcopus, quia illud loquitur,cum cõſanguineis,& illicito modo dabat,vel alienabat, vel ſecundum Arch.qui etiã notat in dic.c.j.de reb.eccle. non alienan.ſuper verbo, perpetuis,quando lędebat,vel fraudabat eccleſiam. Gaſ.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Abbas exemptus eccleſias ſuas monaſterio ſibi ſubiecto venient,quando reuocare poſſit.*

CON-

CONSILIVM IX.

1 AN Vnio facta per abbatem exemptum de ſuis eccleſijs certo monaſterio etiam ſubiecto poſſit reuocari, ſi poſſeſſæ ſunt dictæ eccleſiæ vſque ad legitimum tempus præſcriptionis? Et videtur quòd non, quia licèt dicta vnio ſapiat naturam alienationis, de re. eccle. non alie. cap. j. ne ſe. va. cap j. & quod ibi no. de reli. do. conſtitutus. ergo forma erat neceſſaria. Item cum ipſum vnire ſit epiſcopale, propter quod etiam abbas exemptus non poſſet ipſas eccleſias pleno iure ſubiectas vnire, vt in clemen. ne in agro. §. ad hoc. de ſtatu reg. Tamen ex tali titulo dico, quòd abbas potuit præſcribere: dato enim, quod talis titulus non fuerit vere translatorius dominij in dictum monaſterium, tamen fuit cauſatiuus præſcriptionis legitimæ primæ ſecutæ, iuxta no. ff. de dona. eleganter. C. de vſufru l. j. de præſcrip. ſi diligenti. de his quæ fi. a præla. continebatur. de iure patro. cura. Et ſi opponatur de cap. 2. de re. eccl. nõ alie. li. 6. §. contractu. Dico, quòd ibi loquitur de alienatione vel ſubmiſſione rei eccleſiaſticæ, vel iurium ipſius facta in laicum, quæ eſt magis odioſa & a iure reprobata, quàm in eccleſiam, 96. di. bene quidem.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium habens in alia prouincia membrum, quod in conuentualem erigere cupit, quis debeat hoc facere.*

CONSILIVM X.

1 MONASTERIVM eſt in vna prouincia, & habet vnum membrum pleno iure ſubiectum in alia prouincia, & ex cauſa legitima vult illud erigere in conuentualem: quæritur, quis habeat hoc facere, an prælatus, cui ſubeſt monaſterium, an ille, cui ſubeſt membrum? Circa quod dic, quod duplex fit alienatio, vno modo cũ præiudicio eccleſiæ cuius res aufertur. Secundo modo propter neceſſitatem vel vtilitatem eccleſiæ, cui res aufertur vel abeſt. Videamus primo & ſecundo modo, videlicet, monaſterium magnum habet poſſeſſiones in prouincia Tuſciæ, vult illas vendere vel alienare ex cauſis a iure permiſſis, quis faciet hũc contractũ alienationis? Certe abbas cum capitulo ſuo, præcedente tractatu: quam alienationem autorizabit prælatus Lombardiæ, cui ſubeſt monaſterium magnum, & nõ prælatus Tuſciæ, cui ſubeſt res alienanda: & ſic loquuntur, c. placuit abbatibus. 12. q. 2. & cap. in venditionibus. 17. quæſtio. 4. & cle. j. de re. eccle. non ali. non enim habet de hoc contractu ſe intromittere ſuperior illius loci, vbi ſita eſt res alienanda, ſed ille, in cuius territorio ſitum eſt monaſterium magnum: nam ad illum ſpectat habere curam monaſterij ſibi ſubiecti & ſuorum bonorum, 10. q. j. regenda. cum ſi. & iſta eſt vera opi. quam ponit Io. An. in c. paſtoralis. de priui. & Pau. in clemen. j. de re. eccle. non alie. Alio modo fit alienatio cum præiudicio eccleſiæ, cui aufertur res: verbi gratia, auferuntur decimæ oblationes, vel alia bona matrici eccleſiæ ex cauſa, & alij eccleſiæ aſſignantur, quis faciet hanc aſſignationem? Certe nõ eccleſia, cui res abeſt vel ſubtrahitur, quia nunquàm faceret quis; ergo faciet epiſcopus cum conſenſu eccleſiæ cathedralis conſentiente matrice eccleſia, vel non conſentiente, ex quo nõ habet iuſtam cauſam diſſentiendi. Hinc manifeſte apparet, quòd contractus non incipiet, nec celebrabitur ab eccleſia, a qua res aufertur, ſed ab epiſcopo cum conſenſu capituli ſui, vt patet manifeſte de his quæ fi. a præla. c. penul. & antepe. & de re. eccle. non alie. c. dudum. li. 6. Et prout dicit Inn. ibi, epiſcopus gerit vicem alienantis & autorizantis. Et permittitur talis alienatio cum detrimento prioris eccleſiæ: quia maior & publica vtilitas præfertur minori. Cum igitur abbates non poſſint antiquum ſtatum eccleſiarũ immutare, vt patet de ſup. negli. præla. cap. 2. & no. Archi. in c. ſuper eo. de preben. li. 6. talis immutatio pertinet ad diœceſanum illorum ſeu eccleſiarum, circa quæ vel quas fienda eſt immutatio, licet abbas principalis ſit alterius diœceſis: ad hoc de ſtatu regu. clemen. j. §. ad hæc. ibi, per locorum ipſorum ordinarios: ad idem clemen. j. de ſup. ne. præla. in ver. diœc. locorum, vbi bona glo.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus beneficia a Papa reſeruata quando vnire poſſit.*

CONSILIVM XI.

1 AN epiſcopus, poſſit vnire beneficia † reſeruata per Papam? Et dico, quod ſic, ſecundum Fede. de Senis, ceſſante fraude: quia per talẽ reſeruationem non tollitur ius ordinariæ poteſtatis: quia ordinaria poteſtate poteſt nedum vacantes vnire, ſed & non vacantes, de re. eccle. non alie. cle. 2.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus monaſterij ſtatum mutare an valeat.*

CONSILIVM XII.

1 AN epiſcopus poſſit mutare † ſtatum monaſterij, & reducere ad regulam ordinis ſanctæ Claræ, & poſtea illud vnire alteri monaſterio ſanctæ Claræ? Et dicimus quòd ſic, de cõſenſu ſui capituli, ſ. eccleſiæ cathedralis intercedente tractatu ſolenni, prout in alienationibus rerum eccleſiarum fieri debet: & mutatione facta ex cauſa legitima annectere alteri monaſterio eiuſdẽ ordinis: hæc probantur 16. q. j. ſicut duo. de his quæ fi. a præl. tua & c. ſe. de exceſ. prælatorum. ſicut vnire. & in cle. ſi vna. de re. eccl. nõ alie. tamen per hanc vnionem epiſcopus non amittit nec transfert totalem iuriſdictionem, quam habebat in primo monaſterio, quia ſecundum omnes doc. illam a ſe abdicare non poteſt, ſiue in alium transferre, prout pleniſſimè no. Io. An. in cap. cum venerabilis. de cenſi. Et hoc dicimus verũ, niſi forma iuramenti præſtiti in promotione epiſcopi ſibi obſtaret. Quod an obſtet vel non, videnda ſunt no. Per Ioan. An. in c. fina. de eccle. ædifi.

Io. Cal. & Pau. de Leaza.

SVMMARIVM.

1 *Vnio a Papa de reſeruato beneficio facta, reſeruationis mentione tacita, an valeat.*
2 *Effectus vnionis quis ſit.*

CONSILIVM XIII.

1 AN vnio facta per Papã de † beneficio reſeruato, de reſeruatione non habita mẽtione, valeat: Et per cõſequens an illud poſtea impetrãs tãquàm reſeruatũ, nõ habita mẽtione de vnione, illud debeat obtinere? Et videtur, quod talis vnio nõ teneat, & ſic tali impetrãti debeatur, probatur pluribus rationibus. Conſtat, quod per vnionem cedente vel decedẽte rectore eccleſiæ vnitæ, eccleſia quæ vnitur conſolidatur illi cui vnitur, & per conſequens ille iuſtè & legitimè poſſidet: Sed beneficiũ reſeruatũ cõferri vel cõcedi nõ põt de reſeruatione nõ habita mentione:

tione: ergo talis vnio, quæ non valuit, non potuit im pedire impetrationem. Probatur iſta propoſitio: maior probatur primo, videlicet quòd beneficium vnitum conſolidetur, 10.q.3. unio. in fin. 21.q. in ſumma: de elec. dudum. el 2. ex no. per Inno. de re. eccl. non ali. vt impet. & in clem. frequens. de excel. præla. in gloſſ. di xit Innocen. Minor probatur de præben. ca. ſecundo, lib. 6 & de conſue. c. 2. §. in præbendis. eodem lib. Concluſio tenet quia beneficium non poteſt ſine canonica inſtitutione teneri, 1.q.j. licitum. de inſti. c. 3. cum ſi. quam concluſionem corroborat regula, non præſtat: de reg. iur. lib. 6. Confirmantur prædicta, quia reſeruatio ita afficit beneficium, vt contra illam attẽtata ſint nulla: de appel. vt noſtrum. & quod ibi no. & not. Innocen. de conſti. cum M. Sicut igitur de beneficio affecto collatio alteri facta non tenet, de reſcri. tibi qui. lib. 6. ſic & eodem modo vnio, quia eſt eadem ratio: ergo idem ius, de conſti. translato. Confirmatur ratio, quia per unionem natura beneficij mutatur: aſſumit enim uniti naturam, & iura eius, cui fit vnio, de ſta. mo. recolentes. & not. 16.q j. & temporis. ne ſe. va. ca. j. ergo nõ poterit reſeruatio habere effectum. Itẽ vnio eſt ſtricti iuris: quia eſt odioſa, & iuri communi repugnans: quia de iure eſſet, quòd quælibet eccleſia haberet ſuum rectorem, qui reſideret in eadem, 70. di. ſanctorum. 16.q j. percipimus. cum ſim. Vnio autem facit duas eccleſias vnum habere rectorem, & per conſequens alteram priuari ſuo debito honore: ergo tanquàm odioſa, & ambitioſa reſtringenda, & facile impedienda, ſicut dicimus de impetratione, & diſpenſatione, de conſan. & affi. quod dilectio. de fil. presb. c. j. & 2. lib. 6. & maxime cum ex auaritia procedant, arg. opimum, 16.q.j. nulli. 2.q. 8. ſicuti. cum ſimil. & hoc bene probatur de deci. ca. 2. lib. 6. in prin. Sicut enim priuilegium conceſſum de noualibus percipiendis ſe non extendit ad decimas noualium ab alio poſſeſſas, ſic nec hæc vnio poſſit concernere beneficium reſeruatum, quaſi iam illius collatio ſit per Papam poſſeſſa. Plus n. debet operari talis reſeruatio propter voluntatem Papæ quàm in caſu illo poſſeſſio bonæ fidei, eo quòd plus afficit talis voluntas, de conceſ. præben. propoſuit. de appel. ut noſtrum. de præben. duarum. lib. 6. cum ſimi. Et prædicta confirmantur propter decretum, quod in reſeruatione ſolet includi, de conceſ. præb. clemen. j. Sed dato, quòd dici poſſet vnionem tenere: tamẽ propter reſeruationem ſuſpendatur eius effectus: & p conſequens impetranti debeatur primo propter clauſulã non obſtantium, iuxta no. in c. cum aliquibus. de reſc. lib. 6. Hanc partem etiam probo: Effectus reſeruationis ſpecialis pro aliquo, vel generalis eſt, quòd per Papam tantum illud beneficium conferatur, de conſue. 2 c. fi. lib. 6. de præben. ca. 2. eodem lib. † Effectus vnionis eſt, quod cedente, vel decedente rectore, ad illum, cui facta eſt unio, fructus pertineant, de dona. conſultationibus. de reſcri. eam te. de excel. præla. ſicut unire. Expectet ergo vnio hũc effectum vacationis, antequàm reperiatur ipſa reſeruatio habere ſuum effectum, ſ. q per Papam tantum debet conferri: ergo iſte effectus, qui iam eſt natus & cauſatus, non tollitur per actum contrarium, maximè qui pendet, etiam dum peruenerit ad effectum extantis conditionis, vel diei ſicuti ar. ad prædicta de præben. c. penul. lib. 6. de conceſ. præbẽ. c. j. §. ſubiungit. & e auctoritate eod. li. differatur ergo unionis effectus. Et ad prædicta facit prima lectura poſita per glo. in c. ſi propter tua debita. de reſcrip. lib. 6. vbi ille, qui habet priuilegium ante mortem beneficiati percipiendi fructus, differt perceptionem poſt perceptionem fiendam per impetrantem fructus primi anni: ſic etiam differtur vnio poſt mortem, vel vacationem occurrentem ex iſto, pro quo fuit reſeruatum.

Gaſ. de Cald.

De commodato. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium per mutuum prælato factum, an ſit obligatum.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN per mutuum factum prælato † monaſterium obligetur? Et uidetur quòd non, quia non ſufficit conſenſus ſolius prælati, niſi accedat etiam conſenſus capituli, de fideiuſ. quod quibuſdam: ſicut dicimus in depoſito facto prælato, de depoſito. capitu. primo. Item ad hoc, vt monaſterium ex mutuo obligetur, duo requiruntur, ſcilicet numeratio, & conuerſio in utilitatem eccleſiæ, ut d. c. quod quibuſdam. ff. ſi cer. pet. l. ciuitas. C. ſi aduerſus cre. l. prima, & æquiparando ciuitatem minorem eccleſiæ. C. de ſacroſan. eccle. l. fin. Et ideo exceptio non nume. pecu. perpetuo competit eccleſiæ: quia non eſt propriè exceptio, ſed eſt nullitas ipſo iure, ut not. Bald. C. de ſacroſan. eccl. authen. hoc ius porrectum. & plenius in c. fin. de ſolutio. Et ſi mutuum non ſit conuerſum in utilitatem eccleſiæ, non tenetur eccleſia, ſed ipſe ſacerdos, ut not. per Innocent. de pigno. ex literis. & per Ioan. And. poſt Hoſtien. in cap. penult. de fideiuſ. & per Bal. in d. authen. Et creditor habet probare ipſum mutuum eſſe conuerſum in utilitatem monaſterij, vt not. in dicto cap. quod quibuſdam, quod eſt ſpeciale, ſicut in alijs duobus caſibus, vt in depoſito facto prælato, ut dicto cap. primo, de depoſito, & quando res eccleſiæ immobilis venditur pro debito, ut in auth. hoc ius porrectum. ſecus in alijs creditoribus, ut not. in d. auth. Et idem eſt in quocunque contractu inito cum prælato fauore ipſius creditoris, ut not. Innocen. in d. capitu. grauis.

Pet. de Anch.

De emptione, & venditione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio rerum pupilli in quo loco debeat fieri.*

CONSILIVM I.

1 QVando venduntur res pupilli, † in quo loco debeat fieri ſubhaſtatio, ſi res pupilli ſint ſitæ extra territorium, vbi pupillus habet domicilium? Conſilium eſt bonum, quòd fiat in loco, ubi ſunt bona, & in loco domicilij pupilli: nec eſſet inutile, quòd in loco vbi eſſet curia generalis, vbi eſt totum forum: pro loco tamen domicilij multum facit ff. de reb. eorum qui ſub tu. vel cura. l. magis. §. illud. ubi prætor dat auctoritatem alienandi rem pupilli ſitam extra ſuam iuriſdictionem. Sed pro loco, ubi ſita eſt res, multu facit C. de prædi. & ali. re. mi. l. ſi prædium. pro utroque ſimul vel ſeparatim dictorum locorum facit l. fina. C. de præſcrip. long. tempo. Et ſimilis quæſtio, & iura etiam canonica pro hoc facientia plenè not. per Dom. & pa. me. in capitu. paſtoralis. de priuile. Conſulo tamen, vt fiat, ut ſupra dixi, ut nulla ſit dubitatio.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio ſocij facta de re a ſocio vendita, quando ſit valida.*

CON-

CONSILIVM II.

1 SI venditor vendit rem communem multo minori precio quàm valeat, & alius ſocius poſtea renunciat, atque conſentit venditioni, an valeat talis renunciatio, ſi reſiduum excedit ſummam quingentorum aureorum, & non fuit facta inſinuatio? Et videtur, quòd propter hoc non vitietur, quia renunciatio & donatio accedunt ipſi venditioni. Et ideo eius naturam ſequi debent, vt attendatur quod eſt principale, ſcilicet id, propter quod aliquid fit, ff. de aqua plu. ar. l. ſi autem. § fi. de cenſi. cum olim. de offi. de leg. ſi ſuper gratia. lib. 6. cum ſi. Sed planum, quòd in venditione nõ eſt neceſſaria inſinuatio, quantumcunque ſit precium rei, ſed ſolum habet locum in contractu donationis, ergo &c. Item cenſure eiuſdem cenſetur additamentum, cuius eſt id, cui additur: de conſuet. cũ olim. de offi. or. licèt. ff. de pac. dotalibus. cum inter. Inſtit. de rerum diui. §. præterea. cum ſi. ſed conſenſus iſtius venit vt additamentum, ergo &c. Item diſpoſitio ſe non debet extendere vltra mentem diſponentis, 26. diſt. deinde. 13 q 2. ad hoc calida. de or. cog. c. 2. cum ſi. ſed mens renunciantis ſe retulit tantum ad corroborandum & iuuandum actum venditionis initæ per alium ſocium, ergo non ad nouum contractum donationis, vt clare patet ex verbis dicti inſtrumenti, maxime cùm aliud ſit donare, aliud conſentire venditioni ſimpliciter. Vnde exprimens vnum, non habet in mente ſaltem aliud diuerſum ab expreſſo, 22. quæſt 10. 3. homines. & eadem autem. 18. quæſtio j. ſic enim. verſi. cum vero. Præterea leges loquentes de inſinuatione, intelliguntur de donatione propriè & ſtricte, ff. quando appel. ſit. l. 1. §. quod in ſententijs. 2. quæſtio. 6. biduum. verſicu quod in ſententijs. ff. de lega. 3. quod in legatis. 31. q. 1. quomodo. Sed donatio propriè & ſtrictè eſt ex liberalitate & certa ſcientia, vt l. 1. ff. de donã. ſed ſocius in conſenſu ſe refert ad venditionem de tota re factam per alium ſocium, ergo non fuit liberalitas ex certa ſcientia, quando nõ fuit donatio propriè & ſtrictè, ſicut in caſu, in quo conſentiens recipit pretium & vendens, non etiam quantum ad vendentem non eſt donatio, ff. de euic. l. quidam. Si ergo non poteſt propriè ſtricte dici donatio, per conſequens nec eſt neceſſaria inſinuatio. Item ex inſinuatione clare infertur, quod in recta donatione loquuntur iura loquentia de inſinuatione: ſed non poteſt dici recta donatio id, quod fecit ipſe ſocius in dicto contractu & in dicto inſtrumento, licèt etiam diceretur donatio propter obliquum: ergo omiſſio inſinuationis non vitiat, quando in dicto inſtrumento dicitur fore factum: ad hoc de procura. qui generaliter. lib. 6. ff. de nego. geſt. ſoluendo. & l. ſoluere. benè facit de his quæ fi. a præ. cum apoſtolica. vbi in obliqua vel non directa alienatione non requiritur ſolennitas iuris, quæ eſt neceſſaria in directa. Nec ob. quòd conſentire venditioni non eſt vendere, ff. de reg. iur. aliud eſt. quia nõ ſequitur propter hoc, quod ſit propriè & directè donare, vt per ſe paret, & ideo non cadit in prohibita donatione, vt patet ff. de dona. apud Celſum. §. quæſitum. vbi conſentiens venditioni rei, in qua habet vſumfructum, factæ per alium non recipit pretium: & tamen ſibi vendicanti ob. exceptio doli propter conſenſum factum venditioni, non quia videatur donaſſe. Non ob. illud etiam generale, quòd qui remittit, videatur dare: quia nõ ſequitur, quòd idem ſit remittere, quod propriè donare: quia dare eſt genus ad donationem propriam & impropriam ſiue largam, ff. de donatio. l. 1. vnde aliud eſt donare, vt nota. 23. q. 6. §. ex his. In gl. ſed qualiter. Vnde etiam iura, quæ vtuntur verbo donationis, quæ loquuntur de remiſſione, intelligantur large non propriè & ſtrictè, ſaltem præcedente alio contractu, cui accedit remiſſio, ff. quę in frau. cre. l. omnes. §. primo. de condi. ob cauſam. l. ſi mulier. Et per prædicta reſpondetur ad l. donari. ff. de donatio. quod etiam habetur ff. de re iudi. l. donari ff. de verbo. ſignifi. l. Mutius. quia dicta iura non intelliguntur, quòd omne id intelligatur donari propriè & ſtricte, quod ius dare nõ cogit. Nam ſecundum id ſequeretur, quòd omnes contractus, qui ſunt voluntarij, eſſent donationes, quod non eſt dicendum: facit C. de acti. & oblig. l. ſicut. Vnde dictæ leges debent intelligi negatiue, hoc eſt, quòd id non ſit donatio, ad quod non eſt liberalitas. Ideò propterea dicitur, quòd in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff. de adimen. le. l. rem legatam. in fi. Sed, vt dixi, hæc non fuit omnino liberalitas, quia emptor pro tota re dederat pretium, & non pro parte tantum, etiam dato, quod dicatur, quòd pro parte ſocij, qui non vendiderat, non teneat venditio: quod etiam non tollit, quin fuerit venditio pro tota re, ff. de contrahenda emptione. l. rem alienam. Ex quibus ſequitur, quòd inter ſocium alium & dictum emptorem non fuit donatio.

Ioannes Calderinus.

De locato, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor an teneatur geſtis prælati prædeceſſoris ſtare.*

CONSILIVM I.

1 AN ſucceſſor teneatur ſtare † locationi prædeceſſoris prælati? Diſtingui poteſt ſecundum Io. Cal. in c. fi. ne prælati vices ſuas. Quòd aut prælatus contraxit nomine eccleſiæ, aut nomine ꝓprio. Secundo caſu ſubdiſtinguit, ſed non proſequor, quia non facit ad factum noſtrum. Primo caſu ſubdiſtinguit, quòd aut fuit pro vtilitate monaſterij: quod intellige, ita vt appareat: tunc tenetur ſucceſſor ſtare contractui, 12. q. 2. hoc ius placiti. & c. quicunque. de ſolu. c. 1. aut non pro vtilitate: & tunc aut fuit ſeruata ſolennitas, quæ debet in perpetuis alienationibus obſeruari: tunc tenet contractus mero iure, ſed poteſt reſcindi beneficio reſtitutionis, de reſti. in inte. c. 1. de re. eccle. non alie. c. pe. Aut talis ſolennitas non fuit obſeruata: & tunc ſucceſſor contractum reuocabit: intelligo etiam ſine reſtitutione, de re. eccl. non alie. epiſcopi. de preca. c. 2. de re. permu. c. 2. Hæc procedunt in ſucceſſore eccleſiaſtico, ſed in alio ſucceſſore ſicut ſucceſſor ſingularis ſuccedens in plenum ius, planũ quòd non tenetur ſtare, C. locati. l. emptorem. & not. ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ſed creditor ſic, quia non habet dominium rei, ſed ius pignoris tantum, ff. de bo. auct. iudi. poſ. l. in venditione. §. fi. Fallit tamen in ſucceſſore fiſci, qui tenetur ſtare locationi eius, ff. de iure fiſci. l. fi. Item locationi tutoris tenetur pupillus, ff. de admini. tu. l. ſi tutelæ. & locationi mariti vxor ſtare tenetur, ff. ſo. ma. l. ſi filio. §. fi. & de dote præle. l. 2. ad fi. Item locationi defuncti tenetur ſtare hæres, quia fingitur eadem perſona cum defuncto, in Auth. de iureiura. a moriente præſti. in prin.

Franciſcus de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Laicus laico poſſeſ. in emphyteoſim locauit perpetuam; quo facto alter ad vnam, alter ad aliam tranſiuit religionem, qui & tandem decedunt, cuius monaſterij erit emphyteoſis iſta?*

CON.

CONSILIVM II.

QVIDAM A. laicus locauit in emphyteoſim perpetuam B. etiam laico poſſeſſionem ſuam, poſtea tranſiuit ad religionem ipſe A. & denium etiam B. tranſiuit ad aliam re-
1 ligionem, & ibi mortuus eſt. Quæritur, an monaſteriũ, vbi mortuus eſt B. ſuccedat in tali emphyteoſi? Et videtur quòd non, ſed debeat reuerti ad monaſterium, in quo intrauit dictus A. Iſtud primo probat auctoritate Dy. qui hoc tenuit de le. 2. ſi ita quis. in fi. & Cy. q hoc ſimpliciter ſequitur in auth. ingreſſi. & alleg. caſum in Auth. de alie. emphy. § j. Idem & clarius ibi Bar. qui dicit, quòd dominus poteſt iſtam emphyteoſim reuocare, & ſiccius tranſitum in eccleſiam impedire. Idem firmat Gul. in Spe. de loca. §. nunc aliqua. ver. 107. & 108. & 152. quod inter plures rationes confirmat ratio, quia ſecundum hoc trãſitum faceret impotentiorem & duriorem aduerſarium ſaltem facilitate conueniendi in non modicum detrimentum ipſius monaſterij A. cui dominium emphyteoticum fuit iam diu quæſitum per ingreſſum monaſterij. Quod autem ſecundum monaſterium ſit potentius, patet, quia eſt exemptum, & immediate Papę ſubiectum, vt ipſimet dicunt. Nec ob. ſi dicatur, quod prædicta loquuntur in emphyteòſim eccleſiæ, ſed illa fuit priuati: quia reſpondeo, quòd hoc verum reſpectu initij, ſed cum in eccleſiam tranſiuit, aſſumpſit priuilegium aliorum bonorum eccleſię, & ſic de ea neceſſario iudicandum, vt de ipſa re eccleſię, de quo eſt caſus in dicto §. j. & in corpo. de ali. & emphy. Et quòd ita debeat iudicari, probatur per tex. c. j. de iure patro. lib. 6. in fi. & quod ibi not. & per l. ſi cõmunem. in prin. ff. quemad. ser. amit. ad idem facit quod dicitur, quia cum res tranſit in eccleſiam, ſtatim aſſumit priuilegia debita & conſueta rebus eccleſiaſticis. Vnde nec amodo poterunt collectari, vt no. Iac. butri. in auth. item nulla communitas. C. de epiſ. & cle. & Io. An. de immu. eccle. c. j. lib. 6. Florianus de ſan. pe. cui ſubſcripſit Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei eccleſiaſticæ iudæo facta, an valeat.*
2 *Iudæi bona habere, & cum eccleſiis licite contrahere poſſint.*

CONSILIVM III.

ECCLESIA habet domos, quas locare† con-
1 ſueuit ad longum tempus pro vno denario annuo. Et ſi conductor non ſoluit quolibet anno, cadit a iure ſuo. Rector locauit vnã ex his domibus cuidam hebræo, qui poſſedit per 15. annos, & ſemper ſoluit pẽſionem. Succeſſor dicit ipſam nõ valere ex defectu pſonę cõducẽtis, nec vult recipere denariũ Iudęus pteſtatus eſt de ſe eſſe paratũ ſoluere q̃rit, an locatio teneat, & an ſufficiat dicta pteſtatio. Ad primũ dicitur, q locatio tenet, nec viciatur ex defectu perſonę, quia iudęis recte viuentibus non eſt moleſtia inferenda, C. de paga. l. Chriſtianis. Et poſſunt habere & poſſidere bona: Vnde ſine cauſa eis auferenda non ſunt bona ſua, de Iudęis. ſicut iudęi. nec eorum poſſeſſiones ſunt eis auferendę, etiam quando ad fidẽ conuertuntur, co. ti. iudęi. el primo: niſi ex vſuris eſſent acquiſitę: de vſuris. cum tu. vel aliàs illicite retentę, 14. queſtio 6. ſi res. ad idem quod no. Inn. de voto. quod ſuper his. vbi tenet, quòd infideles etiam ſine peccato tenent bona & iuriſdictiones. Hęc enim pro omni rationabili creatura facta ſunt. Vnde ſubdit, quòd non licet Papæ ſine cauſa auferre eis bona ſua, ſiue dominia, ſiue iuriſdictiones, quia ſine peccato ea poſſident. Licitum eſt ergo eis contrahere, quia conſenſum habent, & conſenſu contractus perficitur, prima diuis gentium: Item eccleſia ab eis percipit decimas de ſuis terris, vel de his, quæ colunt, de vſuris. quanto. & de deci. de terris. immo quidam voluerũt
2 dicere de perſonalibus, vt ibi no. Hoſt. ¶ † Ex his concluditur, quòd bona habere poſſunt, & contrahere cum eccleſijs, dummodo licitus ſit contractus, vt d. c. quanto. & eo. ti. poſt miſerabilem. Non ob. ſi dicatur, q infideles non poſſunt poſſidere bona, 8. diſtin. quo iure. cum ſi. quia illud loquitur de hæreticis, qui omnibus bonis priuati ſunt, eo quòd ſunt hęretici: ſecus in Iudęis. Illi enim peiores ſunt iudęis, & ſarracenis, de pęni. diſt. 4. ſi re fugientes. de app. quidam. de elec. quorundam. Nec ob. ſi dicatur, quòd iudęi licitè impugnãtur, & eis licite indicitur bellum: quia iſtud verum, ſi impugnaut nos, vt no. Inn. in d. c. quod ſuper his. ¶ Ad iura, quæ prohibent non contrahi cum iudęis reſpondeo, quòd loquuntur de contractibus illicitis: ſecus vero, ſi contractus ſunt liciti, ſicut eſt iſte. ¶ Circa ſecundum dubium videtur, quòd ipſe debuerit poſt proteſtationem deponere in ędem ſacrã: ar. C. de iure emphy. l. 2. §. fi. & C. de pigno. l. creditor. C. de pac. inter emp. & ven. ſi a te. C. de vſur. acceptam. immo ſecundum aliquos non ſufficeret, niſi etiam adhibeatur pręſes, cuius auctoritate fiat dicta depoſitio, C. de vſufruc. ſi creditrici. C. de epiſcopali aud. ſi prætes. Ad idem de offi. or. paſtoralis. Sed dico cum Accur. in l. ſecunda, C. de iure emphy. in gl. fi. quòd ſufficit ſola oblatio, & proteſtatio: immo forte proteſtatio ipſa non eſt neceſſaria ad euitandam pœnam: liberauit enim ipſum debitorẽ oblatio debiti, ff. de arbi. Celſus. § primo, & C. de vſuris. ſi conſtat. Et hoc placet Ioan. And. in Spe. de leg. §. nũc vero aliqua. ſuper ver. 34. Cum ergo oblatio habeat impedire moram, immo purgare moram iam commiſſam, vt l. illud. de peri. & com. rei ven. & l. ſequitur. §. de illo. ff. de verborum ob. operatur etiam liberationẽ debitoris ipſo iure, quando debitum erat in ſpecie: vel ſi in genere, ſaltem ope exceptionis, l. qui decẽ. in princip. ff. de ſol. Operatur etiam ſecundum leges, vt impediat curſum vſurarum, vt l. per retentionem. C. de vſuris. Nec ob. quòd debuerit deponi, quia illud fit ex ſuperabundantia, vel quando eſſet de magna re, quam deponi intereſſet aduerſarij, tamen ſecundum Modernos tunc debet fieri, quando tractatur de actione acquirenda, ut l. ſi a te. C. de pac. inter emp. & ven. quod hic ceſſat. Vel quando tractatur de impediendo curſum vſurarum iam inchoatum, vt l. acceptam. C. de uſuris. hic non agitur eo modo, ergo tutus eſt.

Pet. de Anch.

SVMMARIVM.

1 *Abbas locans redditus abbatiæ, damnum ſi contigerit, cui imputandum.*
2 *Propter, dictio remotam cauſam quandoque ſignificabit.*

CONSILIVM IIII.

1 ABbas locauit pro quatuor annis † omnes redditus abbatiæ cum pacto, quòd non teneatur ex quocunque caſu aliquid detrahere, niſi accideret caſus guerræ in illo territorio, propter quam guerram damnificaretur dictus cõductor in exigendo redditus abbatiæ: & tunc per quatuor uiros eligendos a partibus debeat æſtimari damnum, & detrahi ſecundum ęſtimationem ipſorum. Deinde inimici uenerunt ſuper territorio, & combuſſerunt quicquid potuerunt, & valde damnificauerũt dictum territorium, & maxime ab ea parte, vbi erant redditus abbatiæ. ¶ Super hoc dubitatur de pluribus. Et primo ad deciſionem omnium dubiorum præmittitur, quòd virtute dicti pacti omnia damna contingẽtia virtute guerrę debent detrahi. Nam quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Si enim ex percuſſione

quis

quis cecidit,& ex caſu interijt, imputatur caſus percu-
tienti,l.di ſtudcatis.l.cum quaritur.C.ad l.Cor.de Sic.
ſic imputatur mors infantis presbytero, quem noluit 1
bap:izare,1.q.j.placuit. Nam qui occaſionem damni
dat,damnum dediſſe videtur,76.di.palce.31.q j.de ne-
ptis.de homi.præsbyterum.& cap. decætero. vbi no.ꝙ
illud eſt verum,ſiue cauſa ſit propinqua, ſiue ſit remo
ta. Ad idem de iniur.c. fi. Sed cum inopia debitorum 1
abbatiæ,qui ſuctunt depprædati,ſurgat ex guerra, ſiue
propter guerras,ex qua inopia debitorum ſurgit ſecū-
do loco damnum ipſi conductori,ergo ſecundum pa
cta videtur tale damnum deducendum. Et hæc ratio
confirmatur ex alia regula,qua dicimus,quòd concur
rentibus duabus cauſis, quarum vna eſt primaria, &
alia ſecundaria,denominari debet effectus & deſcribi
a primaria: Probat Philoſophus 5.metaph. ad hoc 16.
q.7.& hic diximus.de peni.di.4 ſic itaque.de præben.
ſi cui.li.6.Sed cauſa originalis damni eſt guerra, ergo
vi pacti illud damnum debet deduci,vt regula,damnū.
2 de regulis iuris li.6.†Et pro hac parte facit,quia dictio
propter,nedum proximam ſed etiam remotam cau-
ſam ſignificat,vt videt text.ff.de incē.rui. nau. l.j.§.ex
incendio.ibi,& melius ſic accipitur propter incēdiū i.
propter tumultum incendij, vel trepidationis incen-
dij recipit,quemadmodum ſolemus dicere in bello ad
miſſum,quod propter belli cauſam admittit: ad hoc
de loca.propter ſterilitatem.& c.ſi.de do. vbi Io. And.
no.quòd dictio.propter:notat cauſam:& in c.peſtilis.
de priui.dicit, quod differunt, propter & pluſquam.
Item de iure excuſatur,ſi incurſu vel vi cui reſiſti non
poteſt,percipere non potuit fructus, ex quo ipſe non
fuit in culpa & remittitur ſibi penſio, vt no. in c. pro-
pter ſterilitatem. Ad intereſſe autem ipſius conducto-
ris non tenetur,vt patet ff.loca.ſi fundus. & l. excepto.
C.e.tit. Et videtur, quòd virtute dicti pacti, quod ſi di-
ctus conductor propter guerram nullo modo poteſt
exigere redditus abbatiæ,ſiue conſiſtentes in pecunia
vel grano,vel alijs rebus,de præſenti, nec etiam de fu-
turo quodcunque vel ſit propter guerram omnino
impediatur,& tollatur exactio fructuum & pēſionū,
& ꝓ illius dāni debet fieri ſubtractio penſionis. Sed ſi
ſit ſolum damnum dilationis perceptæ, ſimiliter hoc
damnum ſuſtineat locator dilationis ſ. in exigendo ꝑ
illo tempore,quo alij debitores ſoluere poterunt, vt
catenus temporaliter differatur, quatenus illi debito-
res,qui debent ſoluere huic cōductori,ſoluent & ſol-
uere debebunt. Et ex prædictis ſequitur,quòd ſi pro an
no futuro propter guerram impediretur dictus con-
ductor locare,ſeminare,vel minus locare, quòd id dā-
num bene eſſet propter guerram, & ſic deducendum
ſiue detrahendum de penſione,ſiue affictu conuento.
Gaſ.de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor datij molendinorum de penſione ſubmouebit, ſi guerra vel epidimia euenerit.*

CONSILIVM V.

1 AN conductores datij molendinorum † de-
beant detrahere de penſione, ſi ſuperuenit
guerra,vel epidimia,durante tempore loca
tionis? Et videtur quòd ſic. Certū eſt, quòd
ſi caſu fortuito ſine culpa conductoris fructus rei lo-
catæ percipi non poſſunt per colonum vel conducto-
rem,vel circa fructus,conductor paſſus eſt damnum,
non tenetur ſtare conductor locationi, de locato.ꝓ-
pter ſterilitatem. Et ibi glo. 2. ſed hic fuit caſus fortui-
tus, ergo quòd etiam illi fuerint caſus fortuiti patet,
quia etiam caſus fortuitus eſt, qui etiam a diligentiſ-
ſimo prouideri non poteſt, nec ei per conſequens ob-
uiari:ad hoc de homici.Ioannes. & l.quæ fortuitis. C.
de pignora:actio.& ſic caſus fortuitus dicitur,quando
1 ab hominibus damnum infertur. Vnde doc. dantes
exempla caſus fortuiti in c.j.de commo.dicunt, puta
vis hoſtium,incurſus prædonum,incendium, tempe-
ſtas,& innundatio. Et ex his infertur,quòd duo prædi-
cti caſus excuſant datiarios iſtos, videlicet epidimia,
1 & incurſus hoſtium,propter quos ipſi non potuerunt
vti re locata. Secundo idem probatur propter vim ma
iorem,cui reſiſti non poteſt,vt ff.locati. l. ex cōducto.
Tertio probatur,quomodocunque præter conſuetu-
dinem rei locatæ aliquid accidit, ex quo caſu damnū
conductor patitur,non tenetur ſtare conductor loca-
tioni etiam ceſſante caſu fortuito,vt eſt caſus in l. for-
ma.ff.de cenſi.ſed ita eſt in caſu noſtro, arg. &c. Con-
firmantur prædicta:nam ſicut propter caſum fortuitū
penſio augetur,ſic debet diminui:vt no.Io. An.in d.c.
propter.ſuper verbo, vbertate. facit quod no. de con-
ſti.cum M.& hoc procedit,quando caſus augmenti rei
locatæ accidit non propter bonitatem rei locatæ ſeu
induſtriam conductoris. Quādo autem ſic augeri de-
bet penſio,& econtra minui, ſolet dici, aut latens eſt
incrementum,puta alluuionis: & tunc cedit condu-
ctori: aut potens,ſicut eſt in caſu noſtro: & tunc domi
no cedit,ar.ff.de vſufruc.item.§.huic.ita dicit Spec.de
loca.§.nunc vero aliqua.ver. 531. ¶ Præterea videtur
caſus ff.loca.ſi fundus.& l.ex conducto. ¶ Præterea ſi-
cut venditor tenetur poſſeſſionem vacuam tradere &
liberam emptori,ſic & locator conductori,& vtrque
eundem in poſſeſſione manutenere, defendere & au-
ctorizare:ad hoc de fi.inſtrum. cum Io. & ne præla. vi-
ces ſu.c.ſi. C.de iure emphy. l.j,& ibi videtur expreſſiunt,
Inſti.loca.§.ex conducto. & ſi diceretur, libera poſſeſ-
ſio fuit tradita:reſpondetur,quòd non dicitur eſſe, qđ
non durauit pro tempore conuento,de pęni.diſt.j.di-
uortium.& de ver.ſig. nam & ego. & l. item eorum. §.
quod ſi.ff.quod cuiuſque vni.no. Coadiuuantur præ-
dicta,quia ceſſat iſto caſu perceptio pēſionis,ergo &c.
Item quæſtio in ſimili videtur diſputata per Guihel.de
Snazaria ſuper l. damnum.C.loc. de eo qui ſe vult excu
ſare a ſolutione pēſionis ꝓꝓ guerrā ꝓꝓ quā dicit ſe nō
potuiſſe colere agrum: & ponitur per Io. An. in Spe.de
loca.§ nunc vero.verſi.127.& ibi concluditur, quod ſi
cenſus debebatur ex fructibus, talis non tenetur: alias
ſic. Ad primum alle.ff.de contrahen. empt. ſi debitor.
§ j. ¶ Ad ſecundum,l. incendium C.ſi cer pe. Cum ergo
ex fructibus & de fructibus debeantur penſiones ſeu
cenſus,reſtat datiarios probantes ea,quæ dicta ſunt,nō
teneri. Gaſ.de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteota in hæredem extraneum emphyteoſim tranſmittere an valeat.*

CONSILIVM VI.

1 AN ſi facta eſt locatio in emphyteoſim † vni
& hæredibus ſuis,poſſit iſte transferre illam
in hæredem extraneum domino irrequiſi-
to? Dico, quòd ſi eſt emphyteota laici, com-
muniter tenetur quod ſic,per l.ſi domus.§. fi. & l.ſi ti-
bi.in fi.de le.j.ff.& l. in conuentionibus. in fi. de verb.
ſig.nec legando vel hæredem inſtituendo ſtricte dici-
tur alienare:de alie.iudi mu.cauſa fac.l. ex hoc edicto.
§.alienare.& quod no. Inn.de teſta. Raynaldus. & no.
in cap.fi.de loca. Si eſt emphyteota eccleſiæ, tunc clarū
quod non poteſt nec legando nec hæredem inſtituen
do transferre in extraneum, vt eſt expreſſum in Auth.
de non alie.aut permu.re.ec.§. emphyteoſim.col. 2. &
facit qđ no. ff. ad trebel. ex facto. §. fi. Nec ob in Auth.
de ali. & emphy.& contrac.§.licētiam.col. 9. quia licèt
contingat,

contingat prædictam emphyteoſim quo ad tempus & numerum ſucceſſorum, non tamen quo ad qualitatem illorum: facit quod not. Ioan. And. de probat. in præſentia.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Locationi prædeceſſoris ſucceſſor quando ſtabit.*

CONSILIVM VII.

1 AN ſi prælatus locauit rem eccleſiæ, † & pro toto tempore locationis recipit pecuniam poſtea moritur, teneatur ſucceſſor ſtare locationi? Et dicendum, quòd talis ſolutio nõ debet nocere ſucceſſori, de pecu. cleri. c. fin. & videtur caſus. ff. loc. ſi quis domum. § primo. Et hoc tenet Bar. & Ioan. And. in c. ſi. ne præla. uices ſuas. Quorum opi. confirmo hac ratione: Studentes in theologia, q ſunt priuilegiati, vt per quinquennium integrè percipiant fructus præbendarum, & beneficiorum ſuorum, non ob aliqua contraria conſuetudine, vel ſtatuto, de magi. ſuper Specula. de præben. licet non poſſunt recipiẽdo penſionem pro toto quinquennio ſucceſſorib. præiudicare, vt no. Ioan. And. poſt Hoſtien. in d. cap. ſuper ſpecula. multo minus alii, qui non ſunt priuilegiati, p̃iudicabunt ſucceſſoribus ſuis, 6. q. prima, mutare. 8. q. i. ſic ergo. 32. q. 5. ſi Paulus. Præterea ſpeciale eſt in cruce ſignatis, quòd percipiant triennio beneficia ſua, & poſſint ea, ſi fuerit neceſſe, creditoribus obligare: de iudæis. ad liberandam. Et quod vigeſimam prò hoc ſubſidio deputatam poſſint ſecum ferre, de voto. c. fina. Et quòd ſi interim moriantur, poſſint creditores ea beneficia retinere, & per conſequens ſuis ſucceſſoribus præiudicare poſſunt, quia ſuper hoc per Papam ſpecialiter eſt prouiſum, vt in prædicto c. ad deliberandum. in parte deciſa: & no. in Spec. de hære. in fin. uer. ergo in aliis. In cõtrarium eſt ius commune, ne in præiudiciũ ſucceſſorum ſuorum poſſint pro toto tempore recipere penſiones, ff. de legi. l. ius ſingulare. & ad municipa. l. prima, in fi. Quinimmo dicit Hoſtien. in d. c. fin. ne prælati vices ſuas, quòd ſi hæres defuncti eſt ſoluendo, ipſe tenebitur ſucceſſori, C. de hære. tuto. l. fi. Si autẽ non eſt ſoluendo, tenebitur ipſe conductor, cuius culpam ſibi imputet, 50. di. ſæpe. de homi. c. fi. debuit enim prævidere cõductor: ut no. Bar. in d. c. fi. quia cùm aliquid eſt ordinatum ad caſum, ſibi debet imputare, qui non proſpexit, quod poterat euenire, vt notat Dy. ff. de verbo. ſigni. inter ſtipulantem. §. ſacram. Et præmiſſa uera ſunt, niſi talis cõtractus ſeu ſolutio defendatur ex ſpeciali auctoritate epiſcopi interpoſita, qui hoc poſſet ex cauſa rationabili: alias non, ff. de au. tut. l. nulla differentia. de cenſi. præterea. & c. ſignificauit. & not. Io. And. in d. c. fi. ne præla. uices ſuas.

Fran. de Rampo.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius eccleſiæ poſſeſſiones ad longum tempus locare poteſt.*

CONSILIVM VIII.

1 AN commendatarius eccleſiæ poſſit locare pro pluribus annis poſſeſſiones eccleſiæ? Et dicitur quod ſic, nam tales dicuntur habere legitimam, & liberam adminiſtrationẽ, 21. q. j. relatum. de electio. cum nobis olim. & facit quod no. de elec. nemo deinceps. lib. 6.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſim recipiens vſque in tertiam generationem, an in trium generationum numero computetur.*

CONSILIVM IX.

1 AN ſi eſt facta emphyteoſis conceſſio † Petro & aliis ſuis deſcendentibus vſque in tertiã generationem, Petrus computetur in numero trium generationum? Et videtur dicere gl. ordinaria, quòd ſic, in Auth. de non alie. §. alienationes. Nam gl. intelligit, quòd trina generatio cõprehendit filium, & nepotem, & tenet, quòd de pronepote non poteſt intelligi. Ad idem, quia verba in dubio debent intelligi ſecundum naturam contractus, ff. de ver. ob. ſi ſtipulatus. per Dy. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fi. ff. de ver. ſig. l. in conuentionibus. Sed emphyteoſis eccleſiæ habet hanc naturam, vt d. §. cum vero. in §. in emphyteoſi. alias, alienationis. ¶ In contrarium facit, quia accipiens non eſt generatio ſuiipſius, quia nil generat ſeipſum, ſed omne, quod generatur ab alio generatur, de bap. debitum. 24. q. j. didicimus. ergo nõ cõputatur in numero. Sic dicimus in gradibus, quòd ſtipes non computatur in numero, ff. de gradib. l. iuriſcõſultus. & Inſt. de ſuc. lib. §. ſed noſtra. & de conſan. & affin. non debet, & in arbore conſanguinitatis. Hoc etiã probatur, quia ſi computaretur, & dictio vſque, poneretur excluſiue, nepos nõ comprehenderetur, quia accipiens eſſet una generatio, filius ſecunda, & nepos tertia: ſed tertia non concluditur, ergo directe concluderetur contra §. emphyteoſim. Et ideo veritas eſt, quòd in numero non computatur prima perſona, quia nõ eſt generatio, ſed cauſa generationis, ſicut nec maritus & uxor ſunt affines, ſed cauſa affinitatis, vt inſtitu. de nup. §. affinitatis. & ff. de condi. ob cauſam. l. ſi ſeruus. Dubium ergo non ſtat in hoc, vtrum prima perſona computetur pro prima generatione, ſed ſtat in hoc, vtrum illa verba, vſque in tertiam generationem, ponantur incluſiue, vel excluſiue: & gl. prædicta ſentit expreſſe, quod ponantur incluſiue. Sed ego dico, q quandoque emphyteoſis eſt recepta pro tertia generatione: tunc verum, quod includit. Idem ſi dicatur vſq; in tertiam generationem finitam. Nam iſta dictio, finitam: hoc demonſtrat, quòd vſque in finem tertiæ generationis duret, & ſic tota generatio ex vi ſermonis includitur, quia nouiſſimo iure poteſt emphyteoſis cõcedi perpetuo, vt no. in d. §. alienationis. Et ſic non ob. dictus §. emphyteoſis. Si autem concederetur emphyteoſis uerbis ſimplicibus uſque in tertiam generationem, & non dixit finitam, nec inchoatam, tunc eſſet dubium, an iſta dictio, uſq;: quæ apponitur ſuper gra-
1 du ab homine, apponatur incluſiue. Nam quando apponitur ſuper gradu a lege, certum eſt, quòd ponitur incluſiue, vt Inſt. de ſuc. cogna. §. fi. & no. C. unde legit. l. certum. probatur in d. c. non debet. & de hære. ſtatutum. lib 6. Sed quando apponitur ab homine in contractu obligatorio, videtur appoſitum excluſiue, vt l. in uenditione. ff. de pac. Ego credo, quòd ponatur incluſiue, quia præſumitur in dubio quòd uoluerit accipiens accipere tertiam generationem, ff. de probat. l. ſi pactum. & arg C. de leg. l. in annalibus. facit quod not. Cyn. de oper. liber. l. libertati. ſecundum opin. Iacob. de Aren. Non obſt. l. ueteribus, quia ibi loquitur in eo, quod augeret obligationem, hic non auget, ſed facit eam magis tranſmiſſibilem, & hoc facit, quia pactum ſupponitur reale non perſonale, & pari ratione debet præſumi perſonale potius, quàm reale, ff. de pac. l. iuriſgentium. §. pactorum. & l. qui in futurum. §. fina. & facit quod not. Cyn. ſecundum Per. C. de contrahen. & committen. ſtipula. l. veteris. Bal. de Peru. Item Ange. de Peru.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteotæ eiuſdem emphyteoſis an poſſint ſibyinuicem vendere partem ſuam domino inſcio.*

CONSILIVM X.

1 SI eccleſia in emphyteoſim concedit † Petro & filijs ac nepotibus vſque in tertiam generationẽ, poſtea ipſi filij inter ſe vendunt vnus alteri partem ſuam ſine conſenſu eccleſiæ, dicatur res recaduta ad eccleſiam? Et videtur quod non, nã ex forma conceſſionis emphyteoticæ debet res illa de vno ad alterum reuertinam in inſtrumẽto dixit, quod cõceſſio erat facta Petro &c. ſuccedendo vnus alteri. Iſtud autem verbum ſuccedendo poteſt denotare ſucceſſionem ſingularem & vniuerſalem. de reſti. ſpo. tẽpe. Et ſi intelligeretur de ſucceſſione ſingulari, tunc planum eſt, quod illa venditio potuit alteri ex eis fieri. Et ſi dicatur, quod illa verba aliter intelligantur, quod vnus ſuccedat alteri in caſu, quo alter decedit ſine prole, ſed proles illius, qui alienat, non eſt extincta, ſed durat. Reſpondeo, quod iſtum gradum comprahendit iſta conceſſio, & comprahendit etiam alium caſum. Videtur enim concedens in emphyteoſim velle, quod huiuſmodi emphyteotæ adinuicem vnus alteri ſuccedat titulo vniuerſali, & etiam in caſu, quo vnius generatio ſit finita & alterius generatio durat. Nec ob. quod emphyteota non poteſt alienare ſine conſenſu domini, & ſi alienet res redit ad eccleſiam: quia illud verũ, niſi alienandi poteſtas ſit expreſſe vel tacite expreſſa, quoniam in huiuſmodi conceſſionibus pacta inſpiciuntur, vt l. i. & 2. C. de iure emphy. de loca. potuit. nihil enim importare: illud verbum ſuccedẽdo vnus alteri, eo caſu quo generatio durat, & ideo cenſeatur permiſſa alienatio, quæ fit titulo vniuerſali vel ſpirituali inter ipſos emphyteotas. ſecus ſi fieret alteri prorſus extraneo. Pe. de Peru.

Idẽ Ang. de Peru. nã emphyteotæ habentes cauſam ab eodẽ alienã licite in eccleſiã ad canonẽ ſoluẽ eſt aſtrictus. vnde eccleſiæ pręiudiciũ nõ affert: extranei aũt nõ ſunt aſtricti eccleſiæ ad canonis ſolutionẽ: ideo in extraneos irrequiſito domino alienatio non fit. Et hoc tenet Guid. de Suza. in l. voluntas. C. de fi. eiuſ. idẽ Io. An. And. in addi. Spe. de loca. §. nunc aliqua. ver. 70. Ange. de Peru. Idem Gal. de Cal. quia proprie talis venditio in caſu iſto non dicitur alienatio, arg. eius quod habetur C. de fideicommiſ. voluntas. & ff. de leg. 2. vnum ex familia, quod no. de his quæ fi. a præla. cum apoſtolica. Item ſub nomine collectiuo a principio facta fuit iſta conceſſio, quia dictum eſt, in ipſorum & cuiuslibet eorum tertiam generationem. & nomen generationem, eſt collectiuum, a quo nomine collectiuo nõ eſt facta tranſlatio, ergo ab ipſo non eſt facta alienatio, ff. de verborum ſig. alienat. C. de diſt. pig. l. ſecunda, & quaſi per totum: & quod no. Inno. de reb. eccle. non alie. epiſcopi. in ſua gl. magna circa principium.

Gal. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione, an comprahendantur nepotes.*

CONSILIVM XI.

1 SI emphyteoſis eſt conceſſa vni, † & filiis ſuis maſculis legitimis, & vni fęminæ tantum, veniant in hac conceſſione nepotes ex filijs pręmortuis. licet ſit magna quæſtio, an appellatione filiorũ comprębendantur nepotes, plene per Bar. poſita in l. liberorum. ff. de ver. ſig. & de hoc in cle. j. de bapti. tamẽ in hac ſtipulatione dicendum eſt, quod non veniant nepotes, & hoc attenta conceſſione ſic limitata, iuncto §. emphyteoſim. in corpore Auth. de non alie. colla. 2. Cum enim hoc verbum, filijs: prolatum ſit a contrahentibus in contractu, & fauore recipientis ex eo, quod primo recipit pro ſe, & adiectæ, ſuiſque filijs, & eſtricte debet intelligi, & interpretari hoc verbum dubium propter diſſonantiam iurium loquentium de verbo filijs, contra ipſum, cuius fauore profertur, ſecundum regulam l. veteribus. ff. de pac. maxime hic, vbi fuit appoſita dictio taxatiua tantum: quæ in fi. poſita poteſt commode ad omnia præcedentia referri, ar. l. 3. § filius ff. de lib. & poſthu. l. prima, in fi. C. de lib. pręte. l. talis ſcriptura. in fi. ff. de le. primo, pro hoc mẽs contrahentium qui taxationis, & limitationis occaſione videntur illa verba appoſuiſſe in fauorem eccleſiæ, vt ſtricte intelligantur verba illa, filijs. ar. dicti §. emphyteoſim. in cor. de non alie. colla. 2. & quod no. Bartolo. in d. l. liberorum. ff. de ver. ſig. pro hoc etiam poteſt induci, quod no. Ioan. An. in c. in præſentia. de proba. quia licet ſi fit conceſſio emphyteoſis mihi pro me & meis hæredibus cum tamen appellatione hæredis non ſolũ proximus hæres, ſed ulterioris gradus continetur hæres, l. hæredis appellatione. ff. de ver. ſig. tamen talis conceſſio reſtringitur ſolum ad filios, & ideo cum talis contractus ſit reſtrictiuus, vt patet per prædicta. non extenditur ad nepotes non expreſſos ſine auctore.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis patri, & filijs, & vni filiarum conceſſa, cui concedi dicatur.*

CONSILIVM XII.

1 SI eccleſia concedit emphyteoſim † patri, & filiis maſculis, & vni filiæ fęminæ tantum: Et ipſe habet duas filias fęminas tpe cõceſſionis, cui dicatur facta conceſſio? Et vr, quod neutri ratione incertitudinis. ar. l. cum ex pluribus. ff. de ma. teſt. l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tu. l. ſi quis ſeruum. §. ſi in. ra, ff. de leg. ſecundo. & l. ſi ita fuerit. in prin. ff. de rebus dubiis. Cõtrarium eſt verum quia cum ex ſtipulatione paterna quæratur filijs per l. ſi quis opera & l. vt iureiu. § ſi liberi. ff. de ope liber. l. quod unque. § in na. ff. de verbo. obli. l. vxorem. §. teſtimonium ff. de lega. 3. & l. ſi genero. ff. de iure do. dicit tamen ſucceſſiuo poſt mortem patris, per l. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſthu. & quod no. per Cy. in l. liberti. C. de ope. liber. & in l. j. C. de contrahen. & commit. ſtip. & plene per Bar. in l. quod dicitur. ff. de verbo. obli. Nec ob. iura in contrarium allegata, quia in caſu iſto ſi ponderentur, bene ceſſant rationes legũ prædictarum & omnium, quæ dicunt, vitiari diſpoſitionem ratione incertitudinis: nam hic de certa filia fuit ſenſus ſufficit, quod non concurrunt ſimul plures ad petendum. ſed vna ſola tantum extat quæ petit, alia iam mortua, & quæ etiam inueſtita eſt, vt narratur: pro hoc faciunt not. per Io. An. in Spec. de loca. § nunc aliqua. ver. 78. ibi, ſimilis quæſtio fuit. accedat l. ſi quis a filio. §. ſi quis plures. & l. legato generaliter. in fi. ff. de lega. primo.

SVMMARIVM.

1 *Filia fęmina an ſuccedat in iure emphyteotico.*

CONSILIVM XIII.

1 TITIVS conduxit in emphyteoſim † pro ſe & filijs maſculis & vna filia fęmina tantum: & deinde ante mortem inſtituit duos filios maſculos hæredes vniuerſales, fęminam vero in certum modo quæritur, quia iſta non eſt hæres vniuerſalis,

uerſalis, an ſuccedat i[illegible]ſto iure emphyteotico? Et primo videtur quod non, quia filia inſtituta in re certa, alio vniuerſaliter inſtituto, non eſt hæres. l. quoties. C. de hæ. inſti. l. ſi quis priore. ff. ad tre. & ibi no. Et faciunt iura pro hac parte alle. per Spe. de loc. §. nunc aliqua. ver. 158. & hic ponit ar. pro & contra, quæ ponit Spe. Ioan. An. ibi. & ideo hic non pono: & decide ſicut ibi deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Filia quo caſu in emphyteoſi eccleſiæ ſuccedat.*

CONSILIVM XIIII.

1 PETRVS habebat domum eccleſiæ † in emphyteoſim, & fecit teſtamentum, in quo filiũ ſuum hæredem inſtituit. & illi ſubſtituit per fideicommiſſum filiam ipſius teſtatoris: præmoritur pater & filius in pupillari ætate, an dicta filia ſuccedat in dicta domo? Et dicitur quod non, arguendo a minore. Nam aut filia vult venire ad ſucceſſionem domus ex perſona patris & eius ſucceſſione, & non poteſt, quia per reſpectum ad fratrem reperitur extranea, l. j. §. extraneum. C. de rei vxo. act. res autem emphyteoticaria non tranſit ad extraneum, etiam ſi ſit dictum, do tibi & hæredibus tuis, vt not. in Spec. de loca. §. nũc vero. ver. 113. & l. ſi patroni. in prin. ff. ad trebel. & l. vt iuti[illegible] ff. de ope. liber. & vtrobique per Bar. Nec ob. quod ibi Dy. videtur ſentire contra, maxime in l. ſi patroni. quia eius dictum habet locum in prædijs publicis emphyteoticis, non autem in priuatis, vel eccleſiæ. Et hoc ſentiunt iura per eum allegata, & ibi dicit Bar. aut ipſa vult venire ex ſucceſſione patris vigore ſubſtitutionis prædictæ, & hoc non poteſt, quia in reſtitutione hæreditatis non veniunt prædia emphyteoticaria eccleſiæ vel priuati, vt in prædicta l. ſi patroni. & alijs iuribus ſupra allegatis: imo potius computaretur in debita naturæ, vel trebellianica dicto filio debita, quam in portione reſtituenda dictæ filiæ ex voluntate patris, ar. eorum quæ no. Bart. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebel. Ex quo ſequitur, quòd in prædictis ſemper de neceſſitate quæremus de ſucceſſione fraterna, cuius reſpectu dicta filia reperitur extranea. Aut vult venire dicta filia ex pacto paterno vel fraterno: & tunc id doceat. C. de eden. qui accuſare. Et quanquam multi poſt prædicta ſcribentes in eo ſint concordes, quòd dicta domus ad eam non tranſeat iure fideicommiſſi, tamen quia alia tenere videntur quod ab inteſtato ad fratris ſucceſſionem veniens per medium ipſius fratris ad ſucceſſionem veniat aui, & ſic quæratur de primi ſucceſſione defuncti, per l. fi. C. de hære. inſti. nam hæres hæredis vere & proprie teſtatoris eſt hæres, ſecundum Bal. in d. l. fi. Reſpondetur, quod ad hoc vt dicta iſta filia poſſit dici hæres teſtatoris primi, & ſit capax domus emphyteoticæ, oportebat quòd tribus temporibus habilis reperiretur, ſ. tempore teſtamenti, tempore mortis, & tempore aditionis, ar. l. ſi alienũ §. in extraneis. ff. de hære. inſti. qui enim per medium fratris ſui hæres efficitur, eſt dare medium inter mortem & aditionem, vt in præalle. §. in extraneis. Et tempore huius medij inuēta eſt extranea, & dicta domus emphyteotica ipſo iure ad eccleſiam interim eſt reuerſa, vt l. 2. ver. ſin autem. cum ſua gl. C. de iure emphy. & in conſtitutione feudali, l. imperiali. §. j. cum ſua gl. ſuper ver. reuertitur. de prohi. alie. feu. per Fede. ad quod facit l. 2. C. de dote cau. non nume. & l. ſi quis vxor. cum gl. & l. cum hic ſtatus. §. j. & 2. de do. inter virum & vxor. Nec ob. quod dicunt alij dicentes, quòd emphyteoſis fuit paterna: & alle. c. j. §. cum vero Corradus. qui feu. dare poſſunt. coll. 10. & per notata per Bar. in l. ſi mihi & Titio. de verb. obli. & per l. iurciur. §. ſi liberi. & ibi no. per Bart. ff. de ope. liber. & per l. repeti. ff. qui. mo. vſusfructus amit. & per l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de ver. obl. Reſpondetur, quod hoc non conſtat, quòd fuerit paternum, & de iure eccleſiæ conſtat per ſolutionem penſionis, nec potuit iſta filia venire iure accreſcendi, quia habuit partem in iſta domo, & ſic alia portio creſcere non potuit, l. ſi Titio. in fi. ff. de vſufruc.

Pet. de Anchara.

De rerum permutatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio a religioſis per procuratorem facta, quando valeat.*
2 *Verba generalia ad perſonarum conditionem reſtringenda.*

CONSILIVM I.

AN permutatio facta per religioſos per procuratorem in curia, de religione non facta mentione, ſit valida? Et videtur quod ſic, nam permutatio innititur iuri communi, quia fit regulariter propter neceſſitatem vel vtilitatē eccleſiarum, licet credatur propter vtilitatem vel neceſſitatem perſonarum, tamen conſequitur conſecutiue vtilitas ipſarum eccleſiarum, 7. q. j. ſcias. 74. diſt. quorũdam. de renun. ad ſupplicationem. de rerum permu. quæſitum. vnde permutationes magis innituntur iuſtitiæ, quàm gratiæ etiam pluſquam forma, c. cum ſecundum. de præben. Hinc eſt, quòd plurimorum doc. habet opi. quòd etiam inuiti compelluntur ad permutationem. Et hoc videtur placuiſſe Inn. & Hoſ. de renũ. niſi cum pridem. §. propter maliciam. in glo. magna. alle. 7. q. j. ſuas. & c. mutatum. de regu. licet. Et idem videtur placuiſſe Io. ſaltem in pari, in c. epiſcopus de loco. 7. q. j. & ibi hoc tenet Archi. vbi neceſſitas vel vtilitas expoſcit. Idem Pau. in cle. j. de rerum permuta. Sed quid egemus teſtibus? illud dicit illa cle. in prin. ibi, conceſſione iuris vtentibus. Vnde vt dicit ibi glo. expeditur ſuperioris officio: & no. Io. An. eo. tit. quæſitũ. Idem procedit ex æquitate, vt in c. j. eo. tit. lib. 6. Et ex his infero, quòd ratio iurium dicentium, quod in literis beneficialibus debet fieri ſtricta interpretatio, non habet locum in caſu noſtro: & per conſequens nec ipſa iura, quia vbi ceſſat ratio legis, ceſſat & ipſa lex, 61. diſt. neophitus. & § his omnibus. de tranſac. ca. 2. cum ſi. Sed quæ eſt ratio, quare in literis beneficialibus debet fieri ſtricta interpretatio? Certe quia ſunt ambitioſæ: de præben. quamuis. li. 6. Sed hęc ratio ceſſat in caſu noſtro: ergo &c. Hinc eſt, quòd tenet Fede. in tractatu permutationũ, quòd tenet permutatio beneficij reſeruati, de reſeruatione generali non habita mentione. Item quòd tenet permutatio de beneficiis alijs, q̃ habet permutans, non habita mentione, cum tamen vtraque alias in impetratione non habeat locum, vt patet primum de ap. vt noſtrum. de conſue. c. fi. §. in p̄bendis. lib. 6. de elec. ſi eo tempore. cum ſimi. & hoc ſecundum probatur de reſcrip. ſi proponente. & de præbē. ſi motu proprio. lib. 6. cum ſi. Hinc eſt etiam, quòd expectantibus primam vacaturam etiam affectam p̄iudicatur, permutationem licet talem non habeat: de rerum permu. c. j. lib. 6. Ex his omnibus infertur, quòd non eſt ſimilis eademque ratio in impetrante beneficium, & ipſum cauſa permutationis obtinēte. quibus præſuppoſitis arguo ſic: Permutationes fiunt, vt minus vtilis vni eccleſię alteri proficiatur, vt de rerum permu. quęſitum. & c. cum vniuerſorum. In hac autem permutatione hęc cauſa concurrit: ergo debet habere effectum: tenet conſequentia, quia impleto fine legis, vel per quod aliquid diſponitur, de modo non eſt curandum,

randum,22.q.5.humanæ.23.q. 8.occidit.de teſti.licet ex quadam.cum ſimi.Confirmatur hoc in his,quæ facit Papa iure ordinariæ poteſtatis, & quòd ſibi competit ſoli: idem eſt cenſendum, & taliter iudicandum, ac ſi alius ordinarius hoc faceret, & maxime in his, quæ non ſunt odioſa: hoc voluit gl.in legato, vt in clem.2. de offi.ord.ſ.ipſe beneficia vacantia in curia confert, vt in ca.ſecundo,de præben.lib.6. & maxime in manibus ſuis renunciata: ergo &c.probatur alia ratione, nam licet expreſſio falſitatis ſemper vitiet reſcriptum, tamen nulla taciturnitas vitiat in beneficialib.niſi quantum eſt expreſſum uiuare,vt no.gl.in cle.prima.de præben.hoc idem ergo,& fortius debet procedere in per-
2 mutatione.†Item verba generalia ſecundum conditionem perſonæ debent intelligi,ad quam referũtur, prima q.prima,nunquam.de vſu pal.c.1.Sed licet verbum præpoſitus,ſit nomen generale, vt ad præpoſituras eccleſiæ ſeculares,& regulares poſſit referri,de ver. ſig.quamuis.Itẽ verbum plebanus, quod poteſt ſe habere ad plebanum ſecularem,& regularem,vt de verborum ſig.cauſa,quæ plebs eſt regularis,& verbum eccleſias,eſt etiam generale nomen,vt no.ne præla.vices ſuas.c.ſi.tamen interdum ſumitur pro monaſterio,17. q.4.§.ſed notandum.de re iud. cum inter.in priuci. de confir.vti.vel inuti.porrecta. cum ſi. Referantur ergo iſta uerba ad conditionem perſonæ,de qua eſt ſermo: ergo &c.Ad prædicta de præbend. cum de beneficio.§. quando vero.lib.6.& ibi videtur caſus: nam ſi mandat prouideri clerico ſeculari de prioratu,non poterit prouideri de prioratu conſueto regi per regulares: tunc ſic,ſicut qualitas prioratus tacita,ſcilicet an ſit regularis,vel ſecularis non reddit impetrationem ſurreptitiam,nec impedit collationem fiendam, ſed intelligitur ſecundum conditionem impetrantis,vt ibi: ita ecõuerſo, qualitas perſonæ etiam non expreſſa non impediet impetrationem ſeu collationem factam, vel fiendam,ſed intelligetur debere fieri ſecundum conditionem perſonæ impetrantis, vt ſic ſit licita argumentatio de perſona ad rem,de verborum ſig. ſuper quibuſdam.de relig.domi.c.ſi.Præterea, qua ratione tenet renunciatio facta non expreſſa mentione religionis, eadem ratione debet tenere permutatio inde ſecuta ob dictam renunciationem, quia non eſt dare rationem diuerſitatis: ſed nullus dubitat renunciationem tenere,ergo &c.de tranſac,c.2.¶ Reſtat reſpondere ad c.ad noſtram.&c.porrecta.de confir.vti.vel inutil. vbi dicitur cum gl.ſua fore caſum contrarium, quæ tamen nihil faciunt.Nam(vt in eis patet)taciturnitas religionũ nõ eſt cauſa,quare illæ confirmatoriæ literæ non valent, quia etiam expreſſio illas ualere non facit. Non enim facit hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe, 30.di. ca. quæ in ipſis.de transla.præla.c.2.Ratio ergo, quare nõ valuerunt illæ literæ confirmatoriæ,eſt, quia illi uolebant perpetuari in beneficiis, vt nõ poſſent ad nutum ſuperioris remoueri,ſi erant manualia, vel perpetua, ſi cauſa ſubeſſet.Et hoc eſt,quod voluit gl. in dicto ca. porrecta.immo gl.in c.ad noſtram.tenet expreſſe,quod cõceſſio realis facta de eccleſia regulari tanta religione tenet:ergo pariter & fortius in caſu noſtro:

Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficij ſine conſenſu eorum, ad quos electio pertinet ſiſtatum valeat.*

CONSILIVM II.

1 AN permutatio beneficij facta ſine conſenſu illorum,ad quos † ſpectat electio, etiam epiſcopo, vel eius uicario eis hoc mandante, vt ipſi conſentiant, valeat? Et dicitur quod non,per regulam,quod omnes. de reg.iur.lib.6.& per no.in c.primo,de rerum permu.lib.6.& in cle. prima, eodem ti.per Hoſt.de rerum permu.quæſitum per Hoſtien.in ſumma,eo.ti.§ quis poteſt.verſi. ſed nunquid. Per quæ videtur probari dicta concluſio.Item plures id ſuadent rationes.quòd quis non poteſt de iure ſuo priuari ſaltem ſine cauſa, 56.diſtin. ſatis peruerſum. 16.q.fina.inuentum.de conſti. cognoſcentes.Sed ſi ad mandatum epiſcopi, uel uicarij electores haberent neceſſario conſentire, vel ſi non obedirent, epiſcopus hoc per ſe poſſet ſine cauſa,priuarentur ipſi electores iure eis competenti,quia in eligendo electoribus liberum debet eſſe arbitrium, dummodo conſentiant in idoneum,de elec.cum terra.facit eodem tit.ſacroſancta.Sed per hunc modum haberent in perſonam certam conſentire &c.Fortificatur hoc dictum: nam licet in collatore beneficii non ſit liberalitas in dando, eſt tamen liberalitas in cui dando: quia libertatem habet conferendi cui vult,dum tamen idoneo:no. de præben.relatum. & cap.inter cætera. Idem per omnia in electoribus eadem ratione.Sed planum eſt, quòd ſi diceretur permutationem factam, ut ponitur in themate valere, poteſtas dictæ liberalitatis auferretur: ergo &c Item ſi epiſcopus poſſet ſic mandare electorib. per conſequens poſſet eis auferre beneficium eis a iure cõceſſum contra regulam,indultum. de reg.iur. libro 6. Conſtat enim, quòd permutare uolens, primò debet renunciare, & per conſequens ante permutationem uacat beneficium,vt in c.primo,de rerum permu.li.6. & ibi no.& in cle 1.eodẽ ti.Sed quomodocunque uacet beneficium, ſatis eſt, quòd electores eligant intra tempus,de elec.ne pro defectu. cum ſi. quod quidem tempus eis ſubtraheretur, ſi mandatum epiſcopi eos aſtringeret, ut per ſe patet: facit etiam ad hanc rationẽ, c.commiſſa.in prin.de elec.lib.6.& dicta clem. prima, de rerum permu.quia ut ibi patet, facta renunciatione,debet ſequi collatio collatoris: ergo eodem modo conſenſus electoris, vel præſentatoris, ſi per aliquem de prædictis modis debet ordinatio beneficij expediri: Bene facit etiam,quod no. in prædicta regula, indultum: in ſi.gl.Item ſi contrarium diceretur, eſſet aperta uia fraudibus.Epiſcopus enim, ubi ad alios ſpectaret electio, uel præſentatio, uolens priuare electores, uel præſentatores,ſic ordinaret cum beneficiatis,quod dicerent ſe uelle permutare,& moueret ipſos electores, uel præſentatores,ſi conſentirent,haberent intentum: ſi non conſentirent intra terminum per ipſum ſtatutũ per ſe permutationem totaliter expediret: Et ſic iura, quæ uidentur requirere ipſorum conſenſum, quaſi eſſent facta ludubrio, contra id quod habetur de elect. commiſſa.§.porrò.lib.6.Talibus autem fraudibus via eſt præcludenda, de ſimo.ſicut tuis.de diuor. quanto. cum ſi. Et procedunt prædicta attento, quod iſte actus renunciationis eſt mere uoluntarius, propter quod mandatum epiſcopi non aſtringit: facit de ſpon.cum locũ.
2 † Et quia permutationes ſunt odioſæ, quia contra cõſilium,de præb.maioribus.ideo ſunt reſtringendæ: & ideo recurratur ad epiſcopum, etiam ſi ad alium ſpectet electio,uel præſentatio,ſaluo tamen iure prædictorum,ut ipſe ſi uiderit expedire ex cauſa contra dictum concilium diſpenſet: & ſic intelligitur de rerum permu.quæſitum. Vnde non eſt extendenda licentia, de deci.ſua. Item ſi electores, de quibus quæritur, eſſent laici,qui haberent ius patronatus, & ſic eligere largo ſumpto uocabulo, vel præſentare propriè loquendo, planum eſt,quod per epiſcopum compelli nõ poſſunt ad conſentiendum,uel dato, quòd non conſentirent, non poſſet per hoc epiſcopus permutationem expedire,ita quod teneret: quia (ut dictum eſt) permutationem præcedit renunciatio: & per conſequens beneficij uacatio.Beneficium autem quouis modo vacans per epiſcopum etiam ordinari non poteſt quouis modo

inuito

inuito patrono, vt eſt expreſſum 16.q.7.decernimus. de iure patro.cum dilectus. Ex quibus concludit permutationem non valere. Nec obſt.clem.prima,de rerum permu.quia verum eſt,collationem fictam alijs, quàm permutare volentibus non tenere, niſi permutatio eſt facta legitime,vt ſic verba illius clemen.intelligantur ciuili modo:facit de reſcri.cap. ſecundo. & c. cū adeo.de reſcri.cauſam.ff. de ſerui.ſi cui cū ſi. alias ſe
1 queretur,quod hodie non obſtaret ſimonia,fraus,vel aliud vitium,quod eſt abſurdum: ad quod etiam facit prędicta clemen in princip.ibi,iure vtentibus, & quod ibi not.in glo.ſecunda, quaſi ſecundum formam iuris debet fieri:& cap.primo,de rerum permu.lib.6. ibi,ſine fraude.igitur enm per alia iura conſenſus electorū ſit neceſſarius,ut ſupra eſt probatum, hanc neceſſitatem non tollit prędicta clem.iuxta illud, quod nō mutatur &c.C.de app.pręcipimus.& de teſta.ſancimus.& de elec.conſtitutus.lib.6.

Gaſpar.Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium a Papa reſeruatum,non eſt permutandum.*

CONSILIVM III.

1 AN beneficium reſeruatum per Papam† permutari poſſit? Et dicitur quòd non,quia per reſeruationem beneficij Papa ad ſe aduocat ordinationem ipſius beneficij : vnde quamuis diſpoſitio inferioris eſt inualida, 2.q. prima, nomen.3.q.6.dudum.& cap.multum ſtupeo.de app.vt noſtrum.& quod not.ibi Innoc. Item ſicut impeditur optio,quæ poteſt fieri de conſuetudine eccleſiæ, ſi beneficium vacat apud ſedem Apoſt.de conſue.capi.fin. lib.6.ſic ab identitate rationis permutatio vigore reſeruationis:Immo fortior eſt ratio iſto caſu,quàm in illo, quia ibi per optionem non fit collatio noua, vt ibi no.do.Ioan.And.ſed in permutatione fit noua collatio,vt in cle.prima, de rerum permut. quam reſeruatio directa afficit.Ad idem optime,quod not.Archi.in d.c.ſi.ſecundo reſponſo: ſuper verſi.vacante.vbi dicit, quòd ſecus in reſeruatis,& collatis per Papam:& quod no.de reſcrip.ſi propter.in glo.morte. & ſuper ea not. Ioan.And.bene facit de elec.ſi eo tempore. lib.6.& de præben.ſi beneficia.eodem ti.& quod not.Ioan.And. de exceſ.præl.inter dilectos.ſuper gl.ad c.primū, de rerum permu.lib.6.Dico,quòd ſatis eſt ęquitatis,de quo dicitur,non eſſe ſcriptam in caſu iſto,de tranſa.c.ſi. & quod ibi no.Ioan.And.& Dy.de regu.iu.c.ſecundo,lib. 6.ibi,Inſpicitur ius expectantis,licèt ſpecialiter pro eo Papa fecerit reſeruationem.Nam de gratia Papę facta vel fienda indicandum eſt habito reſpectu ad eum,cui per ipſum fit reſcriptum, vel fieri mandatur, ut bene probatur de præben.ſi motu proprio. coniuncto ca.is cui.eo.ti.lib.6.Sed ceſſante fraude in permutatione ipſius,ius impetrantis in nullo lęditur, nec de aliquo poteſt conqueri, vt per ſe patet: ergo &c. ubi uero Papa ſibi reſeruat, quæritur ſolum de iure competenti ipſi per ipſam reſeruationem, quòd modo lęditur, ſi permutatio procederet, cùm beneficium vacauerit, & per ipſum Papam non fuerit ordinatum:& forte iſtud fuit motiuum Benedicti, qui declarauit tales permutationes non valere,licèt aliqua æquitate faciat ad contrarium:vel reſponde ad dictum c.j.quòd ſufficiat ita ſcriptum eſſe,6.q.3.ſcriptum eſt.ff.qui & a qui.l. proſpexit.

Io.Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Permutatio mutua prebendæ facta a canonicis cum conſenſu epiſcopi inſcio capitulo,an valeat.*

CONSILIVM IIII.

1 DVO canonici Senenſes adinuicem† permutauerunt partem prębendę ſuę interueniente conſenſu epiſcopi, & capitulo dictæ eccleſiæ inſcio, & irrequiſito, & non conſentiente,ad quod ſpectat collatio, & inſtitutio canonicorū dictæ eccleſiæ:Et unus ex dictis permutantibus habuit prærogatiuam in prębenda ab alio vltra dimidiam valoris totius rei permutatæ.Quæritur,an ſucceſſores debeant dictam permutationem obſeruare? Et dico, quod non, quia ponitur alterum ipſorum deceptum ultra dimidiam iuſti precij,propter quam cauſam ſaltem reſcindi debet contractus, vbi non fieret ſuppletio, vt not. Ioan. Andre. de emptio. & uenditione. cum dilecti. & in Speculato. eodem titulo, §. nunc dicendum.verſiculo, & nunquid.ad quod facit de rerum permuta.ad quæſtiones. Non obſtat,quòd ambo erāt canonici eiuſdē eccleſiæ, & ſic non vr permutationē factam fuiſſe,quaſi quod faciunt, nomine eccleſiæ facere videantur:ad hoc de teſta.relatum.el ſecūdo. primo reſponſo. Nam nomine prębendæ,ex quo prębendę ſunt diſtinctæ,agi poteſt inter ipſos communi diuidundo,de prob.ex literis.ſic & nomine prębēdarū cōtractus iſte permutationis potuiſſet celebrari, dūmodo interueniſſent ea, quæ in talibus contractibus debēt interuenire,& ceſſaſſet dicta deceptio, ar. eorum quæ ibi no.Inno.& alii:& ſic per conſequens procedit, quod dictum eſt de deceptione:vnde ſi extra iuditium diuiſa eſt hæreditas inter fratres, vel omnino inter ſocios, & alter deceptus eſt vltra dimidiam,poteſt peti, vt cōtractus reſcindatur, vel iuſtum pretiū compleatur, vt no.Io.An.in Spe.de iud. §.ſequitur videre. ſuper ver. item hær.Item non valuit dicta permutatio, quia ponitur,quòd non interuenit conſenſus capituli, quia ſtatus prębendarum diuiſarum de conſenſu capituli ſine eius conſenſu diſſolui non poteſt, de re.iu. capitu. primo. Et per hoc reſpondetur ad id quod not. Innocen. de duobus concanonicis eiuſdem eccleſię prębendas adinuicem permutantibus, de rerū permu.quęſitum.quia tunc ſtatus præbendarum non mutatur.Item ipſe dicit etiam eo caſu debere interuenire conſenſum illius,ad cuius inueſtituram pertinet: ſic & hic conſenſus capituli interuenire debet,quia tāgitur ius ipſius capituli:ergo &c.de offic.archi.ad hęc. de temp.or.ſi archiepiſcopus.& c.nec ipſi.de regul.iur. quod omnes.cum concor.lib.6.in glo.quid ſi:ad finē. Item quòd ſucceſſor alterutrius poſſit contrauenire, patet, quia per huiuſmodi contractus non poterunt ambo canonici obligare ſucceſſores,cum adminiſtrationem non habent,de teſta.requiſiſti.in fi.ut no. Inn. ne pręla.vices ſuas.c.fi. Nec ſufficit conſenſus epiſcopi,ex quo non ponitur cauſa rationabilis:no.ibi Hoſtien.& quia conſenſus capituli erat iſto caſu neceſſarius,vt eſt dictum.

Io.Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Permutatio rei,quæ maioris ſit æſtimationis quàm ante permuta. an valeat.*

CONSILIVM V.

1 ECcleſia permutauit 30. tornaturas† terræ precij 300. librarum cum 10. tornaturis precij eiuſdem,ſed poſt permutationem illæ 30. tornaturæ efficiuntur maioris ęſtimationis. Quęritur,an valeat talis permutatio? Et dicitur, quòd permutatio fieri non debuit,niſi pro vtilitate eccleſiæ, 12. q.2.ſine excepr.de his quę fi. a pręla. cum apoſtolica. & c.ſequenti. tamen ſatis eſt, quòd ex dicta permutatione

tione eccleſia non fuit damnificata, licèt non fuerit locupletata, 10 q. 2. hoc ius. dummodo ſeruata fuerit forma debita: & facit quod no. in dicto c. cum apoſtolica. in gl. quantum & c. ſequẽti. in gl. probabiliter. Nec ob. quòd res, quæ fuit eccleſiæ, ſit poſtea meliorata: quia non tempus ſuperueniens, ſed tempus contractus debet attendi, vt ſecundum illum de eius valore iudicetur, vt patet de rebus ecc. non alie. vt ſuper. de teſt. cum cauſa. de emp. & ven. cum dilecti. ff. de euic. ex mille. §. 1. cum ſi. Præterea ſi res permutata, quæ fuit eccleſiæ, efficeretur deterior, eccleſia non diceret nec poſſet de iure dicere contractum vitioſum, vel ſe læſam: ergo nec dicere debet, ſi efficitur melior, ex quo in contractu non fuit vitium vel defectus, C. de ſol. & pe. & no. in prædicto c. cum dilecti.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Abbas iura paſtoralia cum prioratu permutare an valeat.*

CONSILIVM VI.

1 AN abbas habẽs ex priuilegio poteſtatẽ † portandi mitram, anulum, & baculum paſtoralem, redditus tercentorum ducatorum poſſit de licẽtia ſuperioris permutare cum prioratu eiuſdem ordinis, qui non poteſt ſiia, & habet redditus 150. ducatorũ? Et videtur quod ſic pro vtilitate monaſteriorum, quia eadem ratione permittitur & prohibetur permutatio dignitalis & inferiorum beneficiorum, de præb. maioribus. coniuncto c. quæſitum. de rerum permu. Sed planum eſt, ꝙ in inferioribus beneficijs pro vtilitate eccleſiarum fieri poteſt permutatio, vt dicto c. quæſitũ. ergo. Item iura de permutatione beneficiorum generaliter & indiſtincte loquuntur, vt patet de rerum permu. c. 1. li. 6. & cle. 1. eo. tit. Vnde etiã ſaltem ex quo non eſt diuerſitatis ratio, debia debent intelligi, 19. di. c. 1. de priui. quia circa. & no. in di. c. 1. de rerum permu. li. 6. in gl. Nec ob. ꝙ vna eccleſia habet certa inſignia, quæ non habet alia, vel ꝙ vna excedit aliam in redditibus: quia non eſt expreſſum in iure, ꝙ huiuſmodi diuerſitas impediat permutationem. Satis enim eſt, ꝙ permutatio fiat pro eccleſiarũ vtilitate, & per illũ qui poteſt, & ꝙ perſonæ ſint habiles ad beneficia permutata, vt probat dictum c. quæſitũ. quia per hoc omnes cõcurrunt, ſ. materialis, formalis, efficiens, & finalis: ergo actus legitime perfectus, 1. q. 1. detrahe. de baptiſ. c. 1. Item huiuſmodi accidentia tunc ſunt conſideranda, quando propterea circa id, de quo agitur, ratio eſſet diuerſa: ad hoc de præbendis. de multa. de reſcrip. ſedes. & eodem titulo. ſi eo tempore. lib. 6. de præbendis. quamuis. capit. cum illis. eodem tit. li. 6. Secus quando diuerſitas accidentium, ſcilicet qualitatis & quantitatis non diuerſificat rationem actus, de quo agitur: facit de appel. appellationibus. de no. ope. nun. c. 2. 14. q. fi. c. fin. Inſtitu. de re. diui. §. pauonum. Confirmantur prædicta per id quod no. Ioann. Mo. in addi. in cap. 1. de rerum permu. lib. 6.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi an poſſit renunciationem recipere, & permutationem expedire.*

CONSILIVM VII.

1 AN vicarius epiſcopi poſſit recipere in manibus, † renunciationem animo permutandi & permutationem expedire? Diſtinguitur, aut habet poteſtatem conferendi, & poteſt: aut non habet poteſtatem conferendi, & non poteſt: quia ibi debet interuenire collatio, vt clemen. 1. de rerum permu. Aut nõn habet poteſtatem conferendi: ſi tunc habet ſpeciale mandatum, ad hoc poſſet: ſi non habet ſpeciale mandatum, adhuc non poſſet, etiam ſi beneficia eſſent electiua, quia in permutatione talium beneficiorum requiritur collatio, vt dicta clemen. 1. & quod no. gl. ibi penul. ſed vicarius ſine ſpeciali mandato non confert, de offi. vica. cap. fi. lib. 6.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere prælatos eccleſiarum collegiatarum an poſſit permutare.*

CONSILIVM VIII.

1 AN legatus de latere poſſit permutationem facere prælatorum eccleſiarum collegiatarum? Et videtur quòd ſic, cum poſſit † tales prælatos confirmare, de elec. ſi abbatem. lib. 6 Item non debet minus poſſe, quàm diœceſanus, cùm maius imperium habeat poſt principem in prouincia ſibi decreta, vt ibi. Et quia cum fit permutatio beneficiorum, non videtur vacatio ſed continuatio miniſterio ſuperioris, & præcedentis tituli, ſecundum Ioan. Mo. in ca. vnico. de rerum permu. lib. 6. ſed multum facit contra, quia talia beneficia primitus reſignantur, & poſtea conferuntur, vt in di. ca. vnico. & in clemen. 1. eo. ti. Legati autem eccleſias collegiatas conferre non poſſunt, ordinare, vel diſponere, vel de ipſis aliqualiter ſe intromittere, de offi. lega. cap. pen. lib. 6, per quæ verba innuitur, ꝙ talia vel ſimilia facere non poteſt etiam conſentientibus his, ad quos ſpectat electio, ſecundum formam canonicam non proceſſit. ¶ Item ſi eccleſia collegiata expeditur de conſuetudine vel priuilegio per epiſcopum per viam prouiſionis, legatus non poſſet de illa prouidere, vt not. in dicto ca. pe. in tertia glo. ergo non ſequitur, ſi epiſcopus hoc poteſt, ꝙ etiam legatus iure legationis. Et quòd non poſſit permutare prædicta, puto verum de iure ſcripto, & hoc tenendum, niſi fieret alia interpretatio per ſedem apoſtolicam.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium malo titulo diu poſſeſſum, an poſſit a poſſeſſore permutari.*

CONSILIVM IX.

1 AN non habens canonicum titulum, † qui tamen diù pacifice poſſedit beneficium, poſſit illud permutare? Et dicitur ꝙ non. Nam longa detentio beneficij non iuſtificat titulum alias inualidum, de præben. dilecto. de inſti. c. 3. & regula prima: de reg. iur. li. 6. Vnde ſequit̃, ꝙ talis permutare non poteſt, quia ex quo ius non habet, non poteſt in alium transferre, 1. q. 7. Daybertum. de iure patro. quod autem.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium habenti ex permutatione, an ſufficiat permutationis fidem facere.*

CONSILIVM X.

1 AN ſufficiat habenti beneficium ex permutatione, † de permutatione fidem facere: & ſi non appareat de titulo illorum, in quorum loco permutantes inceſſerunt?

Et dicitur quòd ſic, quia propter mutationem legitime factam poteſt beneficium canonici retineri, de rerum permu. cap. j lib. 6. & clem. prima. eodem titu. & c. quæſitum. eodem ti. Nec obſt. quod non ſiat fides de titulo, quia ponitur conſtare de inueſtitura epiſcopi, quæ habet vim collationis, & ſic alia electione non eſt opus, vt patet de præben. pro illorum. & ca. accedens. & quod not. de inſt. auctoritate. Et cum iſta inueſtitura fuiſſet facta antiquitus, præſumi debet legitime facta, iuxta no. in ca. fin. de eo qui fur. or. rece. per Innoc. & de cleri. ex cōmi. propoſiti. & de præſump. illud. Et coadiuuatur, quod eſt dictum per ſententiam arbitrorum ſuper hoc latam: non dico, quòd per illam probetur titulus ſed præſumi debet, cum per magnæ ſcientiæ viros fuerit pronunciatum, ex quibus magna præſumptio inducitur, de procurato. in noſtra. de præben. ſiti.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio cameræ, & horti unius canonici cum cameris, & horto alterius canonici, an valeat.*

CONSILIVM XI.

1 AN permutatio cameræ cum horto † deputato canonicatui eccleſiæ, quorum quilibet canonicus habet in eccleſia collegiata facta cum alia camera, & horto alterius concanonici de conſenſu prælati ipſius eccleſiæ, valeat, ita vt etiam ſucceſſor teneatur ſtare illi permutationi? Et dicitur quòd ſic, quia prælatus cum capitulo ſuo potuit talia ſtatuere, & ordinariè, 11. diſt. in his. & ca. ſequenti. & quod not. per di. ius ciuile. de conſt. cum M. vt enim dicit Compo. de conſtitu. cum omnes. & Ioan. And. ibi poſt eum, vniuerſitas vel collegium poteſt pro libito diſponere ea, quæ ad ipſam vniuerſitatem pertinent: & per conſequens circa illa ſtatuere, ff. quod cuiuſque vniuer. l. prima. §. ſecundo. Idem Innocen. & Hoſtien. eo. tit. cum acceſſiſſent. licet enim capitulum eccleſiæ cathedralis circa maiora, & ea quæ tangunt ſtatum totius eccleſiæ non poſſint diſponere, vel ſtatuere ſine conſenſu epiſcopi, tamen minora poſſunt, vt not. docto. in d. capit. cum omnes. & de conſuetu. cum conſuetudinis. Arch. & glo. de verborum ſigni. c. ſecundo, lib. 6. multo ergo magis prælati, & capitula inferiorum eccleſiarum: ad hoc capitu. ſecundū, de his quæ fiunt a maiori parte capi. Siue ergo iſta aſſignatio domorum, vel hortorum, vel diuiſio præbendarum dicatur de minoribus. vel maioribus negocijs: quod puto de minoribus in caſu propoſito: tamen totum capitulum eſt eccleſiæ. & nomine eccleſiæ prouidetur. Et ideo eccleſia, id eſt prælati, & capitulum de eis diſponere, tanquàm de re propria poſſunt. Hinc eſt, quòd poſſeſſionibus præbendæ, vel domibus præbendę aſſignatis nomine eccleſiæ agi debet, iuxta not. per doc. de proba. ex literis. Sic ergo rei ſuæ quiſq; eſt moderator, & arbiter, vt l. nemo. C. de iud. & de ſepul. de his. ſic eccleſia rerum ſuarum: & ideo illa & circa illa poteſt diſponere: ergo per conſequens dictam permutationem facere potuit.

Gaſp. de Cald.

De feudis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio feudi conditione adiecta, ſi extant deſcendentes de progenie prima, quando valeat.*

CONSILIVM I.

1 AN impetratio feudi, ſi deſcendentes † de prima progenie extant, nec fuit facta mentio de eis, valeat? Et dicitur, quòd nō: nam ſurreptitia conceſſio, ſiue beneficij cuiuſuis impetratio nulla eſt, & irrita ipſo iure: probatur 25. q. 4. veniam. & c. ſententiam. ff. de in ius voc. ſed ſi. de præben. ſi motu proprio. lib. 6. facit de re iudica. cum Bertoldus. & eſt expreſſum eodem tit. cum olim. de reſcrip. ad audientiam. 2. Sed hæc inueſtitura fuit obtenta per obreptionem, ſcilicet tacita veritate, ut dictum eſt: ergo &c. Iſtē dicitur, quod feudum fuit conceſſum ab antiquo ei, & eius heredibus: vnde mortuo illo, qui feudum tenebat, illico eius proximus de domo ſua ſuccedebat, vt in vſi. feu. de gra. ſuc. in feu. in c. j. & de natu. ſuc. feu. c. j. & ſuccedunt proximiores collaterales deficientibus per rectam lineam, vt, qui debent ſucce. in feu. c. j. quod eſt intelligendum de agnatis, non cognatis, vt de ſucceſ. feu. c. j.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Clericus primæ tonſuræ in feudo paterno, an poſſit ſuccedere.*
2 *Epiſcopi & cæteri clerici dominorum temporalium poſſunt eſſe vaſalli.*

CONSILIVM II.

1 AN clericus primæ tonſuræ ſuccedat † in feudo paterno? Dico quòd ſi natura feudi hēt, quòd ſeruiat feudatarius ſeruitio perſonali clerico non prohibito, ſuccedit clericus in feudo, quia per clericatum iura ſucceſſionis non perduntur, 12. q. 3. capitu. primo, 2. q. 5. fixum. de teſta. quia nos. & c. relatum. el 2. §. cæterum. C. de epi. & cle. auth. presbyteros. etiam ſi ſint religioſi, 18. q. j. capi. j. 19. q. 3. non liceat. & in Auth. de ſan. epi. §. nulla vero. & §. interdiximus. coll. 9. cum eis concor. Nec mirum, quia hic nulla contrarietas, vel incompatibilitas: & ideo nil impedit vtrunque, ſcilicet ordinem, & ius ſuccedendi vniuerſaliter retinere, de conſe. diſt. 2. nec Moyſes. 21. q. j. relatio. Item hoc probatur iure, vt eſt expreſſum de iureiuran. nimis. de foro competen. verum. de religioſo. quod plus eſt expreſſum, de ſtatu reg. c. j. li. 6. imo
2 & decpo, qd eſt plus, 18 diſtin. ſi epiſcopis † Ex quibus patet, quòd epiſcopi, & alij clerici, & religioſi poſſunt eſſe vaſalli, & tenere feuda a dominis temporalibus: ergo ſequitur, quòd talis ſucceſſio de ſe non eſt contraria clericatui, vel illi incompatibilis, & ſic per clericatum illi non renunciat, ſed vbi deberet ſeruire in propria perſona ſeruitio clericis prohibito, tūc prima facie uidetur per clericatum illi renunciare iuri ſuccedendo tali feudo propter incompatibilitatem, quæ ineſt, vt ff. de tributo. quod in hæredem. §. eligere. 32. q. ſecunda, cum renunciatur. de elec. vt quis duas. lib. 6. & clem. gratiæ. de reſcrip. & tunc habet locum regula, quæ dicit, quòd nemo Deo militans, &c. 21. quæſtio. 3. capit. primo, & 2. & 3. 23. q. 8. reprehenſibile. ne clerici, vel mo. capit. primo, cum ſimi. ¶ Per prædicta patet reſponſum ad illa, quæ videntur contraria, ſcilicet ad c. in vſibus feud. de vaſ. mili. qui arma belli depo. capitu. vnico. &, ſi de feu. controuer. fue. capitu. qui clericus: & de bene. fem. capitu. primo. Et an mutus, vel aliter imperfectus feu. retineat, capitu. mutus. Et ſi dicatur, quòd clericus vaſallus poſſet ſeruire per alium, quæcunque eſſet natura feudi, vt argum glo. C. de epiſco. & cleric. l. quiſquis per illam. & l. ad ſimilitudinem. eodem titu. & ſic ceſſauerunt

dicta

dicta contraria. Sed illud non puto, niſi natura feudi requireret operam perſonalem, per l. inter artifices. ff. de ſolu. & per l. vnicam. §. ne autem. C. de cadu. tollen. de offi. delega. capitu. ſi Dicendum eſt ergo, quòd prædicta capitu. debent intelligi ſecundum rationem ipſorum, quia dictum legis debet ſecundum ſuam limitationem intelligi, de iure patro. adigere. §. quamuis. de biga. debitum. & no. Dy. in capitu. ſi. de reg. iur. lib. 6. quia talis clericus ſeruire non poteſt vel officiū vaſalli exercere. Hanc rationem reddit prædictum ca. de vaſallo mi. qui arma belli. depo. & prealleg. capitu. mutus. ti. an mutus vel aliter imperfectus. Ex quo clare ſequitur, quòd tunc excluditur a ſucceſſione, quādo ſeruitium facere non poteſt, ſcilicet in propria pſona. Secus ergo ſi feudum non eſſet ita conditionatum, quodcūque aliud ſit ſeruitium, vel quando poſſet ſeruire per alium, vel quando feudum eſſet liberū, quia ceſſaret ratio prædicta. Et hoc ponderauerunt iura canonica, quæ apertè ſonant contra prædicta ca. Ad hoc optime, 23. q. 8. §. ecce. de appel. romana. §. debet. lib. 6. ne cle. vel mo. capitu. ſi. cum ſi. Prædicta optime confirmantur per not. per Inno. de proba. in præſentia. & per Hoſti. in ſumma, de immu. eccle. §. in quātum. ſub §. ſed nec illa immunitas. Poſſet etiam defendi, quòd ſi feudum ſit tale ratione cuius vaſallus teneretur ſeruire in propria perſona quouis ſeruitio, propter hoc filius in minoribus ordinibus conſtitutus non repelleretur a ſucceſſione talis feudi, ſed eligendo huiuſmodi ſucceſſionem, vbi ſeruitium eſt tale, a quo clericus prohibetur, renunciat priuilegio clericatus. Hoc potiſſime dico, quia conſtat, quòd clericus poteſt in minoribus voluntarie recedere a ſtatu clericali, de elec. cum ex eo. lib. 6. quo præſuppoſito, facile eſt probare quod modo dixi.

Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Femina de iure vel ex pacto an ſuccedat in feudo.*

CONSILIVM III.

1 AN femina de iure vel ex pacto ſuccedat † in feudo? Quod de iure non ſuccedat, planum eſt, nec etiam filij ex ea procreati, vt eſt tex. in 10. col. ti. qui feudum dare poſſunt. §. hoc notandum. Et eſt de caſibus, in quibus deterior eſt cōditio feminarum, quàm maſculorum, ff. de ſta. ho. l. in multis. Et propter ipſam filiam filij, qui remanent, perdunt hoc ius ſuccedendi, vt in ti. de ſuc. feu. capitu. j. §. filia. Iſtud fallit in duobus caſibus, ſcilicet quando filia fuit inueſtita a patre, vel quando feudum paternum, vt in titulo de ſucceſ. feu. capitu. j. §. filia. de gra. ſucceſ. in feu. capitu. j ¶ Quantum ad ſecundum, an ex pacto femina poſſit ſuccedere. Dicendum eſt quòd ſic, quia pactum immutat naturam ſuam a lege non improbatam, vt in pacto poſſit deduci, vt in ti. de benefi. feu. c. j. & an monachus. in c. j. Ioan. Calde.

Ex hoc habes vnum caſum, in quo femina ſuccedit in feudo. Et idem, quando feudum eſt femineum, vt in lib. feu. de na. ſucceſ. in feu. capitu. vnico. in prin. & de benefi. femi. capitu. j. in prin. Idem ſi poſt mortem patris redemerit beneficium a domino, vel ſi dominus inueſtierit eam de beneficio patris propter ſeruitium & amorem patris, in tit. feu. quali. ad femi. & ad filios pertineat. c. vnico.

SVMMARIVM.

1 *Feminę deficientibus maſculis in feudo an ſuccedant.*

CONSILIVM IIII.

1 AN ſi feudum conceditur maſculo † & eius deſcendentibus maſculis & feminis, ſi extāt poſtea maſculi & feminæ, poſtea maſculi moriuntur, ſuccedant fœminæ? Et dicitur quòd non, vt eſt caſus notabilis in 10 col. in tit. epiſcopum vel abbatem. in §. quinetiam. licèt pactum ſic fuerit appoſitum. Et hoc ideo, quia natura feudi repugnat: imo ibidem tenet gloſ. quod ſi exiſterent maſculi & feminæ, vt concedo tibi & deſcendentibus tuis maſculis & feminis, exiſtant maſculi & feminæ, ad ſolos maſculos excluſis fœminis deuoluitur. Et eſt caſus ſecundum gloſ. in tit. de ſuc. feu. in capitu. j. §. filia. quaſi videatur innuere gloſ. quòd ſi ſemel extitit caſus in perſona illius, cui ſucceſſio facta eſt, eo mortuo ſi fœmina, quæ in pacto eſt introducta, ſupereſt, ſtatim ſit apertum feudum domino, vt dicto cap. j. de ſucceſ. feu. in §. hoc quoque: ibi, reuertitur ad me.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis legitimatus an ſuccedat in feudo.*

CONSILIVM V.

1 AN naturalis filius legitimatus † ſuccedat in feudo, ſi eſt legitimatus per ſubſequens matrimoniū, tūc caſus eſt indubitabilis, ſi tenemus, quòd capitu. naturalis. ſi de feu. controuerſia facta fuerit. non habeat locum in tali legitimato. Et iſtud placuit Iaco. de Belui. in d. c. & ca. tanta. qui filij ſint legi. & per §. fi. in Auth. de inceſt. nup. Et ſecundum hoc intelligitur illud cap. de legitimato per principis beneficium, qui tamen non expreſſit de ſucceſſione feudi: & ibi no. ad hoc facit, quia tales diſpenſationes ſtrictè intelliguntur, quia odioſæ: de fi. presby. capitu. j. lib. 6. ſed in caſu iſto ſecus, quia matrimoniū eſt res fauorabilis: vel intelligatur de legitimatis alijs modis, qui not. qui fi. ſint legi. per tuas. in tertia gloſ. & quos ibi addidit. Ad prædicta facit, quia eſſet abſurdum ſacramentum matrimonij id non poſſe, quòd poſſet princeps id exprimens, vt prædixi. Item abſurdum, quòd tales ſint legitimi ad epiſcopatum, vt no. in d. c. tanta & de elec. innotuit. in 4. gl. & non ad feudū ꝯ id, qui fi. ſint legi. per venerabilem. Et idem dico de legitimato per principem vel habentem poteſtatem ab eo ante mortem patris: & hoc tenet glo. in libro feu. ſi de feu. controuer. fue. capitu. adoptiuus. & capitu. naturales. & ita dicit gloſ. quòd ſic de facto accidit Mutinæ. Idem ibi tenet Ia. de bel. capitu. ergo, naturales poſitum in lib. feu. ſi de feu. contro. fue. vbi dicitur, quod filij legitimi tantum vel naturales tantum non ſuccedunt in feudo. Et ratio eſt, quia ſunt odioſa, ideo non extendenda in præiudicium tertij, de fi. presby. c. 2. lib. 6. Vel loquitur de legitimato alijs modis, qui no. qui fi. ſint legit. per tuas. bene facit quod not. in Specu. de ſucceſ. ab inteſt. ver. quid de legitimato per principem. Vel loquitur de legitimatione poſt mortem paternā, quando iam ſucceſſio erat per mortem ad alium delata, quia talis legitimatio ius alteri quæſitum tollere non poterat, de reſcrip. ſuſceptum. lib. 6. Item ſi vera eſſet opi. ꝙ cōſtitutiones feudi non eſſent approbatæ, planū eſſet, quia ſecundum leges tales ſuccedunt, vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. relig. & eo. ti. §. ſi qs ergo. Si ergo dictū c. naturales. intelligeretur ſimpliciter, prout loquitur, contradiceret dictæ auth. ergo per conſe-

quens aut non tenet, aut intelligendum eſt altero de modis ſupradictis. Et de hoc vide in addi. Spec. ſuper rubrica, de feu. circa finem.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius ob incuriam feudo priuandus.*

CONSILIVM VI.

AN ex incuria & negligentia feudatariorum
1 † circa rem feudalem incurrant priuationem feudi? Vel ſi non petant inueſtituram a nouo domino? Et videtur circa primum, quòd ſic, quia ſolicitudo rei feudalis ad feudatarium pertinet, vt ad procuratorem in rem ſuam habentem vtile dominium, ſicut de fructuario dicimus, vt l. 1. in fi. de no. ope. nun. & l. 1. in fi. quemadmo. vſusfr. amit. vnde dominus poteſt reducere ad manus ſuas, ſicut rem emphyteoticariam vel fructuariam a fructuario vel emphyteota neglectam, ff. de ſol. ſi hominem. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. l. ſi ex duobus. § fi. & l. ſi noxalis. ff. de dam. inſe. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. & § item quæritur. Debent enim hi omnes vti arbitrio boni viri, quo non vtuntur poſſeſſores penitus negligentes. Vnde forſitan negligentia biennialis in recuperando a domino poſſeſſionem, quam penes ſe reduxit propter hanc incuriam aperte, non incuriam & forſitan derelictionem, vt l. qui agros. de omni agro deſerto. li. 11. & maxime ſi ſciuit rem ab alio detineri & poſſideri, ff. de vſuc. l. ſurti. §. fundi. Et quòd propter feudum neglectum poſſit dominus feudatarium & emphyteotam expellere, tenet Spe. titu. de loc. §. nunc aliqua. ver. 89. imo ibi ponitur opi. an poſſit expelli non ob. pacto de non expellendo. Et ſi aliud diceremus, data eſſet emphyteotis & feudatarijs prompta licētia malignandi & priuandi dominum per deteriorationem rei ſecūn directi dominij, ita quòd nullum decętero in eadem re poſſet inuenire vaſallum: quod eſt abſurdum, proſpicere enim debent omnes, ne ius rei vel corpus deterius faciant aut fieri permittant, ff. loc. l. videamus. § item hoc. ff. de vſufru. locati. §. pe. & vnuſquiſque cauſam directi dominij tenetur deteriorem non facere, & reliqua facere, quæ faceret in re propria, ff. vſufr. quemadmodum caue. l. 1. §. cauere. ¶ De ſecundo planum eſt, ꝙ ſi non petit inueſtituram intra annum & diem, ꝙ priuatur etiā feudo, vt in c. 1. quo tempore mil. inueſti. petere debeat. & in c. 1. de cap. Corradi. & in ca. imperialem ſolertiam. co. ti. & no. in c. 1. de feu. ¶ Nec ob. ſi dicatur, ꝙ iſti tales non ſint priuati ipſo iure, dato ꝙ nō petant inueſtituram, vel negligant rem feudalem: quia iura loquuntur per verba futuri temporis: & ſic videtur, ꝙ ipſo iure non incurrat, vt l. iubemus. §. ſane. C. de ſac. ſan. ecc. C. de iuriſ. om. iud. l. in criminali. cū ſi. quia illud verū, niſi verba legis aut alterius diſpoſitionis ſint de ſui natura priuatiua, ita ꝙ ſecum habent priuationē annexam, vt eſt verbum, perdat. & verbum, cadat. & verbum, careat, tex. coniuncta gl. in l. prouidendum. C. de aduo. ibi, careat: & gl. exponit ipſo iure. Et ita eſt in caſu propoſito, ſi quis inſpiciat in hac materia verba l. 1. de cap. Corradi. & di ctæ l. imperialem.

Pet. de Ancha.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius pro inueſtitura domino an teneatur aliquid dare.*

CONSILIVM VII.

1 AN feudatarius teneatur aliquid domino † præſtare pro inueſtitura a nouo domino petita, licèt prędeceſſor feudatarij equum ſoluerit? Et dicitur ꝙ non, quia licèt de iure ſit, ꝙ vaſallus a nouo prælato ſucceſſore eius, qui feudum conceſſerat, teneatur nouam inueſtituram petere intra annū & menſem, lib. feu. quo tempore miles inueſt. petere debeat. in prin. vel annum & diem, vt in conſti. de prohi. alie. feu. per Fede. l. imperialem. §. præterea. De anno tamen no. gl. 12. q. 2. longinquitate. quod c. ſimiliter dicit de liberto eccleſiæ, qui intra annum debet proceſſionis ſuæ chartam facere, & tenetur ad capitula fidelitatis, de quibus in c. de forma. 22. q. fi. & in li. feu. c. quia epiſtola. rubrica, de forma fidelitatis. & rubrica ſeq. Ad alia tamē nō tenetur vaſallus, niſi ſit deductum in pactum ſpiritua le. Ipſorum enim feudorum natura dependet plus ex pacto, quam alio iure communi, vt col. 10. ti. an agnati vel fi. defun. c. 1. Et facit regula, cōtractus: de regulis iuris lib. 6. Pręterea pręſupponitur iſtud feudum ex prima inueſtitura conceſſum fore vt honorifice: & hoc caſu dixit Vber. de Bob. ſuper l. ſi quis alia. ff. quemad. ſer. amit. quòd nil poteſt dominus a vaſallo exigere, licèt nihil alleget ſecundum Ioann. Andr. in Spe. ſuper rubrica, de pręſcri. No. feudum honorificum, vel liberum, vel nobile, vel francum, vel gentile, idem ſonare: quæ verba ſecundum communem vulgi expoſitionem interpretanda ſunt, ff. de ver. ſi. anniculus. & de ſpon. ex parte. 1. & per conſequens faciunt hæc verba vaſallum omni libertate liberum, & ab omni ſeruitio abſolutum: facit de teſt. ſignificauit. ff. communia prędi. ſi quis duas. in prin. & l. in tradentis. & quod ibi no. Confirmantur prędicta, quia in obligatione & præſtatione, quę ſunt ſtricti iuris, illa ſolum veniunt, de quibus ſpiritualiter eſt actum, l. quicquid aſtringendæ. ff. de ver. ob. Sed hic ſolum ſe obligauit ad ea, quæ continentur in iuramento fidelitatis, & maxime quia aliud eſt feudum de nouo concedere, aliud eſt antiquum reformare, ff. de no. oper. nun. l. opus nouū. ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. reficere. 24. q. 1. Achatius. de feu. c. 2. de dona. per tuas. de iudicijs. conſuluit.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM

1 *Hæredum appellatione in feudalibus qui veniant.*

CONSILIVM VIII.

QVI comprehendantur nomine heredum
1 † legitimorum in materia feudali? Dic, ꝙ ſoli filij maſculi intelligantur & non fœminæ, vt eſt expreſſum in c. vnico. ver. & ſi cliētulus. de alie. feu. & no. in l. ex facto. §. vl. ff. ad tre. & per Dy. in l. ex conuentionibus, ff. de ver. ſi. & ita communiter tenetur, quicquid recitet Cy. in leg. liberti. C. de ope. liber.

Ioann. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Collaterales an ſuccedant in feudo.*

CONSILIVM IX.

1 AN collaterales ſuccedant in feudo? † Et videtur, ꝙ ſi feudum ſit paternum, ꝙ collaterales ex maſculo deſcendentes ſuccedant in infinitum, per id quod habetur in vſibus feu. hic finitur &c. §. ſi vaſallus. in fi. & de ſucce. feu. ca. vnico. & eo. li. ti. 1. §. hoc quoque ſciendum. Alij dicūt vſque ad tertium gradum: in lib. feu. qualiter vſusfru. cen §. 1. & l. ſi quis miles. Alij dicunt vſque ad 7. gradum, per §. hoc quoque. circa quem articulum diſtinguuntur duo iura. Primum eſt, quòd collaterales non ſuccedunt. Secundum eſt, quòd vſque ad quartum gradum, ſcilicet vſque ad fratres patrueles,

les, qui ſunt in quarto gradu ſecundum leges, ſecundum canones in ſecundo, vel vſque ad 7. ſecundum leges, qui eſſet quartus ſecũdum canones, ut in li. feu. ti. de gra. ſuc. feu. capitu. vnico. §. is vero. Sed veritas eſt, quòd collaterales ſuccedunt iure nouiſſimo vſque ad 7. gradum & non vltra: ita intelligit Ia. de Bel. in lec. ſui lib. vſu. feu. §. hoc quoque. vt ſtetur ei, quod ibi dicitur vſurpatum vſque ad 7. gradum quo ad collaterales: ſed quod ibi ſequitur vſque in infinitum extenditur, intelligatur de deſcendentibus per rectam lineã, non in collateralibus: ſed Hoſti. in ſumma de feu. §. qualiter. dicit, quòd de conſuetudine imperij non ſuccedunt collaterales, ſed deficientibus deſcendentibus reuertitur feudum ad Imperatorem. Et ita dicit. quòd vidit in Alemania per procuratores iudicari: vnde deuoluitur ad Imperatorem nullo alio extante, vt in lib. feu. quibus mo. feu amit. §. idem ſi fuerint. & §. fi. & de gra. ſuc. cap. vnico. §. ſi enim Titij.

Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an pro anima rem emphyteoticariam legare poſſit.*

CONSILIVM X.

1 AN feudatarius poſſit rem emphyteoticariã †legare pro anima? Et quid ſi fuit appoſitum pactum, quòd in eccleſiam non alienetur? Ioan. And. de hac quæſtione facit mentionem in cap. quæ in eccleſiarum. de conſti. ſuper gloſ. 3. & remittit ad notata per Hoſti. in ſumma de immunitate eccleſiæ. §. inquantum. ſub §. ſed nec illa. Similiter remittit ad Speculatorem in ti. de feu. §. 2. ver. 19. verſi. ſed nunquid feudum. Et ſic vterque videtur tenere id quod Hoſti. Præmitto, prout tangit Hoſti. quòd in l. imperialem. in lib. feu. de prohi. feu. alie. per Fede. ver. habito, in libris antiquis non erat ille ver. pro anima iudicare. Et videtur veriſimile, quòd non debeat eſſe, tum quia ipſi rectores eccleſiarum vnà cum alijs fuerunt conqueſti, & ad eorum inſtantiam & in eorum præſentia conſtitutio emanauit. Secundo, quia querela tantum erat de tribus, videlicet quia obligabantur pignori, vendebantur, vel in libellum dabantur præter dominorum voluntatem. Et ſi de lege ſubtrahatur illud, pro anima iudicare illis tribus rectè in dicta conſtitutione prouidetur: ſed dato quòd illa litera ſit de lege, prout communiter in omnibus libris habetur, dicendum puto ſecundum Hoſt. & D. P. M. in d. c. quæ in eccleſiarum. quòd natura feudi eſt conſideranda. Nam ſi feudum ſit perſonale tantum, vel temporale, quia perſonam non poteſt tranſgredi, vel tempus conceſſionis. Ideoque non poterit pro anima tunc iudicari: quia nemo plus iuris in aliũ poteſt transferre &c. vt regula, nemo poteſt. de reg. iur. lib. 6. Hoſti. Hinc eſt, quòd talis non poteſt etiam in dotem dare, niſi pro ipſo tempore tantum, quo ipſe retenturus eſt feudum, vt in c. nuper. de do. inter vi. & vxo. ſic eſt intelligendum quod habetur in li. vſu. feu. quibus mo. feu. amit. §. ſi quis feudum. & qui feu. dare poſ. per totum. de feu. guar. in prin. Ita debet intelligi quod habetur in rubrica, ſi de feu. vaſalli interpel. fu. e capitu. clericus. & de feu. fę. in fi. Si verò feudum ſit ꝑpetuum, aut vaſallus in propria perſona debet ſeruire, ſeruitium eſt tale, quòd non decet clericum vel rectores eccleſiæ: & tunc in tali non ſuccedit clericus vel monachus, nec põt ꝑ anima tale feudum iudicari, 23. q. 8. §. j. & capitu. his a quibus. de cleri. coniu. quod a re. & c. diuerſis. cum ſi. ¶ Ad prædicta in lib. feu. de vaſal. mili. qui arma belli. depo. capitu. miles. in fi. Sic intelligitur quod habetur in tit. de feu. non alie. ſine conſenſu ma. do. l. imperialem. §. habito. Sed ſi feudum eſt liberum, vel non requirit ſeruitium perſonale, vel requirit, ſed honeſto clerico vel ꝑlato, tũc põt iudicari, ꝑ anima, ut d. c. ſecũdũ canones, & in tali ſuccedat ẽt monaſterium, vt in Authẽ. de ſan. epiſ. §. nullam. col. 9. Hæc vera, niſi in fraudem fiat tale iudicatum, vt in ti. quid ſit inueſti. §. noui vero. ad fi. alias eſt ſub rubrica, per quos fi. ad fi. Et ſic dicit Hoſti. intelligendam l. imperialem. Hoc maximè dico locum habere in feudis eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum, quia totum remanet ſub poteſtate eccleſiæ. Et ſępe licitum eſt in homine noſtræ profeſſionis, quod non licet in alienũ, de elec. quia propter. & eo. ti. ſi quis iuſto. §. fi. lib. 6. & c. religioſus. de procuratoribus. ¶ Ad ſecundum de pacto appoſito, quòd non poſſit alienari in capitaneũ potentem vel eccleſiam, poſſet dici, quòd ſi fuit feudum eccleſiaſticum, & epiſcopus ſub iſto pacto conceſſit, non tamen intelligeretur excluſiſſe ſuam eccleſiam. In generali enim ſermone non lædit quis ſe vel ſuos, nec ipſi ſe compræhendunt, de poſtu. prę. ca. 3. de iureiur. petitio. 22. q. 5. de forma. C. quæ res pig. ob. l. j. quinimo ſicut ſibi, ſic ſuis quis prouidere debet, 19. di. ſi romanorum. 86. diſt. non ſatis. de immu. eccle. quoniam. lib. 6. Sed conſtat, ꝙ ẽps in eccleſia, & eccl'ia in epiſcopo eſt, 7 q. 1. ſcire Nam ipſe caput, & canonici mẽbra, de his quæ fi. a præla. nouit. & capitu. quanto. Ipſi enim ſeu eccleſia eſt quoddam totum, arg. 12. diſt. cap. primo. j. q 3. ſi quis epiſcopus. ſed totum non eſt aliud a ſua parte, vt no. 59. di. nullus in inuitis. & probatur de pęni. diſt. j. vulgare. Ad idem poſſunt allegari iura, quæ dicunt, de connexis idem eſſe iudicium, de conſti. translato. cum concor. Et quòd ratione connexitatis quis conſequitur, quod alias conſequi non poſſet, de iure pa. capitu. j. lib. 6. cum concor. Ad idem, quòd vbi alienatio prohibetur; ſi fiat inter coniunctos, non videtur prohibita, C. de fideicom. l. voluntas. & no. in c. cum apoſtolicam. de his quę fi. a præla. Et ſi dicatur, prędicta poſſent procedere, vbi bona non eſſent diſtincta, arg. capitu. edoceri. de reſcrip. Sed dico, quòd poſſet probabiliter dici idem, vbi ſunt diſtincta. Nam talis diſtinctio bonorum non tollit connexitatem, de qua dixi, quæ facit ipſam eccleſiam cum capite idem vel eodem iure cenſeri. Vnde video, quòd licèt bona ſint diſtincta, ſi legatur epiſcopo, acquiritur eccleſiæ & econuerſo, de teſt. requiſiſti. ergo ab identitate rationis clauſula prohibens acquiſitionem non excludit propriam eccleſiam prohibẽtis: eſt enim eccleſia vxor, 7. q. j. ſicut vir. & c. ſicut alterius. cum ſimi.

Gaſp. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura nouiter ab epiſcopo facta de re eccleſiæ, quę infeudari antiquitus conſueta eſt, quando valeat.*

CONSILIVM XI.

1 EPISCOPVS rem eccleſiæ antiquitus† conſuetam infeudari, nouiter infeudauit, cum iſtis conditionibus. Primo, quòd ab epiſcopo de nouo creando ſufficiat petere inueſtituram intra quinquennium. Item, quòd tale feudum tranſeat in filios mares & fęminas & hæredes quoslibet etiam extraneos. Item, quòd vaſallus poſſit illud alienare, & de ipſo teſtari prout voluerit, dum tamen talis ab eccleſia recognoſcat, & ſi fuerit extraneus, annis ſingulis ſoluat centum: & aliqua iſtorum pactorum fiebant in antiquis. Ex his primo quęritur, an hæc inueſtitura valeat: & ſi valet, an eccleſia poſſit dici læſa intantum, vt ſibi competat reſtitutio?

¶ Secundò, an epiſcopus teneatur extraneos hęredes inueſtire: Ad primum dicitur talis inueſtitura valida, quia licet epiſcopus non poſſit de nouo infeudare, de re. eccle. non ali. nulli. de loca. c. 2. in fi. tamen conſuetū infeudari bene poterit concedere: de feu. c. 2. etiam ſi iuraſſet non alienare Ro. Pon. inconſulto, vt ibi: Ratio, quia infeudatio antiqui feudi non eſt de nouo infeudare, ſed quodammodo eſt continuare, ſicut dicitur, quòd aliud eſt de nouo ędificare, & aliud antiquū reficere, de iudicijs. conſuluit. cum ſi ibi no. Sed noua conceſſio prohibetur, multa enim ex prioribus actis permittuntur, quę alias prohiberentur, vt de dona. per totum. Et per hoc reſpondetur ad id, quod poſſet opponi de ſolennitate canonica non ſeruata in huiuſmodi inueſtitura, ſ. nouo vaſallo, ſ. de tractatu & conſenſu capituli quę non interuenerūt, 12. q. 2. ſine. & de his quę fi. a prela. ſua. cum ſi. quia illud procedit in rebus, quę alienari prohibentur: & hoc patet in dicto cap. 2. de feu. vbi ſoli prelato loquitur: & dicit libere, quod verbum excludit requiſitionem alterius: de preben. licet epiſcopus. li. 6. & ita habet communis conſuetudo Italię, quę ſic eſt interpretāda per illud c. 2. Et ibi no. doc. quod prohibitis iam alienari, intelligitur eorū, quę ſunt de menſa: ergo &c. Itē per hoc reſpondetur ad id, quod dicitur, prelatum eſſe procuratorem non dominum: de dona. c. 1. vel ęquiparari vſufructuario, quia qualitercūque & cuicunque comparetur, planum eſt, quod eſt legitimus adminiſtrator, ne ſe. va. c. fi. & habet liberā in ſpiritualibus & temporalibus, vt probatur de elec. cum nobis olim. Vnde dummodo a iuris diſpoſitione non recedat, quę facit, quod etiam aliquando valent & tenent: & hoc non fecit contra ius commune: ergo &c. nec puto antiquitatem ſumi hoc caſu ſimpliciter, eo quod facta fuit prima cōceſſio ante tēpora Vrbani, ſicut quidā videntur opinari, per id quod habetur in vſi. feudorū quibus modis feu. amit. alias eſt rubrica epiſcopum vel abbatem vel abbatiſ. feu. dare non poſ. c. j. quia prohibitio Vrbani fuit de feudo, ſ. de nouo, i. rei non conſuetę in feudum dari: non autē de re conſueta in feudum dari: vnde ſi poſtea tempore Vrbani facta fuit conceſſio rei alias conceſſę in feudum hodie reuerſę ad eccleſiam, illa prohibitio non impedit conceſſionem poſſe fieri nouo vaſallo. Satis eſt. n. quod non de nouo res conceditur. Et ſi de tempore primę conceſſionis conſtaret, non apparet ea non tenuiſſe, vt patet etiam in lib. feu. de conſue. re. feu. c. clerico. in fi. vnde nec tex. in dicta decre. 2. nec gloſſatores aliqui quos viderim, ibi dicunt, quòd requiratur rem fuiſſe feudalem ante Lateran. concilium, vel ante tempora Vrbani, vt bene facit ad prędicta quod no. Hoſti. in ſumma, de feu. § quis poſſit. in prin. Itē propter conuentiones appoſitas in inueſtitura facta nouo vaſallo, non debet dici non tenere, ſed valet. ¶ Ad cuius declarationem eſt ſciendum, quod interdum mutatur forma ſubſtantialis actus, interdum ſeruata forma ſubſtantiali qualitatis vel accidentis fit alteratio, vel ad illam fit additio. Primo caſu non valet quod agitur, 12. q. 2. ſine exceptione. 1. q. j. detrahe. de baptiſ. c. j. cum multis ſi. & tunc habet locum quod factum pręter formam vitiat, ex quo de ſubſtantialibus aliquid eſt omiſſum, de ele. ſi cum h. ſexto. Sed quando accidentalia omittuntur, vel ſeruata forma ſubſtantiali aliquid additur, dummodo illud non ſit contra ſubſtantiam actus, non vitiatur. ad hoc de conſecra. di. 4. ſi nō ſanctificatur: & quod ibi no. & ea. diſt. de doctrina. & quod not. D. & P. M. de re. eccle. non ali. nulli. ſuper prima gl. Sed conditiones prędictæ non ſunt contra ſubſtātialem formam inueſtiturę feudi: Vnde propter diuerſas conſuetudines locorum, & propter diuerſa pacta & conuentiones certa forma ſubſtantialis in illis non eſt tradita, ſed ſtatur regulæ quæ habet, quòd contractus ex conuentione legem ſuſcipiunt, ff. de reg. iur. contractus. & eo. ti. contractus. lib. 6. Et ita not. Gul. in Spe. de feu. §. quoniam. ver. 35. & bene facit in vſi. feu. ti. j. §. quod ſi communiter. Hinc eſt, quòd ſecundum conſuetudines feudorum fęmina non ſuccedit, in li. feu. de gra. ſucce. in feud. capit. j. & tamen valet pactum ſuper hoc factum: & ibi. & eo. li. ti. j. §. notauerunt. & de ſuc. feu. §. filia. & de bene. fęm. cap. vnico. quod non eſſet, ſi eſſet contra ſubſtantiā contractus, ff. de preca. cum precario. & eo. ti. capi. fi. ſic & valet conſuetudo, quòd fęminæ ſuccedant, de reſcrip. ſignificauit. quod non eſſet, ſi eſſet de ſubſtantiali natura contractus ipſius, vt probatur de conſue. c. 2. lib. 6. ſic etiam potuit fieri conuentio de alienatione vel diſpoſitione alia, quia licet id regulariter ſine licentia domini fieri non poſſet, tamē eo conſentiente bene, vt in conſti. Fede. de prohi. alie. per Fede. l. imperialem. Idem eiuſdem rationibus eſt dicendum de alijs conuentionibus ſupradictis. Et facit quod no. in Spe. de loca. §. nunc vero aliqua. verſi. 88. & quod no D. & P. M. de loca. c. fi. ſuper ver. expelli. Licet ergo vbi ſimpliciter eſſet facta conceſſio, intelligeretur facta ſecundum quòd dicunt conſtitutiones feudorum, quia ſimpliciter acta debent intelligi ciuili modo, i. ſecundum iuris diſpoſitionem, de conſti. ex literis. de reſcri. ſedes. de iureiuran. venientes. cum ſi. Et hoc ſimpliciter eſt verum, ſi noua inueſtitura fit etiam extraneo hæredi, & ipſius recognitio, in lib. feu. de feu. non hab. propriam feudi na. c. vnic. Et ideo huiuſmodi pacta bene immutāt id, quod alias eſſet ſecundum iuris diſpoſitionem, ex quo illa non eſt de natura eſſentiali, vt optimè probatur in pactis appoſitis in commodato, depoſito, locato & huiuſmodi, de loca. cap. vnico. de depoſi. cap. 2. Et per hoc eſt reſponſum ad id, quod poſſet opponi, quod hæc videtur fuiſſe noua conceſſio, quia mutata videtur fuiſſe forma antiquarum conceſſionum, ſicut ille dicitur nouum ædificium facere, qui mutat antiquam formam, vt l. j. §. opus nouum. ff. de no. oper. nun. quia ibi alteratur forma, quam primo habebat, vel rei ſubſtantia, vt tale ędificium aliter diceretur, puta quia de turri fit domus, addendo vel minuendo, ita quòd aliud cenſetur ædificium non ſolum in genere, ſed in ſpecie: ſed hoc caſu propter mutationem pactorum non tollitur, quin res ſit feudalis, ſicut ante fuerat, ſed ſola accidentia alterantur: probatur aperte hæc ſolutio de cenſi. cum venerabilis. ¶ Per prædicta eſt ſoluta tertia quæſtio, quia planum, quod ex quo contractus tenuit cum pactis & conuentionibus ſupradictis, hæres extraneus, in quem facta eſt translatio, debet inueſtiri per epiſcopū, qui tunc eſt. Hęc eſt mens conuentionis & de iure, vt prędicto capitu. clerico. de conſue. re. feu. Sicut enim interdum prouidemus hęredi vt nobis per pactum, ff. de proba. ſi pactum. etiam in dubio facienda eſt interpretatio ſecundum ſubiectam materiam & iuris diſpoſitionem circa ipſam: ad hoc de vita pal. cap. j. & penul. de præben. cap. fi. & eo. ti. quamuis. li. 6. cum ſi. Licet autem natura recti feudi illud non tranſmittat ad hęredes extraneos, vbi id non fuit expreſſum, tamen facta hæredi extraneorum expreſſe mentione primo inueſtiri vigore conuentionis debent extranei, ex quo res eſt feudalis, & hoc conſtat eccleſiæ vel prælato, & ſic habet natura feudi: quia ergo ſubiecta materia hoc requirit, ſic debent prędicta verba interpretari, vt probatur in dicto capitu. clerico. Sed ſi facta fuiſſet translatio inter viuos, non ſecuta inueſtitura, tunc qui recipit habebit ſicut ei datum eſt, non haberent propriam naturam feudi, iure tamen feudi cenſebitur, vt in lib. feud. de feud. non habente proprium vaſallum. cap. vnico. Et qualiter hoc vltimum intelligatur, ibi no. ad id quod quæritur de reſtitutione, dico quod ex ſui forma nō apparet de lęſione eccleſię, & ideo reſtitutionis beneficium locum ſibi non vendicat, quod tunc habet locū, cū tenet contra-

ctus,

ctus, & eccleſia eſt læſa manifeſte: de reſtitu. in inte. c. 1. & c. conſtituitus: cũ talibus conuentionibus non reſiſtat ius, imo potius aſſiſtit, ꝓpter ea quę ſ[illegible] ſũt: quare ex hoc 1 tãtum non poteſt cauſari læſio, C. de reſtit. in inte. l. non videtur. nec enim lex decipit: facit de dona. per tuas. facit 27. q. 1. de viduis. nec relevat quod dicitur de extraneis & fœminis inueſtiendis, cum propter tales inueſtitiones de facili non ſit ſpes feudum redire ad eccleſiam, quia non videtur inſpiciendum, vt per hoc etiam hoc caſu læſa dicatur: quia ex quo talis contractus poteſt celebrari, intelligitur perpetuo, cum inductum ſit, vt ſit perpetuus, vbi aliter non exprimitur, in li. feu. de conſue. re. feu. l. [illegible] in multis. Cum ergo caſu eccleſia concedit licite, non debet eſſe ſpes ſimpliciter de facili reuerſione ad eam, ſicut in emphyteoſi, quę de ſe eſt perpetua, de re. eccle. non alien. nulli. Cum ergo poſſit talis contractus celebrari, non dicetur eccleſia læſa, quia non ſit ſpes de facili reuerſione: facit de reb. eccle. non alie. ad aures. ſed ex iſto facto poſſet eſſe læſio, & hoc inſpecto tempore contractus, quia eo tempore potuiſſet alteri faciliter concedere, cum quo melior fuiſſet conditio eccleſiæ, conſideratis ſingulis circumſtantijs: & tunc poſſet reſtitutionis beneficium implorari: ad hoc prædictum capi. ad aures. & eo. titu. capit. penul. ſecundum vnum intellectum: de empt. & ven. cum dilecti. C. de reſcin. vendi. ſi voluntate. Quod dixi, reſtitutionem poſſe peti certo caſu, eſt verum, ſi eccleſia eſt intra tempus, quo reſtitutio indulgetur, vt eſt expreſſum de reſt. in inte. c. 1. lib. 6.

Ioannes Calderinus.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum pluribus conceſſum, an poſſit inter eos diuidi.*

CONSILIVM XII.

1 AN feudum cõceſſum pluribus, ſit † diuiſibile inter eos? Et videtur primo quòd ſic, per verba conceſſionis, vbi dicitur, quòd quilibet fuit inueſtitus, vt haberet partem ſuã. Per quod patet, quòd eſt diuiſibile, aliàs impropriè dicitur partem ſuam: de deci. c. 2. li. 6. & ar. no. de iure pa. c. 1. feuda autem de ſui natura diuidi poſſunt, dummodo non ſint data ea lege, vt non diuidantur. quia tunc contractus ex cõuentione partium legem accipiunt, vt in regula, contractus: de re. iur. lib. 6. ſi ſit tale feudum, quod de ſui natura non ſit diuiſibile, i. quod commode diuidi non poteſt, inſt. de offi. iud. §. quod ſi commode. vt in ſtatua, homine, & ſimilib. ff. de viuca. rerum. cap. inſtar. 7. q. 1. Item regnum, ducatus vel marchionatus, quæ per conſtitutionem Federi. non poſſunt diuidi, de prohi. alie. feu. imperialem. §. præterea diuidi poſſunt. ar. eorum quę habentur ti. qui. mo. feu. amit. § pręterea. & §. fuerunt duo. & iſta videntur placere Guil. in Spe. de feu. §. 2. ver. 34.

Gaſpar de Calderinis.

S V M M A R I V M.

1 *Fęmina quo caſu in feudo ſuccedere debeat.*

CONSILIVM XIII.

1 COnceſſum eſt feudum vni & hæredibus † ſuis maſculis & fœminis ex eo deſcendentibus, ita quòd maſculis deficientibus fęminę ſuccedant. Et ille habebat tres filios & vnam filiam: mortuus eſt illis relictis, & deinde etiam mortui ſunt filij maſculi, ſuperſtitibus ex vno duabus filiabus, fęminis. & ſuperſtite filia fœmina, ex qua natus eſt vnus maſculus: deinde illa mortua ſuperſtitibus illo filio maſculo & illis duabus fęminis: quærit, quis horum ſuccedat in feudo. Et dicitur, quòd ille filius maſculus ſuccedit attenta conuentione feudi, quia in feudi ſucceſſione non attenditur proximitas reſpectu perſonæ eius, a qua vacat feudum, ſed reſpectu proximitatis pacti ſeu conuentionis eius, a qua vacat feudum, vt colligitur 10. col. de ſuc. feu. §. 1. Vbi ſi moriatur ſine hærede maſculo &c. ſed attenta conuentione feudi, quo dicitur, quòd maſculis deficientibus ſuccederent fœminę: patet, quòd maſculus licèt deſcendat a fœmina, tamen pactum eſt de deſcendentibus inueſtiti primi: ergo quamuis non ſit proximior ille, a quo vacat feudum, ſed ſibi proximiores filiæ, tamen propter pactum ille maſculus ſuccedit. pro hoc facit, quia feudi ſucceſſio potius fit ex contractu inueſtituræ, ſeu ex pacto, quàm ex ſucceſſione: vt 10. col. an agnatus vel filius defun. c. j. & ſic non debet attendi ſucceſſio reſpectu gradus ſucceſſionum, ſed attẽditur pactum factum primo inueſtito, quo cauetur, quod quouſque ſuperſit aliquis maſculus, quod non ſuccedant fœminę. Et quòd præmiſſa opi. ſit vera, probatur, quia vbi feudum ab initio inueſtitura alicui eſt conceſſum pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis, vel pro ſe & hęredibus ſuis maſculis, & his deficientibus, fęminis, ꝙ feudum licet deficientibus maſculis ſemel peruenerit ad fœminas, ſi poſtea decedant hi, ad quos ex poſt facto venit feudum. vnus relicto filio alter relicta filia vel filiabus, ꝙ in feudo non ſuccedunt etiam in parte patris filię decedentis, quamuis ipſi decedenti ſint proximiores, ſed ſuccedit maſculus, qui ſupereſt ex alio commaſculo, vt 10. col. de eo qui ſibi & hæredibus maſculis. c. vnico. ergo multo magis debet maſculus decedenti remotior filiabus ſuccedere, quando feudum tale nullo caſu deuenit ad fęminas, nec vllo caſu extitit conditio ſucceſſionis fœminarum in feudo, quod eſt in caſu præmiſſo: quia vt patet ex ſuppoſitis, quamuis feudum conceſſum fuerit pro maribus, & his deficientibus, fęminis, tamen nullo caſu effectum fuit feudum fœmineum, imo ſemper perſeuerauit maſculinum vſque ad mortem vltimi ex fratribus, qui deceſſit. Vnde ſi feudum conceſſum pro maſculis & fœminis, effectum fœmineum exiſtentibus maſculis remotioribus, defuncto aliquo vacat, feudum in ſolidum uel pro parte nõ poteſt retinendo ſuam naturam feudi fęminei tranſire ex ſucceſſione ad fœminas proximiores, imo excluduntur per maſculum ſuperſtitem, quamuis de facto ſit remotior: ergo multo fortius in caſu noſtro tranſibit ad maſculum ſuperſtitem, quamuis remotiorem fœminis. Pro iſta conſequentia facit, quia facilius res, quæ aſſumpſit vnam naturam, ad illam redit, quàm nouam aſſumat, ff. de pac. ſi vnus §. pactum. ver. quid ſi in ſpe. Item pro hoc facit, quia facilius res continuat eſſe ſuum, quàm de nouo fiat, vt l. ſi pluribus. ver. quod ſi vna. ff. de uer. obli. Item pro hoc facit gloſſ. in d. c. 1. quæ quærit, nunquid in tali feudo, vt eſt in caſu noſtro & illius capituli, maſculus remotior excludet fœminam proximorem ei, qui primò inueſtituram recipit? Et reſpondet quod ſic: quod tenet Ia. de belui. fore verum, quando feudum non erat adhuc quæſitum fœminę proximiori, puta ante cum ſupererat amica & germanus: quod directo eſt in caſu noſtro. Nec ob. ſi dicatur, quòd fœminę ſint proximiores, ergo deberent ſuccedere, ar. de gra. ſucce. in feud. capit. primo, verſicul. mortuo. Quare hic non quæritur de ſucceſſione vltimi maſculi, a quo feudum vacat: ſed de ſucceſſione primi inueſtiti, & de ſucceſſione ex pacto & conuen-

tione feudi, ſecundam quam quilibet maſculus, quã-uis ſit remotior, præfertur fœminæ quantumcunque proximiori: & quia impedit cõditionem fœminarũ: ad hoc facit, quia liberi remotiores, & pronepotes, q. ſunt in tertio gradu, præferuntur patri, qui eſt proximior in gradu, quia eſt in primo, & pronepos in tertio, vt Inſti. de ſuc. ab inteſt. §. j. cum ſi. Gaſ. de Cal.

CONSILIVM XIIII.

AN epiſcopus feudum antiquum decimarum re-uerſum ad eccleſiã poſſit de nouo infeudare? Vide infra de dcci. conſilio primo.

De ſolutionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor quando teneatur ſoluere mutuanti, mortuo prædeceſſore qui mutuum contraxit.*

CONSILIVM I.

MOnachus ordinis Sancti Benedicti obtinuit prioratum ipſius ordinis a Papa: Poſt conceſſionem contraxit mutuũ, ad eius victum neceſſarium in curia Romana: vbi poſt mutuum ſtetit per 22. menſes, poſtea mortuus eſt: an ſucceſſor teneatur ſoluere ipſi mutuãti? Et videtur quòd non, quia non obligatur eccleſia, niſi quando eſt verſum in vtilitatem ipſius, 10. q. ſecunda, hoc ius. & not. Innocen. de fideiuſ. quod quibuſdam. & de hoc videtur ibi caſus, vbi mutuum contractum per alterum de eccleſia ſine conſenſu aliorum non obligat eccleſiam. Item iſte iuit ad curiam pro factis ſuis, vt impetraret non autem eccleſiæ. Et poſt impetrationem & ſtetit ibi, non pro vtilitate monaſterij, vnde imputet ſibi, qui ſecum contraxit, argum. C. de nego. geſt. l. prima. Contrarium videtur, quia ſi contraxit mutuum pro neceſſarijs in victu, & veſtitu, tenetur eccleſia, quę debet alere monachum, & clericum ſuum, 91. diſt. cleros. 12. q. prima, clericus, & c. cui portio. de præben. cũ ſecundum. immo qui talibus vitæ neceſſaria miniſtrauit animo recuperandi, ipſa repetere poteſt, & maximè ſi hoc fuit proteſtatus: not. Arch. 12. q. ſecunda, ſacrorum, & facit quod no. 86. diſt. capitu. fina. quinimmo licite venduntur bona eccleſiarum, nedum pro vitæ neceſſarijs ſuorum, ſed etiam aliorum, 12. q. 2. aurum. & cap. ſequenti. 86. diſtin. non ſatis. immo nõ ſubueniẽs iſto caſu diceretur homicida, 100. diſt. iuſte. 14. q. prima, c. ſecundo. Item planum, quòd ſucceſſor tenetur ad mutuum prædeceſſori factum pro neceſſitate eccleſiæ, de ſolu. cap. primo, ſic & pro prælati neceſſitate, quia prælatus in eccleſia, & eccleſia in prælato unum alteri æquipollet, 7. q. prima, ſcite. de teſta. requiſiſti. Et quòd prælatus pro ſua neceſſitate ſicut eccleſiæ contrahere poſſit, tenuit Hoſti. de ſolu. cap. 2. licẽ iſtud debet dici verſum in utilitatem eccleſiæ: quia vt dicit Inn. in c. quod quibuſdam: dicitur verſum, ſi fiat pro nutrimentis animalium, & ſeruorum monaſterij. Item ſi pro alimentis monachorum, qui tamen potuiſſet parcius viuere, & vixerunt lautius contra iura, 95. di. eccleſia. 12. q. 2. gloria. Et his modis dicuntur verti in utilitatẽ eccleſiæ ſm eum. Et ſic reſpondet ad contraria ſupra aſſignata. ¶ Nec ob. c. quod quibuſdam, quia ibi dicitur, ꝙ non tenetur eccleſia vltra ſummã, niſi ſit verſum: ſed hic erat verſum: & hoc maxime ꝓcedit, quia quantitas eſt modica, & veriſimiliter præſumitur in tali cauſa expenſa, maximè cum interim non perceperit fructus eccleſię. Gaſp. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor expenſas a prædeceſſore in impetratione dignitatis factas, an ſoluere debeat.*

CONSILIVM II.

AN ſucceſſor teneatur ſoluere expẽſas factas per prædeceſſorẽ in impetratione dignitatis? Diſtingue, ꝙ aut electus, vel poſtulatus proſequitur ſuam electionẽ, vel poſtulationẽ, & tunc ſumptus facti pro tali cã, dumtamẽ ſint moderati, computantur eccleſię, de elec. vt prӕteritę. de procur. pro cã. facit ad hoc quod dicitur de inſtructione, & de teſti. de elec. cum non deceat. & de reſcr. ſtatutũ in fi. li. 6. Et quod dr̃ de aduocato, qui inuitus eſt ad ferendum patrocinium extra prouinciã, ut habetur per Bar. Bri. in qõne venerea lib. 20. quę incipit, canonicus. Et per Inn. in c. j. de ſequeſtra. poſſ. & fruc. Nã legata militia, videntur legata impenſæ ad introitũ militiæ neceſſariæ, ff. de le. 3. l. pe. §. ij. facit de clerico ægro. ca. j. cũ concor. Prӕterea, quis tenetur aduerſario miniſtrare expenſas contra ſe ex cã inopiæ, de accu. ex parte. fortius ex eadem cã inopiæ ad proſecutionẽ vtilitatis eccleſiæ. Et ad hoc facit ff. de inof. teſt. l. ſi inſtitutus. §. de inofficioſo. & C. de or. cog. l. fi. Prӕterea, non debet officium alicuius ſibi eſſe dãnoſum, ff. quẽad. teſta. ape. l. ſi quis ex ſignatorib. nec per electionẽ de ſeipſo factam, vel poſtulatus, tãquàm circumſcriptus, vel deceptus pati damnũ ſeu diſpẽdium expenſarũ, ff. quod quiſque iur. l. fi. Et ſi dicatur, ꝙ dubius eſt euentus, ca. fraternitatis. de frigi. & mal. & in cle. j. vt lite pen. §. ſi vero. Poteſt reſponderi, quòd ſicut filio nato, vel etiam naſcituro, & de quo lis eſt, an ſit filius, & ventri propter partum naſciturum ex cauſa inopiæ, miniſtrentur expenſæ, ff. de ventre in poſ. mit. l. j. in prin. & l. extraneo. ita prælato futuro, non obſtante dubio euentu, miniſtrandæ ſunt expenſæ, maxime cum illi dubio principium dederint electores, ſeu etiam poſtulantes, 23. q. 4. diſplicet. Item ſi dicatur, quòd eligentibus, vel poſtulantibus non licet donare, de do. capitu. ſecundo, de his quæ fi. a prę la. capitu. primo. Poteſt reſponderi, quòd id non eſt donare, ſed rem neceſſariam agere. ff. de do. inter virum & vxo. l. ſi quis pro vxore. quia non donat, qui neceſſarijs oneribus ſuccurrit, ff. de adim. leg. l. rem legatam. & de do. per tuas. ſicut non dicitur donare maritus, qui vxori parat expenſas itineris, ff. de pac. dota. l. inter ſocerum. §. conuenit. Et de his electis ſecularibus, & regularibus loquuntur Innocent. & Hoſtien. de elect. vt prӕteritæ. & Ioan. And. in capitu. cupientes. de elect. libro 6. vt in gloſſ. Et iſto caſu dicendum eſt, quòd mutuum conuerſum eſt in utilitatẽ eccleſiæ, dum tamen ſit moderatum, de fideiuſ. quod quibuſdam. Aut non fuit electus, vel poſtulatus, ſed impetrauit prælaturam a Papa, & in proſequenda ſua impetratione fecit expenſas: & tunc tales expenſæ non ſunt imputandæ monaſterio, quia geſſit negocium ſuum proprium, licet in conſequentiam proſit eccleſiæ, ne diu vidua remaneret, C. de nego. geſt. l. prima. Nam illud, quod quis facit ſua propria contemplatione, etiam ſi illud ſit aliter profuturum, non repetitur ab alio, ff. mand. l. creditor. §. ad eum. Et ille caſus eſt notabilis ad hoc. Prӕterea ille, qui vadit ad curiam, vt principaliter negocium ſuum tractet, licet ſecundario negocium tractet eccleſiæ, non propterea repetet expenſas, niſi quatenus plus expendiſſet propter negocium eccleſiæ, ut not. Hoſtien. de electio. vt prӕteritę. facit ad hoc, de negot. geſt. l. ſi omnes. & fami. erciſcun. l. ex parte. circa princ. & de procur. cum cauſa. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſet. de dolo & contu. cum dilecti. Prӕterea ſi duo ſunt electi in diſcordia, & expenſas faciunt, non poterunt

repetere

repetere ab eccleſia, quia tales videntur facere principaliter in ſuam vtilitatem, vt no. Archi. 93. diſt. ſi forte. & Io. de lignan. c. vt prætenditur. de quo ibi per Ber. & Hoſt. & plenius per Io. An. eo. ti. cupientes. in fine lib. 6. Præterea impetrans prælaturā, videtur potius facere contra mandatum eccleſiæ expenſas quàm de mandato, cum ſibi auferat poteſtatem & commodum eligendi, propterea ſemper videtur eccleſia vetare, ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. de cõſe. di. 4. cum pro paruulis. & no. per Ber. de præſumpt. nonne. & per Inn. de elect. in Geneſi. igitur tales expenſas non repetet ab eccleſia, C. de neg. geſt. l. fi. ff. eo. l. qui aliena. §. libertus. & ff. man. l. ſi pro te. Præterea iſta prælatura, in cuius impetratione fecit expenſas, fuit affectata, & ſic fecit negotiū affectatum, & ſic perdit priuilegium repetendi expenſas. ff. de excu. tu. l. ſpadonem. §. fi. inſti. eo. ti. §. itē ſi. Nam qui conſequi non poteſt priuilegium ex onere, quod libenter aſſumit, imo priuilegium perdit, ff. ex quibus cau. ma. l. item hi. & ibi no. & l. ſeq. & ff. ſi quis cau. l. 2. §. fi. Et ita debent intelligi omnes rationes, & iura, quæ poſſunt pro vtraque parte allegari. Ioan. Lodo. de lamber.

Credo, quòd contrarium teneant iura de iſtis vltimis expenſis, quia principalis cauſa iſtarum expenſarum eſt prouiſio eccleſiæ, quam ſolet attendere Papa, & ita ſolet attendi in literis prouiſionum. Item mutuans illam capitali poteſt attendere, licet recipiens intentionem haberet corruptam, videlicet principaliter ad ſuam vtilitatem. Et ſic inuitum eccleſiæ principaliter cenſetur facere. Gaſ. de Cal.

Ex præmiſſis poſſet etiam inferri, quòd ſi Papa fecerit gratiam motu proprio, quòd expenſæ factæ pro redemptione talium literarum potius dicerentur factæ intuitu eccleſiæ quàm perſonæ, ne eccleſia diu vacet: & cum prouiſus non fuerit, cauſa principaliter iſtarū expenſarum eſſet Papa. Ideo tales expenſæ deberent per ſucceſſorem reſtitui, ſi prædeceſſor non habuit fructus dignitatis, ex quibus potuerit debitum reſtituere.

Dominicus de Sancto Gemi.

De donationibus. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio mutua omnium bonorū, vſufructu ſibi ſeruato, an valeat.*

CONSILIVM I.

1 AN ſi duo donant ſibi adinuicem† omnia bona ſua, ita quòd vſusfructus remaneant penes donantem, donec vixerit, niſi filios alter ipſorum vel ambo habuerint, & renunciant ſolennitati inſinuationis, & omni legum auxilio: ac etiam iurant non contrauenire, valeant tales donationes, ſi bona excedant ſummam requirentem inſinuationem, poſito quòd contractus fuerit factus in loco temporalis iuriſdictionis eccleſiæ? Et dicitur quòd valet. Nec ob. l. ſancimus, & l. ſi quis argentum. C. de dona. quæ iſto caſu non vendicant ſibi locum. Primò, quia lex illa non ſeruatur illo loco, videlicet in regno Siciliæ: quæ conſuetudo valeret, cum poſſit legem abrogare. 4. diſt. §. leges. Item quia illud regnum eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, 93 diſt. valde. de appel. ſi duobus. Secundo, ſi opinio Gu. de ſuza. eſt vera, habeo propoſitum, qui tenuit in l. pen. C. de dona. & in l. illud. C. de ſacroſan. eccle. quòd ſolennitatibus illius l. poſſit renunciari, cum legum auxilium pactis litigantium minuetur, C. de temp. app. l. fi. & quod no. ff. de dona. l. fideiuſſori. planum eſſet ex capite renunciationis factæ in contractu etiam per pactum donationem validam. Fateor tamē, quòd dicta opinio Gui. communiter reprobatur, vt no. Cy. in l. pe. C. de dona. Tertio poteſt dici deficere rationem l. ſancimus. in hoc caſu, eo quòd ſunt multæ donationes. & ſic ceſſat præſumptio fraudis vel doli, quæ fuit ratio legis, vt l. data lege. C. eo. imo poſſet dici contractus præſcriptis verbis, facio vt facias. Et puto, quòd ratio legis fuerit, quòd contractus non ſit verus vel ſaltem doloſus, cū non præſumatur quem velle iactare pecunias ſuas, & donare nihil aliud ſit quàm perdere, iura ſunt nota. Et ideo ad hanc præſumptionem excludendam voluerunt iura hanc donationem coram iudice fieri, vt excludatur talis præſumptio præſentia iudicis. de præbē. nili. & auctoritatem ſeu robur præſtat, C. qui admit. ad bonorum poſ. l. bonorum. 12. q. 2. de rebus. Cum igitur ceſſet ratio legis, & ipſa lex, 29. diſt. c. j. & j q 7. quod pro remedio. de app. cum ceſſante. cum ſimi. ergo ſequitur concluſio præmiſſa. Sed omnibus his ceſſantibus, potiſſime debet dici eam validam propter iuramentum, quod eſt tantæ efficaciæ, quòd obligationem & contractum inualidum facit validum, & per conſequens ſeruandum, de iureiuran. c. j. & c. cum contingat. de pactis. quamuis. li. 6. & habet tollere impedimentum vel exceptionem contra contractum, vt no. in l. 2. C. de reſcin. ven. & in c. pen. de emp. & ven. Ex quo n. iuramentum eſt præſtitum ſuper eo, quod nullam continet turpitudinem, & ſuper eo, quod pertinet ad iurantem, omnino eſt ſeruandum, 22. q. j. c. j. & 2. de iureiuran. ſi vero. facit ff. de leg. 3. cum quidam. & optime de conſti. cum veniſſent. quod me. cauſa. ad aures. de reſti. ſpo. accepta. quæ iura probant, quòd vbi quis renunciat iuri ſuo, vel ſic ſe obligat, quod vbi poterat venire contra factum per iuramentum, excludatur, vt nō poſſit contrauenire. Et hic nulla apparet deceptio etiam re ipſa, quia quilibet rei ſuæ eſt moderator &c. l. nemo. C. de indi. de ſepul. de his. Et ex hoc infertur, quòd etiam heredes debent hunc contractum ſeruare. Et hanc partem tenet Io. An. in addi. Spe. de inſtru. edi. §. porrò, uer Item ratio. Gaſpar de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio omnium bonorum quando valeat.*

CONSILIVM II.

1 AN valeat donatio omnium bonorū?† Olim fuerunt opi. hodie reducuntur ad concordiam, quod ſi donat præſentia & futura, quia reddit ſe inteſtabilem, non tenet donatio, ſi ſimpliciter omnia bona ſua præſentia vel indefinita: quia intelligitur de præſentibus, vt l. ſi ita. ff. de auro & arg. lega. tenet donatio, quia legis præſumptio eſt, quòd quæret in futurum, C. arbi. tu. l. ſi defunctus. vnde non reddit ſe inteſtabilē contra bonos mores. Et hæc ſunt dicta Bar. poſt omnes, vt l. ſtipulatio. ff. de verbo. obli.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio ad pias cauſas ſine inſinuatione facta, quando ſit valida.*

CONSILIVM III.

1 AN donatio facta ad pias cauſas† ſine inſinuatione teneat? Et credo, quòd teneat, ar. l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. & ſi lege etiam hoc non permitteretur in donatione facta eccleſiæ, crederem valere, quia contra libertatē eccleſiæ, ar. c. eccleſia. de conſti. de conſue. c. j.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio an ſiat inofficioſa filiorum exiſtentia.*

CON-

CONSILIVM IIII.

1 AN donatio reddat inofficioſa propter † exiſtentiam filiorum, vel ſi poſtea naſcantur filij? Et dico, quòd inofficioſitas donationis nō reddit totam donationem nullam, ſed pro rata quartæ, vt patet in toto ti. C. de inoſ. donatio. Hoc poſito, ſi ex bonis donantis vltra bona donata haberet quartam, vel ultra, non poſſent donationem querelare. Si non haberent quartam bonorum ſecundum tempus donationis, eſſet conſiderādum, vtrum ex bonis quæſitis poſt donationem tantum haberet, quod aſcenderet ad quartam, & repelleretur ab inofficioſitate. ſi nil vltra eſſet quæſitum, æſtimaretur valor rei. quæ remaneret filiis. Et ſi aſcenderet ad quartā, repellerentur, ſi non aſcenderet, admitterentur. Et loquor de quarta, quæ debetur hodie ſecundum quantitatem filiorum, In Authē. de trien. & ſemiſ. § primo, de quo in c. Ray. de teſta. & ita not. gl. in l. prima, C. de inoffi. dona. circa fi. gl. magnæ. Et hæc puto vera, ſi filij erant nati tempore donationis, vel ſaltem erant in vētre. Si vero non fuiſſent in ventre, vel nati, hęc donatio non fuiſſet inofficioſa, quia neceſſitatur ad danda bona filio, in quibus filius dominium continuat, vt l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. ſed ſi non erant nati, vel in ventre, tunc iam ex donatione bona exiuerant patrimonium, tunc non continuauerunt in his bonis vere, vel fictè dominium, & ſic ius eis rumpendi non competit. ¶ Sed hoc præſuppoſito ſurgit aliud dubium, an ex defectu voluntatis tollatur hæc donatio propter caſum liberorum? Et uidetur quòd ſic, nam ſi putabam filiam mortuam, vnde inſtitui aliam, poſtea reperitur, quòd filia viuit, habetur ipſa pro inſtituta, & ceſſat inſtitutio aliorum, l. Pacumeuius. ff. de hære. inſt. faciunt quæ no. doc. in materia auth. ex cauſa. C. de lib. præte. vel exhære. Et Bar. ponit in l. filio. ff. de iniuſto teſta. vbi no. quòd ſi pater ignoranter filium præterijt, & dicit legata, quòd ſi filium reperiatur habere legata tanta, non debentur. quæ veriſimiliter non dediſſet, ſi de filio cogitaſſet. Sed in propoſito puto contrarium, nam donatio ex ſe ſecundum tempus donationis tranſiuit in contractum, & facta eſt irreuocabilis Dato ergo, ꝙ ſuperueniant filij. hæc donatio perfecta ex ſuperueniēti caſu non reuocabitur, quia iam receperat eſſe perfectum, & irreuocabilis, & tacita conditio filiorum naſcentium non reperitur a iure ſubintellecta. Et dato, quòd deficiat voluntas poſt donationem perfectam, tardè venere, quia iam facta eſt irreuocabilis, nec reuocatio dependet a ſui nuda voluntate. Et per hoc eſt reſponſum ad contraria. quia illa loquuntur in actibus vltimæ uoluntatis, in quibus voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem, in Authen. de nup. §. diſponat. vnde ad eius variationem variatur diſpoſitio ab eo dependens.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ab epiſcopo, & capitulo de eccleſia ad ipſos ſpectāte, an valeat.*

CONSILIVM V.

1 AN valeat donatio eccleſiæ ſpectantis† communiter ad epiſcopum, & capitulum, facta per eos loco religioſo, & exempto pleno iure, & confirmata per Metropolitanum, & legatum de latere? Et planum, quòd talis donatio quo ad bona temporalia, & ſpiritualia ipſius eccleſiæ, & eorum, quæ debentur epiſcopo, vltra iura epiſcopalia valet cauſa rationabili ſubſiſtente. 16. q prima, ſicut duo. & cap. ſtatuimus. de exceſ prel. ſicut. de his quæ fi. a prælatua. de dona paſtoralis. cum ſi. Sed dubium eſt de 6. iuribus, ſcilicet uiſitatione, & procuratione. p illa correctione, cathedratico, reuerentia, & charitatiuo ſubſidio. Require reſiduum ſupra de reb. eccle. non alien. conſilio quinto.

SVMMARIVM.

1 *Papa concedens eccleſiam liberam, & exemptam, an per hoc ius epiſcopale concedat.*

CONSILIVM VI.

1 PApa epiſcopo Feſulano conceſſit † eccleſiam ſanctæ Mariæ in campo in ciuitate Floren. cū pertinentijs ſuis in perpetuum liberam, & exēptam. Primo quæritur, an per hæc verba conceſſerit omne ius epiſcopale? Secundo an inſtitutio, & deſtitutio, quæ primò ſpectabat ad eccleſiam Floren. ſpectet ad eccleſiam Feſulanam? Tertiò, an rector illius eccleſiæ quo ad vtranque legem ſit ſubiectus epiſcopo Feſulano, & quo ad curam? Quartò, an propter illud priuilegium populus illius eccleſiæ ſit exemptus? ¶ Pro declaratione premiſſorum præmitto, quòd hęc fuit conceſſio Papæ non in modum priuilegij ſtricte, ſed liberalitatis ſiue donationis, vel beneficij ꝑpetuus. Et ex premiſſis infertur, quòd non eſt neceſſe diſputare, an epiſcopus Floren. potuerit omnia epiſcopalia donare epiſcopo Feſulano: quia epiſcopus Floren. fecit ex mandato Papæ: vndè ipſe Papa feciſſe intelligitur: qa omnia noſtra facimus, & c. C. de vete. iure enu. cle. l. prima, §. ſed neque. facit 3. q. 6. hoc quippe. & is dicitur facere. cuius auctoritate fit, 16. q. prima, conſuetudo. de ſent. excommu. mulieres. & ca. ut famæ. Itē infertur, quòd in hoc eſt latiſſima interpretatio faciēda, de dona. cum dilecti. & plenè no. de verborum ſignifi. cum olim. in nouella. Nec iſta donatio de iure communi eſt ſimpliciter, & abſolute prohibita de iure cōmuni, ſed ſaltem ſub certa forma permiſſa. Ad hoc 16. q. prima, §. ſicut duo. & c. ſtatuimus. de his quæ fi. a prela. tua. de dona. paſtoralis, de exceſ. prælat. ſicut vnire. Sed ſi hoc licet epiſcopo. ut ibi, fortius Papæ, qui poteſt rem unius eccleſię auferre, & dare alteri, 9. q. 3. conqueſtus, & c. nunc vero. cum ſim. ¶ Ex prędictis dico, quòd Papa conceſſit omne ius. quod habebat epiſcopus Floren. in dicta eccleſia epiſcopo Feſulano: ita ꝙ rector dictæ eccleſiæ ſanctæ Mariæ debet inſtitui, & deſtitui, & de epiſcopalibus reſpondere epiſcopo Feſulano, & curam recipit parochianorum ab epiſcopo Feſulano, non à Florentino: quia conceſſio prędicta eſt Papalis, & non contra ius: & ideo late interpretanda. Itē epiſcopus Floren. idem uoluit, & nihil excepit: unde contra ipſum debuit fieri interpretatio, de priuil. quia circa. & quod ibi no. Hoſtien. ff. de pactis. l. ueterib. ff. de contrahen. emp. Labeo. bene facit de conſue. cùm dilectus. Quòd autem conceſſio Papæ ſit plenè intelligenda, patet de reli. do. conſtitutus. Item quia debet fieri interpretatio ſecundum qualitatem eius, cui fit conceſſio, de maio. & obe. ſolitæ. de teſta requiſiſti. de ſimo. & ſi quæſtiones. cum ſim. de don. paſtoralis, quę decre. licet a conceſſione epiſcopi excipiat cathedraticum, non tamen poteſt intelligi exceptum a conceſſione Papæ, per ea quæ dixi. Prędicta corroborantur ex eo, quòd Papa concedit eccleſiam cum pertinentiis ſuis. Nam populi cura eccleſiæ parochialis eſt de iuribus, ſiue pertinentijs eccleſiæ parochialis, 16. q. 1. & 2. quaſi per totum. de pęni. diſt. 6. placuit. de pęn. omnis. & de parochi. per totum. ergo is, qui habet liberam inſtitutionem in eccleſia cum pertinentiis, per conſequens, & curam populi ipſius eccleſiæ dare poteſt, quæ eſt de pertinentiis: ſufficiat allegare no. per Inno. de reſti. ſpol cum ad ſedem. & per glo. & alios de offi. ord. cō querente. Quod uero cura populi ſit de pertinentijs

eccleſiæ

eccleſiæ parochialis, cuius datio ſpectat ad epiſcopum iure epiſcopali, clarè patet 16.q.j.cunctiſque.& q. 2. ſane.& q.7.nullus.&.o.diſt.epiſcopi.10.q.j.regenda.& no. de offi.ordi.dilectus. Ex quo ſequitur, quod ſicut in prædicta conceſſione tranſiuit inſtitutio vel ordinatio eccleſiæ, 17.q.2.c.j.ſic per conſequens datio curæ populi, quę eſt de iuribus epiſcopalibus ſaltem propter verbum cum pertinentijs, vt ex quo datio curę eſt de iure rectoris ipſius eccleſię, veniet in conceſſione & poteſtate libera inſtituendi rectorem: probatur per c. vt noſtrum. de offi.archi.& quod no. D. & P.M poſt alios de ma & obe. cum inferior. ſuper gl. penul. & per regulã, acceſſorium: cum ſua materia.de regu.iur.lib.6. Item hoc probat verbum. liberam, per quod infertur, quod non ad epiſcopum Floren. ſed ſolum ad Feſulanum ꝑ quibuſcunque iurib. dictæ eccleſię & pertinentijs ſuis eſt recurrendum: ad hoc de præben. de multa. coniuncto c.licet epiſcopus.de præbẽ.lib. 6. & facit quod no. in cle.dudum.de ſepul.§. ſtatuimus. in gl. ſuper verbo, libere. Idem ſonat verbum exemptum, quod ſonat eccleſiam prędictam cum pertinentijs exemptam fore ab omni iuriſdictione epiſcopi Floren. quod ius Papa concedit Feſulano: alias ſequeretur, quod Papa eſſet contrarius ſibi ipſi: quod non eſt dicendum, 23. q. 7. c. ſi. vel quod voluerit Papa dictam eccleſiam eximere a ſeipſo vel ab eccleſia: quod eſt abſurdum, & contra id quod habetur de cenſi. cum inſtantia. Pręterea prædicta verba ſignificant & operantur, quòd requirit eorũ intellectum, 31. diſt. omnino. 31. q.j. quomodo.ꝗ de app. paſtoralis.j reſponſo, cum ſimi. dictorum autem verborum intentio, & propria ſignificatio rectè, & clare ſunt intelligendæ, ut eſt dictum ſecundum ſubiectam materiam, vt fieri debet, 33.q.5.ſi non licet.de priuile. ſi Papa.cum ſi.lib.6. tamen per prædicta non puto populum exemptum a iuriſdictione epiſcopi Florẽ. quia conceſſio eccleſiæ cum pertinentiis eſt quid diuerſum ab exemptione populi ipſius eccleſiæ, vt eſt expreſſum de priuil.e per exemptionem.lib.6. Nec obſtat, quod dicitur in dicta conceſſione, cum pertinentijs ſuis: quia id debet intelligi de acceſſorijs iuris ad eccleſiam, vel de competentib. rectori ipſius ratione rectoratus, vt dixi ſupra, & hoc probat dictio, cum, ff. de fun. inſtru. & inſtru.leg.l.ſi cui fundus. Inſt.de leg.§. ſi quis ancillas. facit de ſepul, de his. de ſimo. quereiam. de cele. miſ. cum Marthæ.& quod ibi no. Vnde cura populi de iure pertinet ad eccleſiam. Et quod appellatione eccleſiæ comprehendatur rector, probatur 7.q.j. ſcire. epiſcopus ergo, cui eſt conceſſa cum pertinentijs, & ſic habet ibi ordinare rectorem, eidem rectori curam debet committere, cum hoc ſit epiſcopale: ad hoc 7. q.j. epiſcopus. 21.q.j.de perſona. 16.q.5. poſſeſſio.& c.ſe. & q.7. omnes baſilicæ.& conceſſio facta eſt epiſcopo, quare &c. Sed exemptio populi a poteſtate epiſcopi Floren. non eſt acceſſorium ad eccleſiam, vel curam populi, vel ipſius curæ dationem. Hęc enim ſtant ſimul, quod unus epiſcopus extraneus prędicta faciat, & ille populus remaneat ſub poteſtate, & iuriſdictione ſui epiſcopi. In omnibus alijs, puta pro chriſmate, ſeu confirmatione in fronte, pro iuriſdictione cauſarum ad forum eccleſiaſticum ſpectantium, vt huiuſmodi. Et ita videtur ſentire Inn.de priuil. recepimus.in j.gl.uerſ.in laicis. vbi expreſſe de populo facit mentionem. Et ſic nõ ob. quod ipſe Inn.no. de pręb.in Lateranen. quod qualiter intelligatur ſupra dixi. Et ex prędictis patet reſponſio ad quæſita. Io.Cald.

Impugnatio prædicti conſilij.

2 † Et primò licèt conceſſio Papæ fuerit donatio ſiue libertas, tamen eſt cum exemptione ſiue priuilegio exemptionis, quæ eſt odioſa, & reſtringenda, & plus obeſt, quàm conceſſio proſit, ar. 51. diſt. deſignatum.& quod ibi no. non enim extenditur de loco ad locum, vel de perſona ad perſonam, ut patet de priuil. per exemptionem.lib.6.& quę not.ibi per Io.And.ſuper gl.fi.& per Arch.de ver.ſig.ueniens.& per ipſum, 16.q.j. frater noſter. Sufficit enim, quòd exemptio aliquid conferat ultra ius commune, & vt operentur verba priuilegij, dico quòd pertinentię iſto caſu dicantur muri, & ſepta, quibus clauditur dicta eccleſia. Et hoc forte uoluit Papa in alio ſuo priuilegio, in quo dicit, quòd ibi poſſint ſedere, & inter ſuos ſubditos iudicare: de quo no. Io. And.in c.ſtatutum.de reſcri.li.6. in prin. Non enim per verbum. pertinentiarum. voluit intelligere de parochia, nec de parochianis: ad hoc de ſen. excommu. ſi ciuitas.& ſi ſententia.lib.6. Si enim eſſet exempta parochia iſto caſu, per conſequens & parochiani, ſicut exempta eccleſia, exempti ſunt clerici prelati, & perſonæ ipſius eccleſiæ: de priuile. per exemptionem. lib.6. Sic exempta parochia, exempti eſſent parochiani eadẽ ratione, quod eſt abſurdum, & nimis prędicaret ordinarię poteſtati, contra c. peruenit. 11. q.j. Concluditur ergo, quod per talem exemptionem epiſcopus, cui cõceſſa eſt taliter illa eccleſia, in ea habeat inſtitutionẽ, & deſtitutionem ipſius rectoris, & in ea poſſit exercere, quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinis epiſcopalis. Parochia uero, & parochiani ſubſunt totaliter diœceſano, in cuius territorio eſt ſita dicta eccleſia. Et debebit dicta eccleſia hr̃e rectorẽ perpetuũ pſentãdũ per ipſum epm̃ Feſulanũ diœceſano parochię ad curã populi, ſm̃ Ioã. An.de priui.cum & plãtare. ſuper verbo, pſentent. propter quam dictus presbyter non erit exemptus, de priuile. ex ore. per prępalle. c. per exemptionem. cui ſtandũ eſt. Et iura, quæ in conſilio ſupra poſito allegantur, non in conceſſione talis exemptionis loquuntur, ſed in diſpoſitione iuris de pertinẽtiarum nomine: & hoc voluit Inno. ſi bene inſpiciantur ſua verba, in c. recepimus. de priuile. ver. Item not. vſque ad ver. licet autem 1 templarij. quod etiam ponit Ioan. An. in d.c. per exemptionem. ſuper ver. ipſi parochiani. Pręterea poſito, ꝙ eſſet vt dicitur in hoc conſilio, intelligitur in conceſſione facta legitime. Et ita no. Inno. de præben. in Lateranen. ver. ſed iſta conceſſio eſt ſurreptiua. quia non exprimitur de qua eccleſia, & vbi ſit ſita, & an ſit curata vel non, & ſic gratia nulla.

SVMMARIVM.

1 *Bona poſt omnium bonorum donationem acquiſita, & alteri donata, an veniant in donatione prima.*

CONSILIVM VII.

1 AN ſi quis donat monaſterio † omnia bona ſua inter viuos, quæ habebat tempore donationis, & quę poſtea reperirentur tempore mortis ipſius, veniant bona, quę poſtea acquirit & alteri donat, antequàm moriatur? Et dicitur quòd non, quia ex quo iſta bona, non ſunt tempore donationis in bonis, & poſtea non reperiuntur in bonis tempore mortis, nõ cenſentur primo donata, etiã ſi teneamus, ꝙ in tali donatione veniãt bona poſtea acquiſita, iuxta not. C. quę res pigno. ob. poſ. l.fi.& ff. de auro & arg. lega. l. ſi ita eſſet. Ex quibus ſequitur, ꝙ nihil impediuit donationem factam de remedio tempore acquiſita.

SVMMARIVM.

1 *Venditio & teſtamentum donationi bonorum eccleſiæ facta, an officiant.*

CON-

CONSILIVM VIII.

1 DONAVIT Titius omnia bona ſua† eccleſię inter viuos irreuocabiliter, reſeruato ſibi vſufructu, & ſaluo, niſi poſtea haberet filios & filias ex vxore, & non pręiudicando ſuę vltimę voluntati fiendæ: poſtea aliqua ex his bonis vendidit, & filios non habens de illis bonis teſtatus eſt. Quæritur, an venditio & teſtamentum pręiudicẽt dictę donationi? Et de venditione non eſt dubium, cũ non fuiſſet ille caſus exceptus a donatore, ergo non tenet, 12.q.2. ſacrorum. 22.q.2. nõ enim. de condi. appo. verum. cum ſi. Nec ob. vna ratio facta in contrarium, quòd donator ſibi reſeruauerit ius diſponendi de rebus donatis: quia hoc eſt falſum ſimpliciter. Nam nõ reſeruauit ſibi, niſi in caſu liberorum: & illo caſu tantum impoſuit onus rebus donatis, non autem reſeruauit ſibi poteſtatem vendendi: & ſic iſto caſu non potuit a donatione recedere: & permiſſum fieri vna via non conceditur alia, ex quo ſola demõſtrata via eſt ꝑmiſſa, de poſtu. prælat. c. fin. De teſtamento dico, quod non præiudicat donationi: Aut enim recipimus verba donationis, vt iacent ad literam, aut ſecundum intellectum veriſimiliorem, & meliorem, quem habere poterit: aut non ſolum prout iacent, ſed quo ad mentem: & quolibet iſtorum modorum capiendo ſemꝑ apparebit, quòd teſtamentum non præiudicat donationi. Nam recipiendo illa verba prout iacent, patet, ꝙ teſtari non poterit de bonis donatis, quia quoad ſonum verborum hoc non dicunt illa verba, ſi capiãtur ſecundum mentem, quod potius eſt faciẽdum: de verborum ſignifi. intelligentia. cum ſi. patet, quòd donator non poterit teſtari: ratio, quia aut illa verba, & nõ præiudicando &c. hoc non intendunt, quòd non obſtante donatione, quam facit ipſe, poſſit teſtari de reb. ipſis: & hoc non eſt veriſimile: aut intendunt, quòd eo caſu, quo haberet filios ex vxore, tunc de prædictis rebus poſſet teſtari: quia vult eo caſu donationem eſſe caſſam; & ſic referantur ad proxime dictum: & iſte eſt ueriſimilis intellectus: vel ſaltem ueriſimilior altero. Et ideo ſequendus eſt in tali obſcuritate, de re. iur. inſpicimus. cum concor. lib. 6. & iſte eſt ſecundus gradus in ſcripturarum obſcuritate ſeruandus, ſcilicet veriſimilitudo: primus eſt mens, vt no. Dyn. in dicta regula. Quod autem primus intellectus verborum non procedat, patet, quia non eſt veriſimile, quòd donator ita ſubitò voluerit a donatione recedere per ſe facta, & a voluntate, quam oſtendit etiam procedendo ad actũ. In ea ergo durare præſumitur: de bap. maiores. ad fin. cum ſim. Sed ſecundum illum intellectum pateret, ꝙ vellet recedere, & maximè exprimendo modum, quẽ iam facere intendebat: quare &c. Item quia ſi teneremus, quòd voluerit poſſe teſtari, eccleſiam ſeruiſſet de vento, quia ſibi retinuit vſumfructum, donec viueret: ſi poſtea poſſet teſtari, nihil habuiſſet eccleſia ex illa donatione, & ſic illam decepiſſet: ſed nõ debet ſic fieri interpretatio in fraudem eccleſiæ, quæ nõ vult alios in ſuis contractibus defraudare, de don. per tuas. vt ſic hincinde fiat æqua diſpoſitio, de priuile. ca. ſecundo. Item iſte eſt prauus intellectus, ex quo ſequitur, quòd fuit in dolo, & ſic peccaſſet in Deum, cum potius contrarium eſt præſumendum donando eccleſiæ pro remedio animæ ſuæ. Et in dubio quilibet debet præſumi bonus, de præſum. c. ſi. Item dubia, quæ poſſunt trahi ad bonum, & malum, potius ad bonum ſunt trahẽda, de reg. iur. c. ſecundo, cum concor. Et ſi diceretur, ego nõ curo de dolo, vel peccato, ſufficit mihi, quòd conſtet, quod ita voluit: certe non conſtat, & dato, ꝙ conſtaret, dolus ſibi non prodeſſet: iura ſunt vulgaria, & maximè in foro iudiciali, cum alter eſt in dolo, alter non, contra dolum adhibentem debet fieri interpretatio, 22.q.5.§. ex his. de ſpon. tua nos. vnde patet, quòd iſte intellectus nullo modo eſt amplectendus. quòd verò ſecundus intellectus ſit uerus, & veriſimilis, vt ſic illa verba, non præiudicando &c. referantur ad id: quod fuit proteſtatus de filiis ex uxore: & ſic illa uerba non ſunt ſuperflua, ſed aliquid operantur in caſu, quo filij ſupereſſent: & ideo ſic reſeruauit. Sufficit enim, quòd aliquid minimum operentur, de procur. ſi duo. lib. 6. Item ſecundum hanc interpretationẽ res valebit, & non peribit: ergo ſequenda, de fide inſtr. inter dilectos. Item iſte intellectus conſonat iuri, quia clauſula derogatiua donationũ ſemꝑ, niſi aliud expꝛ ſſe conſtet, debet referri ad proxime dictum, vt ſic donatio in alijs caſibus firma remaneat, vt de dona. cum dilecti. quæ decre. meo iudicio multũ facit ad hanc ꝗſtionem, quæ vult, quòd in donatione fiat plenior interpretatio, quàm in teſtamento. Si autem iſta verba remaneant obſcura etiam quo ad mentem, habeo intentum, quia tunc de ent pro non adiectis haberi. Obſcurum enim dictum inſtrumenti habetur pro nõ adiecto, de fi. inſtru. inter dilectos. ſicut obſcurum dictum teſtium, de teſti. per tuas &c. cum clamore. & obſcura probatio non releuat, de proba. in præſentia, & contra eum debet fieri interpretatio, vt in regula, cõtra eum: de regu. iur lib. 6. cum concor. & hæc eſt veritas. Nec obſt. rationes conſilij contrarij, vbi dicitur, ꝙ iſte ſeruauerat ſibi tres caſus, ſcilicet ſuæ vitæ tempus, & hoc eſt uerum: exiſtentiam filiorum, & hoc verum: & teſtamenti factionem, & hoc falſum, ut ſatis ſupra eſt declaratum.

Ioan. Calde.

De peculio clericorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis a dignitate depoſiti pecunia, poſt depoſitionẽ apud mercatorem depoſita, cui ſpectet.*

CONSILIVM I.

1 QVidam abbas ſuis demeritis † fuit depoſitus a dignitate, poſtea fecit depoſitionem cuiuſdam quantitatis pecunię penès mercatorẽ, & deinde mortuus eſt. Quæritur, an collector apoſtolicus, vel abbatia debeant habere illã pecuniam? Viſa poteſtate collectionis, dico, quòd ſi bona dicti monaſterij nõ ſunt diſtincta inter abbatem, & conuentum, collector non poteſt illam pecuniam exigere, quia reſeruatio apoſtolica ſuper fructibus eſt contra ius, 12.q.2. non liceat. & capitulo illud. de elec. quia ſępè. lib. 6. ergo ſtricte interpretanda, vt in regula, quæ a iure. de reg. iu. lib. 6. ſed reſeruatio non reſeruat, niſi bona, & credita abbatum, cum de abbatibus loquitur habentibus bona diſtincta, ergo &c. Sed ſi bona erant diſtincta, adhuc puto, quòd ad camerã apoſtolicam non pertineat, quia ſiue dicta pecunia fuerit in abbatia acquiſita, ſiue poſt per ipſum abbatẽ depoſitum, ipſe depoſitus remanebat monachus ipſius monaſterij, quicquid no. Ioan. And. poſt Gul. de ſtatu mona. cum ad monaſterium. Licèt in hoc caſu non dicar contrarium, vnde ad ipſum monaſterium debet remanere, cuius erat monachus tempore acquiſitionis, etiam ſi tunc erat abbas, debent pertinere: veniãt no. per Inno, & alios de proba. in pręſentia. & de langui. & expo. c. primo, & reſeruatio prędicta non reſeruat, niſi bona abbatis, ſeu quæ ad eum tempore mortis pertinebant. Et deinde ſubiungitur huiuſmodi de medio ſublatis: quæ verba naturalem mortem, & non ciuilẽ denotant. Et ideo cum ſtatim poſt depoſitam abbatiam, vel eius priuationem bona, ſiue prius, ſiue tunc,

ſiue poſtea acquiſita ſint monaſterio, & per mortẽ naturalem abbatis amplius nõ ſint monaſterij, quia qđ meum eſt, &c.de ſi.inſtrum.inter dilectos §.cæterum. ad ipſam cameram ex reſeruatione præmiſſa nullatenus poſſunt pertinere, quia (vt dictum eſt) verba reſeruationis ſunt ſtricte intelligenda.

Gaſ.de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Succedere in fructibus præbendæ canonici decedẽtis quis debeat.*
2 *Poſſeſſor bonæfidei fructus a ſolo ſeparatos ad hæredem tranſmittere poteſt.*

CONSILIVM II.

1 QVIS ſuccedere debet in fructibus † præbendæ canonici defuncti? Dic, quòd aut canonicus decedit ante fructus collectos, & ſeparatos, aut poſt. Si ante fructus collectos, & ſeparatos, tunc de iure communi non facit ſuos, nec de eis, vel eorum parte poteſt diſponere per teſtamentum, nec hæredes eius in illis ſuccedunt ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſiue æquiparemus eum vſuario, ſiue vſufructuario: finitur enim morte vſusfructus, Inſti.de vſufr.§.finitur. & per conſequens conſolidatur proprietati. Et ideo eccleſia, cuius eſt proprietas, fructus percipiet, donec nouus canonicus inſtituatur: tũ etiam quia proprietas præbendæ eſt ipſius eccleſiæ, 12.q.2.nulli licet.de ver.ſig.cauſa. & fructus debent ſucceſſori cedere, vel in vtilitatem eccleſiæ expendi, de offic. ord.præſenti.lib.6. tum etiam quia eccleſia ſuccedit canonico, de teſta.relatum. & quod ibi no. probant prædicta per l.ſi vſufructuarius ff.quemad.vſusfr.amit. per quam l.hoc etiam vult glo.12.q.j.epiſcopi de re. Et hic caſus parum habet dubij: dixi hoc de iure communi, quia ſecus eſſet, ſi aliter ſtatuto, vel conſuetudine diſponeretur, ut plenè diſputat Ioan.And. in regula, nemo poteſt.de regu.iur.lib.6. Aut moritur poſt fructus ſeparatos a ſolo: Et diſtinguo quinque caſus. Primus, quando moritur fructibus ſeparatis, ſed in area, vel in campo iacentibus. Secundus reconditis a colono, ſed nondum illi traditis. Tertius, aſſignatis ipſi canonico, ſed nondum conſumptis. Quartus, quando certi fructus, vel precium debentur canonico poſt ſeparationem per vnum duos, vel tres menſes, & interim canonicus moritur. Quintus, quando canonicus moritur poſt dictum terminum, tamen nondum dicta ſpecies vel pecunia erat ſoluta. Primo & ſecundo caſu, quando non ſunt reconditi in domo coloni ad inſtantiam canonici, puto quod adhuc ad eccleſiam debeant pertinere, quia ante traditionem non fuerunt effecti ipſius canonici. Inſt.de rerum diui. §.per traditionem. nam & ſi a bonæfidei poſſeſſore dicantur percepti, eo quòd a ſolo ſunt ſeparati a fructuario, tunc demum cum ſunt in horreo reconditi. vel.l.ſi vſufructuarius. ſuperius all. Et intelligo horreo ſuo, vel alieno ſuo nomine. Et ſic intelligit Ioan.And. illam l.ſecundum vnam lectu. ad hoc Inſti.de fruc.& intereſſe.§.primo, circa princ. Et licet diceretur, quòd eos poſſet vendicare: hoc verũ nomine præbendæ. iuxta no.de proba.ex literis. & ſimiliter ſi ſpoliaretur nomine præbendæ, & non proprio, intentaret interdictum. Sic intelligo, quod voluit glo. in c.præſenti.de of.ord.lib.6.& hoc probatur per not.per glo.de reſcri.ſi propter.lib 6.& hoc vult l.ff.de vſufruc. l.quid ſit.& ibi no.Accur.inter cætera differentiam in-
2 ter bonæfidei poſſeſſorem, & fructuarium † Dicit n. ꝙ bonæfidei poſſeſſor tranſmittit fructus ſeparatos ad hæredem, ſed fructuarius non: alle.Inſt. de re. diui. §.is ad quem. Tertius caſus eſt dubitabilis, quidam non diſtinguentes inter habentes adminiſtrationem, vel non, ſimpliciter volunt clericos eſſe dominos fructu(u)m beneficiorum perceptorum: pro quibus faciunt not. p la.& Ioan.12.q.prima, duo.& ad hoc optimè de cleri. non reſi.c.primo, lib.6.a contrario. Pro hac opin. facit æquiparatio iſtorum, quæ fit vſufructuario. Alij æquiparant vſuarijs tantum, quibus ad vſum quotidianum vti licet, Inſt.de vſu & ha.§.primo. Et pro hac opi. facit tex. qui dicit, quòd victu, & veſtitu debent eſſe contenti, 12.q.prima.epiſcopus habeat. Et hæc opi. probatur 12.q.prima.duo.& c.res.vbi Io.dicit, quòd illud eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt. probatur idem eadem cauſa, q.prima, c.fin. & q.5.quaſi per totũ & c j.de teſta. Licèt hæc l.loquatur in habentib.adminiſtrationem. Hæc opi. placet glo. de pigno. ex literis. & de pecu.cleri c.fi.& Inno.in c.indecorum.de æta.& quali. vbi dicit, quòd clerici non debent diſpenſare bona eccleſiarum, niſi in ſua neceſſitate, & eorũ, qui eis ſeruiunt, quibus tamen inter viuos donare poſſunt ꝓ remuneratione ſeruitij: de teſta. relatum.2. alia inter pauperes diſpenſare, j.q.2.paſtor.& c.clericos.16.q.j.c. fi. Et pro iſto dicto facit, ſi intelligatur glo. de clericis, quod no.32.q 4.ſic non ſunt. Hæc opi.placet Hug.12. q.5.ſi epiſcopus. Arch.de reſcr.ſtatutum.§.aſſeſſorem, lib.6.& D.P.M.de pecu.cle.c.fi. cum certa determinatione ſtatim dicenda. Hoſti.diſtinguebat inter clericũ habentem adminiſtrationem, & non habentẽ: & hoc placet Io.And.in c.præſenti.de of.ord.lib.6. D.P.M dicit, quòd ſalua modica erogatione, quam poteſt facere clericus, ubi hoc habet conſuetudo, de dona. cæterum.& intelligo etiam de erogatione faciẽda in morte: quæ conſuetudo approbatur etiam de ſuſcipiendis fructibus in extrauagan. Io. quæ incipit, ſuſcepti: quã extrauagan. intelligit D.P.M.& dicit in dicta extrauaganti fructus tunc applicari defuncto, cum diſponit illos erogari pro ſalute animæ ſuæ, & non aliter, ar.eorum.quæ habentur 13.q.2.animæ defunctorum. & ca. tempus.& 25.diſt.qualis. & ſalua moderata diſpenſatione, quæ fieret de ſuſceptione intuitu ſeruitij, de teſta relatum.el 2. Vnde concludit, quòd non faciunt fructus ſuos, niſi quos probabili ratione conſumunt. Et in hac probabili ratione debet conſiderari ſtatus perſonæ ipſius clerici, l.di.quia tua. de præben. de monachis.& c.de multa.in fi.& ca.extirpandæ. Quicquid igitur ſupereſt dandum eſt pauperibus, 16 q.j.c.fi.de pecu.cleri.c.j.& fi.& in perceptis non ſuccederent etiam conſanguinei. Puto concludendum, quòd ſi loci cõſuetudo ſpecialis, vel eccleſiæ ſit, quòd conſanguinei ſuccedant in fructibus perceptis, & ſeparatis a ſolo, illa ſeruetur: alias dico, quod de iure eccleſia ſuccedit ab inteſtato, & ex teſtamento. Vnde non puto, quod teſtari poſſit de his non conſumptis. Et hoc probat in caſu iſto c.cum in officiis.coniuncto c.cum eſſes. de teſt. nã c.cum in officiis. dicit clericos teſtari non poſſe de bonis per eccleſiam acquiſitis: & ca.relatum. declarat id etiam habere locum in clerico non habente adminiſtrationem, ut ibi patet in ver. nomine. Et loquitur ẽt de fructibus perceptis, & reconditis, vt in verſi. reſpondemus. ergo in eis eſt caſus de præſenti dubio. Idẽ probatur 12.q.3.placuit.& c.quicunque.& q.5. obitum.& quaſi per totum.& in c.ad hæc & c.quia nos.& c. requiſiti.in fi.a cõtrario, de te. Ex his remanent caſus alij nõ dubij, videlicet quòd licet fructus non ſint collecti ante mortem canonici, ſed per colonum, vel penſionarium debent ſolui poſt duos, vel tres menſes, ſi interim canonicus moritur, quòd eccleſia tantum ſuccedit: ſimiliter ſi penſione non ſoluta, vel affictu canonicus moriatur, quia tamen fructus debebant ſolui tempore uitæ ipſius canonici, etiã eccleſia ſuccedit: quia iſto caſu apparet, quod non ſunt conſumpti. Aequum tamen eſt dicere, quòd ſi contigiſſet ipſum canonicũ, dum uiuebat, habuiſſe tales fructus, penſionem, vel affictum in dictis caſibus, & ipſos expendiſſe in ſuis neceſſitatibus: & quia non habuit, contraxit debita, ꝙ

de dictis

de dictis fructibus, vel penſionibus debita ſoluantur. Nam hæres ad ipſa debita defuncti tenetur, de ſol.c.ſ. Et ideo dico, dictos fructus deberi ipſi eccleſiæ, quia hæres eſt defuncto, ſecundum opi. Hoſt. aliter eſſet dicendum, videlicet ſecundum ea quæ ieguntur, & not. in l. defuncta. ff. de vſufru. quę opin. quia non placet, p me aliter non declaratur. Gaſ. de Cal.

De teſtamentis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Hęres abinteſtato prætextu teſtamenti inualidi annuũ legatum pluries ſoluens, an poſſit ad ſolutionem compelli.*

CONSILIVM I.

1 AN hæres ſuccedens etiam abinteſtato, † qui pluries ſoluit legatum annuũ prætextu teſtamenti nullius, debeat compelli ad ſolutionem decetero? Et dicitur quòd non, ex quo teſtamentum eſt nullum, quia factum ab vſurario manifeſto. Nec ob. quòd videatur ſoluendo approbaſſe: qa quòd tale teſtamentum non valeat, eſt iuris publici, & reſpicit fauorem etiam aliorum, quàm venientiũ abinteſtato, & odium vſurariorum. vt ca. quanquàm. de vſu. lib. 6. Ex quibus ſequitur, renunciationem huiuſmodi non tenere, de fo. comp. ſi diligenti. & quod ibi no. Item cõtra approbationem ſuam generaliter quis poteſt venire, vbi id quod eſt approbatum ipſo iure non tenet, niſi ei expreſſe in pęnam interdiceretur, 60. di. pœnitentes. & not. de cleri. coniug. diuerſis. tale eſt teſtamentum huiuſmodi, ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Res reſtitutioni ſubiectæ, an poſſint pio loco legari.*

CONSILIVM II.

1 AN res, quæ ſubiacent reſtitutioni, † poſſint legari per inſtitutionem etiam loco pio? Et dicatur, quòd non, quia res, quæ ſubiacet reſtitutioni, alienari non poteſt, niſi in certis caſibus, C. communia de leg. l. ſi. & auth. res quæ. ibi poſita. Et no. 12. q. 2. duo. in glo. 3. ibi poſita. & de teſtam. Ray. in fi. in glo. & de proba. in pręſentia. in prima glo. Sed iſte non eſt de illis, ergo &c. Ad hoc, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo. de tranſac. c. ſecundo, cum ſimi. Et planum, quòd alienationis verbum large ſumitur, vt compręhendat etiam relictum, quod fieret in teſtamento, cum ſit a lege approbatum. Ad hoc C. de reb. alie. non alie. l. ſancimus. facit de reb. eccle. non alienan. nulli. & quod notatur ff. ad Trebel. l. cum quidam. § ſi quis. in fi magnæ glo. Poſſet tamen vſque ad quartam, quæ ei debetur beneficio legis Trebel. relinquere: quia ex quo ſibi poteſt retinere vſque ad illam quotam, ergo & alij relinquere, de teſta. Ray. & quod no. Ioan. And. eodem ti. Raynu. & no. Cyn. in d. auth. res quę. in vlti. quæſtione. Et hoc intellige verũ in legitimo filio, & naturali, qui grauari non poteſt in ſua legitima, C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. & l. ſeq. Sed ſecus eſſet in filio naturali tantum, cui non ex neceſſitate relinquitur, ſed ex teſtamento venit ad ſucceſſionem, ſecundum quòd iura permittunt, C. de natu. lib. l. fi. & auth. licet patri cum Auth. qui. mo. nat. effi. ſui. §. diſtrictum. & §. ſequẽ. collat. 7. nec ſequitur, quòd iſte poſſit alienare. licèt fuerit adiecta conditio, ſi monaſterium non intrauerit, vt videlicet habeatur pro non adiecta tanquàm turpis, ne videatur inſtitutus eo modo, vt retrahatur a bono opere, & ſic non nocet, in Authen. de ſan. epiſ. §. ſed ei. coll. 9. quod eſt generale in cõditione appoſita in teſta. C. de inſtit. repręhendenda. & no. de condi. appo. c. ſi. Fateret hoc verum, ſi iſte monaſterium intraret profitendo, ſed ſi non intrat monaſterium, tunc licèt talis conditio fuiſſet adiecta, tamen non vitiatur ſubſtitutio. Vnde illa conditio tunc inficit, cum ille intraret cum effectu, vt no. in c. in præſentia. de prob. ſuper glo. ſi.

Gaſpar de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius propter vitam deteſtabilem an poſſit legato priuari.*

CONSILIVM III.

1 TESTATOR legauit fratri ſuo alimenta: † quod legatum ademit his verbis: Si vitam deteſtabilem & dãnoſam ſeruauerit, qui poſt mortem dicti teſtatoris non ceſſabat rixari, & quotidie rumorem facere in domo, expellendo familiam quondam teſtatoris, & verberãdo filiũ quondam dicti teſtatoris contra voluntatem matris, & cõtra volũtatem ſui tutoris. Item dictus frater duxit vxorem in domo dicti teſtatoris contra voluntatem matris pueri. An poſſit ibi ſtare cum coniuge ſua contra voluntatem teſtatoris? Et an propter dictam conuerſationem perdat legatum? Et dico, quòd iſte perdit legatum, quia in cauſa, quæ non ſeruet conditionem inſertam in legato, adimitur legatum. Probatur hæc cõcluſio vtroque iure. De iure canonico, de pęni. di. 1. nouit. & c. ſi agamus. de elec. ſignificaſti. de condi. appo. de illis. cum ſi. De iure ciuili idem: nam dicit lex, q libertas relicta ſub conditione reddendarum rationũ non debetur, niſi rationi ſatisfiat, ff. de condi. & demõ. qui ſub conditione. de lega. 3. ſi legatum. ad hoc quod not. de condi. appo. verum iſte autem non ſeruauit cõditionem, ergo. Quòd non ſeruauerit, patet, quia rixa, quam facit cum familia, eſt contra bonos mores: ad hoc. 5. q. 4. in loco. ff. de his qui. vt indig. l. ſi inimicitiæ. ad hoc, 23. q. 5. non putes. Probatur hæc interpretatio ex vulgi opi. quę communiter habet, quòd prædicta faciendo duceret familiam in vitam deteſtabilem & damnoſam, quæ vulgi interpretatio eſt attendenda, de ſpon. ex literis. cum ſi. Item probatur, quia expellit familiam de domo, & verberat filiũ teſtatoris, quod non ſpectat ad ipſum. Nam ex dicto legato non cenſetur paterfami. vnde non poteſt verberare illum filiũ, maxime quando non facit cauſa correctionis; ad hoc, 45. diſt. neminem. & c. licet. & §. Salomon. de ſen. excom. cum voluntate. Ex eo quod duxit vxorem in domo teſtatoris, non puto adimi legatum, niſi eſſet vxor inhoneſta & vilis conditionis: ſufficit allegare ff. de vſu & ha. l. non autem. tamen illa vxor non debet viuere ſumptibus teſtatoris, quia vir & vxor ſunt duæ perſonæ diſtinctę, 12. q. 2. dilectiſſimus. 31. q. j. quomodo. de diuor. gaudemus. & legatum alimentorum eſt perſonale, & non egreditur perſonam, ff. de tranſac. l. cum hi. §. modus quoque. & facit quod not. ff. de ali. & cib. lega. l. 4. ¶ Ad id quod quęritur, ſi duo tutores contradicunt, nec ille ſtet cum vxore, eſt ſtandum prohibitioni, ex eo quòd habitatio ſub alimentorum genere continetur, ff. de ali. & ciba. leg. l. legatus. Vnde ſi dictus legatarius vellet omnino dictam vxorem ſuam in domo retinere, etiam ex hoc capite repelli poſſet a legato alimentorum, alias vbi tutores pari numero eſſent diuiſi per iudicem, quid fieri debeat, eſt dirimendum, ff. de admi. tuto. l. 3. in prin. §. fi. Inſti. de ſatiſda. tu. § fi.

Io. Calde.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtator hæredes inſtituendo ſic, vt ſi abſque liberis obierint, altare conſtruatur: an altero ſine liberis decedente, alter ad hoc faciendum obligetur.*

CONSILIVM IIII.

1 TESTATOR hędes inſtituit A. & B. † & ſi decederent ſine liberis, mădauit conſtrui altare; quęritur, an altero mortuo ſine liberis, alter ad altaris conſtructionem teneatur? Et quando bona inſtituti intelligătur communicari cum bonis hæreditariis? Et dico, quod ſuperſtes non tenetur, quia ad onus ſub cōditione impoſitum tenetur, cùm euenerit conditio, ff. de condi. inſti. quaſi per totum: Inſti. de verbo. obli. §. ex conditionali. de voto. licet. de condi. appo. ſuper eo. de reſcrip. ſi pro te. lib. 6. ſed in caſu iſto nondum euenit conditio, quæ fuit, ſi ambo deceſſerint ſine liberis, ergo ſuperſtes non poteſt dici teneri ad conſtructionem altaris.

Ioan. Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non habentis aſcendentes nec deſcendentes an valeat, auo, quem habet, præterito.*

CONSILIVM V.

1 AN ſi teſtator non habens aſcendentes † vel deſcendentes, ſed auum maternum, quem præterijt, valeat teſtamentum. Vna eſt opi. quòd teſtamentum non valeat aliquo modo, ex quo in præteritione nulla cauſa eſt inſerta, & ſecundum illam opi. ſecundum teſtamentum non rumpet primum, quia ad hoc vt ſecundum teſtamentum rumpat primum, oportet quòd alius potuerit hæres eſſe ex ſecundum teſtamento de iure ciuili, vt l. ſi quis ſuum. §. fi. ff. de vulga. & pup. & ideo auus pōt dicere nullum tam primum quàm ſecundum. Et hanc opi. credo veram per §. ſi vero. in Auth. vt cùm de appel. cogno. Alia eſt opi. quòd habeatur pro exhæredatis aſcendentes ex linea fœminina: ſed primam opi. credo veram.

Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, in quo filius hæres inſtituitur, & eo abſque liberis deſcendente, pauperes Chriſti: ſi ipſe filius moriens, alium inſtituit hæredem, pauperum ſubſtitutionem ignorans, an valeat.*

CONSILIVM VI.

1 TITIVS condidit teſtamentum, In † quo Meuium filium hæredem inſtituit. Et ſi decederet ſine filijs legitimis & naturalibus, ſubſtituit pauperes Chriſti. Deceſſit filius ſine liberis, & inſtituit alium hęredem, ignorans tamen ſubſtitutionem pauperum: qui hæres poſſedit tribus annis: demum venit ad eius notitiam de dicta ſubſtitutione pauperum, vult componere cum habente mandatum a legato de latere, qui habet commiſſionem cum certis articulis in ea poſitis: Quæritur, an poſſit? Et dico ꝙ non, cum commiſſio ei facta ſtricte eſt intelligenda. vt non includat extranea vel diuerſa: de offic. deleg. prudentiā. §. j. de elec. innotuit. vnde caſus omiſſus a committente intelligitur relictus diſpoſitioni iuris cōmunis. de tempo. or. dil. .lus. de reſcrip. ſuſcepti. li. 6. ſed in commiſſione iſtius iſte caſus non eſt commiſſus, ergo intelligitur relictus iuri communi: hoc includit articulus, quo dicitur, quod poſſit abſoluere in omnibus caſibus, in quibus iure ordinario abſoluere poſſunt Patriarchæ: quia iſte eſt diuerſus a poteſtate cōponendi, vt patet ex ſe. Item ei committitur abſolutio a peccato, ſed abſolutio a peccato fieri non poteſt, niſi reſtituatur male ablatum, 14. q. 6. ſi res. de vſuris. cum tu. cum ſi. quod non fit per huiuſmodi compoſitionem. Nec enim refert quo ad periculum animæ iniuſtè detinere aut inuadere alienum, vel auferre & non dare, quod quis dare tenetur. 17. diſt. ſicut. 15. q. 2. indignè. de reſt. ſpo. ſępe. nec capitulum, quòd poſſit componere ſuper vſuris, includit, vt hoc facere poſſit, quia non eſt iſta vſura, quòd quis tenetur reſtituere ſubſtitutis, quia vſura non conſiſtit niſi in vero vel ficto mutuo, vt no. 14. q. 3. in ſumma. & de vſuris. conqueſtus. Nec iſtud eſt male ablatum, in quo non ſcit, cui non ſit reſtitutio facienda, cùm ponatur, quod pauperes fuerunt ſubſtituti. Et ſic non eſſet diſputădum, an ſint certæ perſonæ, an incertæ ſingulariter. Ex quo habemus, quod inſtitui vel ſubſtitui potuerunt, de teſtamē. capitu. j. li. 6. & de epiſ. & cleri. ſi quis ad declinandam. C. & l. nulli. Nec puto fuiſſe de mente committentis debita ad certum vſum alteri vſui deputare, de reli. do. de xenodochijs. & clemen. quia contingit. eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Succedentes ab inteſtato quando ſuccedant, poſito quòd nulla poſſit peti legitima.*

CONSILIVM VII.

1 TESTATOR inſtituit filium hæredem † vniuerſalem, filiam in trecentis libris, & in centū pro ornamentis cùm nupſerit, ſeu religionē intrauerit. Et ſi contigerit mori in pupillari ætate filium, vltra prædicta reliquit filiæ 200. libras, in reſiduo ſubſtituit pauperes Chriſti. Mortuo teſtatore, moritur primo filius, deinde filia, ambo in pupillari ætate. An ſuccedentes ab inteſtato in aliquo poſſunt ſuccedere, poſito quod per ſtatuta nulla poſſit legitima peti? ¶ Ad euidentiam quæſtionis videtur, quod illæ 400. libræ primo relictæ ſint conditionales, ſcilicet cum nupſerit. Deinde illæ 200. libræ videntur ſub eadem conditione relictæ per verba vltra prędicta, quæ tantum videntur importare, quantum verba, hoc amplius: repetita a ſubſtituto ſub eadē conditione. Quod ita ſit, expreſſe dicitur in l. auia. de condi. & demon. & l. libertus omnibus. eo. titu. & l. cum ſeruus. de condi. inſti. circa. fi. In quibus omnibus fit mentio de verbo, hoc amplius. Sic ergo non debentur primæ c. libræ, nec ſecundæ 200. a ſubſtituto relictæ, quia in caſu noſtro deficit conditio: imo quod plus eſt, caſus videtur, quòd quando expreſſe repetita ſunt a ſubſtituto legata relicta ab inſtituto in genere, tamen quod expectanda ſit conditio, duntamen non vitiet legatum, vt l. fi. ff. de fideicommiſ. lib. Item videtur in caſu prædicto, ꝙ quia pupillus adiuit hæreditatem, legata ab eo relicta ſtatim facta ipſa aditione ab ipſo pupillo deberi incipiant, vt ex primis tabulis: Ideo, quia mortuo impubere in pupillari ætate ex ſecundis tabulis, nec ex aliqua repetitione tacita vel expreſſa, nec ab ipſo ſubſtituto tanquàm ab eo relicta peti poſſunt, ſed ab eo tanquam hęredis, ſicut a quolibet hęrede hæredis, vt plene no. in l. quid ergo. de le. j. ff. & l. ſi fundus. §. ſi pater. & clarius l. ſeruus aliæ. §. ſed ſi pater. Sic ergo videntur deberi prima cum omni ſuo onere, conditione & qualitate, quæ ſi deficiunt, vt in caſu noſtro, non debentur. Item in d. l. quid ergo. dicit. ꝙ poſito ꝙ expreſſa ſit repetitio, quando plus relictum eſt a ſubſtituto quam ab inſtituto, non debetur, niſi quatenus legata vltima & relicta a ſubſtituto concurrunt cum primis relictis ab inſtituto: ſic ergo non debētur niſi vltimę 200. lib. Non videtur

derũr ob. quod in contrarium alle. ſ. quòd relicta ab inſtituto ſub conditione repetita a ſubſtituto ſine conditione, purè videntur relicta, vt l. ſi cui ſerui. de leg. j. & l. cum pater. §. ab inſtituto. cum ſi. quia illę loquuntur, quando expreſſe formaliter, & ſpecialiter ſunt relicta a ſubſtituto, vt ibi no. Sed in caſu noſtro tacite fuerunt repetita & in genere. quod no. ſic: repetitio quandoꝙ verba repetitiua de ſui natura. vt hoc amplius no. in l. ſi ſeruus. §. ſi ita ſcriptum. circa fi. magnæ glo. de leg. j. hoc tenet Iaco. But. & Gul. de Cu. in l. lecta. ſi cer. pe. ff. expreſſa videtur, quando expreſſe nominantur res, & iterum expreſſe legantur, vt exemplificatur in l. non aliter. ff. de cond. & demon. Nec ob. etiam quod dicit, ꝙ conditio vitiaret legatum, quia ll. quæ ad hoc allegantur. loquuntur quando conditio de præſenti, & cũ apponitur ſeu repetitur, habet vitiare legatum, nõ autem quando ex eius euentu: ſic enim conditio vitiaret legatum, cum poſſibile eſt eam deficere: ſed tamen ſine dubio, quando actus in ſe cõtinet verba de ſui natura repetitionem inducentia, ſemper & indiſtinctè quę in precedentib. dicuntur. & in ſequentib. repetita intelliguntur, vt ſunt verba, hoc amplius, niſi forte propter impoſſibilitatem, ꝙ repetitione vitiaretur legatũ. Hoc tenet indiſtinctè Iac. de Bel. Inſt. de le. Aquil. §. ex hoc tamen capite. a qua verè nulla l. diſcordat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in teſtamento, an poſſit eſſe teſtis.*

CONSILIVM VII.

1 TEſtator in loco de temporali iuriſdictione † eccleſiæ in pręſentia quatuor perſonarum, quarum duę erant fœminæ legauit vxori prędiũ, vt poſt eius mortem remaneret eccleſiæ. Et primò hoc coram ſolo preſbytero dixerat: Quæritur an valeat? Dico, quòd licet mulier in teſtamento non poſſit eſſe teſtis, de teſta. §. teſtes Inſt. tamen in alia vltima voluntate poteſt eſſe, ſufficiat remittere ad no. Gul. in Spe. de teſti. § j ver. item quod eſt mulier. & ſequenti: & de inſtru. edi §. compendioſe. verſi. item vide ſi eſt ibi clauſula. Item planum, quòd legatum nudis verbis factum valet, de teſta. Iudicaute. C. de fideicom. & in epiſtola. & in l. fina. Item duo teſtes in dicto legato, quia eſt pium, ſufficiunt, de teſta. relatum. & capi. cum eſſes. Sed poſito, quòd iſtud legatum non eſſet pium ratione legati facti mulieri, dico dictum legatum valere etiam in foro ſeculari de temporali iuriſdictione eccleſiæ, ponderato, quòd fuit factum coram quatuor teſtibus: nam ratio c. cum eſſes. de teſta. hoc caſu vendicat ſibi locum quæ ratio eſt maxime ponderanda, vt ibi locum lex habeat, vbi ratio ſubeſt, j. diſt. conſuetudo. 8. di. fruſtra 9. di ſana. cum ſi. Sed quòd ratio dicti c. cum eſſes vendicet ſibi locum in caſu iſto, patet, quia pręſentia presbyteri cum duobus teſtib. ſufficit ad hoc, vt teſtamentum in foro ciuili de tẽporali iuriſdictione eccleſię non poſſit impugnari etiam quantum ad hæredis inſtitutionem, & legata etiam non pia ſecundum vnam lec. ipſius c. cum eſſes, quæ placet Hoſt. & ſic ſeruatur: & ratio, quia pręſentia presbyteri, & duarũ perſonarum excludit pręſumptionem falſitatis. Sed conſtat, quòd dictum duorum teſtium non minus eſt validum, quàm dictum vnius presbyteri: ad hoc de teſti. cum a nobis. & c. licet ex quadam. ergo idem erit, vbi legatum eſt factum in pñtia quatuor teſtiũ, ꝑsbytero deficiente. Et hoc tenet Gul. in Spe. de inſtr. edi. §. cõpẽdioſe. ver. itẽ perius canonicum. in fi. Io. de Cal.

SVMMARIVM.

Teſtator inter viuos fratrem hæredem vniuerſalem inſtituens, poſt mortem capellam de bonis ſuis conſtrui iuſſit, an valeat talis ſubſtitutio.

CONSILIVM IX.

1 INſtituit fratrem teſtator vniuerſalem † hæredem in vita ſua, & poſt eius mortem capellam mandauit fieri de bonis ſuis, quibus hęredem ſibi inſtituerat: Quæritur, an iſta ſubſtitutio ſit directa, vel obliqua? Diſtinguerem ſic, quòd aut eſt facta pupillo: & tunc eſt directa, cum habeat naturam directę quo ad verba, & quo ad perſonam, de teſta. ſi pater. lib. 6. eo decedente in pupillari ætate. Si vero facta fuit puberi, vel pupillo, qui deceſſit poſt pubertatem: tunc dico, ꝙ licet verba eius congruant directæ ſubſtitutioni, tamẽ quia non poteſt facere teſtator per aliqua verba ſua, ꝙ ille, qui fuit hæres, non ſit vel fuerit hæres, vt not. ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Inſt. de fideicom. hære. §. reſtituta. quæcunque verba apponat in ſua diſpoſitione, & quomodocunque ſint directa, & quomodocunque ordinet de diſpoſitione ficta, & ſic tranſitum faciat ad fideicommiſſariam. Pro hoc facit l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. & de teſta. Rayn. & quod plene not. de compendioſa in dicta decret. ſi pater. in nouella. Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias teſtamentum, præſente & conſentiente patre, an ſit validum.*

CONSILIVM X.

1 FIliusfamilias legauit magiſtro † ſuo aliqua artificia, & etiam in pias cauſas pro anima magiſtri ſui, & ſua, & teſtamentum fecit præſente patre & conſentiente, an valeat? Puto, quòd pecunia legata magiſtro ſit de genere bonorum aduentitiorum, & non quaſi caſtrenſium: & ideo de illis teſtari non potuit, ex quo erat in poteſtate patris, C. qui teſta. fa. poſ. l. penul. etiam ad pias cauſas. de ſepul. licet. lib 6. facit quod no. Ioan. And. in c. quanquam. de vſuris lib. 6. Si tamen pater erat præſens legato prędicto, & ipſe promiſiſſet filio ſe dictum legatum ſoluturum, vel dicto legato conſenſit, puto quod teneat, ar. dicti c. licet. ibi, abſque patris aſſenſu &c. Io. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio filiæ ſic, quòd ſi deceſſerit ſine liberis, hæreditas ad Titium deueniat, quæ ſit.*

CONSILIVM XI.

1 QVidam ſubſtituit filiæ ſuæ pupillæ † ab ea hæredi relictæ in ſuo teſtamento hoc modo, ꝙ ſi ipſa filia deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea ſine legitimis filijs, Titio eius hęreditas deueniret: deceſſit filia in pupillari ętate: Quæritur an ſubſtitutio valeat? Reſpondetur, quòd ſubſtitutio pupillaris non valet, quia mater filiam non habet in poteſtate, ideo ei non potuit ſubſtituere, Inſti. de pupillari ſubſti. in prin. & l moribus. in princip. ff. de vulg. & pupilla ſed tamen poteſt habere locum ſubſtitutio fideicommiſſaria propter verbum, deueniat, quod eſt actum ad fideicommiſſariam: & propter verba, vel poſtea ſine legitimis filiis: vt no. C. de impu. & alijs ſubſtitu. l. pręſentibus. & ff. de vulga. & pupilla. l. Centurio. & l. cohæredi. §. cum filiæ. Sic ergo fiet, quia hæres ab inteſtato dictæ filiæ intelligitur grauatus de hæreditate reſtituenda ſubſtituto. Sed poteſt detrahere legitimam, quæ eſt tertia pars, & Trebellianicam, quæ eſt quarta: & ſic

& ſic dimidiam hæreditatis: & aliam dimidiã reſtituet ſubſtitutæ, iuxta no. in d. §. cum filiæ. & de teſt. Ray. & ē Raynaldus. & quod ibi no.

Io. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulum vacante ſede, quibus hæreditas a teſtatore relicta diſtribuatur, pauperes an poſſit eligere.*

CONSILIVM XII.

1 AN capitulum ſede vacante poſſit † eligere pauperes, quibus diſpenſetur hæreditas, quã teſtator voluit, inter pauperes Chriſti diſpẽſari, non diſponendo per quem ſint eligendi? Pro cuius deciſione præmitto, quòd nulla eſt dubitatio, quòd epiſcopus eſt diſtributor huiuſmodi legatorum in caſu negligentiæ, de teſta. nos quidem. ca. ſi hæredes. tua nobis. capitu. Io. co. ti. ff. de peti. hære. hæreditas. C. de epi. & cle. nulli. in Auth. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi autem pro redemptione. C. communia de ſucceſ. auth peregrini. Ex quibus patet, quod epiſcopus a iure communi habet poteſtatem eligendi & diſtribuendi iſta bona, ex quo teſtator aliter non ... dit. Sed regula generalis eſt, ꝙ poteſtas iuriſdictionalis, quam epiſcopus habet a lege, tranſit in capitulum vacante ſede, de ma. & obe. his quæ. & capitu. cũ olim, de hære. ad abo. c. dam. de ſup. neg. præla. ſi epiſcopus, & capitu. ſe. ... 6. de te... o. or. cum nullus. § epiſcopo. de inſti. capitu. j. de ma. & obe. capitu. j. lib. 6. facit cle. j. de hære. §. 2. & j. & Ioan. An. in c. Ioan. de quo in Spe. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. ver. item circa. vbi plene de hoc.

Io. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Ablata iniuſte per alium ab epiſcopo, an poſſint reſtitui.*

CONSILIVM XIII.

1 TESTATOR reliquit, vt centum libræ † diſtribuerentur pauperibus & pijs locis pro anima illorum, quibus obligatus eſt dando executores, modo dubitatur, an poſſint diſpenſare, cum conſtitutio epiſcopi diſponat, quòd male ablata per aliquem, per epiſcopum & nõ per aliũ debeãt diſpenſari: Et an dictum legatum intelligatur de male ablatis incertis, pure & ſimpliciter, & nõ conditionaliter: ¶ Ad primum eſt dubium, an dicta conſtitutio teneat. Et in ſcholis teneo, quòd non, quia ſuper iſtis incertis non eſt neceſſario ad epiſcopum recurrendum, ſed habens reſtituere per ſe vel per alium poterit pauperibus erogare, niſi in caſu negligentiæ, vt no. Archi. de teſta. capitu. 2. lib. 6. licet Hoſti. teneat contrarium, de vſuris. cum tu. & de iudæis. cum ſit. Ioan. An. in d. capitu. 2. dicit veram que opi. nũquam, veritate iuris ponderata: ante factum puto tenendum quod dixi; vt plene probant allε. per Archi. & vltra illa ſoleo inducere quòd ſecundum iſtam opi. ſeruatur arbitrij libertas. Et per contrarium Hoſti. tollitur in caſu licito & fauorabili, quod eſt omnino abſurdum, maxime in teſtando, 63. di. de iudæis. de peni. di. 2. ſi enim. ver. liberi. bene facit C. de ſacroſan. eccle. l. prima. Et ex his ſequitur, quòd dicta conſtitutio non valet, cum ſit contra canones: no. Hoſti. de ver. ſigni. ex parte. 3. Io. An. de offic. archipresby. capitu. ſi. patet de loca. cap. 2. cum canones per epiſcopos eueli vel minui nõ poſſint, 19. di. nulli. 9. quæ. 3. cum ſimus. 25. q. 2. inſtitutionis. Nec obſi dicatur, quòd non ſit contra ſed præter: quia imo eſt cõtra, quia ſi de iure id libere fieri poteſt, & per conſtitutionem, requiritur licentia, vel prohibetur id non fieri: ergo vult conſtitutio, quòd non libere: ad hoc de præben. licet epiſcopus. li. 6. poſſe autem libere & non libere, ſunt contraria, ergo &c. ¶ Ad ſecũdum dico, quòd dictum legatum debet diſtribui pauperibus tãquàm legatum incertum, vt intelligatur dictum teſtatorem credidiſſe ſe ad hoc teneri, ſed ignoraſſe cui, nec verba intelliguntur conditionaliter, videlicet ſi inueniantur hi, quibus reſtitutio eſt facienda, & eis non eſt facta reſtitutio: quia talis intellectus eſſet abſurdus, cum ſecundum eum voluiſſet dari pauperibus, quod erat alteri reſtituendum, contra c. ſicut dignum, de homici. ergo intelligantur dicta verba abſolute, ſiue reperiatur, quòd aliquibus ſit obligatus, ꝙ non extant nec ſui hæredes, ſiue nulli reperiantur, cũ ipſe teſtator reputet ſe ad hoc teneri: talis enim intellectus, per quem vitatur abſurditas, nemini captioſus, animæ fauorabilis, iuri conſonus, eſt ſequẽdus: ad hoc de excep. cum inter. de præben. dudum. lib. 6. de elec. vt quis duas. cum ſi.

Gaſpar de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator ſi mandauerit altare ædificari apud mendicantes, an valeat legatum.*

CONSILIVM XIIII.

1 TESTATOR reliquit, vt de bonis ſuis † ædificetur vnum altare in eccleſia fratrum eremitarum, & illi aſſignetur dos de bonis ſuis: an teneat legatum: & an debeat poni ibi clericus ſecularis ad officiandum altare illud? Non eſt dubium, quòd iſtud eſt licitum & honeſtum legatum, ergo debet executioni mandari, vt verba ſonant, quia ad augmentum diuini cultus, 13. q. 2. aurum. 13. q. 2. vltima voluntas. de teſta. nos quidem. & capitu. tua nos. Non enim eſt dubium, quòd in illo loco poteſt ædifi-
2 cari altare, ergo executioni mandari debet. † Et præſuppono, quòd mendicantibus poteſt relinqui, exce-
2 ptis minoribus, de quibus ad præſens non tangitur, & ſi non pro dote, ſaltem vt vendant, & pro eleemoſyna recipiant, vt no. gl. de reli. do. capitu. 1. lib. 6. & in Spe. de ſtatu mona. ver. 3. Item præſupponendum, ꝙ legata, quæ fiunt ad finem, vt eccleſijs applicentur, puta quòd emantur libri, calix, & ſimilia vel picturæ fiant in eccleſia, iſta ſunt executioni mandanda, de teſta. capitu. ſi. & pro eis agere poſſunt, vt l. annua. §. Titia. ff. de adimen. le. de teſta. inquiſiſti. & quod ibi no. in gl. 13. quæſtio. 2. capitu. 3. Et lex dicit, quòd legatum factum pro cibarijs ſeruorum, licet ſit factum ſeruis, tamen ad dominum pertinet, & pro eis agere poteſt, ff. de condi. & demon. l. filiofami. & l. ſi Titio. §. Titio. co. ti. Item præſupponendum, quòd conditio adiecta legato inhoneſta vel impoſſibilis, debet haberi pro non adiecta, ff. de bo. poſ. contra tabu. l. 3. §. emancipatum. de condi. appo. capitu. ſi. cum ibi notatis. Item non dubium, cum ad certum vſum licitum pecunia legatur, ſi ad illum vſum pecunia conuerti nõ poteſt, vel quia non eſt ſufficiens, vel aliter fieri non poteſt, ſemper in vtilitatem legatarij illud expendendum eſt, & quantomagis poſſibile eſt in eius honorem conuertendum, ff. de admi. rerum ad ciui. pertinen. l. legatum. ff. de ope. pub. l. ſi. ff. de vſuf. lega. l. legatum. & quod ibi no. Bar. ſemper ſequendo voluntatem teſtatoris, ſi ad vnguem ſeruari non poteſt. Ad prædicta quod no. in Spe. de inſtru. edi. §. nunc vero. ver. quid ſi teſtator vult. Ex quibus ſequitur, quòd cum legatum de conſtruendo tenuerit, licet adiectio pro dote non teneat, etiam tenendo quòd debeat haberi pro non adiecta, & per conſequens nõ creabit aliud beneficium contra eccleſiã factũ, ſed erecto altari bo-

na debentur fratribus: ſeruatur enim per hoc memoria teſtatoris, quæ fuit cauſa ſaltem impulſiua ipſius teſtamenti, vt in ipſo apparet, ergo & c. vt l. legatum ff. de vſuf. lega. in fi. Item magis ſeruatur voluntas teſtatoris, ſi ędificatur altare in eccleſia fratrum eremitarū, & bona ad eos perueniunt, ꝙ ſi alibi fieret. Præterea nihil ad coniunctos defuncti, licèt legatarius ſit incapax: dicit enim lex, quòd ſi teſtator legauit incapaci, licèt nummi non efficiantur accipientis, tamen hæres illi debet, quod ſua intereſt, ff. de condi. & demon. l. monemus. Item attendendum, quòd licèt ſine dote non conſtruatur eccleſia, vel nouum beneficium, de conſe. di. 1. c. 1. hoc ideo eſt, vt miniſtri ex dote valeant ſuſtentari & eccleſiæ deſeruire, de cõſe. diſt. 1. nemo. de præben. cum ſecundùm: quæ ratio ceſſat in altaribus religioſorum, & maximè mendicantium, in quibus eccleſiæ non habent dotem, & tamen in talibus altaribus deſeruitur per fratres ſine dote. Cum igitur celebratio ſine dote fiat in talibus altaribus, ceſſata dote non facit ceſſare in fratres tranſlationem legati: igitur inutiliter adiecta eſt illa demonſtratio pro dote: quare concludo dictum legatum fratribus deberi, & dictum altare conſtrui in eccleſia fratrum, licèt dos non fuerit illi conſtituta, vel conſtitui de iure non poſſit. ¶ Ad motiua conſultoris contrarij facile eſt reſpondere. Nam prima præſuppoſitio caret effectu, quòd debeat ædificari beneficium ſacerdotale, cuius religioſus clauſtralis eſt incapax: quia iſta eſt conditio impoſſibilis in tali eccleſia de iure, de ſtatu regu. ea quæ. §. præcipimus. vnde remoueretur illa conditio impoſſibilis, & remaneret legatum validum. Nec ob. quod iſtud etiam erit incompatibile, quòd ædificetur altare cum dote, quæ fieri debent per epiſcopum & ſubiecta epiſcopo, 10. q. 1. c. a. & ſ. cum ſequenti. & iſtud eſt impoſſibile, cum fratres ſint exempti, & non ſint ſubiecti epiſcopo: quia dico, quòd non eſt neceſſe, quòd epiſcopus de his ſe intromittat, ſicut non habet ſe intromittere de alijs bonis ipſorum fratrum.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Pater quatuor filias hæredes inſtituit, & inuicem ſubſtituit, duabus mortuis reliquæ nupſerunt, quarum altera filio relicto inteſtata obijt: an in totum altera ſuperuiuens ſuccedat.*

CONSILIVM XV.

1 PATER habens quatuor filias, fecit † teſtamentum, in quo illas reliquit hęredes, appoſito, quòd ſi aliqua ipſarum decederet in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine filijs legitimis, ſuccedat vna alteri & altera alteri. Deinde mortuę ſunt duæ filiæ in pupillari ætate: aliæ duę ſunt nuptæ, quarum vna mortua reliquit filium legitimū & naturalem: & poſtea mortua eſt ipſa teſtatrix, nullo alio condito teſtamento. Quæritur, an totum perueniat ad illam aliam filiam ſuperuiuentem? Et videtur quod ſic, ex quatuor rationibus ſimul iunctis. Primo, quia dicta ſubſtitutio valet in vim fideicommiſſi, vt in §. fina. Inſti. de pupil. ſubſtitu. Et quia facta per verbum, ſuccedat, quod eſt commune, vt no. in l. Centurio. de vul. & pupil. ſubſti. per Bart. Idem ſi per verba directa, vt no. in l. verbis ciuilibus. de vul. & pupil. Secundo, quia conditio eueniens viua teſtatrice verificat fideicommiſſum, cum iſta conditio ſit caſualis, vt l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſti. cum ſimi. Tertio, quia licet portiones filiarum decedentium in pupillari ętate venerint in cauſa caduci, vt l. vnica. §. & cum triplici. de cadu. toll. tamen non propterea tollitur fideicommiſſum illis portionibus annexum, ſed vadit ad illos, ad quos vadunt dictæ portiones, ſiue ſint portiones hæreditatis, vt l. vnica. §. hoc ita. ibi, quoquo modo fuerit vacuatum. C. de cadu. toll. & ibi no. ſiue fuerint alia relicta ſingularia, vt ea. l. § pro ſecundo. & ibi plenè no. in l. Celſus. §. fi. de leg. 2. & § penul. ea. l. ¶ Quartò, quia quantumcunque teſtamentum ſit nullum, vel reſcindatur vitio præteritionis vel exhæredationis tacite vel expreſſe, legata & fideicommiſſa in eo contenta confirmantur per auth. ex cauſa. de teſti. in corpo. vnde ſumitur. ſecundum quod ibi plene not. ſiue ſint legata particularia ſiue fideicommiſſa etiam vniuerſalia, vt ibi plene not. & per gl. Dy. Ia. de Arena, & Bartol. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad trebellia. & quod not. in leg. eam quam. C. de fideicom. & de vul. & pup. l. 1. §. fi. Ex his omnibus ſimul iunctis concludo, quòd cum iſtud fideicommiſſum conſeruetur per auth. ex cauſa. Item conditio eius purificata fuerit per euentum conditionis, licèt inuita teſtante. Item onus portionum deductarum in cauſam caduci conſeruetur, merito concluditur, quod dicta filia debet ex eius teſtamento ad illud fideicommiſſum admitti: filius autem relictæ ſororis non poteſt admitti, cum in perſonam matris euanuerit ſubſtitutio, ff. de vul. & pup. l. qui liberis. §. hæc verba. & l. qui plures. & ibi no. eo. tit. Et prædicta procedunt, etiam vbi non eſt appoſita in teſtamento clauſula codicillaris, per rationes prędictas. Sed multo magis, ſi eſſet appoſita, prout communiter conſueuit, vt plenè no. in dicta auth. ex cauſa. Non ob. ſi dicatur, teſtamentum nullum ratione nepotis, vel reſcindendum: quia cõſeruatur per auth. ex cauſa. de liberis prę teritis.

Petrus de Ancharano.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator decedentibus filijs impuberibus monaſterium hæredem ſibi inſtituit: an ſit in re certa ſub conditione monaſterium inſtitutum*

CONSILIVM XVI.

1 TESTATOR his verbis fecit teſtamentum: † Volo, ꝙ talia mea bona, quæ habeo in tali loco, ſi impuberes filij deceſſerint, antequam veniant ad ętatem teſtandi, perueniant ad tale monaſterium, in quibus hæredem ipſum mihi inſtituo. An videatur in certa re ſub conditione inſtitutum monaſteriū, an vero ſubſtitutus pupillus, quamuis in certa re, non obſtante quòd dixerit, mihi inſtituo, vt eſt caſus expeditus ff. de ſecundum tabulas. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. & facit quod no. de vul. & pupil. ſubſti. l. 1. §. 1. & iſte ſubſtitutus, qui eſt in certa re, ſcilicet monaſterium habebit omnia bona pupilli, vt l. j. §. ſi ex fundo. de hære. inſti. eo. tit. ſi alterius. & l. quomodo. §. ſi duo. & l. ſi quis prior c. ad trebel. Et præſtabit legata & fideicommiſſa omnibus mortuis impuberibus, & deducet debitam iure naturæ etiam aduerſus relicta ad pias cauſas, vt no. per Accur. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epi. & cle.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ſupplementum petendi filio in quantitate minori legitima inſtituto an currat:*

CONSILIVM XVII.

1 AN filio inſtituto in minori quantitate † legitimæ currat tempus in petendo ſupplementum? Et dico, quòd ſi eſt minor, non currit ſibi tempus: quia talibus non currit tempus quinquennij ad querelandū de inofficioſo teſtamento. Ideo eadem rõne non curret ad petendum ſupple-

ſupplementum quod eadem ratione competit, ſecundum Bar. vt l. adoleſcenti. C. in qui. cau. in inte. reſti. nõ eſt neceſſaria. & l. ſi quis filium in fi. C. de inoff. teſtam. Aut eſt maior: & tunc licet Barto. teneat hoc ius tolli quinquennio: tamen communis opin. legentium habet, quòd dictum ius agendi ad ſupplementum ſit perpetuum, Inſti. de perpe. & temporal. ac. §. primo. & C. de conſti. pec. l. ſecunda. & ita tenet Bald. & alij ſcribentes in d. l. ſi quis filium. Nec obſt. ratio Barto. quod ius agendi ad ſupplementum eſt ſubrogatum loco querelæ: quia hoc negatur, immo inductum eſt odio querelæ, vt l. omnimodo. & l. ſancimus. in princ. C. de inoffi. teſtam. quia licet querela ſit odioſa, iſta eſt fauorabilis. Præterea, ſi diceremus non peti condictione ex l. prædicta ſaltem legitima, & eius ſupplementum petitur petitione hæreditatis, quia in ea ſubeſt titulus inſtituti: at petitio hæreditatis eſt perpetua, C. de peti. hæredita. l. hæreditatis. & ſic debetur ei ſupplementum, & fructus ipſius, C. de inoffi. teſt. l. ſancimus. §. repletionem. & plene no. ff. de inoffi. teſtam. l. Papi. §. ſi conditionem. & C. ad Trebellianum. l. iubemus.

Petrus de Ancha.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum aliquot annis ſolutum, an pro ſequentibus poſſit peti a ſoluentibus.*

CONSILIVM XVIII.

AN ſi legatum eſt factum annuum, & ſolutũ 1 † eſt aliquibus annis, poſſit pro ſequentibus peti a ſoluente, vel eius hæredibus: Concludo ſecundum Nic. Mat. in l. non dubium. C. de legi. quòd quandoque legatum annuũ, vel menſium eſt vnum tantũ, C. quando di. le. ce. l. funeris. §. ſi. & l. cum ſine præſumptione. Et tunc non eſt dubiũ, quòd pro toto tempore ſemel præſtando ſibi præiudicat, l. non dubium. præalle. & l. ſecunda. C. de fideicom. Quandoque ſunt plura, prout eſt regulariter. & tunc ſi ad vnum finem relictum eſt expreſſe, puta alimentum, vel ad ſoluendum doctrinam magiſtris, vel ſimile: & tunc idem propter vnam radicem, C. de duobus reis. l. ſi. in fin. ¶ Nec ob. de fideicom. l. prima; quia ibi non conſtabat ex certa ſcientia agnouiſſe, ſed ex multa præſtatione præſumitur ſciuiſſe: & ideo requiritur præſtatio certi temporis. Si autem nõ erat relictum ad certum finem expreſſum, tunc non præiudicat ſibi in futurum, ar. l. quod de bonis. §. non idcirco. ff. ad l. Falcid. quod intellige, niſi per trinam præſtationem, vt l. i. C. de fideicom.

Petrus de Ancharano.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius hæreditati pauperibus diſtribuendæ datus, an ſit hæres cenſendus.*

CONSILIVM XIX.

1 AN fideicommiſſarius datus ad diſtribuendum totam hæreditatem † inter pauperes Chriſti, dicatur hæres? Et ſi non exequitur voluntatem defuncti intra tempus conſtitutionis ſynodalis, deuoluatur ad epiſcopum: ¶ Ad primum dico, quòd aut datur merus perſonarũ elector, in quem tranſeat titulus hæredis, & tunc non habetur loco hæredis, vt l. cum quidam. ff. de le. 2. & ibi per Bar. Aut datur bonorum diſtributor, & executor, vt ſic in eum titulus heredis repræſentati remaneat: & tunc vicem hæredis ſuſtinet, licet ad eum nihil emolumenti pertineat, C. de epi. & cle. l. nulli. & ibi plene no. de teſt. cum ſibi. vbi per Inno. & Spec. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. verſi. item pone, quòd aliquis. Et inter iſtos eſt magna differentia: quia ſecũdo caſu etiam poſt annum a conſtitutione ſynodali ſtatutum eſt, quòd ipſo iure poſſit electio fieri, donec in iudicio petitum fuerit, ff. de leg. 2. l. cum quidam. & ibi per Barto. Et per præmiſſa patet, quòd ſi teſtator dicit, quod dat fideicommiſſarios, datores, diſpenſatores vel diſtributores omnium ſuorum bonorum, videtur eos voluiſſe eſſe loco hæredis, & ut haberent poteſtatem diſtribuendi & erogandi, vt nomen ſit conſequens rei, Inſt. de don. §. eſt & aliud ¶ Ad ſecundum dico, quòd ſi fuit intra tẽpus legitimum impeditus, quominus potuerit diſtribuere, non currit: quia currit tantum negligenti, de teſta. c. 3. & ibi no. per Hoſt. Et quòd impedito non currat, tenet Fede. de Senis conſi. 124. & Bald. in l. id quod pauperibus. C. de epi. & cleri. Et etiam ſuper hoc debet pronũciari: primo quicquid ſenſerit gl. in l. ſancimus. C. ad Treb. vt no. Bar. ff. de ope. no. nun. l. ſtipulatio. §. hoc autem. Nam cum iſtud ſit antecedens ad epiſcopi admiſſionem, debet de hoc ante liquere, & pronunciari, ff. de iure fiſci. eius qui delatorem. cum ſimi.

Petrus de Ancharano.

SVMMARIVM.

1 *Fratres minores legatorum an ſint capaces.*

CONSILIVM XX.

1 TEſtator inſtituit hæredes pauperes † Chriſti, & legauit medietatem bonorum conuentui fratrum minorum de Bonon. pro miſſis. & orationibus dicendis, & celebrandis pro ipſius teſtatoris anima, addens, quòd ſi legatarius non poſſet recipere quouis modo, vel cauſa, tunc peruenirent ad hæredes ſuos. An minores poſſint capere legatum, maxime vigore ſtatuti Bonon. &c. quo cauetur, quòd ſyndicus communis Bonon. poſſit exigere legata dictis fratribus relicta. & illa diſtrahere, & precia fratribus tribuere? Et videtur, quòd fratres non poſſint capere, quia non ſunt capaces relictorum in genere, vel in ſpecie, vt in clem. exiui. §. quia igitur. de verborum ſignif. & in ver. ſequenti: prohibentur etiam habere annuos redditus: vnde incerta mendicitas debet eis victum tribuere, de reli. do. ca. primo, lib. 6. Cum igitur teſtator expreſſe voluerit, quod ſi non poſſet habere legatum de iure, videtur expreſſe ademiſſe legatum, ff. de adim. leg. l. diui. & l. legata inutiliter. & l. nihil. cum pluribus ibidem. Ad idem quod no. Barto. in minorica, vbi dicit, quòd ſi teſtator diſponit, quod hæreditas perueniat ad fratres minores, quod ipſi non erunt capaces illius hæreditatis, per textum dictæ clem. exiui. Nec ob. ſi dicamus, quòd ſaltem hæredes teneantur ad æſtimationem, per no. per gl. in d. c. j. de religi. domi. & per Barto. in minorica: quia illa quæſtio procedit, quando legatum non eſt ademptum, ſed hic eſt ademptum, vt eſt dictum ſupra. Et ad prædicta optime facit extraua. Ioã. 22. quæ incipit, ad conditorem. vbi expreſſe hoc prohibetur etiam cum decreto: & ſic ceſſante etiam dicta ademptione non poſſent capere. Et ad idem alia extrauagans Io. prædicti, quæ incipit, quia quorundam. ſtatutum autem prædictum non prodeſt, quia iſtud legatum per ademptionem eſt extinctum. Nec de nullitate ſtatuti nunc me intromitto, quia non eſt opus.

Petrus de Ancharano.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum certis annis non ſolutum, an pro præterito repeti poſſit.*

CONSILIVM XXI.

1 AN ſi legatur alicui de ordine mendicātium † annuatim pro neceſſitatibus ſuis id, quod voluerit, & petierit ab heredibus teſtatoris, dum tamen non petat vltra 33. libras in anno: talis poſſit petere iſtud legatum pro quibus ſi iam annis præteritis? Conclude, quod aut legatarius ignorauit illud legatum ſibi fuiſſe factum, & nuper certificatum, & tempus ſibi non currit niſi a tempore ſcientiæ, & ex quo ſibi petendi facultas ſuppetit, ff. ad ſilleia. l. 3. § ſi conditioni. de ſtatulibe. l. ſtatuliberos. §. ſi quis hæredi. & quod not. ff. de his qui no. infa. l. genero. & ibi per Bar. aut legatarius ſciuit, & dico idem. Nam prædictum legatum annuum pro neceſſitatibus ſuis intelligitur eſſe legatum alimentorum, ff. de alimen. leg. l. penul. §. ū. & l. fi. & maxime cùm ſit factū homini euidenter pauperi & de ordine mendicantium, vbi eſt mendicitas iuris & facti. ff de tranſac. cum hi. §. ſi annos. & ibi no. ergo apparet, quod quolibet anno eſt conditionale, ſi viuat, & ideo cum vixerit, & viuat, merito poteſt pro præterito tempore agere. ff. de alimen. leg. l. is cui annua. cum ſi. ad hoc de ver. obli. l. huiuſmodi. Nec ob. de relatiuo iuncto verbo futuri temporis, ſi noluerit & petierit: quia dico, quod relatiuum reddit conditionale ſuum antecedens, cui adijcitur: vnde ſi illud conſiſtit circa ſubſtantiam relicti, illam reddit conditionalem, & deficiente conditione relictum non habet effectum, vt l. ſtichus. ff. de leg. primo, & ibi per Bar. & l. prima, de condi. & demon. ſed ſi non conſiſtit circa ſubſtantiam relicti, ſed circa aliud accidens, ſicut eſt in caſu iſto, puta circa declarationem ſummæ & quantitatis: tunc deficiente tali conditione, actus habet effectum perinde, ac ſi adiecta non fuiſſet, ff. de hæred. inſtituendis. l. 2. C. de inſti. & ſubſti. ſub conditione. Modo ad propoſitum, legatum alimentorum valet, ſi ſit incertum etiam declarata quantitate, ff. de adimen. leg. l. cum alimenta. Præterea, iſta conditio fuit adiecta per declarationem & voluntatem ipſius fratris, quæ poteſt exprimi etiam poſt tempus cuiuslibet anni, vt infra dicam. Nec ob. verbum, pro neceſſitatibus: ergo niſi conſtet neceſſitates incumbere, legatario non debetur, ff. quando di. le. ced. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. Ex quo ergo tempus eſt lapſum, patet, quòd non fuit neceſſitas: quia dico, quòd iſtud verbum denotat demonſtrationem, vt per hoc ſignificetur legatum eſſe alimentorum, vt in præallegatis iuribus: nec ſignificat cauſam finalem, ſed impulſiuam, de condi. & demon. l. Titio centum. in prin. & C. de iure do. l. ſi mulier. cum materia ſuat & ad hoc accedant verba teſtatoris. quæ dicunt, quod ob remunerationem hoc faciebat. Præterea, ſiue ponas pro cauſa finali, ſiue impulſiua, negari non poteſt in homine tam euidenter paupere neceſſitatē an miſericordiā ſubſuiſſe, ſecundum ea quæ ſupra dixi per prædictum § ſi in annos. & in d. l. prima. Non ob. ſi dicatur, quòd deberet ſingulo anno declaraſſe per illud verbum, in anno: quia illud venit ad declarationem & limitationem annuæ ſummæ: non autem aſtringit ad petendū vel recipiendum in anno, ne res & diſpoſitio pereat, de re. du. l. quoties. & quia relatio dicti verbi in anno, debet fieri ad proxima l. ſi idem cum eodem. de iuriſ. om. iud. & ideo ſiet poteſt petitio etiam poſt tempus anni. Nec ob. l. hęc conditio. de condi. & demon. quia dico, quod lex illa debet intelligi in conditione expreſſa: ſecus ſi tacita, vt probatur expreſſe Inſti. de lega. § optionis. coniuncta l. mancipiorum. de optio. lega. vbi licet incontinenti eligere & declarare voluntatem ſuam ſtatim cum cognouit legatum factum, C ſtatuit tempus ad eligendum, vt d. l. mancipiorum.

Pet. de Anchara.

SVMMARIVM.

2 *Legatum ad certum eccleſiæ vſum, an poſſit ad alium eiuſdem eccleſiæ conuerti.*

CONSILIVM XXII.

1 TESTATOR reliquit octingentas libras ſerpendi in tinea eccleſię, & ibi iam erant inchoati pilaſtri & parietes, ſuper quibus debebat ædificari, non tamen erant adhuc perfecti: hęredes nolunt expendere dictam pecuniam in conſtructione parietum & pilaſtrorum, dicentes in tineā conuertendos, & non in illis pilaſtris, quid iuris ſit? Videtur, quòd in illis compelli poſſint. Natura namque cuiuslibet diſpoſitionis eſt comprehendere non ſolum expreſſa, ſed etiam expreſſis connexa, ff. de admi. tuto l. ita. §. ſi tutor. & l. tres tutores. circa medium. eo. ti. ad idem ff. de neg. geſt. l. idem acta. geſtio enim limitata ad tempora protenditur vltra tempus deliberatæ conſummationis operis inchoati. Item concomitantia & connexitas operantur, vt ſub diſpoſitione veniant tacite etiam non expreſſa, ſi ſine eis quod exprimitur, non ſortiretur effectum, ff. de iuriſdic. om. iudic. l. 2. ff. de procu. ad rem mobilem. de offic. dele. pręterea. Pilaſtri autem & parietes connectuntur tineæ, quę ſine eis ſubſiſtere non poteſt, ergo tanquàm pręambula ad tineam & ſibi coniuncta debent ſub diſpoſitione intelligi. Nam quando ſunt duo, quorum vnum alterum vt ſuum pręambulum pręſupponit, ſtatim vno poſito & alterum poſitum intelligitur, ff. de acqui. here. l. illud. & l. neque. §. fi. Quia igitur pilaſtri & parietes neceſſario pręcedunt tineam, ideo debent dici coniuncta & non extranea. Quod enim dicitur de tinea, debet intelligi de pilaſtris ratione connexitatis: facit de iudi. quanto. Simul dicit lex ad armandum nauem, videtur cōuerſum quod expenſum eſt in alimentum nautarum, ſine quibus nauis produci non poteſt; ff. de exerci. l. prima. Item cui conceditur finis, videntur conceſſa omnia, propter quę peruenitur ad finem, vt dicta l. ad rem mobilem. Et conceſſo hauſtu ad fontem, conceditur iter ad ipſum, ff. de ſerui. ruſt. pręd. l. tertia. §. fina. Cum igitur tinea non poſſit aliter conſummari, ideo ad iſtam debet extendi. Ia. de Maliſchalchis.

Ad idem triplex conſideratio videtur mihi in facto habenda. Primo, vt conſideremus, an tota pecunia legata expendatur in opus fiendum, antequàm deueniatur ad tineam. Secundo, quòd non tantam expenſam exigit, ſed non ſufficit reſiduum ad complementum tineæ. Tertio, quòd ſufficiant ad complementum tineę pilaſtrorum, & parietum. Et iſta diſcuſſio, quia eſt facti, non ad iuriſperitos, ſed ad artifices eſt referenda l. lacum, & ſtagna. ff. de acquiren. rerum domin. Attingam ergo quid iuris ſuper facto ſic tripertito. Et in primo membro habeo pro indubitato, dictas octingentas libras non eſſe in dictum opus erogandas, ex quo nihil de tinea eſt attingendū: pro hoc do caſum in l. prima, ff de admin. rerum ad ciui. perti. & l. legatum. in prin. eodem titu. quod enim relictum eſt in aliquod opus licitum fiendum, quale eſt, de quo in themate, non debet in alium vſum conuerti. Fallit in quibuſdam caſibus, qui non tangunt caſum noſtrum. In ſecundo dico idem per eadem iura: voluntas enim teſtatoris eſt amplectenda, l. in conditionibus. in princip. ff. de conditio. & demonſtratio. Ad tertium & puto, quod pecunia ſit ero-
2 gāda in hoc. Et ad hoc multū bene faciunt allegata ſupra in alio cōſilio. Præterea hęc videtur eſſe mēs teſtatoris, quæ colligitur ex quantitate pecuniæ legatæ,

ſicut

ſicut enim opere explicando per teſtatorem expreſſo, & quantitate pecuniæ legatæ colligitur & declaratur ſeu ſubintelligitur quantitas legata ex modo operis ininncti, ſic ex ſumma legata ad tineam colligantur declarentur & ſubintelligatur modus operis, l. præparamentū ad tineam, quantum poteſt vltra tineam explicari, arg. l. quidam. de leg. 3. Nam quod iuris eſt in ædificio, idem eſt in præparamento ad ędificium, vt l. j. §. hoc interdictum. ff. de cloa. Præterea cōſtat, quòd quātū quātitas legata excedit expenſam tineæ, hoc nō debet hæredi remanere, ſed ad aliud opus & expēſam piam eſt conuertendum, arg. l. legatum. 2. reſponſo. ff. de admi. rerum ad ciui. perti. & l. legatum ciuitati. ff. de vſufru lega. Si ergo in aliud opus conuertendum, fortius in dicto præparamento & præambulo eſt conuertenda: nam legata pecunia ad opus nouum, potius eſt conuertenda in tutelam operis iam facti, quàm ad inchoandum opus eroganda, l. finali in principio. ff. de operibus publicis. fortius ergo ad præparamentum & præambulum. An autem debeat cauere hæres de ſoluendo dictam quantitatem pecunię, hoc habeo pro indubitato, quòd debet, & ad hoc poteſt cogi, l. hæc ſtipulatio. in prin. & l. etiam. ff. vt leg. no. cau.

Flo. de ſan. Pe.

SVMMARIVM.

1 *Portio canonica eorum, quæ hoſpitali relinquuntur, epiſcopo an debeatur.*

CONSILIVM XXIII.

1 AN epiſcopo debeatur canonica † portio de relictis hoſpitali non ædificato de auctoritate epiſcopi? Et videtur quòd non, quia talis locus non videtur ſubiectus epiſcopo, de reli. do. ad hoc. ergo non debetur canonica: quia hæc portio competit epiſcopo ratione iuriſdictionis, quā habet in eccleſia, cui ſit relictum: ad hoc de teſta. offi cij per Io. An. & quod ipſe no. in cle. dudum. de ſepul. Item talis locus non cenſetur religioſus, ex quo dięceſani auctoritas non interuenit, de conſe. di. j. nemo. de reli. domi. ad hęc. Canonica portio debetur de relictis loco religioſo, vt in c. requiſiſti. de teſta. ¶ In contrarium videtur, quia relicta tali loco legantur pro anima, vt d. c. requiſiſti. ſed de legatis pro anima competit epiſcopo canonica, niſi in quibuſdam caſibus poſitis in c. fi. de teſta. de quibus iſte non eſt, ergo debetur canonica. ¶ Secundo ſic, non licet conſtruenti eximere locum iſtum a ſolutione huius portionis, 10. q. j. ſic quidam. Sed iam liceret, ſi canonica non deberetur, eo quòd auctoritate epiſcopi nō eſt conſtructa. ¶ Tertiò ſi diceremus, quòd conſtructa auctoritate epiſcopi teneantur, alias non ſequeretur quòd melioris conditionis eſſent loca non conſtructa auctoritate epiſcopi, quàm alia, quod eſſe non debet. Nam qui ſine epiſcopo conſtruxerunt, epiſcopum cōtempſerunt, a quo deberent licentiam obtinere. Vnde deterioris conditionis eſſe debent, quàm illi, qui debito modo conſtruxerunt hoſpitale, de dolo. contingit. de pręben. eum q. li. 6. Nec ob. quòd quis poteſt conſtruere ſine licentia epiſcopi, vt no. in d. c. ad hoc. & gl. 18. q. 2. quidam. quia talia hoſpitalia ſine licentia epiſcopi ędificata, hoſpitalia vocari non debent, ſed ſunt quędam domus deputatæ ad hoſpitalitatem: quæ non ſunt capaces relictorum, nec poſſunt habere bona per ſe, C. de collegi. illici. l. fi. ſed ſunt loca penitus profana & non perpetua, ſed ad nutum deputata mutabilia, & in iſtis nō eſt neceſſaria quęſtio, quia ex quo non acquirunt ſibi, ſimiliter non dant quartam. Hæc ſint dicta allegando

Gal. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæreditate reſtituenda grauatus, an poſſit de præmortuorum portionibus quartas detrahere.*

CONSILIVM XXIIII.

1 AN ſi teſtator habens filios impuberes † inſtituit eos, & ſi decesſerint quandocūque, ſubſtituit vnum alteri, omnibus decedentibus ſubſtituit quendam attinētem ſuū. Demū mortuo teſtatore, moriuntur tres filij impuberes, vltimo remanente, & poſtea moriente in ætate puberi: attinens grauatur reſtituēda hæreditate, an poſſit de portionibus præmortuorum detrahere duas quartas, Videtur quod non, quia iſte vltimus ſucceſſit illis ex pupillari, & ſic grauari potuit etiam in legitima, ut l. ſi fundum. in fi. & l. ſequen. ff. de leg. primo, & no. Cy. in l. ex tribus. de inoffi. teſtam. Contrarium ibi tenet Bal. & ſic dicit ſe conſuluiſſe. Nam iſti antiquiores ſolum videntur ſubſtituti vltimo morienti, & ad bona præmorientium nō veniunt ex pupillari, quia ex ea vltimo moriens ſucceſſit fratribus pręmortuis. Vnde de perſona in perſonam non potuit directa ſubſtitutio pupillaris facere tranſitum, & in perſonam deſinere, & tranſire in ſecundam, argu. l. ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. de mino. & l. hereditas ad tempus. de vulgari, & pupil. Cum enim per talem ſubſtitutionem videatur voluiſſe teſtator conſeruare ius legitimorum hęredū, vt l. vel ſingul. de vulga. & pup. in portione vltimi deuoluta ad eos ex fideicōmiſſo reperit portiones aliorum pręmorientium, quę etiam deuolutæ ex pupillari in reſtitutione veniunt, vt pędixi: ergo iure capiet pręmorientium portiones, quo capit ultimam, in qua illas ceperit: & ſic eodem iure illas conſequitur, nō iure diuerſo, ar. l. cum qui. de vſuca. & cap. cum in tua. de deci. Pet. de Ancha.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in extremis emiſſa, fiſco quando proſit.*

CONSILIVM XXV.

1 TESTATOR habens filios ſpurios, † inſtituit extraneum hęredem, puta A. quem rogauit occulte, ut dictis filiis reſtitueret hæreditatem: qui A. rogauit B. poſtea eius filium, q B. in vltimis conſtitutus hoc confeſſus eſt. Quæritur, an talis confeſſio proſit fiſco, abſente eius procuratore? Et conſidero, quòd fideicommiſſa tacita, vt plurimum fiunt occulta, & in fraudem, vt l. prima, in princip. & l. non intelligitur. §. tacita. & l. edicto. §. primo, ff. de iure fiſ. & l. cum quidam. §. in tacito. ff. de vſu. & quòd occulta non de facili probantur tam plene, & liquide ſicut alia, & ideo in illis admittuntur probationes, quæ alias non ſufficerent, vt l. conſenſu. C. de repu. Et propter hoc in dicto §. tacita. quæſitum eſt de modo probandi, & inter alios textus cum glo. poſuit confeſſionem rogati, & eius, qui accommodauerit fidem, quam glo. eſt veriſimile intellexiſſe abſente fiſco, & procuratore eius. Nam alias cui dubium, quòd ſi emanaſſet pręſente procuratore fiſci, fidem feciſſet ſecundum regulam l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & l. j. ff. de interro. ac. & quod no. per gloſ. in l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. & l. j. C. de confeſ. ponderata conditione perſonarum, videlicet primi teſtatoris habentis filios, & ſpurios, propter quos, vt docet experientia, quotidie fiunt dicta fideicommiſſa tacita ad defraudandum leges. Et dictus B. hoc aſſeruit moriens poſt conditum eius teſtamentum, & ſic de-

texit fraudem & tacitum fideicommiſſum, quamuis non animo detegendi ad commodum fideicommiſſi, ſed exequendi & obſeruandi fidem, quam præſtiterat dicto teſtatori. Ex quibus ſatis conſtat de præſumptione fraudis, ar. l. qui teſtamentum. & quod ibi probatur. ff. de proba. ex qua etiam ſola iudicatur quandoque ſi eſt vehemens, donec probetur contrarium, ar. c. 2. & ibi no. de præſum. & ꝙ non præſumitur dixiſſe in vltima voluntate aliud, quam mente agitauerit, ar. l. Labeo. ff. de ſupel. lega. Et ꝙ ex tali detectione non reſultabat ſibi aliquod commodum temporale, ſed potius incommodum, cum ſi nolebat fidem ſeruare, poterat ſibi retinere, ſed expreſſit ad conſeruandum fidem ſibi occultè commiſſam.

Franciſcus de Ramponibus.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio facta de eccleſia vel loco pio teſtibus non rogatis, an ſit valida.*

C O N S I L I V M XXVI.

1 AN, ſi inſtituitur eccleſia vel pius † locus, valeat inſtitutio, ſi teſtes non ſunt rogati? Probatur quòd ſic, quia in his, quæ pietatis cauſa relinquuntur, minus ſolemnis voluntas ſufficit, ſicut & inter liberos, C. de teſta. l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto. Et hoc tenet gl. in cap. cum eſſes. de teſta. Sed in teſtamento inter liberos ſufficiunt qualiacũque indicia etiam per duos teſtes fortuitos non rogatos, vt no. gl. C. de codicil. l. fi. in gl. antepenul. ergo idem in relictis ad pias cauſas per æquiparationem prædictam: quæ æquiparatio probatur per illas decre. cum eſſes. & relatum. de teſtamen. quæ loquuntur etiam in hæredis inſtitutione facta in eccleſijs vel pijs locis, cum dictus §. loquatur de hæredis inſtitutione: quod etiam probant verba generalia dicti c. cum eſſes. ibi, quòd teſtamenta quæ fiunt in vltima voluntate. & ibi, & teſtamẽta q̃ parochiani. & ibi, neque audeat huiuſmodi reſcindere teſtamẽta. ¶ Nec obſtat verbum relinquo, poſitum in c. relatum. quia etiam iſtud verbum competit inſtitutioni hæredis, de teſta. Ray. in prin. ¶ Poſſet æquè diſtingui, cum quæritur, an ſolennitates requiſitæ per leges in actu teſtandi ſint ſublatæ, per canones: quod aut quærimus de ſolennitate, quæ requiritur in teſtante, vbi videlicet non eſt perſonæ habilitas, & tunc talis defectus vitiet quo ad pia relicta, ſicut in alijs: & ſic procedat quod no. Ioannes Andreas in capitu. relatum. de teſta. vbi dicit de impedimento furoris defectu ætatis & ſimilium. Et ratio eſt, quia tali non eſt permiſſa diſpoſitio rerum ſuarum propter defectum diſcretionis naturalis: Aut quærimus de ſolennitate, quæ requiritur quo ad ſubſiſtentiam relicti: & tunc ſi relictum de iure non ſubſiſtit, quia eſt contra ius vel bonos mores: idem quod ſupra proximo membro. Sic debet intelligi dictum Hoſtien. poſitum per Ioannem Andreã, de teſtamen. Io. ſuper verbo pijs locis. alle. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. Aut de alijs ſolennitatibus teſtamenti, vt de numero teſtium, & eorum rogatione, & captatoria inſtitutione, & alijs, quæ non reſpiciunt vitium perſonæ vel rei, ſed ſolum formæ: & tunc ſolum conſideramus voluntatem teſtatoris quo ad relicta ad pias cauſas propter æquitatem canonicam, quæ ſolum conſiderat quid de voluntate iuſta teſtantis appareat: ad quod ff. de teſta. l. 1. & ſic procedant textus & rationes ſupra in prin. alle. Pro quo bene facit, quod not. in Spec. de inſtrumen. edi. §. nunc vero aliqua. verſic. ſed pone quòd ex eo teſtamento. in 10. colla. vbi dicitur, ꝙ ſi in teſtamento relinquantur aliqua ad pias cauſas, licèt non adeatur hæreditas, quia forte hæres non vult nec poteſt adire in fraudem, nihilominus debetur legatum etiam ad pias cauſas, poſito, ꝙ teſtator non præceperit talia legata ab inteſtato non deberi, ad d. c. relatum. quod videtur facere in contrarium ibi dũ dicit, legitimis teſtibus: dico, ꝙ procederet arg. ſi vbi dicit legitimis, diceret legitime: ſed quia dicit legitimis, intelligo, i. omni exceptione maioribus: de teſti. licèt ex quadam. Et quòd dicit requiſitis, intelligo, id eſt non vocatis: non ſequitur ergo rogatis. Vel verius ibi loquitur de requiſitione teſtium legitimorum facta per iudicem, qui cauſam examinabat, non de requiſitione facta per teſtatorem.

Ioannes Calderinus.

S V M M A R I V M.

1 *Mater iure naturæ debitam portionem de bonis mariti quando poſſit detrahere.*

C O N S I L I V M XXVII.

1 SI teſtator dicit, quandocunque filius meus † deceſſerit ſine liberis, bona mea diſtribuantur inter pauperes per fideicommiſſarios eligendos: moritur filius in pupillari ætate, matre ſuperſtite, an ſit locus detractioni portionis debitæ iure naturæ? Dico, quòd Bart. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. dicebat, quòd licèt iſta ſubſtitutio videatur fideicommiſſaria, ff. de vſufru. leg. l. fundi. tñ reuera eſt directa intra tempora pubertatis. Nam in his verbis 2
tale verbum, quandocũque ſine filijs deceſſerint, quòd tunc fideicommiſſarij accipiant, & debent, vt l. aliæ. in fi. primæ gl. ff. de alimen. lega. in Aut. de eccl. ti. §. ſi quis autem. & vbi tale verbum accipiant, ſubintelligitur, trahitur ad directam pupillarem, de teſta. cap. 1. lib. 6. quia hoc congruit verbis & perſonis, de vulgari & pupillari. l. his verbis. Nec ob. ſi dicatur, mater eſt in medio: ergo iſta interpretatio non debet admitti: quia ſicut tacita pupillaris non admittitur contra matrem, vt l. precibus: ita nec iſta interpretatio. Sed vt dicis, quòd contra matrem non admittitur tacita voluntas, de qua teſtator non cogitauit, ſed tacita, quæ ex præſumpta voluntate colligitur ex aliquibus coniecturis, vel verbis teſtamenti, iſta bene excludit matrem, vt l. precibus. in gl. ſuper verbo, omnino. & l. in teſtamento. ff. de nul. teſta. ſed iſta eſt huiuſmodi. Sed aduertendum, quòd perſonæ, quibus debet fieri diſtributio de manu executoris, capiunt, & ideo non ſunt directè ſubſtitutæ: nam ſubſtitutus directe capit a ſeipſo, non miniſterio alterius, de teſta. ſi pater. lib. 6. Veniunt ergo per obliquum perſonæ, quibus debet fieri diſtributio, l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſco. & cleri. quæ loquitur in directa inſtitutione. Sed in diſtributione loquitur l. nulli. eod. titu. quæ diſtributionem fiendam vocat fideicomiſſariam. Nec videntur executores tacite directo ſubſtituti: quia nec ius hic exprimit. Sunt ergo executores electores pauperum & diſtributores bonorum. Nec hæredes ſunt, quia teſtator de alijs hæredibus prouidit, ſ. de filijs. Nec executores loco ſubſtitutorum habentur, quia teſtator non ſubſtituit eos filijs, ſed in euentum mortis filiorum decendẽtium ſine liberis dedit poteſtatem teſtator executoribus eligendi perſonas & diſtribuendi bona. Mors igitur filiorum non facit executores cenſeri ſubſtitutos datos filijs, ſed ſolum conditionẽ purificat reſpectu poteſtatis exequendi cõditionaliter, ſ. in euentũ mortis filiorũ attributæ fideicommiſſarijs, & inſuper perſonæ, quibus debet fieri diſtributio, non ſunt ſubſtitutæ filijs, vt patet ex verbis & forma teſtamenti. ¶ Ex his infero & concludo, quòd dicto filio debeatur legitima, qui reſpectu executorum vel pauperum eligendorum ab eis nulla reperitur eis facta ſubſtitutio,

ſubſtitutio, quæ eum legitima priuet, & in hac legiti-
ma ſuccederet mater, vt in authen. defuncto. Vnde ad
uertendum, quia quandoque teſtator inſtituit paupe-
res ſimpliciter, & tunc vt directo inſtituti veniunt, vt
l. ſi quis ad declinandam. præalle. Item ſi teſtator inſti-
tuat pauperes, quos executor nominabit, de quo in
Spe. de inſtr. edi. §. nũc aliqua. verſ. ſed an pauperes. vbi
etiam in additione. quandoque teſtator ſubſtituit fi-
lios pauperes, & tunc ad matrem excludendam conſi-
deratur ſubſtitutionis natura, & forma, de teſt. ſi pater.
lib. 6. quandoque teſtator inſtituto hęrede filio, & in
euentum mortis eius iubet bona diſtribui inter paupe-
res: tunc pauperes veniunt iure legati, vel fideicõmiſſi,
vt d. l. nulli. vbi caſus.

SVMMARIVM.

1 *Executio teſtamenti quando ad epiſcopum deuoluatur.*

CONSILIVM XXVIII.

1 AN executoribus deputatis ſuper diſtributio
ne pauperibus † fiẽda de hæreditate, ſufficiat
diſpenſatio verbalis facta intra terminum,
ſi non eſt deuentum ad realem, ad finem,
vt impediatur deuolutio diſtributionis ad epiſcopũ?
Et videtur, quòd non ſufficit verbalis diſtributio, quia
diſtributor videtur ſolum eſſe diuiſor, cui momenta-
nea, & voluntaria tanta cura eſt iniuncta, & alia eſt
cauſa exequutorum, quam neceſſitas præbendarum
alimentorum ad exequendam aſtringit, de alimen. le-
ga. l. pecuniæ. Nec poſſet etiam dici miniſter, qui habet
diuidere, ſiue ſoluere, ſiue exequi, vt eodem titu. l. ter-
tia. Sed dico ſufficere verbalem executionem: Nam te
ſtator deputauit iſtum executorem, ſed verbaliter di-
ſtribuendo voluntatem teſtantis exequitur, vt l. nulli.
& l. ſi quis ad declinandam. C. de ſacroſan. eccle. præ-
dicta enim poteſtas executoris partim conſiſtit in exe
cutione verbali, ſicut eſt electio perſonarum, quæ ver
balis eſt, ff. de leg. ſecundo, l. cum quidam. & partim in
executione reali, ſicut eſt, quòd bona per quotas aſſi-
gnentur, quæ realiter eſt facienda, de re iudica. cum
aliquibus. facit quod not. in Spe. de inſtru. edit. §. nũc
vero. ver. porro. & ver. an diſtributor.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus ad diſtribuendum pauperibus, an poſſit eligere
puellam hoc addito, cùm nupſerit: an talis executio valeat.*

CONSILIVM XXIX.

1 SED quid, ſi executor datus ad diſtribuendum
inter pauperes, eligit puellam, † cui diſtribuit in
euentum conditionis, quando nupſerit, vel quã-
do monaſterium intrauerit, an valeat? Reſpon-
deo, poteſtas executoris non eſt certo modo limita-
ta, ſed liberè conceſſa: Ideo poteſt diſtribuere in euen-
tum conditionis, vel purè, prout ſibi videtur. Sed quid
ſi conditio excederet tempus annale ſibi datum ad
exequendum per Ius? de teſta. nos quidem. Et vide-
tur, quòd non poſſit apponere talem conditionem,
quia non ſic poteſt iudex iudicare tempore finito, de
offi. delega. de cauſis. Reſpondeo, tenet dicta diſtribu-
tio, quoniam facta eſt per executorem durante pote-
ſtate exequendi, ſed ſola facti executio dilata eſt ad
tempus infraſcriptum, ff. de iud. l. venditor. & per gloſ.
in dicta l. eum qui. & conditionis, vel diei euentus tra-
hitur ad diem diſpoſitionis, de appella. præterea. facit
quod no. Ioan. And. in regula, cum ſint. de reg. iur. lib.
6. in nouella.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus filios, & filias abinteſtato ſi reliquerit, filiæ an cum ma-
ſculis ſuccedant.*

CONSILIVM XXX.

1 AN ſi iudęus reliquit filios, & filias † abinte-
ſtato, filiæ pariter ſuccedant cum maſculis?
Et videtur quòd non, quia ex lege Moſaica
habetur, quòd ſolus maſculus ſuccedat ex-
cluſis fœminis: & dixit Dominus quòd hęc lex ſancta
eſſet perpetua: hoc habetur Numeri, cap. 27. Cum igi
tur hęc lex fuerit data iudæis, & eccleſia illos tole-
ret, & Papa & Imperator, vt inter ſe legem ſuam ſer-
uent, ergo ſecundum illam ſuccedant. Ad idem l. iu-
dæos. C. de iud. in fin. ibi, admiſſuri hactenus permiſ-
ſa, ſi ab illicitis non abſtineant. Nam ex illo text. datur
intelligi, quòd lex ſua inter eos debet ſeruari, niſi in
his, quæ ſunt eis prohibita. Item lex Moſaica eſt ſpecia
lis iudęorum, ergo inter eos derogat legi generali, &
communi, ſicut ſpecies generi, vt in regula, generi: de
regu. iur. lib. 6. Ad idem quod ſcribitur in euangelio,
Legem habemus, & ſecundum legem debet mori. Et
ibi, Tollite eum, & ſecundum legem veſtram iudica-
te eum, quaſi dicat, lex veſtra debet vobis ſeruari. Nec
ob. l. iuſſio. l. nemo. & l. iudęi. & l. nullus. §. primo, C. de
iudęis. vbi videtur legem ciuilem ſeruandam: quia fa-
teor in his, quæ ſunt iudęis expreſſe prohibita, ſed in
his, in quibus lex ciuilis non derogat, tunc inter iu-
dęum & Chriſtianum ſeruatur lex communis, & ſic
Chriſtiani. Si quæſtio eſt inter iudęos, tunc ſeruatur
eorum lex ſpecialis diſponens de illo caſu, vt ſicut in-
ter Chriſtianos primo ſeruantur eorum ſtatuta. Lege
vero Moſaica deficiente, recurrendum eſt ad ius com-
mune. Ita debet intelligi illa l. iudęi.

SVMMARIVM.

1 *Executor teſtamenti, filios proprios in pauperes, an poſſit eligere.*

CONSILIVM XXXI.

1 AN executor teſtamenti datus ad † diſpen-
ſandum per teſtatorem bona inter paupe-
res Chriſti, poſſit filijs propriis pauperibus
diſpenſare? Et videtur, quòd non, quia ſuſpi
tio eſt contra patrem, ex quo filijs diſtribuit, 89. diſt. de
tentor. 10. q. 2. hoc ius. in fi. & maxime, quia ſibi ex hoc
acquirit aliquam vtilitatem, & ſic eſt ſuſpitio contra
eum, de inſti. c. fi. de iure pa. per veſtras. Et cum pater, &
filius iuris fictione cenſeatur eadem perſona, non eſt
veriſimile, teſtatorem ſenſiſſe de filijs ipſius cum dede
rit poteſtatem alijs diſpenſandi, & ſic voluit aliam per-
ſonam, quàm ipſum, vel eius filios. Item pater habet
vſumfructum in bonis aduentitijs filij, C. de bon. ma-
ter. l. prima, & de bon. quæ libe. cum oportet, & ſic id
non eſt de teſtatoris intentione. Item pater non poteſt
præſtare auctoritatem, vt aliquid tradatur filio, quod
ſi fiat, nulla eſt auctoritas, quia euidenter ſibi acquire-
re vult, ff. de auto. tu. l. j. primo reſponſo. in fi. ad idem
ff. ad legem cor. de fal. de eo, cum ratione ſequentis le-
gis. Et faciunt rationes Hoſti. no. de iure patro. conſu-
luit. an pater poſſit filium ad eccleſiam præſentare.
Io. Cal. Idem in conſi. 39.

SVMMARIVM.

1 *Leges filios in legitima an. grauandos aſſerentes, an habeant lo-
cum in ſtatuto legitimam vſque ad dodrantem augente.*

CONSILIVM XXXII.

1 AN ſi ſtatutum auget legitimam † filiorum vſque ad dodrantem, habeant locum in tali augmento leges, quæ dicunt, filios nõ grauari in legitima? Et puto quòd ſic, quia cum per ius commune poſſit augeri vel minui, & ſic per cõſequens per ſtatutum, vt fuit aucta per Auth. de trien. & ſemiſ. col. 3, & in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. In quo augmento habent locum iura antiqua, quæ primitus nolebant filios grauari: & ſic erit iſto caſu. Pro hoc facit diſputatio Dy. quòd per ſtatutum poteſt augeri minui & tolli: de qua in regula, indultum: de reg. iur. lib. 6. Et hoc eſt ſtatutum recipere interpretationem extenſiuam paſſiuè, quam recipit, ar. l. j. §. j. ff. de mu. & ho. & l. j. §. lex falcid. ff. ad l. fal. nam ſi ius municipale inducit aliquod munus perſonale vel reale, omnia iura communia loquentia de munere reali vel perſonali ſimpliciter locum habent in eo, vt d. l. j. §. j. ff. de mu. & ho. Similiter ſi ſtatutum confirmet & faciat validum aliquod teſtamẽtum, locum haberet ar. d. l. j. §. familię. ff. ad l. fal. & hoc no. Bar. in l. omnes populi. in illa quæſtione an ſtatutum recipiat interpretationẽ extenſiuam. Similiter ſi per ſtatutum prohibetur teſtari minor 25. an. intelligitur prohibitus codicillari ex extenſione legis communis ponentis illam regulam in l. 2. & ibi no. Bar. ff. de leg. j. Et ex iſto infertur, quòd pater non poteſt grauare filium ſuper dicta legitima aucta per ſtatutum etiam ex legatis ad pias cauſas: qa legitima eſt debita vt æs alienum 1 & poteſt filius agere ad ſupplementum, ſi minus haberet, vt l. omnimodo. C. de inoffi. teſt. legitima autem non poteſt minui etiã per legatum ad pias cauſas, vt not. glo. & doctores in auth. ſi mulier. C. ad legem falci. Et pro hoc videtur caſus de teſta. Raynutius. & c. ſi pater. eo. ti. lib. 6. ad idem 17. q. 4. c. ſi. vbi dicitur, ſi quis vult exhęredato filio &c. Ad idem 17. q. 2. placuit. §. ſed non econtra. & c. ſi quis iraſcitur. & no. ea. q. voluntas.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pro anima in dubio an pro obligatione relictum ſit cenſendum.*

CONSILIVM XXXIII.

1 AN ſi legatur pro anima, in dubio præſumatur eſſe relictum † pro obligatione, vel aliqua reſtitutione? Et dicitur quòd non, quia ad hoc vt relictum in teſtamento poſſit vt debitum peti, requiritur partis, cui relinquitur, præſentia tempore teſtamenti, vt eſt text. in l. Lucius. §. quiſquis. el 2. ff. de lega. 2. & ita ibi intelligit Dy. eam, & Bar. & not. Iac. de Bel. de interitu mo. præſtito. in lec. ſua: facit ad hoc l. nuda. de dona. hoc etiam obtinet in relictis ad pias cauſas: & no. glo. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. Item ſecundum vtram opi. requiritur, quòd cauſa debiti exprimatur, alias etiam confeſſio debiti ſimpliciter facta non inducit nec probat debitum, ſi fiat extra iudicium, vt l. cum de indebito. ff. de proba. & no. in l. j. ff. de interro. act. Vnde ſimpliciter relinquendo pro anima ſua, non videtur relinquere vt debitum: fit enim tale legatum pro redemptione peccatorum, vt patet 13. q. 2. animæ defunctorum. Vnde dicit canon, pretio miſerationis peccata tua redimas, 86. diſt. eſt & illa. Et ex iſto infertur, quòd legitima filiorum debet detrahi, antequam talia legata ſoluantur, vt patet C. de inoffi. teſta. l. quoniam in prioribus. & l. ſancimus.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſeu conſuetudo loci an liget forenſem in eo bona habentem.*

CONSILIVM XXXIIII.

1 STATVTO ferrarienſi cauetur, quòd extantibus † maſculis fœminæ non ſuccedant. Sed ſi nõ eſſent dotatæ, dotẽtur iuxta facultates defuncti: moritur pater, ſuperſtitib. filio, & filia Paduæ, ꝑ eum primitus coniugata, & habebat bona Ferrariæ Paduæ & Venetijs: Quæritur, an ſuccedat filius in bonis extra territorium Ferrarię poſitis? ¶ Iſta quæſtio videtur deciſa per Iac. de Are. vt no. Cy. C. de ſum. tri. vbi concludit, quòd cõſuetudo cuiuslibet loci, vbi bona ſunt ſita, eſt ſeruanda, cum ſtatutum non extendat vires ſuas extra territorium, arg. l. fi. ff. de iuriſ. om. iudi. & l. cum vnus. ff. de bo. auto. iudi. poſ. §. pe. ¶ Hoc non placuit Bar. ibi, ex eo, quia conſuetudo loci, vbi bona ſunt ſita, non ligat forenſem ibi bona poſſidentem, domicilium non habentem ibi. Vnde diſtinguit, conſideranda verba ſtatuti, quia aut ſunt ſcripta in rẽ, puta bona inteſtati deuoluantur ad primogenitum: tunc ſequitur opi. Ia. de Are. vt vtriuſque loci conſuetudo inſpiciatur: quia cum ſtatutum ſit in rem ſcriptũ, afficit rem ſui territorij, ſiue poſſideatur a ciue, ſiue a forenſi & non res politas extra territorium ſtatuẽtis, ar. l. an in totum. ff. de ædifi. priua. ff. de mu. & ho. l. reſcripto. in fi. ¶ Aut ſunt ſcripta in perſonam, vt videlicet primogenitus inteſtati defuncti ſuccedat in eius bonis: tunc tale ſtatutum non ligat perſonam habentem alibi domicilium, licet bona ibi habeat. Nam ſtatutum non ligat forenſem, ff. de tu. & cu. da. ab his. l. j. in fi. ¶ Secus eſſet, ſi defunctus haberet ibi domicilium & bona alibi, quia tunc ſuccederet in bonis alibi ſitis, & vbi ſunt bona, non ligantur ſtatuto illius ciuitatis, ff. de tu. & cu. da. ab his. l. j. in fi. quia ciuitas ſua poteſt afficere ſubditum ſuum etiam reſpectu rerum in alieno territorio exiſtentium, vt patet in collecta, quę poteſt imponi ciui etiam pro bonis, quæ poſſidet in alieno territorio, ff. de mu. & ho. l. ex reſcripto. § fi. & l. munerum. §. patrimonium. eo tit. & no. per gl. ſuper rub. C. de mu. patri. lib. 10. & tamen collecta imponitur perſonæ pro rebus, vt no. gl. in d. l. reſcripto. §. fi. & l. placet. C. de ſac. ſan. eccl. Ad idem facit, quia hæreditas concernit locum, ſed eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, vt l. hæreditas. ff. de reg. iur. Cum ergo fœminæ per dictum ſtatutum excludantur a ſucceſſione vniuerſali ipſius defuncti, ſequitur, quòd tanquàm aſſectæ fœminæ intelliguntur interdictæ in quolibet alio loco particulari, vt in ſimili dicitur de illo, cui iudex bona interdixit. Nam non tantum in loco ſuppoſito iuriſdictioni interdicenti, ſed in aliquo alio loco, vt ff. de teſta. l. is cui. & ff. de ver. ob. l. is cui.

Franciſcus de Ramponibus.

Alius conſultor ſuper iſto dubio dixit, quòd conſiderandi ſunt tres caſus: Primus, quando omnis hæreditas relicta ꝑ defunctũ extitit in Ferraria. Secundus, quando tota extitit extra Ferrariam. Tertius, quando partim in vno loco partim in alio. Et hoc contingere poteſt dupliciter, vel quia pariter in locis pluribus, vel quia diſpariter, quia in altero locorum maior pars extitit. ¶ Primo caſu quando tota eſt Ferrarię, dicẽdum eſt, filiam totaliter excludendam, ſi ſubiecta eſt ferrarienſi ſtatuto. ¶ Si autem ſubiecta non eſſet, tunc priuatiua diſpoſitio directo relata ad perſonã, vt eſt in propoſito, non concernit non ſubditum, vt d. l. omnes populi. & l. cunctos populos. C. de ſum. tri. de iur. om. iudi. l. extra territorium. ¶ Nec ob. ſi dicatur, bona ſunt Ferrarię, vnde poteſt ſtatutum excludere non ſubiectos ab inquiſitione eorum, C. de iure fiſci. l. certa forma.

ma.li.10.C.de commer.& merca.quaſi per totum, q̄a interdum diſpoſitio ſtatuti priuatiua licèt ſit ad perſonam relata, quandoque priuat a bonis, quandoque ab hæreditate, quādoque à ſucceſſione defuncti. ¶ Si priuat a bonis.comprehendit etiam non ſubditum laicum, quia conſiderauit tunc ſtatutum ſolum effectum acquiſitionis, qui effectus oritur intra territorium ſtatuentis.nam de illo effectu potuit ſtatuens diſponere. Secundo caſu cum ſtatutum priuat ab hereditate, eſt dubium difficile: nam ſi accipimus hæreditatem pro bonis, prout aſſumpſit glo.in l.prima.§.fi. ff. de rerum di.& in l.3.§.hæreditas.de bon.poſ.idē eſt, quod ſupra. ¶ Si autem ſumimus hereditatem pro quodam intellectuali, ſeu pro quodam iure, quod appellatur ſucceſſio in vniuerſum ius, quod teſtator habuit, ff.de verb.
2 ſig.l.nihil aliud. † Teſtatore enim mortuo, ſuccedit ei quoddam ius, quod vocatur hereditas, & iſtud repreſentat defunctum, vt l.hereditas.de acquir.re.do.ff. de fideicom.mortuo, quod ius eſt illud, quod per aditionem acquirimus, quo quæſito repreſentamus defunctum, ſicut ipſa hereditas primitus preſentabat ante ipſam aditionem: & tunc ipſum ius intellectuale repræſentans defunctum non clauditur loco, ideò de ea vt de re exiſtente intra territorium non poteſt ſtatutum diſponere, niſi in præiudicium ſubiecti: & hoc patet ad ſenſum, quia cum perſona non eſt ſubiecta, nec illud ius intellectuale, cum non ſit in loco, ff. de lega.2.
3 Caius.de leg.3.l.vxor.§.legauerat. ¶ † Qualiter autem iſtud nomen, hereditas, ſumatur in dubio, dico, prout eſt intellectuale, niſi aliud haberet conſuetudo loquēdi, quæ eſſet probanda, de ſupelle.leg.l.Labeo.§.Tubero. Nam verba prolata a legis conditoribus, vel peritis intelliguntur ſecundum interpretationem iuris, licet quando proferuntur ab idiotis, interpretentur ſecundum quod in idiota cadunt, vt patet ex intentione l.& glo.ff.de teſta.rute.l.quid ſi nepos & Inſt de inut.ſtipu. §.ſi ſtricte.& C.de contrahen.ſtipu.l.prima. Vnde hoc caſu concludo, filiam non ſubiectam aut exemptam iuriſdictionem Ferrarienſi, non excluſam a conſequēdo iſtud ius intellectuale, quod appellatur hereditas, non circunclusum loco, niſi conſuetudo loquendi in contrarium aliud deſignaret, ſcilicet quòd pro hæreditate bona ipſa aſſumantur. ¶ Secundò, quando omnia bona ſunt extra locum, vel maior pars, & ſtatutum priuat ab hæreditate non a bonis: tunc dico, q̄ cum ſtatutum diſponens in perſonam priuandam, & ſubiectam ſtatuenti priuando illo iure intellectuali, ſcilicet hæreditate, nulla bona conſequi poterit, nec intra, nec extra territorium ſituata, quia nulla bona capere poteſt, niſi ut hæres. Vnde ſic priuatur potentia cōſequendi omnia particularia incluſa ſub vniuerſali, de excep.rei iudica.l.ſi quis cum totum.§.fina. ¶ Tertio caſu cū priuat à ſucceſſione defuncti abinteſtato, filias fœminas eſſe priuatas: dico idem, quod ſupra cum priuat ab hereditate, qoia idem eſt priuare ab hæreditate, & ſucceſſione, eo quod hæreditas nihil aliud eſt, niſi ſucceſſio quædam &c. Sunt enim hæc ſynonyma, hæreditas & ſucceſſio; & eadem in ſpecie ſubſtantia, & natura, cum de ſuccedendo tractatur alicui per alium, vt hæredem. Vnde debent eſſe idem in effectu, & ſtatutum in vno cenſetur ſtatutum in alio, ſecundum Dyn.de regu.iur. ſine poſſeſſione. libro ſexto. Sed ſi filia non eſſet ſubiecta, vel quia forenſis, vel quia oriunda, ſed exempta a iuriſdictione Ferrarienſi, tunc dico eam tam ad bona Ferrariæ, quàm alibi ſita fore admittendam: ſic intelligo not.per Barto.Iacō.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinita. & per Ioan. And.in addi.Spec.tit.de inſtru.edi.§.compendioſe.verſic.quid ſi de conſuetudine alicuius loci.

Franciſcus de Ramponibus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio an ſit directa, ſi teſtator in vita fratrem hæredem, & poſt mortem alium inſtituat.*

CONSILIVM XXXV.

1 TESTATOR inſtituit fratrem ſuum in vita † hæredem vniuerſalem, & poſt mortem ipſius, B ſuum hæredem inſtituit, & voluit valere iure teſtamenti, vel iure codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis. Quæritur, an ſubſtitutio B. dicatur directa? ¶ Pro eius declaratione eſt ſciendū, quòd verbum inſtituo, & ſimilia verba directa, quæ proprie competunt inſtitutioni, ſi ponantur in ſecundo gradu, faciunt ſubſtitutionem, & reſoluuntur in verbum ſignificans reſtitutionem: tex. eſt & gl. in l. ſi pater filio.de vulg.& pup.& l.finita. eo. ti. Et eſt ratio, quia ſicut nihil aliud eſt ſubſtitutio, quàm ſecunda inſtitutio: ita nihil aliud eſt ſecunda inſtitutio, quàm ſubſtitutio, l.in ratione.§.quod vulgo.ad l.falci. Habeo ergo, quòd iſta verba faciunt ſubſtitutionem: ſed in hoc eſt diſtinguendum, quòd aut teſtamentum tantum tenet iure codicillorum: & tunc licet verba inſtitutionis ſecundæ videantur directa, trahuntur tamen ad fideicommiſ.l.Sceuola.ff.ad treb.l. verbis ciuilibus. de vulg.& pup.l.cum quis decedens.§.Seia.de leg.3. quia in codicillis directe nō poſſet ſubſtitutus effici heres, vt l.2.C.de codicillis.l.illud.§. fi. C. de iure codicil. Si vero teſtamentum valet iure teſtamenti: tunc eſt dubium, an poſſit fieri talis inſtitutio in vita vnius, & ſecunda inſtitutio poſt mortem inſtituti: quia hoc ſolū videtur conceſſum militi: ergo alijs denegatum videtur, vt no.ff.de mili.teſta.l.miles.& l.in fraudem. §. pe. Tamen credo, quòd etiam per paganum poſſit fieri, cum videatur primo Inſtituto dari hæreditas ad diem incertam, quod fieri poteſt, l.hæreditas ex die.& quod ibi no.ff.de hære.inſti. Inſti.eo. §. pe. Et quòd ſecunda inſtitutio ſit ſubſtitutio, probatur in l. filius a patre. in prin.de lib.& poſtb.& quod ibi no. Non ob. quod no. Inſti.de pupil.ſubſti.§.j.in fi.magnæ gl. Illud enim, quādo teſtator heredem facit inſtituto: ſecus ſi ſibi, vt hic. Sed an verba premiſſa faciant directam vel fideicommiſſariam ſubſtitutionem, diſtingue, quòd aut eſt facta pupillo: & tunc eſt directa eo decedente in pupillari ætate, cum habeat naturam directe, & quo ad verba & quo ad perſonam, de teſta.ſi pater.lib. 6. Si vero fuit facta puberi, vel pupillo poſtea decedente pubere, tunc dico, licèt verba eius congruant directe ſubſtitutioni, tamen quia non poteſt facere teſtator per verba ſua, quòd ille, qui fuit heres, non ſit vel fuerit heres, vt no.de libe.& poſthu.l.Gallus. §. & quid ſi tantum Inſti.de fideicommiſ.here.§.reſtituta. quęcunque verba apponat in ſua diſpoſitione, & quantuncunque ſint directa, & quomodocunque ordinetor de diſpoſitione fienda: & ſic tranſitum facit ad fideicommiſſariam: & credo, quòd erit fideicommiſſaria: pro hoc facit l. ex facto.in prin.& in fine ad trebellia.

SVMMARIVM.

1 *Edictum diui Adriani abinteſtato hereditatem debitam petenti quando competat.*

CONSILIVM XXXVI.

1 AN edictum diui Adriani competat † petenti hęreditatem ſibi debitam abinteſtato? Et dicitur quòd non: probat ſecunda pars rubricę, C.de edic.diui Adria. tollē. & amodo ſcriptus heres mittatur in poſſeſſionem, & per l. 4. & 3.eo.ti.quę perſonam, cui competere poteſt beneficiū

edicti

edicti, vel l.ſi.etiam ſi nõ eſſet hodie locus edicto, qualificant, videlicet quòd debet eſſe ſcriptus hæres. Conſtat autem, quòd beneficium competens perſonę qualificatæ non habet locum in illa, in qua qualitas ceſſat, vt patet in beneficio minorum, velleiano, macedoniano, & ſi.C.de his q ve.æta.impe.l. 2. cũ ſi. Et per hoc reſpondetur ad rationem contrariam quorundã, quòd eadem eſt ratio æquitatis in non ſcripto hærede, quia in beneficijs extraordinarijs non arguitur recte ab identitate rationis extenſiue, ff.de conſti.prin. l. j.in prin. Nec eſt verum, quòd omnino ſit eadem ratio in hærede ſcripto, qui producit teſtamentum non vitiatum &c.& in non ſcripto, qui ſimpliciter dicit ſe hæredem abinteſtato, nec aliquam fidem facit indici de verbis ſuis. Item ſatis eſt æquitatem non expreſſam dicto caſu ſecundum not.in l.placuit.C. de iudi. per Dy. in regula 2.de regu. iur.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ſub conditione, ſi pax fuerit, an datis inducijs debeatur.*

CONSILIVM XXXVII.

1 MANDAVIT teſtator ædificari capellam in † eccleſia fratrum ſeruorum, ſi cõtingat eos intra annum, poſtquàm pax facta fuerit pro territorio Mutinenſi, illos Mutinæ habere eccleſiam, alias per commiſſarios diſtribuãtur alibi. Fratres veniunt habentes eccleſiam poſt annum a tempore factæ treugæ: quæritur, an debeant habere legatum? Et videtur quòd ſic, quia pax non eſt facta, nam treuga non eſt pax proprio ſumpto vocabulo: nam pax eſt diſcordiæ finis, ſecundum Gof. & probat 23.q. j. noli. Sed treuga eſt ſecuritas rebus & perſonis tempore guerræ ad tempus præſtita, diſcordia nondũ finita, quam lex vocat fędus vel fiduciam. ff. de cap. & poſtli.reuer.l.non dubito. Ita no. Archid. 24.q.3. illi. Et Hoſt.in ſumma, de treu.& pace.in prin. licet pax interdum treuga vocetur, 23.q.4. ſi ille. tamen illud improprie, a verborum autem propria ſignificatione non eſt recedendum, ff.de ver.ſig. Labeo.& l.Plautius.ff.de auro & arg.le.& de ver.ſig.cum in partibus. cum ſi. Concluditur ergo, quòd cum nondum euenerit conditio, fratres non fuerunt in mora: & per conſequens nunc illud petere poſſunt. Item poſſunt fratres tueri, quia non fuit eis notificatum dictum legatum, & regulariter ignoranti non currit tempus, ſicut dicimus in tempore ad compellendum, 2.q.6.biduum.de app.concertationi.li.6.in tempore conferẽdi beneficium, de ſup. ne.præla. licet. de conceſ. præben. quia diuerſitatis: & ignorantia præſumitur, de reg.iur. ignorantia.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Matre a ſucceſſione excluſa, an excludatur amita.*

CONSILIVM XXXVIII.

1 AN ſi per ſtatutum excluditur mater † a ſucceſſione, intelligatur excluſa amita, ita verſimul non ſit admittenda cum patruo? Et dicitur, quod non eſt excluſa amita, quia de iure communi eſt, quòd ceſſantibus deſcendentibus & aſcendentibus, quòd poſt fratres fratrumque filios collaterales pares in gradu pariter ſuccedant, ſicut & patruus & amita, in Auth.de hære.abinteſta.venien.§. reliquum.& §.ſe. C.de leg.hæredi.auth.poſt fratres.ceſſante ſexus & agnationis & cognationis differentia: ergo diſpoſitio ſtatuti exorbitantis ſolum in ſuo caſu ſpecificato habet locum, ſcilicet cum patruus excludit matrem, habet locum, nõ autem cum quęritur dę admiſſione amitæ, quæ de iure communi in ſuo caſu vocatur, ſecundum quod eſt dictum, quia de ipſa vel excluſione iuris in gradu ſpecificato non diſponit, imo vbi verba ſtatuti in eo, quod non eſſet contra regulas communes excludendo patruum, non excluderent amitam, quia tunc de vno prouidendo videretur alterum excludere, 25. di. qualis. de præſump. nonne. tamen prouidendo ſuper eo, quod exorbitat a iure cõmuni circa ſpiritualiter non expreſſum, ſub regulis communibus remanet, quia tunc omne omiſſum videtur excluſum, de reſcrip.ſuſceptum, lib. 6. de offi.or. dilectus.ff.de iudi.ſolemus.§.latrunculator.C.de procu.maritus.facit quod not.de transla.præla.cap.ſi.facit optime de regu.conſtitutionem.lib. 6. & quod ibi no. & in regula, quæ a iure: eo.lib. de elec. ſtatutum. lib. 6. Item interpretatio ſtatutorum in dubio debet fieri ſecundum ius commune, de cle.non reſi. ad audientiã. quæ decre.determinat hanc quæſtionẽ in ratione ſui.

Ioan.Calde.

SVMMARIVM.

1 *Executor legati pauperibus, filijs proprijs diſtribuere quando poſſit.*

CONSILIVM XXXIX.

1 AN executor poſſit diſtribuere legata † pauperibus inter filios? Et dicitur quòd non, niſi eſſent ſumme pauperes, quia non videtur cõmiſſum, quòd ſuſpectus exequatur: ſed non eſt dubium, quòd ſuſpitio eſſet, ſi filijs diſtribueret, 89. diſt.decẽter.10.q.2.hoc ius.in ſi.C.de ſacroſan.ec.auth. quibus.de conuer.inſide.c.ſi. ſaltem enim præſumptiue ſibi aliquam vtilitatem acquirere videtur. Et ſic de ſuſpitione & iuris reſiſtentia nõ facit quod no.in Spe. de inſtru.edi. §.nunc vero aliqua, verſicu. ſed quid erit in prælato. Io.Cal.idem ſupra conſi.31.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum muti aliena manu ſcriptum, cenſetur nullum.*

CONSILIVM XL.

1 QVAEDAM mulier ex infirmitate † amiſit loquelam: notarius interrogauit, ſi volebat facere teſtamentum: & ſi volebat relinquere hæredem ſororem: ipſa cum capite annuit quod ſic. Deinde interrogauit, ſi poſt mortem dictæ ſororis volebat, quòd bona ſua diſtribuerentur amore Dei: & annuit cum capite quòd ſic. Item interrogata ſi volebat, quòd valeret iure codicillorum, ſi non valeret iure teſtamenti: & annuit cum capite, ꝙ ſic. Quęritur, an valeat? Et dicendum eſt inſtitutionem hęredis non valere, ex quo teſtator mutus ex accidenti non ſcripſit manu propria nomen hęredis, vt l.hęredes palam.in prin.ff. de teſtamen. & l. hac cõſultiſſima. in prin.C.qui teſta.facere poſſunt.& l. diſcre. eo.ti.& l. iubemus.vbi no.quòd non poteſt fieri nutu inſtitutio hęredis. Valuit tamẽ fideicommiſſum bonorum ſuorum diſtribuendorum pro anima ſua poſt mortem ſororis, quia ſubſtitutio fuit fideicommiſſaria: quod patet, quia ibi nullum fuit verbum directum: ad hoc l. fundi trebatiani.ff. de vſufru. lega. Nec etiã poteſt intelligi, cum teſtator non deputauerit fideicommiſſarios, iuxta no.per Bar.ff. de vulgari & pup. ſub. nam fideicommiſſa. poteſt enim nutu relinqui, vt l.cum proponebatur.ff.de le.2.& l.nutu.ff.de le.3.& l.& in epiſtola, C.de fideicommiſſ. maxime ad pias cauſas propter eius fauorem, l.ſi quis ad declinandam. & l. ſi. & auth. vel.C.de epiſ & cleri.& c.cum tibi.de teſta.extra. Vnde

huius

huius vigore alijs ceſſantibus per dictā l.ſi quis ad declinandam. videtur, quod epiſcopus poſſit iſta diſtribuere, vt ſic etiam nutu ſufficiat. Et hoc voluit gl.in d. c.cum ſibi, quod tamen non determino, quia vigore illius clauſulæ ſi non valet iure teſtamenti, reductū eſt ad caſum fideicōmiſſi, per l.poſthumus.§ ſi paganus. ff.de iniuſto teſta.& l.quærebatur.ff.de vulg.l.codicillos.§.ſi.ff.de le.2.& l.1.& ſi.C.de codicil.per quæ videntur rogati venientes abinteſtato reſtituere hæreditatē dictæ ſorori, per l.cohæredi.§.cum filiæ.ff. de vulgar.& pupill.ſub l.quia autem.& quod ibi no.verſi. de his.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta.& l. ex teſtamento, & quod ibi no.C.de fideicommiſ.& poſt eius mortem debebunt diſtribui pro eius anima per epiſcopum, vt d. l.ſi quis ad declinandam.& dicti hæredes abinteſtato, ſi q ſunt precedentes dictam ſororem, debent illi reſtituere dictam hereditatem vigore teſtamenti, cum non ſit de cuius manu ipſa capiat,& poſt eius mortem debent diſtribui. Nam etiam Trebellianicam non puto detrahi de relictis ad pias cauſas per §.ſi autem.in Auth.de eccleſiaſticis titulis. quamuis ſint opi.gl.& Io.And.in c.ſi pater.de teſta.li.6.Sed quod dico, puto verius,& æquius, & communiter tenetur, vt no.Barto.in l.Marcellus.§. quod autem.ff.ad Trebellia. De falcidia eſt clarum, q non poteſt detrahi, C.ad l. falcidiam. authen. ſimiliter.

Fran.de Ramponibus.

SVMMARIVM.

1 *Mater inſtituta filio primi gradus, fructus in quartam non computatos, an debeat computare.*

CONSILIVM XLI.

1 AN. mater inſtituta cōputet fructus in quartam, quia filius primi gradus illos non computat, l.iubemus.C.ad Treb. per quam l.videtur, quia mater videtur ſimiliter eſſe primi gradus, quando per filium eſt inſtituta, quod idem ſit dicendum: ad hoc l.nam & ſi parentib.ff.de inoffic. teſta. Sed contrarium dico, quia licet orbato parentes ſuccedant liberis, ſicut alias liberi parentibus, vt d.l. nā & ſi.tamen non ſequitur, quòd beneficia conceſſa liberis in ſuccedendo competunt patribus: quia noſtrū non eſt extendere legem, vt l.ſi vero negocium. §. de viro.ff.ſol.mat. Vnde cum illa l.iubemus.concedat ſpecialiter illud beneficium liberis primi gradus. Preterea hoc eſt de mente tex.in illa l.iubemus. in ſi.vbi expreſſe dicitur, illam l.non debere extendi extra caſus in ea non appoſitos. Item de hoc videtur text.in l.filiusfami. in ſi.ff.ad l. Falcidiam. Et Bar.hoc tenet in l.in fideicommiſſa.ff.ad Treb.

Franciſ.de Ramponibus.

CONSILIVM XLII.

1 INſtituit teſtator A.& B. heredes, †& ſi decederent ſine liberis, mandauit conſtrui altare: vnus moritur ſine liberis, quæritur, an alter teneatur ædificare altare? Et dico: quod non, quia ad onus ſub cōditione impoſitum quis tenetur, cum euenerit conditio, ff.de condi.indi. quaſi per totum: Inſti.de ver. ob.§. ex conditionali.de voto.c.licet.ff.de leg.3.ſi ita legatū. Sed ex quo alter ipſorum viuit, nondum euenit conditio, ergo non habet locum adhuc ædificatio.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio an euaneſcat, ſi is, cui ſit, religionem profiteatur.*

CONSILIVM XLIII.

AN ſi teſtator ſubſtituit filiæ alium, ſi moriatur ſine filijs, euaneſcat ſubſtitutio, ſi filia profiteatur in monaſterio. Et dicitur, quòd ſic. immo debet haberi pro non ſcripta, in Auth.de ſan.epiſ.§.ſed hoc in præſenti.col.9. de quibus ſit mentio per gl.in auth. rogati.C.ad Treb. vbi dicitur, quòd monaſterium habetur loco filij: & patet de proba.in præſentia.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator carens aſcendentibus, & deſcendentibus, auum maternū prateriēs, quinquaginta ei legauit: deinde aliud teſtamentum cōdens, ipſum penitus prateriit: vtrum teſtamentorum valeat.*

CONSILIVM XLIIII.

1 CArens aſcendentibus,& deſcendentibus,†& habens auum maternum, fecit teſtamētum prætereundo illum: ſed legauit ei quinquaginta. Poſtea fecit aliud teſtamentum, & inſtituit extraneos hæredes alios quàm in primo, & ex toto præterijt auum. Quæritur, an primum teſtamentum valeat, an ſecundum. ¶ Circa præteritionem ſunt duæ opiniones. Vna, quod teſtamētum non valeat aliquo modo, ex quo in præteritione non eſt inſerta aliquá cauſa. Et ſecundum illam opinionem ſecundum non rumperet primum, quia ad hoc vt ſecundum rūpat primum, requiritur quòd hæres deſcriptus in ſecūdo poſſit eſſe hęres de iure ciuili, vt l.ſi quis cum, §.ſi. de vul.& pup.ſub.& l.tamen in ſecundo de iniuſto rupto, & irrito teſta. Item ex quo primum non valebat, quod non eſt, rumpi non poteſt: & ſic auus poterit dicere nullum primum,& ſecundum. Et hanc opinionem credo veram per §.ſi uero talis. in Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur. Alia eſt opinio, quòd habeantur pro exhæredatis aſcendentes ex linea fœmina: & tunc teſtamentum ſecundum rumperet primū, & contra ſecūdum auus haberet querelam inofficioſi teſtamenti. Prima opinio videtur verior. ¶ An autem auus poſſit alterum approbare? Reſpondeo, quòd poteſt ſecundum approbare per l.filio.ff.de iniuſto rupto & irrito teſta. Et idem ſi iudex pronunciaret non obſtante contradictione primi hæredis ſecundum teſtamentum valere: cum talis ſententia ſit contra ius litigatoris: ad hoc l.ſi autem.ff. de inofficio. teſtamen.& quod ibi not.

Franciſ.de Ramponibus.

SVMMARIVM.

1 *Executores plures dati ſi fuerint parte maiori decedente, cateri an poſſint exequi.*

CONSILIVM XLV.

1 QVatuor fuerunt executores dati † ad diſtribuendum, omnes, vel maior pars ipſorum vna cum Ioanne, qui erat vnus ex ipſis quatuor, mortui ſunt duo, ſuperſtite Ioanne,& alio, quæritur, an poſſint. Et dicitur, quod ſic, per text. c.2.de teſtamen.lib.6.qui textus licet ad literam loquatur in duobus.altero mortuo, vel abſente, tamen idē videtur, ſi eſſent plures, & maior pars deficeret, quia tunc ad minorem ſpectat diſtributio, & hoc ratione tex.videlicet ne voluntas teſtatoris deficiat, quæ ratio etiam habet locum maiore parte impedita. Et ſecundum rationem textus debet intelligi ſtricte, & ample: de accu.cum dilecti.de biga.debitum.de ver. ſig.intelligentia.

ligentia. Item cum ille textus ponat medietate executorum deficiente aliam medietatem habere poteſtatem exequendi. Eadem eſt ratio, quando media deficit, quia media pars, quæ deficit, non faciebat maiorem, & non repręſentabat illam partem illo reſpectu, quo dicimus maiorem partem repręſentare totũ. Satis eſt enim, quod non eſt maior etiam ſi ſit æqualis, iuxta no. de elec. Cumana. & c. eccleſia. el 2. ergo nil refert mediam partem deficere, vel maiorem quantũ ad hunc caſum. Item licet teſtator nominando executores inter aliorum nomina interſeruerit Ioã. tamen dicendo finaliter, & maiorem partem ipſorum vnà cum Ioanne, videtur voluiſſe, quod illi alij ſimul habeantur pro vno, & Ioannes loco alterius, & ſic deficiente poteſtate illorum per defectum maioris, tota poteſtas remanet penès Ioannem per dictum c. fin. de teſtamen. lib. 6. facit ne ſede vacan. c. primo, eo. libro. quod optime poſſet argui, & inferri iure accreſcendi, ſecundum no. in Spec. de inſtrum. edi. §. nunc vero ali qua. vet. quid ſi ſunt plures. & ver. ſed aliter. Et plus põdero verba, vt videaẽ voluiſſe alios haberi loco vnius, & Ioannem loco alterius. ad hoc c. ſi forte. 63. diſt. & l. ſi municipij. ff. quod cuiuſque vniuer. not. & eorum quę no. de poſtu. pręlatorum. grat[illegible].

Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Bona religionem ingredientium, an monaſterij, an verò conſanguineorum ſint.*

CONSILIVM XLVI.

1 AN bona ingreſſi ordinem prædicatorũ, † & profeſſi deuolnantur ad conuentum, an adẽ conſanguineos. Dico, quòd ad cõuentum, quia indiſtinctè iura dicunt, monaſterium ſuccedere profeſſio, ſiue in bonis, quæ habebat tempore ingreſſus, ſiue poſtea obuenientibus, 12. q. ſecunda, nolo. & c. non dicatis. 19. q. 2. quia ingredientibus. auth. ſi qua mulier. de ſacroſan. eccl. authen. ingreſſi. de proba. in præſentia. cum ſi. ergo iſta permiſſio extenditur ad quodlibet monaſterium, niſi prohibitum reperiatur, de elec. ſtatutum. lib. 6. Secundo probat text. in clement. dudum. §. huiuſmodi. de ſepul. vbi dicitur, ꝙ prædicatores debent date quartam de omnibus ſibi relictis quomodocunque, vel qualitercunque. Si. n. illa non poſſent recipere, ergo non tenerentur ad quartam. Qua ergo ratione ſunt habiles ad recipiendum legata, eadem & fortiori bona ingredientium, cum plures ſint teſtatores, quàm ingrediẽtes. Præterea, fratres prædicatores non ſunt perfectioris vitæ ex principio, quàm fuerint apoſtoli, quorum omnium erat cor vnum, & anima vna, 12. q. prima, dilectiſſime. Et omnia eis oblata pauperibus erogabant, & tamen ipſi apoſtoli poſſidebant aliqua, vt ibi patet in communi, ita & iſti potuerunt ſaltem in communi. Nec obſtat ſi dicatur repugnare regulæ: iſtud nego, quia licet incerta mendicitas ſolet victum præbere, & prohibita ſit redditũum, & poſſeſſionum retentio, de reli. domi. c. j. li. 6. quia dico aduertendum, quòd quando monaſterium non mendicantium fundatur, dos pro monaſterio aſſignari debet, vſque quo poſſint ſuſtentari, de inſti. c. j. In monaſterio mendicantium hoc non contingit, nã quocunque poſſunt recipi, & ſic licet prædicatores haberent vnam poſſeſſionem, vel duas, cum ſufficiat receptio, non dicitur ex illo ſublata mendicitas: & poſito, quòd ſufficeret, adhuc tamen plures poſſunt recipere, quibus illa, vel illę non ſufficerent. ¶ Præterea ſi dicamus, quod teneantur vendere, prout dicunt omnes doctores, adhuc ſtat mendicitas. Vſus enim precij ſtat cum mendicitate, ſed vſus prædij non, quia per vſum precij conſumitur ipſum precium, non autẽ prędium: & ſic habere precium poſſeſſionum ſtat cum ipſa mendicitate, cum nõ dicatur eſſe, quod non durat: de pœni. diſt. j. diuortium. de ver. ſig. nam & ego. Præterea de hoc apertus eſt caſus in ca. exijt qui ſeminat. §. porro. & clarius in §. ad hoc, quod fratribus. de verbo. ſig. lib. 6. quæ tamen loquitur in fratribus minoribus, ꝙ altiſſima ſunt paupertate fundari magis quàm alij, vt ibi patet, & in clem. exiui. eod. titu. in princ. Et ſi dicatur, ibi loquitur in legato: dico, quòd eadem ratione in eorum fratribus, ſiue ſuis fratribus obuenientib. vt vendant: qua enim ratione non ſunt incapaces ad recipiendum legata, eadem ratione nec ad tales ſucceſſiones erunt incapaces, ar. j. queſtio. prima, ſunt nõnulli. cum ſi. Ad idem facit ca. recolentes. de ſtatu mona. in fi. vbi dicitur de relictis poſſeſſionibus, vel etiam communitatis, quas inſtitutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus & c. per quam literam dicit Vin. notari, ꝙ acquiro, & transfero dominium eius, quod retinere non poſſum ad inſtar creditoris, ff. de pigno. l. ſi conuenerit. Sic erit in caſu iſto, cum regula notum vetet habere poſſeſſiones, neceas recipiat, ipſas tamen habere poteſt ad vendendum. Et licet interdum contrarium faciant, & peccẽt retinendo, hoc tamen ad nos punire non pertinet, 28. di. conſulendum. Et hanc concluſionem etiam tenet gl. & alij ſcribentes, de reli. domi. ca. j. lib. 6. & Spec. de ſtatu mona. §. j. verſi. 3. & 4. Nec obſtat regula ipſorum, quæ dicit, inducant poſſeſſiones: quia illud intelligitur de inductione incommutabili, & perpetua, quia dictio, in, multoties ponitur pro valde: de fidei. ca. j. cum ſimili. Vel poteſt dici, quòd non dicitur inductum, quod non durat, de verb. ſig. nam & ego. Et ſic intelligantur alię conſtitutiones, quæ prohibẽt habere poſſeſſiones.

Gaſp. de Cald.

CONSILIVM XLVII.

AN ſi teſtator inſtituit vnum, & alterum ſubſtituit. Si ille deceſſerit ſine liberis legitimis, euaneſcat ſubſtitutio, ſi ille habet ſpurium legitimatum, infra qui fi. ſint legitimi. conſilio primo.

De ſepulturis. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia in parochia alterius poſita, an ſolis ibi degentibus ſepulturam conferre queat.*

CONSILIVM I.

1 IN eccleſia ſita in parochia alterius † poterant ſepeliri tantum ibi degentes ex quadam conceſſione: deinde peruenit ad priuilegiatos per ſedem apoſtolicã ſuper iure funerandi. Quæritur, an poſſint omnes ſepeliri ibidem? Et videtur quòd non, primo, quia conceſſio facta illi eccleſię fuit reſtricta tantum ad ibi degentes: ergo alios excludit, vt probatur in proœmio Decretalium, in fin. & de cã poſ. cum eccleſia. Nec conceſſio facta iſtis priuilegiatis iuuat, quia priuilegium conceſſum ordini, vel perſonæ non tollit onus rei in ipſa re perueniente ad priuilegiatum, cum ad quemlibet tranſeat cum ſuo onere, vel cauſa, vel diſpoſitione, 16. q. prima, ſi quis laicus. de deci. paſtoralis. & c. cum ſit. cum ſi. Sed iam huic eccleſiæ erat conceſſio facta limitate, vt videlicet regentes dictam eccleſiam deberent repudiare extraneos, ſeruent ergo nunc regentes illam conditionẽ ad hoc

de ſtatu

de ſtatu regul. recolentes. & clem. prima, de cenſi. Ad idem facit, quia quando rei ſubſtantia non mutatur, licet qualitas ipſius rei varietur: idem ius etiam ſingulare. & priuatum: & quod plus eſt odioſum, quod primo erat. poſtea eſt ſeruandum, vt eſt expreſſum de decimis. commiſſum. in fi. Et bene facit eodem titu. cum in tua. Et videtur caſus de priuil. porro. ſecundum vnã lecturam, quam ibi ponit Hoſtien. ¶ Item dictum priuilegium non tollit ius quæſitum matrici eccleſiæ, vt ibidem. non degentes non poſſint ſepeliri, quia licet priuilegia ſedis apoſtolicæ derogent iuri communi. 3. di. priuilegia. de ver. ſig. abbatem non tamen iuri ſingulari alicuius perſonæ. de of. deleg. ſuper eo. niſi hoc expreſſe caueatur. 10. di. nullus. & ca. eccleſiæ. de eccle. ædifi. cum dicat. bene facit de pactis. c. j. li. 6. Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres ordinis ſeruorum canonicam portionem an ſoluere debeãt ſibi relictorum.*

CONSILIVM II.

1 AN fratres ordinis ſeruorum debeant ſoluere † canonicam portionem de relictis eis ad vſus priuilegiatos, de quibus vſibus habetur de teſtamen. c. fi. & de verb. ſig ex parte. el 3. Et dicitur quòd non quia cle. dudum. de ſepultu. non comprehendit eos, & cum illa ſit exorbitans a iure cõmuni, cùm tollat iura antiqua, non debet extendi ad alios ibidem non comprehenſos, de elec. ſtatutum. libro ſexto. & vt correctio iurium ſit euitanda, de ele. cùm expediat lib. ſexto. Et quòd non ſit extendenda, tenet glo. de regula. conſtitutionem. lib. 6. Et ita tenẽt communiter ſcribentes in dicta clem. dudum.

Gaſp. de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Transferens ſe ad aliud caſtrum, & ibi ſepultus, an debeat portionem cano primæ eccleſiæ.*

CONSILIVM III.

1 CApitaneus vnius caſtri propter † peſtem ibi exiſtentem tranſtulit ſe ad aliud caſtrum, & ibi mortuus, & ſepultus eſt: quæritur, an eccleſia primi caſtri debeat habere canonicã? Et dicitur, quod ſic, de quo dubio videtur caſus de ſepul. is qui lib. 6. & ibi per Ioan. And. dicentem hoc dixiſſe Hoſtien. eodem titu. in noſtra. Licèt enim quis poſſet transferre domicilium in totum, tamen illud intelligitur tranſtuliſſe. quando cum animo, & facto ſe in totum tranſtulit, ff. ad municipa. domicilium. 21. q. j. ſi quis iam translatus. Et per hoc tollitur id, quod poſſet allegari in contrarium de dicto Innò. de mercenario ſtante in vna parochia. & de nutrice, qui cenſentur de alia parochia ad quam ſe transferunt, & ibi debet audire diuina, & percipere ſacramenta: & quod no. de ſcholari per Io. de pœni. di 6. placuit. qui tamẽ videntur eſſe temporales incolæ: quia fateor, quòd habens etiam animum redeundi, poteſt temporaliter alibi collocare domicilium: ſed requiritur voluntas ſeto taliter pro illo tempore transferendi, quod non præſupponitur in caſu præmiſſo. Non obſtat c. in noſtra. & cap. certi ſ cari. de ſepul quæ dicũt ſoluenda, vnde corpora aſſumuntur: quia vt dicit Io. And. in c. certificari. exponitur, id eſt a quorum adminiſtratione, & a quibus officia. & ſacramenta debeat recipere: alias ſequeretur, quod ſi aſſumeret de cãpis vnius parochiç, ibi ſolueretur, debere: quod eſſet abſurdum, quia debet in . . . . de iure debet percipere ſacramenta. Vnde ſi de facto aſſumeret ſacramenta ab vna eccleſia, ſequeretur, quòd deberet illa percipere: quod eſt falſum, imo eccleſia illa deberet puniri, 6. q. 3. c. 1. & 2. Et hunc intellectum probat clemen. dudum. §. verũ. de ſepul. quç ponderat presbyteros parochiales, qui habent adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta.

Gaſp. de Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Sepelitur quis die mortis propter infectionem aeris.*

CONSILIVM IIII.

PROPTER corruptionem aeris ſepelitur
1 † quis die mortis cũ minimo apparatu. Deinde lapſis pluribus diebus, fit vna capſa cum magno apparatu, & cum equis vexillis, & aliis ornamentis, tanquam ſi eſſet ibi corpus, & canitur miſſa. ¶ Quæritur, an de iſtis ſecundis debeatur canonica portio? Dico, quòd ſi præſupponeremus iſta eſſe funeralia, non eſſet dubium: ſed non videtur, ꝙ ſint funeralia, quia funeralia dicuntur, quæ cum funere portantur, vt no. gl. in clemen. dudum. de ſepul. ſuper ver. funeralibus. Sed quòd ſint funeralia, probatur primo per regulam, Is qui in ius alterius &c. de reg. iu. lib. 6. Secundo per regulam coniunctorum & dependentium, quæ eodem iure cenſentur. Tertio, quia actus iudicãtur ex fine. Quarto, quia inducta ad augmẽtationem nõ inducunt diminutionem. Quinto, identitatis ratio. Sexto, fictio iuris id fingens factum eo tẽpore, quo fieri debuit, ſi id tunc fieri non potuit: de tempo. ord. literas. & quod ibi no. in tertia gl. Ad idem quod no. Zenzel. in dicta cle. dudum. ſuper ver. funeralibus, exponens, id eſt omnibus, quæ occaſione funeris dantur vel recipiuntur, nedum antequam corpus ſepeliatur. ff. de reli. & ſump. funerum l. ſi quis. §. funeris. imo & eſt arg. ff. de verborum. ſigni. l. cum inter. ¶ Gul. de monte Laudu. ibi format quæſtionem, quãtum durent hic funeralia, & per quot dies, an ſola illa hora funeris, an vero includat vigeſimam & trigeſimam: & quid de mediis obligationibus, quæ fiunt ſecundum conſuetudinem loci ſingulis diebus vſque ad annum: & arguit ad ſingulas partes, & ſub dubio. Et tamen vult, quandocunque oblationes fiunt, allc. de ver. ſig. cum inter. Vel dicit arguendo a verbis donec funus duret, & funes ſunt conſumpti: dat ſimilẽ de his, quæ ad perpetuum cultum dantur. de teſta. de his. Et Pau. ibi dicit, quòd funeralia ſunt quæcunque occaſione funeris ſunt data in quibuſcunque rebus : alle. eo. ti. cum liberum. & c. in noſtra. & no. de præſcrip. ex tranſmiſſa. & in c. cum liberum verbum. bene fa. gl. ibi, exponit. i. oblationes, & quicquid propter hoc receperunt. Vnde concludo canonicam fore de his ſoluendam.

Ioannes Calderinus.

S V M M A R I V. M.

1 *Portio cano. de legato cum conditione, quòd ſi filius ſine liberis decedat, legantur centum: ſi cum liberis, quinquaginta, an debeatur.*

CONSILIVM V.

1 TESTATOR legauit prædicatoribus † quinquaginta, ſi filius decederet cum liberis: ſi ſine liberis, centum, ad perpetuum cultum diuinum, & ſic ad vſum priuilegiatum, ſuperuenit cle. dudum. de ſepul. Quæritur, de quibus debeat ſolui canonica, an vero nihil debeat ſolui? Dicõ, iſta centum eſſe diuidẽda, & de quinquaginta parochialis

eccleſia

eccleſia nihil debet habere: ab aliis quinquaginta habebit quartam: quod probo, quia de legato, quod pure & ſimpliciter debitum fuit ante clemen. nulli dubium, quòd fratres non tenebantur ad quartam, ſed quinquaginta ſaltem pure & ſimpliciter erant debita ante clemen. ergo de illis non ſoluent. Maior patet p c.fi.de teſtamen. cum ſi.nec debet detrahi ad præterita, de conſti.c.2.& fi. Minor probatur: Nam illud legatũ debet dici purum, quod non ſuſpenditur in euentum alicuius conditionis vel temporis: ad hoc de teſtamẽ. nos quidem.& cap. requiſiſti ſicut dicimus in donatione, 12.q.3.pontifices.de condi.appo.verum, a contrario. Sed quòd iſtud legatum de quinquaginta non ſuſpendatur in euentum alicuius conditionis, patet de ſe, quia ſiue decedat cum liberis, ſiue ſine liberis, ſemper debet habere quinquaginta: ergo nulla conditio quantum ad illa quinquaginta facit vitiari contractũ, ſicut dicitur de conditione de præterito vel præſenti, de appel.præterea.2.condi.appo.c.fi. perinde eſt ergo, ac ſi conditio non fuiſſet adiecta: probatur eo.ti.ſuper eo.ſicut dicitur de conditione turpi, quæ habetur pro non adiecta;& contractus remanet purus: eo.ti.c.j.& fi.cum ſi. Nec obſtat, quòd ſoluitur illud legatum poſt dictam cle. quia poterat vel debebat ſolui ante dictã cle. ex quo eius effectus non ſuſpendebatur quo ad illa quinquaginta, etiam videbantur eſſe illa in bonis eorum: & facit quod no.in dicta cle. dudum. in gl. per hoc. Sed quia alia quinquaginta ſuſpenduntur in euẽtum conditionis, de illis fratres debent ſoluere: quia ſi ect dicamus conſtitutionem non trahi ad præterita vel præſentia, tamen futura reſpicit ſemper etiam manentibus præteritis, licet futurum pendeat ex præterito, vt no.in cle.hi qui.de ętate & quali. Ad idem c.prouida. de elec. li.6. Præterea debitum ſub conditione ſumit vires ſuas tempore conditionis, ſed iſtud eſt tale, ergo. Vel ſic: quandocunque aliquid per aliquod ſuperueniens ſumit vires ſuas, omnia, quæ præcedũt, trahimus ad tempus illius actus: ſed ex euentu conditionis hoc legatum ſumit vires: ergo &c. primum patet in legato vel fideicommiſſo.in c. Raynutius: & cap. Raynaldus.de teſtamen.patet in matrimonio ſub conditione honeſta contracto, de condi.appo. de illis.& c. ſuper eo. patet in ſententia excommunicationis.de appel.pręterea.el 2.facit de reſcrip.ſi pro te.li.6.& c. quãuis.eodem li.& de præben. ſi apoſtolicæ. eodem lib.& clemen.cum ei quem.de conceſ.præben.

Io.Calde.

SVMMARIVM.

1 *Portio cano. an debeatur de legato prędicatoribus facto, apud quos non ſepelitur teſtator.*

CONSILIVM VI.

1 ELEGIT teſtator ſepulturam apud fratres prædicatores, & illis legauit vnam domum, & etiam legauit aliquid minoribus, apud quos de facto fuit ſepultus: an prædicatores debeãt ſoluere canonicam de illa domo? Et puto quòd ſic, quia penes eos fuit per defunctum electa ſepultura, & ſic illis videtur in dubio relicta occaſione ſepulturæ, non aũt debent ſoluere minores, penès quo de facto fuit ſepultus: hoc dictat ratio, cum dictum legatũ non obuenerit èis ratione ſepulturæ, de qua defunctus nõ cogitauit, eum elegerit ſepulturam apud prædicatores: quia etiam ſi ibi non fuiſſet ſepultus, habuiſſent illud legatũ. non plus ergo tenentur de illo legato quartam ſoluere, quàm teneretur alia eccleſia, penès quam non fuiſſet electa ſepultura, nec de facto fuiſſet ſepultus ibi. Et hoc tenet Inn.& Io.An.poſt eum in c.in noſtra.de ſepul.ſuper ver.reliquit. Item Pau.& Io.de lig. in cle.dudum.de ſepul. Et iſtud puto verum, tamen de funeralibus perceptis per minores ſoluetur etiam canonica per dictam cle. dudum.

Gaſ.de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Portio canonica an debeatur de ſumma fratribus minoribus ad faciendum, quod eis dixerat, relicta.*

CONSILIVM VII.

1 RELIQVIT teſtator centũ ſoluenda duobus † fratribus minoribus, vt de eis faciant, quod oretenus dixerat eis. Item reliquit conuentui vnam veſtem pro fienda vna planeta. Item reliquit vni fratri minori tres ducatos pro anima ſua.& ibi elegit ſepeliri & expendi iuxta 25.ducatos in ſepultura: an ſoluere debeãt de prædictis quartam? Dico, quòd de primo debetur canonica per verbum, de obuentionibus omnibus: poſitum in cle. dudum.de ſepul. Nam qui omnia dicit nihil excludit: quod verbum omnes fructus & redditus complectitur, de his quæ fiunt a prælat.paſtoralis.& ibi no.in gl. 2.quamuis enim dicta ſumma relicta fuerit, vt expenderetur, ſecundum quod dictis fratribus videretur & placuerit, ex quo poſtea diſtributa fuit inter dictos fratres vel eorum conſentum ſiue vſum debitum, dicta quantitas non obſtat incertitudini dictorum verborum. Nã eo caſu recipitur a talibus executoribus tãquàm a miniſtris, ff.de leg. j. ſi quis Titio.& ſi cui plus, quàm per l. falcidiam. l. diuus. Nec obſtat litera in d.cle. ad quoſcũque certos & determinatos vſus &c. quia illa cauſa dubitationis tollendæ adiecta fuere, & per conſequens generalitatem obuentionum non minuunt, vt l.qui mutuam. ff. manda.& de reg.iur.l. dubitationes. Hanc partem declarat quædam commiſſio, quæ emanauit a Bonifacio 8.quam refert ſe vidiſſe Io.An.in dicta cle. §.huiuſmodi.in gl. declarat. Idem dico de ſecundo legato, de quo fieri debet planeta propter verbum, obuẽtionibus omnibus.& verba quibuſcunque: quantumcunque relictum diſtincte vel indiſtincte, & alia verba ſequentia poſita in dicta cle. a quibus verbis cum ſint clara, non eſt recedendum, l.non aliter. ff. de leg. 3. 31. di. omnino. de deci. ad audientiam. cum ſi. Idem dico de tertio legato facto fratri, & hoc propter verbum dictæ cle. directè vel indirecte: poſitum in §. verum. dictæ cle. Et hoc tenet ibi gl. ſignata ſuper verbo, directe. Idem dico de legato facto pro ſepultura, ſiue ſint delata cum corpore, ſiue non, dum tamẽ illa obuenerint cauſa ſepulturæ, & hoc propter verbum, obuentionibus: allegatum ſupra. Vnde propter hoc etiam de candelis datis fratribus dicit ibi gl. quartam ſoluendam. Nec obſtat, ſi dicatur, iſta fuerunt data per executores, qui erant inhabiles, vt in cle. exiui. §. j. de ver. ſig. q a dico, quòd non refert, an de iure vel de facto relinquatur ipſis fratribus vel aliis pro eis, vt patet in dicta cle. dudum: & maxime in caſu noſtro, vbi cum fratribus alii fuerũt additi coadiutores, qui ſunt habiles: de quo de teſtamen.c.fi.li.6.& ſufficit ad dictos fratres peruenisse de facto, licet non de iure, de ſepul.c.j.li.6. Et concor. ad hoc vide per Io. An. in quæſtione, quam ponit ſuper regula, non præſtat: de reg. iur. lib.6.

Gaſ.de Cal.

De decimis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Decima ab antiquo infeudata de nouo, an poſſint infeudari ad eccleſiam reuerſa.*

CON-

30.
31

CONSILIVM I.

1 AN epiſcopus poſſit decimas † eccleſiæ ab antiquo conceſſas in feudum, ſi reuertantur ad eccleſiam, de nouo infeudare? Et dicitur quod non, quia concilium conceſſit a principio, vt laicis poſſent infeudari decimæ, quæ erant ſpirituales de his quæ ſiũt. a prædicta. cum apoſtolica. in fi. de deci. c. ſecundo. §. illas. lib. 6. ergo poſtquam ſunt reuerſæ in eccleſiam, non poſſunt iterato infeudari, cum laici ſint incapaces talis iuris ſpiritualis: & in d. capi. cum apoſtolica. permittitur, quòd illæ antiquæ decimæ poſſint transferri clericis: & ſic notabiliter voluit excludere laicos. Et enim dicta permiſſio infeudationis ſit odioſa, ideo eſt reſtringenda: facit de deci. tua. & quod no. Io. And. in c. prohibemus. de cenſi. Nec ob. c. ſecundum, de feud. quia ibi loquitur de feudo rei temporalis, quæ poteſt cadere in laicum: ſecus ergo de ſpirituali iure.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ an parochiali, an baptiſmali debeantur eccleſiæ.*

CONSILIVM II.

1 CVI eccleſiæ ſint debitæ decimæ de † iure cõmuni, an eccleſiæ baptiſmali, an parochiali? Ioan. And. in addi. Specu. titu. de deci. §. teꝛtię. tenet quòd debentur matrici, niſi in tribus caſibus. Primus, ſi hoc habet conſuetudo. Secundus, quando epiſcopo in creatione nouæ capellæ aſſignauit decimas prædiales ſuæ limitationis, alias ſi non aſſignaſſet expreſſe, licet limitaſſet in parochiam, non ſibi competerent. Tertius, quando nulla erat baptiſmalis, ſed omnes erant parochiales, & vna erigitur in baptiſmalem. ¶ Sed contra ſecundum membrum tenet Ioan. Calde. de deci. cum contingat, quia ex quo eccleſia parochialis habeat limitatam parochiam, tũc ſine alia aſſignatione decimarum debentur illi decimæ prædiales ex prædijs incluſis intra parochiam. Sed ſi non aſſignatur certum territorium, ſed ſolum ſunt aſſignatæ certæ perſonæ huic capellę: & tunc debeantur matrici. Et hanc opinionem etiam tenuit Pau. in cle. j. de deci. motus ratione, quia ex quo eſt aſſignata parochia ab eo, qui habuit poteſtatem aſſignandi, in dubio omnia iura parochialia videntur aſſignata, ex quo nihil eſt exceptum: bene facit 16. q. ſecunda, vilis. Et hanc opinionem etiam tenet Ioan. de Ligna. in d. capitu. cum contingat. Et ad iura, quæ inducuntur in contrarium, reſpondet, quòd loquuntur de baptiſmali, intra cuius limites non ſunt aliæ capellæ, vel de decimis exiſtentibus extra limites parochialis eccleſiæ, & intra limites parochiæ baptiſmalis. Et pro hoc facit quod no. Gul. in clem. prima, de deci. vbi dicit, quod regulariter debentur decimæ illis eccleſijs, in quorum parochia ſunt prædia. Et iſta opinio videtur verior.

Petrus de Ancharano.

De regularibus, & ſtatu regularium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Fratres eremitæ ſancti Auguſtini adminiſtrationem bonorum non debent petiri.*

CONSILIVM I.

AN ſit licitum fratribus eremitanis ſancti Auguſtini retinere penes ſe adminiſtrationem bonorum ſibi relictorum per conſanguineos, vel alios, vel prouenientium ex ſua induſtria, vel artificio, ſtante conſuetudine dicti ordinis communiter, & vbique obſeruata, vt ſine periculo animæ valeat tolerari per ſuperiorem. Et dicitur, quòd non, quia conſuetudo irrationabilis eſt extirpanda, 8. di. mala. & c. ſequen. & de conſue. c. fin. ſed illa eſt talis, quod patet, quia ratione caret, 68. diſt. corepiſcopi. & facit de reſcrip. ſi quando. & eſt irrationabilis, quia obuiat canonicis inſtitutionibus. 11. q. 2. c. 3. de conſue. quanto. cum ſi. nam canones quibuſcunque profeſſis mandant, vt obſeruent regulam Auguſtini, vel Benedicti, vel aliam, quæ tria ſubſtantialia profitentur, & contrariam conſuetudinem deteſtantur: quia pręcipiunt illa omnino ſeruari: & quantum ad proprietatem eſt text. 12. q. prima, nolo. & c. non dicatis, qui fuerunt tex. Auguſtini. de ſtatu regu. ſuper quadam. Vnde prælatis in hoc prohibetur diſpenſatio, eodem titu. cum ad monaſterium. immo Papa videtur idem dicere ibi de ſeipſo: contra canones autem præceptiuos, vel prohibitiuos non valet conſuetudo, 4. diſt. §. hæc & ſi legibus. Et no. Innocen. de conſue. ſuper rubrica. in fin. ¶ Item cum eremitæ ſancti Auguſtini ſint mendicantes, de elec. quorundam. libro ſexto, de relig. do. c. primo. lib. 6. ſequitur, quòd talis conſuetudo, quæ obuiat mendicitati, eſt contra canones: quia ſecundum rationem mendicitatis interdicitur certa poſſeſſio, vel certi redditus, & ſolus quæſtus ex incerta mendicitate proueniens ipſis victum tribuit, vt d. ca. primo. Contrarium dictat talis conſuetudo, vt per ſe patet. Item nullus debet dubitare, quòd virtute illius conſuetudinis frater eremitanus recipiat annuos redditus: & quod deterius eſt, ponitur, quòd hoc facit ad nutum ſuum, nulla petita licentia ſui prælati: quod rectè obuiat mendicitati, paupertati, & expropriationi, ſiue abdicationi proprietatis, vt habetur expreſſe in clem. exiui. §. cupientes. de ver. ſig. ver. cumque annui redditus. Nec obſt. ꝙ illa loquatur de fratribus minoribus: quia allego rationem non diſpoſitionem: quæ ratio eſt lex communis. j. diſt. conſuetudo. de verborum ſign. intelligentia. ita eſt de iure ciuili, quòd annui redditus computentur inter immobilia, C. de ſac. ſan. eccl. iubemus. Item obuiat dicta conſuetudo obedientiæ, & ſic alteri de ſubſtantialibus regulæ. Ponitur enim, quòd dicta bona recipiunt, ſi eis libuerit, etiam nulla petita licentia prælatorum, ſed clarum eſt, quòd religioſus non habet velle, vel nolle. 12 q. prima, non dicatis. Ex quibus clare concluditur, quod ſequi propriam voluntatẽ non requiſito prælato rectè eſt cõtra obedientiam, ad quã obligatur ex voto, & iure communi, & ſic illa conſuetudo obuiat iuri communi. Item obuiat iuri naturali, quod in lege, & in euangelio continetur, j. diſt. humanum. & per conſequens non ſeruanda, 8. diſt. § dignitate. & de conſue. cap. fin. Cum igitur ob. iuri naturali ratione voti, ergo non ſeruanda. Item inducit talis obſeruantia peccatum mortale, quia eſt contra præceptum de redditione voti, 17. q. prima, per totum. 27. q. j. c. primo, vbi eſt expreſſum: talis ergo conſuetudo peccatum mortale inducens, non eſt ſeruanda, 32. q. 7. flagitia. Nec obſtat ſi dicatur, quòd illa bona fuerũt collata intuitu perſonæ: quia nihilominus non ſibi, ſed monaſterio quæruntur, 12. q. prima, non dicatis. 18. q. prima. c. j. Et ex iſto infertur, quòd prçlatus non dẽt ſuſtinere talem conſuetudinem, & ſi ſuſtinet, inuoluitur eodem delicto, 23. q. 4. ita plane. 44. diſt. ſit rector. & c. Epheſis. nec eſt paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit, vt in regula, quamuis. de reg. iur. Et

ex his etiam patet, quòd de licentia ſuperioris ſui frater dicti ordinis non poteſt fructum vel cenſum vel redditum alicuius agri vel vineæ domus vel alterius poſſeſſionis annuum poſſidere, nec vſumfructum alicuius rei mobilis vtendo & fruendo pro libito voluntatis: de ſtatu regula. cum ad monaſterium. in fi. & cũ velle vel nolle non habeat profeſſus: ergo pro libito voluntatis vti non poteſt: imo nec etiam res, quæ vſu conſumuntur, non poſſet diſponere pro libito voluntatis, vt probatur 12. q. j. non dicatis.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Monachus profeſſus de licentia prælati, quibus de rebus vſum habere poſſit.*

CONSILIVM II.

1 AN profeſſi poſſint de licentia prælati † habere libros, veſtes, & pecuniã ad vſum ſuum? Dico, quòd poſſunt non per modum vſuſfructus, ſed in quantum ſua expoſcit neceſſitas, poſſunt poſſidere ad vſum ſuum etiam tempore vitæ ſuæ, & de eadem licentia talia mobilia poterũt, nõ tamen ſuo nomine, emere vendere & expendere pro ſuis veris neceſſitatibus: non autem alias pro debito voluntatis. Et ratio, quia ceſſante rei dominio ſiue proprietate & vſufructu, ceſſat dicta prohibitio, quia per hoc ceſſat materia, ſuper qua edita erat, 16. q. 7. & hæc diximus de verbo. ſig. abbate. Item per hoc, quòd non ſuo nomine ceſſat id, quod poſſet opponi, quod videtur frui: quia nulla conſtitutio vetat, quin res, quę vſu conſumuntur, vt veſtes, libri & pecuniæ, pro eius neceſſitate poſſit de licentia prælati habere, imo permittitur, in d. c. non dicatis. Et facit dictum Apoſtoli: Victu & tegmento contenti ſumus. quod intellexit Hiero. de profeſſis. 12. q. j. clericus. & c. duo ſunt. & nedum poteſt prælatus in hoc licentiam dare, imo debet prouidere, vt in neceſſitatibus ſuccurratur: ad hoc 12. q. j. epiſcopus habeat. quę neceſſitates etiam comprahendũt libros quoad dociles, vt poſſint inſtrui & alios docere: de magi. ſuper ſpecula. Item ſuadet ratio naturalis, vt per ſe pater. ſufficit extrauagans Ioan. 22. quæ incipit, ad conditorem. vltra neceſſitatem autem eſſent incapaces talium rerum: Ratio, quia iſta conceduntur propter neceſſitatem: illa ergo ceſſante, vel vltra illam intelligitur denegata, j. q. 7. quod pro remedio. Item in ſuperfluo præſumeretur fraus: de teſta. officij. & cap. ſi. ad hoc bene facit cle. exiui. §. porro. & ſeq. de verb. ſig. Per prædicta patet, quòd ceſſante fraude de licentia ſuperioris prælati poteſt profeſſus ordinem ex prouiſione ſibi decreta accipere aliquam annualem prouiſionẽ a conuentu vel prouincia perſoluendam pro veſtibus & alijs perſonalibus neceſſitatibus, & ab illo licite expendi in veras & non fictas neceſſitates fratris, cui fuerit facta dicta prouiſio annualis pecuniæ: quia per hoc nõ læditur abdicatio proprietatis, nec illud obſtat paupertati vel mendicitati.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Superior profeſſi quis ſit, vſum rerum ſubdito concedere valens.*

CONSILIVM III.

1 QVIS dicatur ſuperior profeſſi, † q poſſit dare licentiam, vt habeat vſum librorum & aliarum rerum? Dico, quòd proximus prælatus: de pæ. c. ap. ſi. li. 6. niſi conſtitutiones ordinis vel conſuetudo aliud diſponeret: facit quod no. Do. & pater meus in nouella, de ele. quorundam: lib. 6. licet in contrarium faciat quod no. ibi Arch. ſed procedit illud, quando conſuetudo vel ſtatutum aliud diſponeret. Et quod ſupra dixi, procedit, quando fratres faciũt profeſſionem in manibus generalis vel prioris conuẽtualis recipientis nomine generalis: tunc ſolus prior generalis poterit dictã licentiam concedere, quia eius arbitrium & voluntas depẽdet ab arbitrio illius, cuius imperio ſe ſubiecit, 12. q. j. non dicatis. de ele. ſi religioſus. li. 6. & forte illud eſt quod voluit Archi.

Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Fratres tertij ordinis ſancti Fran. an gaudeant priuilegio clericali.*

CONSILIVM IIII.

1 AN fratres tertii ordinis ſancti Franciſci † gaudeant priuilegio clericali quo ad forum & canonem, ſi quis ſuadente. & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum? Et videtur quòd ſic, per cle. c. m ex co. c ſen. excom quia vt ibi no. ipſorum ordo eſt per ſedem apoſtolicam approbatus: & in cle. cum de quibuſdam. de reli. do. Et pro hoc facit quod dicitur de eremita, quòd gaudet priuilegio, vt no. 16. q. j. qui vere. & tamen ille non eſt ordo approbatus. ¶ Sed contrarium puto, quòd nullo priuilegio eccleſiaſtico gaudeant, quia ſtricte & proprie loquẽdo non ſunt perſonę eccleſiaſticę: nam non ſunt clerici: & hoc planum, nec religioſi. i. religioni per ſedẽ apoſtolicam approbatæ religati, i. profeſſi: de alia enim religione: reſiduum vide ſupra de foro competenti. cõſilio ſeptimo.

SVMMARIVM.

1 *Puer nouem annorum an poſſit profiteri.*
2 *Profiteri quis cogitur ſi non profeſſus præſumatur.*

CONSILIVM V.

1 PVER nouem annorum in manibus cuiuſdã † de monaſterio, ad quem aliàs profeſſio non pertinebat, profeſſionem fecit, & habitum profeſſionis ſuſcepit in domo ſua, quem habitũ factus maior interdum portauit, interdum dimiſit, & officium profeſſis conſuetum concedi exercuit: an ex his ſit profeſſus? Et videtur quòd non. Nam aut dicimus profeſſum tacite ex receptione ad monachũ per ipſum prępoſitum, & datione habitus regularis etiam per ipſum facta, cum temporis inſtantia, de qua in themate. Aut ex receptione dicti officij ei dati per abbatẽ, ad quem ſpectat creatio monachorum, & eius exercitio ſecuto: aut ex prędictis omnibus ſimul iunctis: ſed neutro iſtorum modorum iſte dicitur: ergo. Maior probatur per locũ a diuiſione, qui iure roborat, & di. quo iure. cum ſi. minorem probo: nam ex dicta receptione habitus etiam cum temporis conſequentia, de qua in themate, non efficitur quis profeſſus etiam tacite, tũ quia ponitur, quòd tempore quo habitũ recepit, erat impubes, ſed ante pubertatem non poteſt quis profiteri etiam expreſſe, etiam ſi eſſet doli capax, de regu. ad noſtram. & c. ſignificatum. & co. ti. c. j. li. 6. & cle. eos. eo. ti. & licet Hug. tenuerit, ꝙ ſi eſſet doli capax, poſſet profiteri, vt no. 20. q. j. in ſumma: tamen iſte non erat doli capax, vnde non præſumitur ſcire quid agat, C. de fal. mo. l. j. 27. q. 4. ſunt qui opes. nam requiritur in profeſſione deliberatio animi, 27. q. j. nuptiarum. quam iſte habere non potuit, & ſic ſola iſta ſuſceptio habitus profeſſionem non inducit, & maxime, quia ponitur

ætaſ

facta per non habenitẽ poteſtatem recipiendi monachos,& ſic non poteſt dici monachus religionis in genere,cùm non fuerit facta per habentem poteſtatem, vt probatur de reg.ad apoſtolicam. qui cleri.vel vou. conſuluit.& no.Inno.de fri.fraternitatis.poſt princ. & plenins de reg.porrectum. Et dicta aliorum aliter loquentium procedunt quantum ad obligationẽ, qua tenetur Deo,vbi aliud non obſtaret, ſed quo ad eccleſiam militantem, quæ ſolennitatem profeſſionis indu xit,20.q.prima,illud.& capitu.puellę.de regulari.quia in Inſulis.cum ſim.non intelligitur quis profeſſus quõ uis modo,niſi receptio fiat per eum,qui poteſt incorporare, vel aggregare alicui ordini,vel religioni,vel ſaltem nomine illius,qui id poſſit poſtea ratum habere,prout tenent Innocent.Hoſtienſ.in dicto ca.porrectum.Item ponitur,quòd impoſitio habitus fuit facta in domo recepti,vnde nõ poteſt dici, quòd vitam voluerit mutare abſolute,vel quòd ex hoc profeſſio tacita præſumatur. Vnde dicit Innocen.quod ceſſat præſumptio profeſſionis,ſi ſumat quis habitum extra eccleſiam, & ſine alia conſueta ſolennitate, qui clerici, vel vouẽ.c.fin.& de regula.porrectum.vbi hoc not.Itẽ propter temporis conſequentiam non poteſt dici profeſſus,cum interpollatim portauerit vſque ad 25. ann. ſuæ ætatis:quod declara. Aut enim prima vice dimiſit ante 25.annum finitum:tunc planum eſt, quòd vſque ad dictum tempus potuit pęnitere, 20. q. prima, illud. Dimittendo enim habitum,& maxime non permanẽdo continue in monaſterio,vt de iſto ponitur, apparet expreſſe de ipſius pęnitentia,vt probatur de regula.ca. primo,libro ſexto.Aut dictum habitum portauit continue vſque ad finem 15.anni:& adhuc non fuit profeſſus,tum quia impoſitio habitus a principio non tenuit,nec ponitur aliquid, per quod inceperit tenere, vt dictum eſt:tum etiam,quia non portauit in monaſterio,ad quod erat receptus, nec in alio. Vnde nec ad profeſſionem, nec ad probationem illud portauit vſque ad dictum tempus:ad hoc 17.q.ſecunda, Gonſaldus.19.q.tertia monaſterijs. de regula. ad apoſtolicã. Et ſatis videtur expreſſum in d.ca.primo,de regu.& ſic non ponitur aliquid,per quod appareat vitam voluiſſe mutare:quod etiam non præſumitur, niſi euidenter conſtet euidentibus indicijs,vt not.de reg.ſtatuimus. & eodem ti non ſolum.libro ſexto.Reaſſumptio autẽ habitus etiam pluries facta non inducit hoc, cum fiat per ſeipſum:& ſic intelligitur 27.quæſt.prima, viduas. de reg.vidua.nam habitum, per quem profeſſio inducitur,non poteſt quis per ſeipſum aſſumere,20.quæſt. prima,vidua. Et probatur per ſupradicta,quia debet fieri per habentem poteſtatem incorporandi in monaſterio:& ſic habitus aſſumptio prædictam profeſſionẽ non inducit, nec etiam ratione officij prædicti cõceſſi per Abbatem habentem poteſtatem incorporandi:quia ſi officium fuit ſibi conceſſum tempore pupillari, planum,quòd non inducit profeſſionem, quia quæ conceduntur incapaci carent effectu,de præben.ei cui. lib. 6. nec etiam exercitium ſecutum poſt pubertatem, tum quia in origine fuit vitium, vnde effectu carent & in conſecutiuis ex illa,16.q.3.ſi ſacerdotes. Poteſtas.n. exercendi hoc officium dependet a conceſſione ſibi facta.Ex tali autem fundamento,vtpote nullius vigoris, non poteſt induci effectus de nouo, quem ab ipſo initio habere non poterat,j.q.j.cum Paulus.& c.non eſt. cum ſi.Nec ob.ſi dicatur, quòd ipſe exercuit dictũ officium per annum poſt pubertatem dicto abbate ſciente,& patiente:quia non videtur per hoc de nouo ei dictum officium commiſiſſe,vt ſatis per ſe patet,ſed tacitus conſenſus ſine expreſſa cõceſſione eius. qui hẽt cõferre,nõ ſufficit,vnde vr̃ inniti conceſſioni factæ a principio,vt in iurib.proxime alle.facit de pę. di.6. placuit. coniuncto c.oĩs.de pę & quod not.de eo qui duxit in matri.c.j.probantur aperte 10.q.2.hoc ius.17.q.4.in vẽditionib.& no.Inn. de conſue. cum conſuetudinis. Et poſito,ꝙ dicatur, quòd ex quo abbas ſciuit illũ exercere officium,& tacuit, videtur approbaſſe, nec ſit neceſſaria expreſſa approbatio, ſicut dicimus in matrimonio carnali,de quo licitũ eſt arguere ad ſpirituale, 7.q.j.ſicut.& in carnali ſufficit tacitus, de deſpon. imp. literas.& c.acceſſit.& eo.tit.c.j.2.reſponſo.li.6.Dico, quòd illud c.j.in 6.apertè facit contra: vult.n.quòd habiles ſint perſonæ ad ſponſalia contrahenda tempore, quo de nouo firmantur ſponſalia, vt in primo reſpõſo vel ad matrimonium eo tempore,quo firmatur matrimonium de nouo. Sed iſte hic non erat habilis ad dictum officium,quia non erat profeſſus etiam tacite, vt eſt probatum:& bene faciunt no.in regula, non firmatur:vbi dicit gl.& nouus conſenſus ſubſequens interdum tacitus interdum expreſſus ſublata cã impedimenti validat actum, vt extunc, ſed hic durabat cauſa impediens, quia non erat profeſſus, & officium illud debebat dari ſolum profeſſis:& ſic durabat cauſa impediens,qua durante durat eius effectus,de pę.di.2.§. eũdem.& c.nihil.Et ex hoc infertur, quòd ſi de nouo rebus ſic ſe habentibus dictus abbas iſti conceſſiſſet poſt pubertatem eius dictum officium ſolum profeſſis conſuetum concedi, non propter hoc intelligeretur tacite profeſſus.Secundum enim pręſuppoſitionem prędictam tempore conceſſionis officij debuit eſſe profeſſus profeſſione ſaltem tacita, ſicut dicitur, quòd clericus ad dignitatem epiſcopalem debet eſſe ante habilis ſecundum qualitates a iure requiſitas, de elec. cum in cunctis.& eo.ti.nullus.Nec iſte caſus reperitur in iure expreſſius, quòd inducat profeſſionem: ergo &c.de transla.præla.c.2.Et per hoc reſpondetur ad c.vidua.de reg.vbi eſt expreſſum,ꝙ non eſt extendendus,de ſent. excom.is qui.primo reſponſo lib.6.item iſtud officiũ de ſe non obligat ad tria ſubſtantialia regulæ, de quibus de ſtatu mona.cum ad monaſterium.in fi.Obligationes autem ſunt ſtricti iuris,vnde non ſunt ampliandæ,ff.de dam.infec.l. damni. 32.q.j.integritas. & maxime in his, quæ ſunt ita grauia, ſicut monachatus, vt
a no.63.diſt.literas.ad finem mag glo.¶ † Item quando dubitatur, an quis ſit profeſſus, in dubio cogitur profiteri,cum non præſumatur profeſſus: de elec.cauſam.de regula.c.2. Et ſic concluditur, quòd ex conceſſione dicti officij non inducitur profeſſio: & ſic etiam omnia ſimul iuncta profeſſionem non inducant,quia ex pluribus imperfectis non conſtituitur vnum perfectum, de pę.di.2.dum ſanctam.de teſti.tam literis.in princ.de fide inſtru.inter dilectos.Item deficiente aliquo de requiſitis ad ſubſtantiam,&c.omnia vana ſunt, de bap.c. primo,cum ſi.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Laicus in conuerſum a fratribus minoribus promiſſa obedientia receptus,an poſſit matrimonium contrahere.*

CONSILIVM VI.

1 LAicus promiſit Guardiano fratrum † minorũ recipienti nomine conuentus veram obedientiam & omnia facere, quæ erunt ei impoſita dicto nomine,& de iure debita: qui Guardianus recepit ipſum in cõuerſum,& familiarẽ dicti cõuẽtus. Lapſu temporis ipſe contraxit matrimoniũ, & in fine vitæ condidit teſtamẽtũ. Quęritur, an potuerit mrĩmoniũ contrahere,& teſtm̃ cõdere. Pręmitto,ꝙ cõuerſus ſumit͂ multipl'r: qñq; qui de peccato ad Deũ cõuertit͂. Itẽ qui de ſtatu laici conuertitur ad clericatum. Itẽ qui cõuertit͂ ad eccleſiã ſecularẽ. Itẽ ꝗ cõuertit͂ ad religionem: & iſte eſt caſus nr̃. Et ſi regula non eſt approbata plane,ꝙ põt cõtrahere matrimonium,& facere teſta-

mentum: de voto.c.j.lib.6. Aut tranſit ad approbatam per ſedem apoſtolicam: tunc aut profeſſio illius regulæ non interdicit matrimonium, vel retentionẽ proprij: & idem, vt patet in fratribus tertij ordinis ſancti Fran.de quibus in cle.cum ex eo.de ſent.excommu.& tertij ordinis Humiliatorum, & ſimilium, vt hic, probatur in extraua.Io.22.quæ incipit, antiquæ. Aut profeſſio illius religionis habet annexa tria ſubſtantialia regulæ, videlicet paupertatem, caſtitatem & obedientiam: tunc aut illa ibi profitetur tacite, vel expreſſe: & planum, quòd teſtari non poteſt, 19.q.3.quia ingrediẽtibus.12.q.1.nolo.& c.non dicatis.de teſta.ca.2.nec matrimonium contrahere, de voto, ca.j.lib.6. Et de his loquitur tex.27.q.j.vt lex continentiæ. Vnde ibi dicitur, monachi atque conuerſi profeſſi, vt illud, profeſſi, ſit adiectiuum dictionis, conuerſi: & no. Arch.de elect.ex eo quod.lib.6.quæ decretalis poteſt induci ad hanc diſtinctionem conuerſorum profeſſorum a non profeſſis:& de priui.per exemptionem. lib. 6. Aut talis tranſiens ibi non profitetur tacite, vel expreſſe:& tunc poteſt contrahere matrimonium, vt benè innuit dictũ c.vt lex.& ibi no.4.gl.& ſic etiam teſtari. Sed iſte nõ apparet expreſſe voluiſſe ſe obligare ad dicta tria ſubſtantialia regulę, quę habent obſeruare minores, de ſtatu mo.cum ad monaſterium.& cle.exiui.de verbo.ſignifica.nec in dubio debet pręſumi ſe voluiſſe obligare, quia iſtud conſiſtit in facto, ideo non pręſumitur, ff.de proba.ab ea parte.facit eo.ti. quoniam contra.de fide inſtru.cum Ioannes. Et hoc maxime iſto caſu, quo ꝓfeſſio in ſcriptis fieri debet, 20.q.j. vidua. 27.q.j. omnes fœminæ, nec verba promiſſionis iſtius dicendo, promitto veram obedientiam inſerunt, quòd voluerit promittere alia duo, cum ſint diuerſa. Eſſet enim abſurdũ, quod quis intelligeretur obligatus ad id, quod non promiſit, vt no.Innocen.de conuer.coniug.ſignificauit. Item quod promiſſio obedientiæ non inſerat profeſſionem, clarè tenet Innocent.qui clerici, vel vo. conſuluit. Item ad hoc, vt iſte obligetur ad profeſſionem, requirebatur, quòd Guardianus recepiſſet ad illam, alias non potuiſſet incorporari in monaſterio, iuxta not.in capitu.porrectum.de regu.& hoc non apparet ex forma receptionis, nec in dubio debet præſumi receptio ad profeſſionem, cum intra annum probationis ſit prohibitus recipere, de reg. capitu. ſecundo, lib.ſexto, quia in dubio non debet præſumi delictum, 10.q.3.in cunctis.ad hoc quod not. Innocent.in d.cap. conſuluit.vbi dicitur, quòd ad hoc, vt per promiſſionem obedientiæ quis videatur profiteri, debet omni ſuæ voluntati renunciare, & omnia committere voluntati prælati. Vnde iſte potius debet dici conuerſus, quàm profeſſus. Nec ob.gl.dicti cap.vt lex, quæ dicit, quòd ſi tranſit quis ad regularem eccleſiam, intelligitur voluiſſe, & renũciaſſe proprijs: quia illud eſt verum per profeſſionem tacitam, vel expreſſam. Et ita credo dictam glo.debere intelligi, per ea quæ ſupra dixi. Vel dic, vt quidam dicunt, illud procedere, quando quis dedit ſe, & ſua tanquàm perpetuò obligata, vt in cle. prima, de deci.in fine.facit de priui. vt priuilegia. Sed iſte non dedit ſe, & ſua, ſed promiſit obedientiam tantum.

Gaſp.de Cald.

CONSILIVM VII.

AN ſi teſtator reliquit in eccleſia mendicantium ædificare altare, & aſſignauit ei dotem perpetuam, ita vt ibi deputetur miniſter, qui celebret pro anima ſua, poſſint iſti recipere altare, & dotem? Vide ſupra rubrica, de teſtamentis. Conſi.10.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus indiſtincte ad proceſſiones, an poſſit mendicantes compellere.*

CONSILIVM VIII.

1 AN epiſcopus indiſtincte poſſit prædicatores †minores & eremitas vocare ad proceſſiones generales, quas facit cum clero ſuo? Et ſi illi nolunt venire, eos excommunicare? Et ſuppone, quòd minores habent in priuilegio eis cõceſſo per cle.hanc clauſulam: Vniuerſis autem prælatis & alijs inhibemus, cum eis extra ciuitatem, vel intra proceſſionaliter exire: & prædicatores idem habent a Ioan.22. Vnde dico, quod ad proceſſiones ordinarias, quæ fiunt ſingulo anno ex ordinatione eccleſiæ, non tenentur venire. Et idem ad alias, ſi ex leui cauſa fiant. Si vero fierent proceſſiones ex graui cauſa, & vrgenti, poteſt epiſcopus eos vocare, dummodo non fiat in fraudem: hoc patet de exceſ.præla.nimis.2. verſicu. eis quoque. tamen ſi ipſi nolunt venire, non poſſunt per epiſcopum excommunicari, cum ſint exempti, de priuile.cap.primo, lib.6. Nec ob. ſi plures vocati ab epiſcopo acceſſerunt, quòd eodem modo debeant accedere iterato, tum, quia dicitur, quod iuerunt cũ proteſtatione, quæ ſaluat ius eorum.9.q.3.ſaluo.de re iud. ſuborta.tum quia priuilegium eſt facultatis, quia poſſunt ire ſi volunt & ſi nolunt, abſtinere: ad hoc quod no.de conſti.cum acceſſiſſent.tum quia precario videtur iuiſſe: & ſic nullum ius epiſcopo acquiſitum, de pręſcrip.ſi diligenti.cum ſimilibus.

Gaſp.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Dos data filiæ in monaſterio ante pubertatem decedenti, ad patrẽ regreditur.*

CONSILIVM IX.

1 DEdit pater filiam monaſterio †impuberem, & aſſignauit nomine dotis filiæ monaſterio centũ iuxta conſuetudinẽ loci. Deinde filia moritur, antequàm perueniat ad pubertatẽ: quæritur, an patri ſit dos reſtituenda? Dico ꝙ ſic, quia iſta nõ fuit ꝓprie donatio, qa ꝓprie donatio eſt illa, q̃ ex mera liberalitate datur, vt probatur de inſtit. ad noſtram.de præben.relatum.& no.23.q.6.§.fi. Sed in caſu iſto non eſt mera liberalitas, quia pater cogebatur alere filiam, de langui.expo.ca.j.& ibi notatur.& 77.diſt. c.fina. Item tenetur eam dotare, ff.de ritu nup.l.qui liberos.& not.de iureiuran. Quintauallis. Fateor tamẽ, quòd donatio ex cauſa facta large dicitur donatio, iuxta no.in c.& ſi quæſtiones.de ſimo. in gl.quarta, & ſuper ea per Ioan.And. Sed propria, & ſtricta ſignificatio eſt, de qua dixi. Item (vt dicitur in themate) non fuit facta donatio, ſed aſſignatio pecuniæ. Vel poſito, ꝙ eſſet donatio, nõ fuit ſimplex, vel pura, ſed ob cãm, vt dr in themate, quare noĩe dotis: ergo de tpe, qd potuit iſta eſſe dos, intelligi debet, qa dictũ intelligi dꝫ ſm eius adiunctum, vel eius cãm, vt no.ff.de ædili.edic. l.quid ſi creditor.& probatur 23.q.5.ſi nõ licet.de priuile.ex ore.no.Inno.de offi.Arch.c.fi. Cum igitur fuerit expreſſum, ꝙ nomine dotis, ita debet intelligi facta numeratio. Sed cõſtat, ꝙ ſicut in matrimonio carnali non eſt dos, vbi non eſt matrimonium, ff. de iure do. l.3.de dona.inter virum & vxo.& ſi neceſſe. Et non tenet matrimonium, vbi non eſt ætas legitima: de deſponſa. impub.literas.cum ſim. Sic non eſt dos matrimonium ſpiritualis: nec tenet Ingreſſus, vbi nõ eſt ętas legitima, 20.q.j.c.j.de regula.c.j. cum ſi. ergo datũ alias

donatum

donatū ſine cauſa, repeti poteſt ꝑ condictionem ſine cauſa, vt in ꝑallegata l.3 ff de iure do.& de dona.inter virum & vxorem. & ſi neceſſe.facit quod not. Alan.de cleri.coniug.quod ante.vbi dicitur, quòd datum tempore ingreſſus, habet tacitam conditionem ſi duret ingreſſus: & addit gloſſ. ad inſtar dotis:alle. C. de rei vxo.actio.l.1.§.eum autem.de dona.inter virum & vxorem.nuper. ſed hoc nedum fuit tacitum, imo fuit expreſſum, quòd dabat nomine dotis: ad hoc quod no. Io.An. poſt Hoſt.de regulari.ſtatuimus. vbi dicunt, ꝙ intrans monaſterium probationis cauſa omnia recuperat eo egrediente.quia præſumitur mortis cauſa donaſſe, niſi aliud in donatione fuerit dictum. Ad idem quod no. Hug.in c. ſunt qui opes. 17.q.4. vbi dicit, ꝙ maritus,qui intrat monaſterium,& repetitur ab vxore, recuperat bona ſua, quia illa donatio intelligitur conditionalis, ſi licitè poſſet ibi remanere. arg. ff. de dona.ſine cauſa.l.auunculo. Et per hoc poſſet obijci, quòd donatio perfecta reuocari non poteſt, C. de reuo.dona.l 2.12.q.2.nulli liceat.cum ſimilibus.quia poteſt dici, ꝙ non fuit donatio, vel ſi fuit donatio, habuit tacitam conditionem, vt notatur in d.c.quod ante. Nec ob. quòd poſſet obijci,quòd illa conditio fuit turpis, vt detur pecunia pro ingreſſu,vt de ſimo.quoniam ſimoniaca. vnde debet reijci, de condi. appo.c. ſi.quia dico,quòd datio pecuniæ tempore ingreſſus ante profeſſionem etiam ex pacto facto non eſt ſimoniaca, quia talis ingreſſus,qui fit prohibitionis cauſa, non obligat illum monaſterio, nec monaſterium illi, 17.q.2. ſi quis incognitus. 19.q 3. monaſterijs.eum ſi.& ſic ne ſit oneroſus monaſterio,interim poteſt dari & promitti monaſterio pecunia. Et ad illud facit exemplū de Samuele ſecundi Regum, ſecūdo.in prin. ¶ Vel aliter,& melius, in themate non dicitur,ꝙ fuerit numeratio vel donatio facta ex pacto, quo caſu fortè poſſet dici ſimonia, ſed fuit oblatio & numeratio facta per patrem, quæ licèt fuiſſet facta purè, tamen habet tacitam conditionem. Vel, vt verius dicam habet in ſe conditionem, cum profeſſionem fecerit. Taliter autem offerri vel dari non eſt prohibitū, imo licitum. 1.q.2. ſi quis propter. & ibi no.& de ſimo.tua nos. Item poteſt dici, quod adhuc nihil erat datum, quia adhuc dies vel conditio non venerat. Inſt.de verbo.obli.§ ex conditionali.de reſcrip.ſi pro te.lib.6.Vnde reſtituenda eſt pecunia patri, tamen haberi debet ratio expenſarum factarum per monaſterium illi puellæ, donec fuerit in monaſterio, arbitrio boni viri.

Gaſpar Calderinus.

CONSILIVM X.

AD quem pertineant bona ingreſſi monaſterium mendicantium, ſi obueniant ſibi poſt profeſſionem? Vide ſupra in rubrica, de teſtamen.cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Monachus poſſeſſorio agens ad reſtitutionem monaſterij, probare debet de titulo monachali.*

CONSILIVM XI.

1 AN monachus agens poſſeſſorio † ad reſtitutionem monaſterij habeat probare de titulo monachali? Et dicitur quòd ſic, ſicut in matrimonio carnali, vt de reſt.ſpo.c.ex conqueſtione.& c.ex parte. ſicut & in iſto ſpirituali matrimonio: ad hoc l. 1. § quædam.ff.de interdic. Item poſito, quòd vera eſſet opinio Io.Andreæ, qui petēs poſſeſſionem beneficij habeat probare titulum, quòd non ſit neceſſe, ſed ſufficiat iuſtificare poſſeſſionem, de qua in clemen. 1.de cauſa poſſeſ.& per eum in Spe.ſuper rubrica, de cauſa poſ. tamen vbi conſtat de non iure actoris, dicta iuſtificatio non ſufficit, vt probatur de reſt. ſpo. literas.ibi, & probationes offeruntur: & eodem titu.ad decimas. lib 6. & hoc conſtabat ex confeſſione huius monachi ipſum fuiſſe profeſſum in alia regula: vnde ſi nō probat ſe eſſe monachum iſtius monaſterij, non fiet reſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Literæ per excommunicatum impetratæ an ſint validæ.*

CONSILIVM XII.

1 AN valeat receptio monachi facta † vigore literarum apoſtolicarum impetratarum per excommunicatum? Et dicitur quòd non, quia licèt fateatur excommunicatum poſſe profiteri, de ſenten.excom. cum illorum. & ibi not. doct. Tamen ſi fiat profeſſio & receptio in monaſterio vigore talium literarum, profeſſio quantum ad ipſum tenet, ſed non quantum ad recipientem illum in monaſterio. Vnde erit obligatus religioni in genere: & ratio. quia quantum in ſe fuit, potuit ſe obligare etiam nullo recipiente profeſſionem, quia talis obligatur religioni in genere. Et hoc voluit Innocen. in capitulo, porrectum de regularibus. tranſitus ergo factus virtute iſtarum literarum eſt nullus, de reſcrip. capitulo primo, libro ſexto.

Gaſpar Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Promotus in abbatem alterius religionis in primo monaſterio, ſumptus an debeat habere quandiu nouo non potitur beneficio.*

CONSILIVM XIII.

1 AN promotus in abbatem ad monaſteriū † alterius religionis per papam, debeat habere expenſas in primo monaſterio, donec habeat pacificam poſſeſſionem? Et videtur ꝙ non, quia talis prouiſus vel tranſlatus deſinit eſſe monachus prioris monaſterij, cum in pluribus monaſterijs locum obtinere non poſſit, 10.q 4. monachus. & de præben. cum ſing. lib.6. ergo ad iſtius ſuſtentationem vel prouiſionem amplius non tenetur: ad hoc de reli. do. c.fi. ¶ Sed contrarium puto: Conſtat enim, quòd monaſteriū tenetur prouidere monacho ſuo, & eidem victum & veſtitum miniſtrare, & de neceſſarijs prouidere; de ſtatu reg. cum ad monaſterium. §. porro. Sed talis promotus per Papam eſt monachus prioris monaſterij, donec ſit plenè tranſlatus, 21. quæſtione prima ſi quis iam tranſlatus. Plenè autem tranſlatus eſt: ex quo ipſius poſſeſſionem acceperit, vel per eum ſteterit, quominus habeat: de ele. cum in cunctis. §.cum vero. & eo.tit.commiſſa.§.antiq.lib.6. de præben. de multa.cum ſi. facit ratio, quia ſi ante talem tranſlationem aliquid acquireret, priori monaſterio acquireret: facit quod no.in Specu. de licentiario, vt ad aliud monaſterium tranſeat, qui antequam ad aliud tranſierit, priori monaſterio acquirere intelligitur; item. de ſtatu mona. verſicu. 45. ergo qui ſentit honorem vel commodum, ſentiat & onus, vt in regula, qui ſentit.de regu.iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares, monaſterio vacante, ad ſtatum ſtrictiorem an poſſint migrare.*

CONSILIVM XIIII.

CANONICI regulares vacante monaſte-
1 rio† volunt mutare regulam,& aſſumere ſtri
ctiorē,videlicet ſancti Benedicti. Quęritur,
an poſſint & qualiter? Dico,debent canoni-
ci illud ab epiſcopo petere, aſſignata cauſa pro ſalu-
briori vtilitate animarum. Et epiſcopus debet mona-
ſterio vacanti deputare defenſorem vel œconomum.
Deinde epiſcopus cum capitulo ſuo faciet tractatus,
& bonum eſt etiam cum illis canonicis regularibus,
quibus expeditis per epiſcopum cum capitulo ſuo &
fratribus monaſterij ordinetur, quòd fiat talis ſtatus
mutatio,& ſic firmetur & approbetur,& ſic fiat, quòd
dicti canonici recipiant habitum monachorum, &
profiteantur in manibus epiſcopi regulam Benedicti
ſic per epiſcopum in dicto monaſterio inſtitutam &
ordinatam,& ſecundum quod profitentur monachi
ſancti Benedicti. Quod autem talis mutatio ex cauſa
rationabili ſeruata dicta forma fieri poſſit, probatur
de re.ec.non ali.capitu.j.lib. 6.& in cle.ſi vna.co. ti. de
his q̄ fi. à præla. tua.de exceſ.præla. ſicut vnire.per not.
de relig.do.conſtitutus. & 25. q. 2. in ſumma. & quod
no. Hoſt.vt ecc.bene.capitu.j.in fi. Nec ob.† quòd vacā-
te ſede nil eſt innouandum: quia id habet locum in
eccleſia cathedrali,non in inferiori, vbi ſubeſt cauſa,
& id fit per epiſcopum forma debita obſeruata, ſecun
dum no.per Inn.ne ſede va.capitu.j. Nec ob. extraua-
gāns Benedicti in c. de collapſis eccleſijs. vbi prohibet
in fi. quòd monaſterio religionis canonicorum regu-
larium ordinis ſancti Auguſtini vniantur, vel etiam
ſubmittantur eccleſijs monaſterij ſeu locis religioſo-
rum quorumcunque alterius habitus ſine licentia ſe-
dis apoſtolicæ: quia non ſequitur, quòd ceſſante tali
vnione vel ſubmiſſione non poſſint fieri habitus & ſta
tus mutationis, quia per iura fieri poteſt, & eſt quid
diuerſum a dictis caſibus ibi expreſſis, quia quod non
mutatur &c. de elec. conſtitutio. lib. 6. cum ſi.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Neophitus ordinis Seruorum profiteri poteſt tacitè probationis tempore.*

CONSILIVM XV.

1 INTRANS ordinem Seruorum intra † annum
probationis poteſt tacite per aſſumptionem ſa-
crorum ordinū vel expreſſe profiteri. De expreſſa
patet,quòd anno probationis poteſt renunciare;
de reg.ad apoſtolicam.capitu.ſtatuimus. De tacita, quę
fit per aſſumptionem veſtium benedictarum, adhuc
patet,vt no.glo.2 in c.ſtatuimus.de regula. Et idem, ſi
intra annum paſſus eſt ſe ad ſacros promoueri, ex hoc
intelligitur tacitè profeſſus, quia videtur voluiſſe vitā
mutare,ergo profeſſus erit. de regu.non ſolum. lib. 6.
Et hoc diffuſe diſputaui in quadam quæſtione, quæ
incipit, Laurentius. Nec obſt. c. conſtitutionem. de re-
gu. lib. 6. quia ordo Seruorum non eſt de mendicanti-
bus, cum per regulam vel conſtitutiones ſuas non
prohibeatur eis habere proprium in communi, ſed p-
mittitur,cùm profiteantur regulam Auguſtini,quę in
communi habet proprium: ergo non ſunt mendican
tes,de relig.do.c.j.lib.6.& ibi no.Io.An.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Receptio monachi facta a ſubpriore prælati excommunicati inſtituto ab epiſcopo, an valeat.*

CONSILIVM XVI.

RECEPTIONE monachorum † ſpectan-
1 te† ad prælatum & conuentum ſimul,præla
tus erat excōmunicatus: Epiſcopus in mo-
naſterio inſtituit ſubpriorem ſiue eius vica-
rius,qui vna cum conuentu & approbatione epiſco-
pi vel vicarij recepit monachum in monaſterio. Quæ-
ritur,an valeat. Et dicitur quòd ſic, quia ex quo ſimul
ad vtroſque ſpectat receptio,capitulum potuit recipe-
re,vt tenet Ioan.mo.de reg.c.fi.li.6. nā iſto caſu ſucce-
dit conuentus,ne ſe.va.c.j.li.6. Item valuit, quia facta p
ſubpriorem inſtitutum & approbatum per epiſcopū,
quia talis ſubprior fuit inſtitutus,vt ſuppleret defectus
prioris: vnde ſicut prior poterat,ita iſte, qui in eius lo-
cū ſuccedit,de regu.iur.is q in ius.cū cōcor.li. 6. Quod
autē diœceſanus potuerit hoc ꝑpter impedimētū p̄la-
ti,patet,cū ad ipſum cura, cauſa & vtilitas monaſterij
ꝑtinere noſcat. 18.q.2.c.j.& c.monaſteria.& c.cogno-
uimus.quod optime facit Idē ſi licētia vicarij ſpiritua-
lis interuenit,iſto caſu,cū nō ſolū ad prælatos inferio-
res,ſed etiā ad diaconos: & ſic per cōſequēs quantū ad
hoc ad ipſorū vicarios ſpectat ad profeſſionē recipere,
cū poſſit epiſcopus & ꝑ cōſequēs eius vicarius quē in-
corporare ordini vel religioni in genere & in ſpecie
ſaltē in caſu neglıgētię vel defectus, ꝑ iura ꝓxime alle
gata. Et quod no. Io. An. poſt alios de regula. porrectū,
& Gul. in Spec. de ſta. mo. ver. 19. & ſecūdū ibi no. quæ-
ſtio iſta nullam habet dubitationem. Et per hoc non
ob. quod dicitur,quòd domus illa nunquàm habuit
ſubpriorē,quia nō eſt uis, ex quo de licentia vel aucto
ritate ordinarij id factum fuit.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis Seruorum fratres an dicantur mendicantes.*

CONSILIVM XVII.

1 AN ordo Seruorum ſit de ordine† mēdican-
tiū? Et dicit̃ ꝙ nō,q̄a mēdicātes dicunt̃, q̄ ex
regula vel cōſtitutione habere ꝓpriū etiā in
cōmuni nō poſſunt,vt in c.j.de reli.do.lib.6.
vt ibi no. Io. An. ſed iſti nō ſunt ꝓhibiti ex regula vel
cōſtitutione habere ꝓpriū,ſed ꝑmittit̃, cùm ꝓfiteant̃
regulā Auguſtini,quę in cōmuni habet ꝓpriū, 12. q. j.
nolo.& c. nō dicatis.ergo ipſe ordo nō eſt de mēdicāti
bus: q̄a cui nō cōpetit diffinitio nec diffinitū, 27. q. 2.
§. j. Nec ob. ſi dicat, ꝙ aliqui ipſorū de facto mendicēt:
vt ſic mendicans dicatur, qui ab alijs ſibi neceſſaria pe
tit: quia dicitur mendicus,quaſi manu dicens, 12. q. j.
nolo. prout no. Archi. de elec. quorūdā. vbi dicit, quòd
ex his poteſt apparere,q̄ dicant mēdicātes: & ꝙ debea-
mus cōſiderare ea,quæ ſunt facti,de cōceſ. præb. cum
noſtris. quia dico,ꝙ text. in c.j. de reli. do. li. 6. notanter
pōderauit illos dici mēdicātes, q̄bus ex conſtitutione
vel regula ꝓhibet̃ habere propriū in cōmuni: vnde pō
derat nō ſolū,ꝙ q̄rāt ſibi victū per ſolū quæſtū, ſed etiā
ꝙ ſit ꝓhibitū habere propriū. & Archi. dicit, q̄s homo
dicat̃ mēdicās, nō q̄ religio vel regula: alias male dice-
ret,quia contradiceret textui: & iſtud firmat Io. An. in
d.c.j.li.6. vbi dicit ſic fuiſſe declaratū per Papam de ip-
ſo ordine Seruorum. Nec ob. quod debeamus conſi-
derare, quæ ſunt facti: quia illud procedit interdum
quo ad certum effectum conſequendum, vt d. capitu.
cum noſtris. & ita alias conſuluit Pater meus.

Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Fratres ordinis Seruorum an debeant collectas de eccleſia nouiter acquiſita.*

CON-

CONSILIVM XVIII.

1 FRatres Seruorum acquiſiuerunt † de nouo eccleſiam prius ſuppoſitam ordinario: quęritur an pro illa debēt ſoluere collectas, ſicut prius ſoluebant? Dico, ꝙ ipſi habent priuilegiū, quo gaudent plena exemptione in eccleſijs, quas habent, vel futuris temporibus adipiſcentur: ex quo infertur, quòd non tenentur ratione dictæ eccleſiæ iura, grauamina, cenſus, vel collectiones, quę debentur ratione iuriſdictionis ſubiectionis ſocietatis, vel alterius iuris epiſcopalis, vel grauaminis, quod non exemptis competit. Hæc probantur. quia eccleſia, domus, vel poſſeſſio translatæ in priuilegiatos priuilegio priuilegiatorum gaudent, de ſtatu mo. recolentes. §. fi. de præbend. dilectus. 1. de priuile. cùm & plantare. §. in eccleſijs. & videtur expreſſum de iure patro. c. primo, libro 6. ſicut dicimus in bonis donatis eccleſiæ, quæ gaudent priuilegio eccleſiaſtico, de immu. ec. cap. primo, lib. ſexto. nec debet vna & eadem res diuerſo iure cenſeri, de deci. cum in tua. cum ſimi. Et quòd cum vna eccleſia ſubijcitur alteri, illud vnitum, vel ſubiectum retinet iura, quæ habet ille, cui fit vnio, vel ſubiectio, maxime ſi ſunt illa digniora, & pinguiora, vt no. 16. q. prima, & tēporis qualitas: & ne ſe. va. c primo. Nec ob. ca. recolentes. præallegatum: quod videtur velle iſtud procedere, ſi dimittam poſſeſſiones: quia intelligitur de poſſeſſionibus, quæ habebant temporalem iuriſdictionem annexam, vel aliud onus repugnans religioni, ad quam fiebat translatio, vt ibi no. Ioan. And. Nec ob. ſi dicatur, quòd res tranſit cum onere ſuo, 10. q. j. ſi quis autem. de deci. cum in tua: & hoc etiam videtur velle gl. in d. c. j. de immu. ecc. lib. 6. & quod no. Innoc. de foro compe. verum. & quod no. Spec. de cleri. coniug. verſi. ad huius autem: vbi latè examinat allegando pro & contra, an filius teneatur ad collectas bonorum patrimonialium ſicut clericus. Concludit, quòd ſi eſſet cenſualis res, tunc teneatur ad alia onera: cum igitur collectæ non ſint onus determinatum, ſed quandoque imponitur minor, quandoque maior, ergo non tranſit ad iſtos, ſed potius deueniens ad priuilegiatos, gaudebit eodem priuilegio.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Abbas cum monacho in omni irregularitate diſpenſabit.*

CONSILIVM XIX.

1 ABbas habet priuilegium, vt poſſit diſpenſare † cum monacho ſuo, incurrente irregularitatem impoſitam a canonibus: quęritur, an poſſit diſpenſare cum monacho celebrante poſt excommunicationem latam a conſtitutionib. generalibus ſui ordinis? Et dicitur ꝙ ſic, quia irregularitas ſemper contrahitur a iure, & a conſtitutione eccleſiæ, vt no. Arch. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. & ca. ſi quis presbyter. vbi dicit, quòd irregularitas eſt pœna a iure canonico introducta: & Inn. de temm. niſi cum pridē. & Io. And. de cleri. excō. mini. ſi celebrat. ſed dictus Abbas poteſt diſpenſare cum monacho ſuper irregularitate contracta a canone: ergo &c. Item cum committitur principale, & acceſſorium, de of. del. prudentiā, ſed Abbas pōt. abſoluere monachum ab excōicatione cōtracta ex ſua conſtitu. quod eſt principale: ergo diſpēſare ſuper irregularitate, quod eſt acceſſorium. h. d. Hoſtiē. in ſumma de cleri. excō. mini. §. an cum eis. ver. alij dicunt. Item dicta conſtitutio poteſt dici canon, vt no. 3. diſt. in ſumi. Item verba priuilegij inquantum tangūt concedentem, latè ſunt interpretanda, vt no. de verbo. ſig. olim, ſed conceſſio diſpenſationis concernit tantū Papam, qui priuilegium conceſſit: & maxime cum ex iſto intellectu tollat monacho materia euagandi, de ſen. exc. cum illorū. Nec ob. ꝙ priuilegiās dixit de inflicta a can. quia per illud voluit diſtinguere latā ab hoīe, non latā a conſtitutione, quæ canon dici pōt, vt eſt dictum: facit de ſen. exc. nuper. & quod no. de præb. graue. Nec ob. cle. j. de priui. vbi tex. ponit ſeparatè ſententiam latam a can. & latam à ſtatutis: quia ibi in iure pœnali. Et ideo propter pœnæ odium debuerunt exprimi canones, & ſtatuta: ſed hic eſt fauorabilis ſaltem reſpectiue, ne monachus vagetur: & quia non fit præiudicium, niſi concedenti, & verbum in materia fauorabili ſumitur large, & in odioſa ſtricte, de preben. cap. ſi. iuncto c. pe. de ver. ſig. & de hoc plene per Ioan. And. de ſent. excom. ſi ciuitas. lib. 6.

Io. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Abbas ſuper monachorum exceſſibus inquirere, ipſoſque poterit punire.*

CONSILIVM XX.

1 AN abbas poſſit inquirere contra monachos † ſuper delictis, & illos punire, quos reperit culpabiles? Et dicitur quòd ſic, quia cum ſit prelatus, habet ordinariam iuriſdictionem, de of. ordina. cum ab eccleſiarum, & ſpecialiter de regularibus prælatis probatur de maio. & obed. cum in eccleſijs. Sed certum eſt. quòd habens ordinariam poteſt inquirere ſuper exceſſibus ſubditorum, de of. ord. ca. primo, & c. irrefragabili. de acc. qualiter. 2. Item certum, quòd Abbas poteſt monachos delinquentes corrigere, alias abbatibus imputatur eorum delictum, 43. di. Epheſim. de ſta. mo. cum ad monaſterium. in fin. & capitu. ea quæ. ſed ad correctionem pertinet inquirere, ſi qualitas delicti meruerit punire, & carcerare, vt dicto capitu. ea quæ. ergo &c. Item coërctio monachi primo loco ſpectat ad Abbatem, 18. quæſtio. ſecunda, nullam. & capitu. Abbates. vbi dicitur etiam de carceratione: & licet ibi fiat mentio de epiſcopo, illud fit in auxilium abbatis: vnde dicit Inn. de ſen. exc. vt famæ. ꝙ abbates quo ad monachos habent ordinariam poteſtatem, & poſſunt illos capere, & detinere: nec diſtinguitur, an in forma iudicij procedatur, vel qualiter, ſed ſimpliciter procedit, quod eſt dictum, vt no glo. de of. ord. quanto. vbi communiter doc. idem tenent. Et ibi dicit Innoc. quòd Abbas poteſt monachum delinquētem punire ſecundum regulam a ſuperiore approbatam. Nec ob. quod ibi dicit, quòd ſi in iudicio accuſaretur, quòd debet fieri corā epiſcopo: quia minor epiſcopo, qui cauſas criminales non agit, quia vt ex eius verbis patet, nō loqtur, qū procedit per viā inqſitionis, ſed accuſationis. Et idem eſſet, ſi monaſteriū eſſet exēptum: quia mora eſſet periculoſa, ſi deberet recurrere ad Papam, & criminum exceptio non eſt differenda, 22. q. 4. ſi ea. & capitu. ſi non ex fidei. Et quòd per viam inquiſitionis poſſit Abbas procedere, videtur tenere Spec. de inquiſi. §. ſi quis. vertic. item pone, & iudex in cauſa. ver. ſe. Nec ob. ſi dicatur, quòd iniuria, ſuper qua procedit, concernebat ipſum, cum formata eſſet inquiſitio ex eo, quia conſpirauerant contra Abbatem, vt veneno interficerent eum, & ſic erat iudex in cauſa propria: quia non proceſſit pro intereſſe priuato, ſed publico, vt delictum puniretur, quod poteſt prælatus, etiam ſi aliàs iniuria cōcernat perſonā 45. di. & q emēdat. & c. Guiliſarius. Item iſtud delictū tangebat eccleſiam, vt probatur de ſent. excom. cum deſideres. in fin. & ca. contingit. j. cum ſi. mi. vnde bene poteſt prælatus ipſum punire, vt no. ſe. ūda q. 7. ſi quis erga. & c. ſi quis ab epiſcopo. de iudi. cum veniſſent. de pœni. Romana. lib. 6. Nec ob. dictum c. Romana & qđ no. Inno. in

c. ex parte. de ver. ſign. videlicet, ſi iſtud delictum eſt notorium, ſecus ſi eſt occultum: quia poteſt reſponderi, quod ſi ſumimus manifeſtum, ideſt famoſum, quod poteſt ſumi iſto modo, de coha. cle. veſtra. & ibi no. Et in iſta materia videtur poſſe ſumi, vt patet in dicto c. romana. ibi, manifeſtas & notorias. & hoc videtur placere Ho. Io. Mo. & Archid. cum natura copulæ ſit coniungere diuerſa, de elec. eccleſia cl. 2. Et ſi interdum aliter ponatur, illud fit impropriè: vnde ſic intelligendo, poſſet punire manifeſta & notoria. Item poſſet dici, quod c. romana. loquatur in Archiepiſcopo, qui habet iuriſdictionem ſtrictam & limitatam in ſubditos ſuffraganeorum, de offi. ord. paſtoralis. ſecus ergo in alijs, vt etiam non notoria puniant: facit quod ibi no. Io. Mo. Et dictum Inn. in c. ex parte. poſſet intelligi, quod non notoria non poſſit punire iuris ordine, ſed ſic ſeruato iuris ordine, vt per viam inquiſitionis. Et quòd iſtud poſſit ſumi ex verbis eius, patet, quia dicit, ideo offenſam notoriã poteſt punire, cum probatione non egeat, nec ſententia eſt ibi neceſſaria ſuper crimine vel iniuria: ſed cum eſt occulta, non poteſt eam vindicare: quaſi innuat incontinenti, ſed non negat expreſſe, quin poſſit iuris ordine obſeruato, puta inquiſitione præmiſſa: vnde ſubdit, quod poterit eum apud ſuperiorem accuſare vel denunciare, non punire: quaſi velit, quòd illæ ſunt viæ, in quibus oportet eſſe diuerſitatem in perſonam: ſed per viam inquiſitionis ſola fama habetur loco accuſatoris vel denunciatoris, de accu. qualiter, cl. 2. Et iſtud, quòd poſſit etiam de occultis prælatus punire, tenet Hoſt. contra Innocen. in dicto c. ex parte. & apertius in dicto capitulo romana.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Monachus de fuga ſuſpectus inquiſitionis tempore eſt carceri mancipandus.*

CONSILIVM XXI.

1 MONACHVS eſt ſuſpectus † de fuga: quæritur, an pendente inquiſitione criminis poſſit in carceribus detineri, cum paratus ſit dare fideiuſſoriam cautionem? Credo, quòd ſi eſt de fuga ſuſpectus, non recipiatur cautio fideiuſſoria: quoties enim cautio fragilis eſt euidenter, non debet admitti, de reſti. ſpo. literas. & c. ex tranſmiſſa. nec ſatiſdatio immutat maliuolum animum. Item eadem ratione dico, quòd debet retineri ſub fida cuſtodia: ſatis eſt enim, quòd ſunt de fuga ſuſpecti, licèt nondum ſit crimen probatum: facit de depoſito. c. 1. de ſen. excom. vt famæ. & conſti. ſi clericos. lib. 6. quod bene hic probat: & licèt Archi. in d. ca. ſi clericos. dicat & intelligat illud & alia de cauſa condemnatis: & facit apo. a nobis: tamen in ſuſpectis de fuga fatetur quod prædixi, de quo optime dictum capitu. 1. de depoſi. Item accuſatus de graui crimine detinetur, nec pro ipſo recipitur fideiuſſor, ff. de cuſt. & exhibi. reo. diuus. hoc autem eſt propter pœnam impendioſam, ſcilicet mortis, vel membri truncationem, & liberum corpus non recipit æſtimationem, ff. de eiec. vel effu. l. ſi. eadem eſt ratio in iſto caſu, quia petitur, quòd iſte monachus puniatur & carceretur pro delicto, ſi contingat probari, 11. quæſtione 3. coniurationem. & per conſequens fideiuſſio non eſſet condigna. Item hic agitur de imponendo pœnam depoſitionis, quæ pœna ſecundum canones æquiparatur pœnæ diminutionis capitis: & intelligo maxime diminutionem capitis ſecundum leges, de accuſa. qualiter cl 2. ſed vbi reus foret dicta pœna legali puniendus, non admitteretur ad fideiuſſoriam cautionem, vt dicta leg. diuus. ergo nec quando dicta pœna canonica. facit quod no. Guili. in Spe. de accu. §. 1. ver. ſed pone.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Papa an poſſit fructus alicuius monaſterij ſibi reſeruare, & tempore per camerarium ſuum fratri eiuſdem monaſterij vendere.*

CONSILIVM XXII.

1 PAPA reſeruauit fructus primi † anni monaſterij ſancti Antonij, vnde mandat camerario ſuo, vt illos vendat fratri Antonio profeſſo dicti monaſte. vel alteri: & ſic fuit ei facta venditio: quæritur, an valeat, & an poſſit agere pro illis ſine licentia abbatis ſui? Et dicitur quòd non, quia profeſſus non habet velle vel nolle, 12. quæſt. 1. non dicatis. & cap. nolo. vnde non poteſt contrahere, de fideiuſ. quod quibuſdam. & no. in di. ca. non dicatis. nec agere vel conueniri ciuiliter, vt not. 11. q. 1. de perſona. quia quicquid acquirit, eſt mona. 19. q. 1. c. 1. imo nec pro alijs poſſunt agere, niſi duo concurrãt, vtilitas monaſterij, & prælati licentia, 16. q. 1. monachi. ſi contractus tenet, cum contrahens cum eo non poſſit allegare turpitudinem ſuam in odium cõtrahentium: quandoque contractus claudicat, 28. q. 2. ſi infidelis. 12. q. 2. ſi qua. tamen iſtud acquiritur monaſterio, de priuile. cum olim. Nec ob. ſi dicatur, quòd poſſit agere vigore dictarum literarum apoſtolicarum: quia ad hoc, vt princeps videatur facere contra ius, debet illud exprimere, quod velit facere, & contra illud diſpenſare, aliàs illud intelligitur ſecundum ius fieri, vt probatur de elect. cum dilecta. de præben. de multa. in ſi. de præſcr. c. 2. lib. 6. Sed in literis non erat expreſſum, quòd Papa cum illo vellet diſpenſare, & maximè cum faceret monachum proprietariũ ipſo in monachatu permanente, quod eſt iuri exoſum, & Papa videtur dicere ſe id facere non poſſe. de ſta. reg. cum ad monaſte. ad hoc de ſchiſma. fraternitati. & quod ibi no. Io. Andr. poſt alios. & Inno. de cleri. per ſaltum promo. cap. 2. Et ſi dicatur, præſumitur, quòd Papa voluerit tollere obſtantia: dico hoc falſum, niſi hoc exprimat, de reſcrip. cum aliquibus. & c. ſuſcepti. de præben. cap. 2. & c. ſi motu proprio. Ad idem facit de reſcrip. nonnulli. de çia. & quali. eam te. de cap. mo. ex parte. de confir. vti. vel inuti. porrecta. vbi expreſſe dicitur, quòd debet fieri mentio de iure, contra quod ſcribitur. ad idẽ ele. li ſummus. de ſenten. excommu. Ad idem, quia quando fit aliquid contra ius, debet interuenire cauſæ cognitio: ad hoc quod no. 45. diſt. omnes. & de filiis presby. veniens. de cleri. coniuga. diuerſis fallacijs. 2
Et ſi dicatur, quod præſumatur cauſæ cognitio, de renun. in præſen. de re iudi. ſicut. Dico iſtud non habere locum in ſolennitate eſtrìnſeca, qualis eſt iſta, ff. de pub. l. quæcunque. & quod no. Inſti. de ver. obli. §. fin. vnde ſuper iſta habilitate religioſi debet ſpecialis ſcriptura interuenire. Eſt enim talis habilitatio quoddam decretum, quare & c. 2. q. 1. leg. Ad hoc C. de epiſcop. & cle. l. ſi quis per calumniam. Et ſi dicatur, Papam voluiſſe eum habilitare, quia expreſſit eum profeſſum, vt ſic actus valeat potius quàm pereat, de fide inſtru. inter dilectos. Dico, quòd talis voluntas ſeu intentio non eſt præſumenda, vbi non exprimitur, vt dictum eſt, quia non præſumitur Papam iuri publico velle derogare, C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. de elec. eccleſia. 2. nam licèt ſit ſolutus legibus, de conceſ. præben. propoſuit. tamen ſecundum leges ſe velle viuere profitetur, C. de legi. digna vox. de accuſa. c. 1. vnde verba ſunt intelligenda ciuili modo ſecundum ius cõmune, l. q. i. iudices. de cõſe. di. 2. reuera. ſed ciuilis modus eſt, quod ubi

contraherent

contraheret cum iſto profeſſo de licētia ſuperioris ſui, prout iura diſponunt, vt in iuribus ſupra allegatis.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Bona monachi an ad monaſterium, in quo profitetur, an ad illud, ad quod fuit tranſlatus, pertineant.*

CONSILIVM XXIII.

1 QVidam fecit profeſſionem ſecundum † ſtatuta Camaldulen. ordinis, & regulam Benedicti, in præſentia vnius abbatis mona. Camaldulen. & in eius manibus: deinde præpoſitus fuit per generalem dicti ordinis ſucceſſiue duob. prioratibus manualibus dicti ordinis: demum tranſlatus in monachum vnius monaſterij ordinis eiuſdem, vbi mortuus eſt: Quæritur ad quem debeant peruenire bona, quæ habebat tempore ingreſſus? Et prima facie videtur, quòd debeant peruenire ad monaſterium, vbi profeſſionem fecit a principio, ar. 19. q. ſecunda, quia ingredientibus. de proba. in præſentia. Et licèt dubitetur, & diſtinguatur, quando tranſit ad ſecundum monaſterium, an recuperet bona, vel non: de cleri. coniuga. quod a te. tamen dico, quòd ſiue expreſſe, ſiue tacitè in primum monaſterium tranſiuerit, ſiue recedat cum licentia ſui ſuperioris, ſiue non, tamen quia ex quo bona erāt in monaſterium deuoluta, illa in aliud transferri eſt quædam alienatio, quæ ſine forma canonica fieri non poteſt per quamcunque ſimplicem licentiam de tranſeundo. non puto illa in ſecundū monaſterium tranſire: vſusfructus tamen illo viuente bene poteſt tranſire ad ſecundum monaſterium, quando videlicet tranſitus eſt licitus: & ſic intelligi poſſunt 16. q. 6. de lapſis. & cap. cognouimus. & c. illud. & quod no. in d. ca. quod a te. In caſu tamen, de quo quæritur, probabiliter poſſet diſtingui inter eum, qui profitetur in monaſterio, ſeu in manibus prælati obedientiā: & tunc omnia ad patrem abbatem, ſeu ſuperiorem deuoluantur, & maximè ſi nomine ipſius ſit recepta profeſſio: & eum, qui profitetur in manibus prælati perpetui, licèt ſub cura, viſitatione, vel correctione ſuperioris conſiſtat, vel in eo monaſte. ipſe ſuperior quædam iura exerceat: & tunc ad ipſum perpetuum, ſiue eius monaſterium, bona talis deuoluūtur: quæ diſtinctio apertius probatur per no. per Inn. de iud. cum deputati. de reſt. ſpol. olim. el primo, de teſti. cum olim. & de relig. dom. cum venerabilis, tamen in caſu noſtro, de quo quæritur, attenta forma profeſſionis, & verbis, puto dicta bona eſſe totius ordinis Camaldulen. & per conſequens eorum diſtributio ad generalem dicti ordinis: ad quod probandum dico, quòd aliqui ſunt profeſſi religionis in genere generaliſſimo, aliqui in ſpecie, aliqui in indiuiduo, ſeu certi monaſterij. Profeſſi in genere generaliſſimo ſunt hi, qui per ſeipſos votum ſolenne emiſerunt, vel in manib. epiſcopi, vel alterius ſe Deo deuouerūt, religionem ſeruaturos quo ad tria ſubſtantialia regulæ: & de talibus poſſunt intelligi, 17. diſt. quod interrogaſti. 20. q. prima. quem progenitores. 27. q. prima, vidua. de reg. ſuper eo, & cap. conſulti. Item is, cui legata eſt libertas, ſi monachus efficiatur, & ipſe legatum acceptauit, de quo de cond. appo. c. ſi. Item is, qui intra annum probationis profeſſus eſt regulam prædicatorum, vel minorum, de regula. nō ſolum. lib. 6. Et horum bona ſunt religionis in genere, ſed per epiſcopum proprium diſpenſari debent, quia talis eſt ſubiectus epiſcopo, 90. di. ſi quis monachus. 16. q. j. qui vere. ideo illud eius arbitrio eſt commiſſum, C. de epiſco. & cleric. l. nulli. de teſta. nos quidam. de vſu. cum tu. Alij ſunt profeſſi in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno: & hi ſunt, qui generaliter profitentur certam regulam, vel ordinem in genere tacite, vel expreſſe, ſicut prædicatorum, minorum, ciſtercien. & ſimilium, qui non ſunt expreſſe profeſſi certū monaſteriū, vel clauſtrum, & habent vnum ſuperiorem, in cuius manibus fit profeſſio, vel cuius nomine recipitur: etiam de talibus eſt caſus, de quo quæritur: & talia bona non recipienti, ſed toti ordini acquiruntur, vt ſtatim probabo. Alij ſunt, qui profitentur in indiuiduo, id eſt certam regulam, & certum monaſterium, puta in monachis ſancti Proculi regulam Benedicti. probatur hæc diuerſitas in c. In ſingulis. & c. ea quæ. de ſta. re. de ind. cum deputati. de priuilegijs. cum & plantare. & cle. attendentes. de ſta. mo. Et iſto tertio modo profeſſorum bona ad illud monaſterium quo ſunt profeſſi, deuoluūtur, vt in auth. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccl. & de proba. in præſentia, ſiue quæ habebant tempore ingreſſus, ſiue quæ poſtea obuenerunt, vel de nouo acquiſiuerunt, vt in dictis iuribus. 18. q. ſecunda, abbates. & quod ibi not. & auth. ſimiliter, & auth. nunc aut canonica. 19. q. immo etiam ſi ſit vagabundus, vt no. Hoſt. de oth. ordin. quanto. De ſecunda ſpecie ſupra poſita, quòd ad Generalem debeant peruenire, ſic probo: Nam ratio eſt ponenda, quare monaſterium ſuccedat monacho: & licèt poſſit dici ex eo, quia cenſetur filius monaſterij, in Auth. de ſan. epiſ. §. ſed hic præſenti. & prima ſucceſſio eſt filiorum: ſed quia iſtud poſſet cauillari, vt intelligatur, quando fit ſubſtitutio, ſi decederet ſine liberis, no. in d. cap. In præſentia, vel ſi intelligamus, quia nullus eſt illi proximior, quàm qui cum domino ſociauit, de pœni. presbyteri. habeo propoſitum, quia ordo Camaldul. eſt, qui eum domino ſociauit, & qui debet cenſeri filius propter formam profeſſionis: vera tamen ratio, & naturalis eſt, quia eius debet eſſe commodum, cuius eſt incommodum, vt in regula, qui ſentit. de regu. iur. lib. 6. cum concor. ſed monaſterium obligatur ad alimenta ſuo monacho, vt no. in cap. primo, de infan. & langui. ſed iſti monachi, de quib. loquimur, nō ille qui recipit, ſed totus ordo tenetur ad alimenta, quod demonſtrat forma profeſſionis: ergo ei habet ſuccedere: quòd totus ordo obligetur, patet, quia tunc monaſterium obligatur, quando obligans id intendit, & poteſt obligare, de fideiuſ. quod quibuſdam, ſed hic recipiens non intendebat ſuum monaſterium obligare, quia hoc non expreſſit, & tales obligationes ſunt ſtricti iuris. l. quicquid aſtringendæ. ff. de ver. ob. ſed obligauit totum ordinem Camaldulen. vt patet in profeſſis: ergo neceſſe eſt dici, quòd aut iſta profeſſio in ordine Camaldulen. facta eſt nulla quantum ad ipſum ordinem, aut ordo eſt obligatus: hoc probatur per plures tex. & glo. ſed ſufficit allegare not. in Specu. de ſtat. mona. ver. 19. & 20. cum ſuis remiſ. Et quod recipiens potuerit incorporare in ordine, patet, quia vel recipiens habuit mandatum, vel hoc habet conſuetudo ordinis ſeu conſtitutio, vel quia rata fuit receptio Generali ordinis, & patet hoc, quia Generalis tranſtulit complures ad alia loca ordinis. Et vltra prædicta eſt gl. ſecunda, circa med. vbi dicit glo. bona eſſe in poteſtate eius, qui eſt ſuperior in illa religione: & loquitur de profeſſo certi ordinis, vel religionis, non monaſterij ſingularis.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Monachi quando monachos creare poſſint abbate nolente.*

CONSILIVM XXIIII.

1 MOnaſterium abundat † fructibus, & patitur defectum monachorū, quorū receptio ſpectat ad abbatē, & cōuētū, qui requirūt abbatē, vt creet monachos, & denegat: quæritur, an ipſi

poſſint creare eos de licentia ordinarij loci? Nõ puto iſto caſu conuentum poſſe creare monachos, per c.ſi. de re.li.6. ſed ordinarius bene poteſt ſupplendo negligentiam, vel defectum abbatis, eo primo monito, & termino aſſignato, & negligente creare monachos, ar.eorum quæ no.de conceſ.præb.ex parte. hĩc circunſpecta omni negligentia epiſcopus põt creare monachos, 27.q.1.de viduis.33.q.5.quod Deo patri.de conuer.coniu.dudum.qui cle. vel vo. inſinuantes. & Hoſt. Mo.de reg.porrectum; quem ſic creatum poterit epiſcopus mandare abbati, q̃ illum recipiat, quia non decet monachum extra monaſterium ſtare, 16.q.1.c.1.& c.ſi cupis. quem Abb. etiam nõ habens monachorum defectũ tenetur recipere legitima exceptione ceſſante: multo fortius ergo tenebitur monaſterio indigente: debet.n.epiſcopus monachorum curam, & ſolicitudinem habere, 16.q.1.qui vere.in fin.18.q.2.ſi quis abbas.& c.abbates.cum ſi.

Gaſp.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Monachus de ordine beati Benedicti an poſſit frater minor effici.*

CONSILIVM XXV.

1 QVidam profeſſus regulam Benedicti † tranſit ad regulam fratrum minorum, licentia non petita ab abbate: quæritur, an debeat redire, vel repeti poſſit a primo monaſterio? Et circa tranſitum planum, quòd valet reſpectu regulæ, quia illa eſt ſtrictior, cum ſit fundata in maxima paupertate, & ideo perfectior. iuxta no. per Io. And. de reg. ſane. ſed de reditu, an poſſit, vel debeat? Et videtur quòd debeat, per c. intelleximus. de æta. & qualita. vbi videtur caſus, & quando leuitatis cauſa tranſiuit, non dubium, quòd debet redire, & poteſt repeti, de re. licet. Sed dubium remanet, quando bono zelo tranſiuit. Hic ſunt opi. & gl. contrariæ. Goſ. & glo. de ſe.iur. licet. tenent quòd non eſt reuocandus: alle. dictum c. ſane. ad quod facit 20.q.4 virgines. Et idem Pet. & Abb. in d.c. licet. ſed gl. tenet contrarium in d.ca. intelleximus. & gl. 19.q.3. & Io. And. in d.c. licet. Et hanc opin. ſequitur ibi D.P.M. dicens poſſe concordari opi. an monaſterium, a quo fit tranſitus, ſit priuilegiatum, vel non: ſed quia par eſſet diſtinctio etiam, an monaſte ad qđ, & quia hic de tali priuilegio non conſtat, non eſt locus diſtinctioni, ideo puto, quòd iſte non potuerit tranſire, cum eſſet obligatus primo monaſterio. Tamen quantum in eo eſt, ex quo fecit profeſſionem in ordine minorum, eſt illi obligatus per regulam, quod ſemel & regulam mutare. de re.iur.lib.6. Ad prædicta, 6. q.6. placuit primum monaſterium: ergo poteſt ſi vult eum repetere, ar. c. Ioannes. & c. non eſt. & c. ſi. cum ſimi. de regula. ſicut dicimus in epiſcopo, qui repetit clericum ſuum recedentem ſine licentia, licet quo ad ipſum clericum tranſitus teneat, 7.q.1. non oportet. & c. ſi qui vero. & ibi no. & de renun. admonet. & ca. quod in dubijs.

Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum poſt profeſſionem intra probationis annum emiſſam, an valeat.*

CONSILIVM XXVI.

1 PRofeſſus eſt quidam intra annum † probationis regulam ſancti Franciſci. Et deinde ante lapſum anni exiuit, & contraxit matrimoniũ per verba de præſenti: quæritur, an teneat matrimonium? Et videtur quòd ſic, quia talis profeſſio non obligat illi religioni, de regula. non ſolum. lib. ſexto, ſed religioni in genere: vnde iſtud videtur fuiſſe votum ſimpliciter, quod impedit non dirimit matrimonium, qui cleri. vel vouentes. rurſus. & capitulo, inſinuantes. & de hoc videtur caſus in capitulo vnico: de voto. libro ſexto. Nam ibi exprimitur votum tunc ſolennizari, quando fit profeſſio tacita, vel expreſſa alicui de religionibus per ſe. ap. approbatis, ex quo patet tunc ſolennizatum votum, & non alias, niſi quando in certa religione profeſſus eſt, vt dixi, cùm dicat alicui religioni, non autem in religione in genere. Ad idem, quia notat glo. ibi, quæ dicit, quòd ſi quis profitetur religionem, quam putat approbatam per ſedem apoſtolicam, quæ tamen reuera non eſt, tamen poterit contrahere matrimonium. Et idem probat capitulum, nõ ſolum. præalle. quod dicit ipſum poſſe libere ad ſeculum redire. Et ſic innuit profeſſionem nullam. Item facit quod notat Ioannes And. poſt Hoſtienſ. de regula. porrectum. vbi tenent, quod profeſſio facta in manu illius, qui non habet poteſtatem recipiendi, non facit talem monachum, niſi abbas ratificet. Et ſi talis ante ratificationem matrimonium contraheret, valeret. Item vt ibi ipſi dicunt, non poteſt fieri profeſſio, niſi ille, qui recipit, habeat poteſtatem incorporandi in regula. Et hoc puto verum, quia in profeſſione duplex eſt obligatio: vna, qua obligatur Deo: alia, qua obligatur regulæ: quo ad primam non requiritur miniſter, ſed ſufficit ſola voluntas profitentis, argumen. 28. quæſtione prima, capitulo primo, & ſecundo, quia Deus cor reſpicit, & non manum, 12. q̃one prima, ſi quod inueniſti. Et ſi de iſta voluntate conſtat eccleſiæ, cogit tale votum adimpleri, ea quæſtione prima, ſcimus. Et cogit illum, qui vouit, de futuro votum adimplere, de cenſi. ex parte. ſic cogit profeſſum in genere, vt religionem aliquam in ſpecie ingrediatur: ad hoc, 27. quæſtione ſecunda, Agathoſa. & no. Ioannes And. in capitulo primo, de voto. libro ſexto. Ante tamen talem coertionem contractus matrimonij valeret, vnde ſtante tali obligatione non inducit impedimentum habile ad dirimendum, licèt impediat, licèt male faciat qui irritat eam: probat Gra. 27. quæſtione prima, a principio vſque ad §. De his auctoritatibus ſurgit ſecunda obligatio, quia quis obligatur religioni in ſpecie, vel eius miniſterio. Et iſta ſolennizat votum, vnde miniſter debet eſſe talis, qui iſtum inducere poſſit: vnde vt dixit Hoſtienſ. in dicto capitulo, porrectum. per ſeipſum non poteſt quis profiteri, quia inter dantem, & recipientem debet eſſe diſtinctio perſonarum, de bap. debitum. de inſtitu. capitu. fina. Cum igitur mendicantes intra annum probationis non poſſint recipere ad profeſſionem, vt eſt probatum ſupra: ſtat concluſio poſita. Nec obſt. capitulum, non ſolum. præallegatum: quod diſponit, vt non poſſit redire ad ſeculum, ſi apparuerit ipſum intra dictum annum vitam voluiſſe mutare, quia ſi intelligimus ipſum textum, prout voluit ibi gloſſa, quæ dicit, quòd ille verſiculus fuit additus, ne quis crederet non poſſe ad ſeculum redire, vel poteſt dici ſecundum Ioan. Mona. quòd ibi loquitur de illo, qui alias erat profeſſus, per quam prohibebatur ad ſeculum redire, quaſi non per illam, quam facit in ordine mendicantium, vel poteſt dici, quòd exceptio ſit intelligenda in ſua forma, prout vult obiectio, videlicet quòd maior tacite, vel expreſſe profeſſus intra 14. annum non debet ad ſeculum redire, quia vouens eſt ſimpliciter, ideo votum debet adimplere, iuxta illud, vouete & reddite, vnde male facit non adimplens, ſi tamen contrahit matrimonium, rumpitur votum. & hunc intellectum innuit litera præcedens ipſum verſicu. niſi quia ad quam religionem vult, poteſt tranſire, ad quam non poſſet alias, niſi eſſet ſtrictior, 19. quæſtione

ſtione ſecunda.duæ ſunt. de regu.licet. Item & litera ſequens ipſum verſi.decernimus ipſum, qui taliter receptus fuerit, veſtro nõ eſſe ordini obligatum, alias ſibiipſi contradiceret litera & rationes ſupra inductæ. Et hoc aperte ibi voluit Archidiaconus. Et hoc etiam ſenſit Iaoannes Andreas poſt Innocen. in capitulo, meminimus. qui cleri. vel vouen. vbi dicunt, quòd faciens profeſſionem in manibus eius, qui poteſtatem habet recipiendi in monachũ, poſtea contrahere non poteſt: a contrario ergo poteſt, ſi recipiens nõ habuit poteſtatem. Cum igitur illud reputetur votum ſimplex, valet matrimonium poſt contractum.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Intrans religionem, & in caſu permiſſo exiens, an ea qua dederat repetere queat.*

CONSILIVM XXVII.

1 DONAT ingrediens monaſterium, offerendo ſuper altare certam pecuniam, vel aliud † mobile, ſiue ſpecificum, donando rem immobilem: deinde egreditur monaſterium in caſu permiſſo, vel eo, quia profeſſio non tenuit. An recuperet illa bona? In hac quæſtione variæ ſunt opiniones Doctorum, de quibus in capitulo, quod ad te. de cleri.coniuga.& per Spec.titu. de ſtatu regularium. verſiculo ſexto.& plenius verſi. 44 & ibi Ioannes Andreas in additionibus. Archi. 17. quæſtione quarta.in ſumma. & vltra prædictos Barto. & Bald. in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanc.ec.diſtinguunt inter ſcientes profeſſionem non tenere, vel ignorantes: primo caſu videtur donare, vt l.Campanus.de ope. lib. & l.cuius per errorem. ff.de regul.iur. ſecundo caſu poteſt repetere, vt l.ſi pater. & l.nec apud.C.de hære. inſti. in quibus probatur, quòd ſi quis legat illi, quem credit eſſe filium, vel fratrem, vel cohæredem, qui non erat, a tali eſt auferendum legatum, & dandum hæredi teſtatoris, vel venienti ab inteſtato. Iterum quia talis donatio videtur eſſe facta ob cauſam religionis, ergo ea nõ ſecuta, competit repetitio, l.non omnis.ff.ſi cer.pe.& l.ſi pecuniam.ff.de condi.ob cauſam. Bartholomæus de Saliceto in repeti.dictæ auth. ponit diſtinctionem aliorum. Ex opi.ſupra dicta concludo, quòd ſi donatio eſt facta expreſſa cauſa propter profeſſionem, quòd ſi profeſſio non tenuit, non eſt reuocanda donatio, ſed eſt nulla. Et hoc non dubium, quia datum ob cauſam, & cauſa non fuit ſecuta. Si vero cauſa non fuit expreſſa, quia diuerſa eſt oblatio perſonæ, ab oblatione rerum: tunc talis donatio rerum tenet mero iure, & dominiũ tranſiuit in eccleſiam, licet traditio actualis facta non ſit, vt l.inter diuinum C.de ſac.ſan.ec.& no. de conſue.ca. 3. verum quia ex cauſa profeſſionis putatiue præſumẽdum eſt eſſe factam, maxime ſi eadem die facta eſt, cõpetit ius reuocandi, opi.Bar.brix.& ſequacium, itẽ ad quod propter cõditionem ſubintellectam, etiam ſi ſit iurata, iuxta no.per Ioan.An.in addi. Spe.ſuper rubri. de do. vnde licèt donatio talis teneret, tamen mero iure per iudicem reuocari debet, & maxime ſi ideo non tenet profeſſio, quia illi non poterant intra annũ probationis recipere ad profeſſionem, contra capitu.non ſolum.de regu.li 6.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Altari eccleſiæ regularis an poſſit præfici clericus ſecularis?*

CONSILIVM XXVIII.

1 VTRVM in eccleſia regulari poſſit † de cõſenſu eorum ædificari altare. cui debeat præfici rector clericus ſecularis? Et videtur quod non quia homines diuerſæ profeſſionis vel habitus in eadem eccleſia inſtitui vel ordinari nõ debẽt, 57.q.7.in noua.de ele.cum cauſam.& c.cum in magiſtrum. facit de æta. & qua. intelleximus. de vi. & ho. cle. Deus qui. & hoc videtur expreſſe prohibitum, de ſta.re.ea quæ.§.præcipimus.& ſic eſt factum contra legem, quod non valet, 10.di.vides.cum ſi.pro hoc bene facit c.ad audientiam.2.de ec.ædi. Sed contrarium credo, ſi accedat conſenſus epiſcopi & abbatis & conuentus, ar.10.q.j.c.j.2.3.& 4. & quaſi per totum. de conſe. diſt.1.nemo.& c.nullus presbyter.de exceſ. præla. ſicut vnire. dum tamẽ talis presbyter ſiue rector nõ habeat vocem in capitulo, nec aliorum, qui ſunt in monaſterio habeat communionẽ, ſed ſolum deſeruire habeat ſuo altari & celebrationi diuinorum: & hoc permittit dictum c.ea quæ.§.præcipimus.& probatur 18.quæſtione 2.dudum. Vnde videmus etiam, quòd per clericos ſeculares cura monachorum geritur, de præben. maritiæ.arg.16.q.2.per totum.& eſt expreſſum ita debere fieri, de cap.mo.c.j. Ad rationem primam cõtrarium eſt reſpondendum, per no.per Io. An. in c Ioannes.de teſta.in ſecunda oppoſitione.ad c.ad audientiã. dic, quòd ibi epiſcopus totum ſtatum eccleſiæ volebat mutare, quæ eccleſia erat in alterius diœce. & proprij epiſcopi conſenſum non habebat: & ideo priuilegium fuit, quòd ipſe poſſet, tamen id conceditur ſine præiudicio clericorum inſtitutorum, qui tamen cum religioſis communionem non habebunt: & hoc eſt ius commune, vt ibi hoc vult Ioan.And.

Gaſ. de Cal.

CONSILIVM XXIX.

AN prælatus excommunicatus poſſit recipere monachum in monaſterio: vide infra, de ſent.excõ. conſi. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſus an poſſit eſſe proprietarius, & teſtamentum condere.*

CONSILIVM XXX.

1 AN conuerſi poſſint habere proprium: † Et ſi poſſunt, an liceat eis teſtari? Pro cuius declaratione ſciendum, quòd aliqui ſunt conuerſi profeſſi, aliqui non profeſſi, vt innuit c.vt lex.27.q.j.de priui.cum & plantare.§. de confratribus.& de elec.ex eo quod.li.6.& quod ibi no. in gl. de cohab cler.ſuper eod. Item profeſſorum aliqui ſunt, q. profitentur tria ſubſtantialia regulæ: & hi non differũt a monachis: nam etiam de eſſe monachatus non eſt ordo, ſeu quòd tales ſint ordinati, ſeu in clericos tonſurati, 56.q.j.alia. Sed appellantur hi conuerſi in monaſterio, vbi ſunt fratres vel monachi, ad differentiam illorum, qui ſunt clerici, ſeu eorum qui ad ordines promouentur. Illi ergo conuerſi profeſſi, qui tria ſubſtantialia promittunt, ſunt monachi ſeu canonici regulares, ſed conuerſi appellantur, vel quia de facto non ordinantur, vel ordinari non poſſunt, puta quia ſunt bigami, vel alias irregulares, vel alias impediti ab ordinum ſuſceptione, tamen gaudent regulariter priuilegijs & oneribus & honoribus regulæ monachorum, de ſen.excom.non dubium.& c.parochianos. & c.ex tenore.& dixi regulariter, quòd interdum ſecundum ſtatuta ordinum non tenentur ad officium, ſed ad tot Pater noſter, & ad tot ieiunia. Item quia prælatura ordinis

ordinis vel regulæ non habent. Item non eligunt cum profeſſis clericis, vt d. c. ex eo quod. Alij ſunt profeſſi certum quid promittentes: quia licet promittant aliquam regulam, vel capitulum regulæ, tamen propriè non ſunt profeſſi vel monachi, licet largè poſſint religioſi appellari, vel perſonę eccleſiaſticæ: & tales debēt a laicis & poſſunt Deo deuoti appellari, vt in cap. duo ſunt genera. 12. q. j. & hoc voluit Guil. in Specu. de ſta. mo. ver. 27. vbi dicit, quòd licet quis promittat obediētiam, non tamen promittit tria ſubſtantialia: vnde poteſt eſſe obedientia ſine caſtitate, & proprij carentia: dat exemplum in iſtis militibus beatæ Mariæ, qui appellantur milites gaudentes: ſic etiam de fratribus tertij ordinis ſancti Franciſci, de quibus in cle. cum ex eo. de ſen. excom. & in cle. j. de reli. do. Et tangit Bar. in l. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure immu. ſic poſſunt aliqui promittentes carentiam proprij, & obedientiam, non caſtitatem, vt patet in fratribus ſanctæ Mariæ de la Schala de Senis. Interdum tantum obedientiam promittunt retinentes vxorem & proprium, licet aliquid de ſuo conferentes, vt d. c. cum & plantare. Hi proprie & ſtricte non ſunt profeſſi, & de talibus iudicandum eſt ſecundum ſuæ profeſſionis ſeu obligationis formā & tenorem, & non vltra. ff. de ver. ob. quicquid aſtringendæ. vbi quis ſimpliciter eſt profeſſus, totum, quod acquirit, vel ſibi obuenit, eſt monaſterij, auth. ingreſſi. C. de ſac. ſan. ec. 19. q. ſi. auth. ſi qua mulier. de prob. in præſentia. vbi per Inn. in alijs nō profeſſis. qui propriū habent, & poſſunt ſibi acquirere, non dubium, quòd per eos quæſita non intuitu monaſterij, monaſterio non acquirunt, ſed ſibi, 12. quæſtio. j. ipſi rebus. & cap. ſunt manifeſte. de teſta. quia nos cum ſi.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio ſe & ſua offerentes, an ad obſeruantiam monaſticam obligentur.*

CONSILIVM XXXI.

1 QVIDAM offerūt ſe & ſua monaſterio: † an per hāc dedicationem intelligantur ad monachalem obſeruantiam, quæ eſt vnum de ſubſtantialibus regulæ, ſe obligaſſe? Et videtur quod ſic, per auth. ingreſſi. C. de ſa. ſanc. ec. ibi, ipſo ingreſſu dedicāt ſe & ſua: facit qđ dr̄ qđ ſemel Deo dedicatum ad humanos vſus amplius redire non debet, vt in regula, ſemel Deo dedicatum: cum concor. li. 6. Sed aduertendum, quòd tales interdum vocantur Deo deuoti, vt c. duo ſunt. 12. q. j. Interdum cōfratres, de priui. cū & plantare. §. de cōfratribus. & c. vt priuilegia. Interdū oblati, vt dicto ca. vt priuilegia. Interdum de familia eccleſiæ, arg. de maio. & obed. cum olim. Interdum perpetuo oblati, vt in c. per exemptos. eo. ti. li. 6. Interdum donati & oblati, vt cle. j. de deci. vbi ſunt illa verba, obtulerunt ſe & ſua. Interdum conuerſi profeſſi. 32. q. j. vt lex. De his omnibus igitur dico, quod niſi promiſerint obedientiam monachalem, per talē dedicationem ſui non cenſentur renunciaſſe proprię volūtati, & poſſunt matrimonium contrahere, vt no. in d. c. vt lex. vbi gl. diſtinguit inter tranſeuntes ad eccleſiam ſecularem & eccleſiam regularem, vt ſecūdus intelligatur renunciaſſe proprijs, primus non. & no. per la. Bu. & Bar. in dicta auth. ingreſſi. & plus ſubdit gl. in d. c. vt lex. quòd is, qui dedit ſe & ſua eccleſiæ, poteſt cōtrahere, & filius poſtea natus poterit petere legitimā. Et quod dictum eſt per gl. de eccleſia regulari, verum puto, quando expreſſe profeſſionem monachalem facit talis conuerſus: vnde ibi no. Arc. quòd licet quis cōuerſus vel alius ſimpliciter promittat obedientiam, nō ſufficit, vt per hoc dicatur ſecularis: nam & canonici ſeculares hanc promittunt, de ma. & obe. cap. 2. & 3. & melius facit, licèt non alle. 12. q. vlti. c. ſi. vbi dicit Archi. obediētiam monachalem promitteret: puta, quia omni ſuæ voluntati renunciaret, & omnia committeret voluntati abbatis: quia tunc talis obedientia pro profeſſione ſufficeret, ar. 12. q. j. nolo. & c. non dicatis. & ſicut ipſe dicit, hoc voluit Inn. qui c. ... o. conſuluit. in glo. ſi. & probatur hoc quod no. in Spe. de reg. in prin. vbi ponit diuerſas formas conuerſi profeſſi tria ſubſtantialia. Et ſimpliciter vel ſecundum quid profeſſi hoc, & maxime quia iſtæ profeſſiones ſunt ſtricti iuris. Nec ob. auth. ingreſſi. quia licet monachus dedicet ſe & ſua, non tamen ſequitur, quod quilibet dedicans ſe & ſua efficiatur monachus, ſicut dicimus, matrimonium eſt maris & fęminæ coniunctio, non tamen ſequitur, quòd quælibet maris & fęminæ coniunctio ſit matrimonium. Ad regulam, ſemel Deo: inquantum facit contra, eſt reſpondendum, quòd loquitur in perpetuo dedicato & incommutabiliter, ſicut in monacho & in re ſacra, ſed ſi commutabiliter, ſicut in ordinato in minoribus, qui poteſt contrahere matrimonium, ſecus eſt. Et ex his infertur, quòd fratres ſanctæ Marię de la Schala non ſunt iudicandi vt monachi, cùm non faciant profeſſionem monachalem. Gaſ. de Cal.

De religioſis domibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale dicitur locus religioſus, & epiſcopo ſubiectus.*

CONSILIVM I.

1 LICET teſtator ædificando Hoſpitale † dicat, quòd non vult, quòd ſit locus religioſus, nec ipſum hoſpitale ſubijcere diſpoſitioni vel correctioni alicuius epiſcopi, vel perſonę eccleſiaſticæ, tamē locus inuito teſtatore eſt factus religioſus, & ſubiectus epiſcopo: ad hoc de reli. do. de xenodochijs. 10. q. j. ſicut quidam. & c. nouerint. vnde licet teſtator inhiberet, tamen epiſcopus coget hæredes vel detentores bonorum legatorum, vel deputatorum ad vſum hoſpitalis, vt in hoſpitalitatis vſum conuertantur, vt in cle. quia contingit. de reli. do. non enim poteſt facere teſtator, quin leges habeant locum in teſtamento ſuo, vt ff. de le. j. nemo poteſt. & de teſta. tequiſiti. Itē teſtator dixit, quòd præficeretur hoſpitali huic ſacerdos. Item voluit, ſi intra duos menſes non prouideretur de rectore, prouiſio deuolueretur ad epiſcopum & canonicos: quæ omnia oſtendunt locum epiſcopo eſſe ſubiectum. Ad prædicta facit, quia in acquiſitione talium locorum puto committi ſimoniam, vt no. j. q. 7. ſi quis omnem. ad ſi. ver. quicunque. Item ſi eſſet locus mere prophanus, hæredes poſſunt illud retinere tanquàm de eo, cui ſuccederent, & tamen in iſto non ſuccedunt tanquàm in bonis hęreditarijs, ar. de præben. c. j. & 3. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Rector hoſpitalis a quo debeat inſtitui, & etiam deſtitui.*

CONSILIVM II.

1 SI teſtator reſeruat ſibi & hæredibus † ſuis ius inſtituendi & deſtituendi rectorem in hoſpitali per ſe ædificato pro ſuo libito voluntatis, ſi ipſi non prouident, & alius, ad quem deuoluitur inſtitutio ex forma teſtamenti inſtituit, poſſint hæredes ſine cauſa remouere talem? Et ſi cauſa legitima requiratur,

ratur, quis habeat de ea cognoſcere? Dico, quòd de iure eſt inſtitutum in hoſpitali ſine cauſa poſſe remoueri ad nutum patroni, licet glo. de hoc dubitauerit, in cle. quia contingit. §. vt autem. de reli. do. quæ gl. nõ firmat ibi pedem: & licet ibi ſtat contra, tamen Zenze. Guli. & Pau. hoc ibi videntur velle, quicquid tamen ſit de iure, non dubito teſtatorem id potuiſſe diſponere, quæ voluntas eſt ſeruanda, 13. q. 2. vltima voluntas. & talis inſtitutus ſine cauſa remoueri poteſt, ex quo ſic teſtator diſpoſuit. Et ſi cauſa requireretur legitima, puto, quòd epiſcopus eſſet iudex, vt voluit gl. in dicta cle. quia contingit. circa prin. ſuper ver. de iure.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Rector hoſpitalis ad hæredis nutum remouibilis, quando poſſit nõ remoueri.*

CONSILIVM III.

1 AN hoſpitale ædificatum per teſtatorem, † vt ibi ponatur rector remouibilis ad nutũ hæredis, poſſit impetrari a Papa etiam ad vitã illius, cui conceditur, ita vt remoueri non poſſit? Et dico quòd ſic, ſi eſt facta mentio de voluntate teſtatoris, nec reſcriptum ſit ſurrepticium, quia Papa habet ſupremam poteſtatem in omnibus eccleſiis, 9. q. 3. cuncta per mundum. & quod no. de conceſ. p̃ben. propoſuit. poteſt enim Papa mutare ſupremam poteſtatem ſeu voluntatem teſtatoris, vt in cle. quia contingit. in prin. Et ſic poterit ibi inſtituere, ita vt remoueri non poſſit per aliquem. Item deuetare quòd nec hæredibus vel alijs teneatur reddere rationem.

Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Hoſpitalis ſigna quæ ſint.*

CONSILIVM IIII.

1 QVAE ſint ſigna, quæ inducant vel † non inducant hoſpitale, quod habet oratorium ex oppoſito viæ, eſſe locum religioſum, & de auctoritate epiſcopi ædificatum, vel non eſſe. quod non præſumatur eſſe, probatur, quia ſufficit, quòd non appareat id fuiſſe de diœceſani licentia cõſtructum: nam illud intelligitur omiſſum, quod non reperitur expreſſe conceſſum, de conſec. di. j. ſolennitates. ff. de contrahen. em. l. in lege. & no. in gl. de conſe. di. j. Pe. Item ſi hoſpitale non habet oratorium vel altare, ſed ſit ſimplex vel quędam domus priuata ad hoſpitalitatem deputata, prout licitum eſt cuicũque deputare etiam abſque alicuius diœceſani licentia: no. gl. 18. q. 2. quidam. Nec ob. quòd habeat oratorium, a quo denominatur ipſum hoſpitale, quia ibi eſt ſtrata media, & ſic non poteſt dici hoſpitale habere oratorium. Item de bonis illius hoſpitalis ſoluũtur collectæ laicorum: ergo patet, quòd non eſt locus religioſus: nam hoſpitalia perpetuo Deo dicata libera ſunt ab omnibus angarijs, vt eſt expreſſum in l. ſancimus. 23. q. 8. Item inſtitutio & deſtitutio hoſpitalarij fit per homines ipſius fraternitatis, qui laici ſunt, non requiſita licentia vel auctoritate diœceſani vel alicuius eccleſiaſticæ perſonæ: ergo patet, quòd non eſt locus religioſus: patet conſequentia, quia ſi eſſet locus religioſus, iſtud ſpectaret ad epiſcopum vel ad aliam eccleſiaſticam perſonam, de reli. domi. de xenodochijs. & cle. quia contingit. eo. ti. facit quod no. Inn. de fo. compe. verum. Item etiam oratorium ibi poſitum regitur per laicum: ergo non eſt cenſendum epiſcopo ſubiectũ, per no. de iudi. decernimus. Item in eiſdem non eſt cœmiterium vel ſepultura: ergo ſignum eſt, quòd eccleſiaſticum: ad hoc gl. ſuper ver. altare. in dicta cle. quia contingit. Item oratorium, a quo denominatur dictũ hoſpitale, non eſt ſacrum: ergo non præſumitur de auctoritate epiſcopi conſtitutum: quia licet cuique priuatum oratoriũ facere ſine diœceſani conſenſu, de cõſe. di. j. vnicuique. & ibi glo. j. Item ibi fit altarium mutatio ad beneplacitum hominum, quòd non fieret, ſi eſſet religioſum, ſine licentia epiſcopi, de cõſe. di. j. nullus. In contrarium facit, quia licet oratorium non ſit contiguum hoſpitali, tamen connexa videntur, cum actiones totaliter adinuicem communicent. Et eodẽ modo denominatur, quia hoſpitale ſanctæ Mariæ, & oratorium ſanctæ Mariæ, & ambo per eoſdem reguntur. Quòd autem oratorium ſit religioſum, probatur, primo quia ædificatum in forma eccleſiæ: ergo præſumẽdum eſt auctoritatem epiſcopi interueniſſe, & omnia legitime concurriſſe, 27. di. quod interrogaſti. 20. q. j. quanquàm. 27. di. vidua. de presby. non bapti. c. fi. in fi. concluſio eſt Archi. de conſec. di. j. nemo. Item ibi eſt campanile erectum ſuper tecto cum campana, quę pulſatur ad miſſam, cum ibi celebratur, ac etiã ad laudes: ergo patet, quòd de auctoritate epiſcopi alias non liceret habere, de priui. patẽtibus. no. gl. 18. q. 2. quidã. Item ibi eſt altare lapideum & in forma, ſicut habent aliæ eccleſiæ: ergo præſumitur de licentia epiſcopi, cũ ſine illa ædificari non poſſit, vt c. placuit. de conſe. di. j. Item ibi celebratur miſſa ſaltem ſemel in menſe apertis ianuis, & ibi confluit populus ad miſſam audiendam. & iſta non ſunt permiſſa, niſi in oratorio ædificato de auctoritate epiſcopi: patet de conſe. di. j. certum. & c. ſicut vero. & c. j. ergo locus, in quo hæc fiunt, præſumitur de auctoritate epiſcopi ædificatus: per exercitium enim præſumitur qualitas beneficij, iuxta no. in cle. j. de iureiuran. & cle. per literas. de præben. in glo. quia talia. de cle. quod ſicut. Et ſic cõcurrentibus iſtis ſignis, videtur mihi locum præſumi religioſum, & in hoc reſideo.

Gal. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia abſque epiſcopi conſenſu vel auctoritate conſtructa, an poſſit ab ipſo vendicari.*

CONSILIVM V.

1 LAICI propria auctoritate ædificauerunt eccleſiam, in qua fecerunt ſępius celebrare diuina: epiſcopus † eam vendicat, laici dicunt eſſe ſuam, quia de auctoritate epiſcopi conſtructã: quæritur, quid iuris de iſta eccleſia: & quid de oblatis ibi factis, cuius eſſe debeant? Dico, quòd iſto caſu ſolũ cedit ædificio, vt dicit glo. 12. q. 2. apoſtolicos. Et quia pręſupponitur ædificatam factam, vt miſſæ ibi celebrẽtur, & diuina officia, & ſic fuerunt celebrationes, cedit ſolum eccleſiæ, & amplius inuito epiſcopo deſtrui non debet, quia donata eccleſię amplius ad vſum hominum reuerti non debent, de re. permu. cap. 3. de reli. do. ad hoc. in glo. 2. Et quòd ædificium ſit donatum, probat finis, ad quem fuit factum, quia finis regulat factum, 15. q. j. merito. ſed laici ſciunt vel ſcire debent, quòd licet talia loca ędificent, tamen in eius poteſtate eſſe non poſſunt, 11. q. j. c. j. & ſequenti. ergo cùm ipſam ędificauerunt, videntur voluiſſe ipſam tanquam eccleſiã remanere: nam licet quis poſſit facere hoſpitale & oratorium in domo propria ſine auctoritate epiſcopi, & illud deſtruere, quando ſibi placet, non tamen in forma eccleſiæ, vt no. de reli. do. ad hoc. hic autem ex forma videtur voluiſſe eam eſſe eccleſiam, & per conſequens ſubiectam epiſcopo. Et licet iſti non habuerint licentiam epiſcopi, qui ibi primarium lapidem imponeret,

aeret, tamen ex quo ædificauerunt eccleſiam, videtur voluiſſe omnia illa, ſine quibus eſſe non poſſet, de ſen. excom. quoniam. lib. 6. cum multis ſi. pro hoc optime quod no. Hoſ. de immu. eccle. c. pe. vbi vult, quòd eccleſia non conſecrata gaudeat immunitate eccleſiaſtica ſi ibi miſſa fuerit celebrata, & ſic eccleſiaſtica, & per conſequens ad humanos vſus amplius redire non poterit. Itē non petendo licentiā ędificādi, deliquerūt, qđ delictū nō debet eis prodeſſe, 16. q. j. legi. Itē de hoc videtur caſus de priuile. cum olim. el 3. & ibi glo. ſuper ver. reuocari. & Inn. & Hoſt. idem ibi tenent: ſi ergo eccleſia ædificata a monachis ſine licentia reuocatur a iuriſdictione epiſcopi, fortius ſi ędificetur a laicis: ad idē quod no. Io. An. de priui. auctoritate. li. 6. per quæ patet, quòd laici dictam eccleſiam non potuerunt deſtruere, nec prohibere, quin ſit ſubiecta epiſcopo. ¶ Ad ſecundum dico, quòd ſi in alicuius rectoris ſunt parochia, pertinebunt ad rectorem parochialis eccleſiæ. Si vero nō ſint in alicuius parochia, pertinebunt ad dięc. Primum probatur in c. paſtora. de his quę fi. a præla. & de ecc. ędifi. ad audientiam. j. & de ver. ſig. cum inter. ſecundum dictum probatur de deci. quoniam. ſicut enim epiſcopus in tota diœceſi fundat intentionem ſuam de iure communi ſuper iuribus epiſcopalibus; de offi. or. conquerentes. cum ſi. ſic parochialis ſacerdos ſuper iuribus parochialibus ſuę parochię: de reſt. ſpo. ad decimas. li. 6. Salua tamen conſuetudine, quare de iure epiſcopus debet habere tertiam partem oblationum, niſi contrarium habeat conſuetudo vel priuilegium: no. 10. q. j. de his. de offic. or. conquerente: de cenſi. cum olim. vbi per doc. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Oratorium a laico conſtructum ſine epiſcopi auctoritate a Papa approbatur, vt in eo diuina celebrentur.*

2 *Miſſa publice decantari debet.*

CONSILIVM VI.

1 AEDIFICATVM fuit a laico oratorium † ſine auctoritate epiſcopi, poſtea per Papā approbatum & priuilegiatum, & in eo libere miſſę & alia diuina officia celebrantur: 1
presbyter parochialis conqueritur de tali publica celebratione & obligatione: quęritur, quid iuris? Et primo eſſet videnda differentia inter eccleſiam, & oratorium: de quo de cenſi. ca. fi. per doc. ¶ Sed ad dubium celebrationis dico, quòd poſſunt ibi miſſę & alia diuina officia publicè celebrari, ex quo indefinite loquit priuilegium, quòd miſſę poſſint celebrari: intelligatur 1
etiam publice, quia indefinita ęquipollet vniuerſali, de elec. vt circa. li. 6. & quod ibi no. & quòd Papa ſic intellexerit, probatur ex verbis narratiuis priuilegij, vbi dicit, quòd ibi confluit populi multitudo, cui multitudini veriſimile eſt Papam voluiſſe prouideri de miſſis non ſolum voce ſubmiſſa, ſed publica: quia per publicam magis ſubuenitur multitudini: pro hoc facit fauor diuini cultus, quē (vt etiam Papa exprimit in gratia) debet ampliare, ideo larga eſt interpretatio facienda, de priui. in his. Item in gratia eſt poſitum ver. libere; quod denotat liberam poteſtatem ſine requiſitione alterius, iuxta no. per Io. An. in c. ordinarij. de offic. or. lib. 6. Et ſic puto verum, exceptis quibuſdam dieb. de quibus in c. ſi quis etiam. de conſe. di. j. ſed tamen gl. intellexit de oratorijs priuatis: ſecus ergo eſt de oratorijs auctoritate epiſcopi ędificatis. De oblationibus ibi factis, cuius debeant eſſe? Dico, quòd applicantur miniſtris ibi celebrantibus, quia Papa concedendo antecedens, videlicet celebrationem diuinorum, videtur conceſſiſſe conſequens, videlicet perceptionem oblationum pro ſuſtentatione miniſtrorum, cùm ſpiritualia ſine temporalibus eſſe non poſſunt, j. q. j. ſi quis obiecerit. vnde vno conceſſo fine, conceditur omne illud per quod deuenitur ad finem: de offi. dele. prętere a. ſicut cum alicui conceditur hauſtus aquæ, conceſſum cenſetur iter ad illud, ff. de ſer. ruſti. præd. l. 3. §. fi. vnde illi poſſunt dicere, nos militamus, & vos ſtipendia noſtræ militiæ vultis auferre: & alia de quibus habetur 13. q. j. §. quia vero. Item Papa reſeruat eccleſiæ parochiali iura ſua: ſed iſtæ obla. voluntariæ & eleemoſynæ non ſunt de iure parochiali, nec inter illa computantur, vt no. doc. de paro. ſuper rub. vbi etiam tenent, quòd oblationes ſunt voluntariæ, præterquam in quatuor caſibus. Item ſicut non reperitur iure cautum, in quo teneatur capella conſtructa in alterius parochia, vt not. doc. in c. ad audientiā. el j. de ec. ædifi. ita non videtur cautum, in quo iſta oratoria teneantur eccleſiæ parochiali: facit quod no. in 1
c. dilectus. de capel. mo. Pe. de Anc. & idem conſuluit
2 Gaſ. de Cal. † dicens, quòd de natura celebrationis miſſæ & diuinorum eſt, quòd publice decantentur etiam per monachos, qui etiam populum non habent, 12. diſ. de his. Nec ob. quod habetur 16. q. j. decernimus. q a 1
poteſt reſpōderi, quòd ibi prohibetur publica miſſa, i. vbi publica datur pęnitentia ſecundum formam in capite. l. di. & hanc ſolutionem ſentit gl. in d. c. interdicimus. Alia ſolutio, quòd intelligatur de miſſa publica, quæ fit cum letanijs & multitudine clericorum & populi, quæ prohibentur monachis & in monaſte. celebrari, ar. 37. di. quando. & quod ibi no. Vel tertiò poteſt dici, quòd publica intelligatur, quæ fit diebus ſolēnibus de ipſo feſto & hora tertiarum per clericos eccleſiarum; quæ per miſſas peculiares dimitti nō debēt. Et tales publice inuitis monachis per clericos in monaſterio cantari non debent. Et ſic procedit c. interdicimus. & hunc intellectum ſonat c. & hoc attendendū. de conſe. di. j. per quod c. dico, quòd in iſto hoſpitali poteſt cantari miſſa & alia diuina publice: per hoc tamen populus non debet derelinquere ſuam parochialem eccleſiam: de paro. vt dominicis. qui iſta ſtant ſimul, vt populus hic & in parochiali audiat: imo videtur, quòd dummodo populus non faceret ex contemptu, ſi derelinqueret parochialem, non peccaret: nec presbyter parochialis poſſet agere contra populum: 1
quia ex quo eſt permiſſum in tali loco celebrari, ergo & populo audire: hoc probat ratio inducta per D. & P. M. ſupra, vt ſic priuilegium faciat licitum, quod alias nō liceret, 3. diſt. priuilegia. & poſito vno correlatiuo, ponitur & reliquum, 30. quæſtio. 4. ſi quis. Ad idem facit quod dicitur de confeſſis prædicatoribus vel minoribus non tenere confiteri proprio parochiano, vt notatur in clementina dudum. §. huiuſmodi. in gloſſa, denotat. quæ mouetur per verbum, libere poſitum in tex. ſicut hęc in priuilegio. Et per hoc puto poſſe celebrari idem diebus ſolennibus, non obſtante dicto capitulo, ſi quis. de conſecratione diſtinctione prima. Et idem dico de oblationibus, cum ſint voluntariæ, iuxta inducta ſupra per D. & P. M. Gaſ. de Cal.

De iure patronatus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mulier patronatus iure quando poteſt gaudere.*

CONSILIVM I.

1 AN mulier ſit capax iuris patronatus? † Et dico quòd ſic; quia hic actus poteſt cōpetere vtrique ſexui, vt no. Pau. in c. nobis. de iure pa. ſuper ver. ſi quis, & idem ibi Ioan. And. & idem in c. generali. de ele. li. 6. in nouel. & hoc puto veriſſimum,

verißimum,& probatur aperte in c. ſi. de conceſ.præb.

Gaſp.de Cald.

CONSILIVM II.

AN ius patronatus tranſeat in hæredem extraneum? Et licet gl. 16.q.7.filijs.non eligat, tamen Archid.ibi dicit, quòd ſic,& hoc cõmuniter tenetur.

Gaſp.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum vacante ſede, einſdem licentiam eccleſiam ædificandi, an poßit dare.*

CONSILIVM III.

1 AN capitulum vacante ſede poſſit† ex eius licentia data ædificandi eccleſiam facere ipſum acquirere ius patro. Et puto, quòd ſic, dare hanc licentiam eſt iuriſdictionis non ordinis, capitulum ſuccedit in iuriſdictionalibus ſe.vacan.de ma.& obe.is qui.& c.cum olim,& eod.ti.c.j.lib. ſexto. Et etiam in iuriſdictione, quæ concernit ordinẽ collationem, de temp.or.cum nullus.lib.6. Item ſuccedit in poteſtate confirmandi præſentatum ad eccleſiam, quod eſt plus, licèt non ſuccedat in poteſtate cõferendi, de inſt.capi.primo, libro ſexto, ergo fortius in caſu iſto.

Gaſp.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus beneficij deficientibus patronis ad quem deuoluatur.*

CONSILIVM IIII.

1 TItius habens duos fratres,& vnam† filiam creauit beneficium,& creauit patronos ſub iſta forma, videlicet quòd per illos ſuos fratres,& ipſorum hæredes, & deſcendentes maſculos, & legitimos de ſtirpe,& progenie,ſ. per duos ex maiorib. dictę ſtirpis, quos fratres ſuos modo patronos exnunc prout extunc inſtituit,& reliquit,& in his duobus capitibus decernit,& voluit talis beneficii patronos perpetuo permanere. Et in defectum ſtirpis deueniat ad epiſcopum: addens, quòd volebat penes ſe eſſe, & remanere ius patronatus. Deinde moriũtur illi duo fratres ante ipſum, poſtea moritur ędificans, relicta filia fęmina hærede: quæritur, an ad ipſam, vel epiſcopum pertineat. Pro epiſcopo faciunt verba inſt. quę voluit ad epiſcopum pertinere in defectum illorum, qui erant conſtituti patroni, vel eorum deſcendentium: ſed iſta filia non eſt de deſcendẽtibus illorum. Item quia dixit maſculos,& iſta eſt fęmina. Itẽ quia dixit, per duos de maiorib. Item in his duobus capitibus. Cum igitur iſta deficiant, videtur ad epiſcopum deuolui. Sed puto ad filiam deuolui. Nam hæres patroni patronus eſt etiam extraneus, licet iſta non ſit extranea. Probatur primũ ex no.16.q.7.cõſiderandum.& ea.cauſa, & q.filijs.ibi, propinquis: & ſubditur, ipſi tamen hæredibus &c. quinimo diſputant doc. an ſit fauorabile eccleſiæ habere patronum. Et ibi Lauren. voluit dicere, quòd ſic. Et iõ patronus iuri patronatus renunciare non poteſt, licet doc. communiter contra: quod tamen omitto, cũ nõ faciat ad propoſitum. A Titius pater erat patronus beneficij, tum quia ipſum fundauit, & ſic de iure communi competebat ſibi ius patronatus, 16.q.7.quicunque. & c.decernimus. tum etiam, quia ſpecialiter ſibi hoc reſeruauit: ergo per conſequens a iure hæredib. deferẽ ius patronatus, poſito quod ipſum illis non reſeruauerit, vt in d.c.filijs.& c.conſiderandum.& c.ſi plures. Iuris enim diſpoſitio hominis miniſterio nõ indiget. 1.q.3.§.notandum.17.q.4. ſi quis ſuadente. cum ſimi. ¶ Poſito igitur, quòd ſuis hęredibus non reſeruauerit ius, reſeruat eius ſucceſſorib. & hęredibus. Confirmat hoc ex voluntate præſumpta: nam non eſt veriſimile, ipſum, ſi contigiſſet proprios filios habere, Ius patronatus eis ademiſſe, 17.q.ſi.quicunque. Præterea plures eſſe patronos non repugnat etiam ex eadem cauſa, nedum ex diuerſis, vt probatur de iure patro.c.j.& 3.& facit quod no.gl.in cle.2.eod.tit. vnde inſtitutio Iuris patronatus facta de fratribus non habuit tollere ius patronatus ipſius inſtituentis, & per conſequens hæredum ſuorum, l.pręcipimus.C.de ap.de elec.cõſtitutio. lib.6. Et per hoc eſt reſponſum ad id, quod dicitur de fratrib. Præterea illa diſpoſitio referebatur ad caſum mortis ipſius inſtituentis: ergo illis præmorientibus fuit in caſum caduci, C.de cad.tol.l.vnica.§.ſin autem. & omnia eidẽ diſpoſitioni adiecta: ad hoc de cel. miſ. cum Marthæ.§.cæterum.& quod no.Io.And.in regula, quod ſemel.de regu.iur.lib.6. Et hanc partem fouet æquitas, vt laici facilius inuitentur ad ædificandas eccleſias: Nec ob. quòd diſpoſuerit eſſe patronos fratres, quia vt eſt dictum non priuauit ſe patronatu, ſed ſibi reſeruauit. Pro hoc etiam facit clauſula, omnes de ſtirpe: dictio enim, omnes, eſt vniuerſalis,& omnia includit, 19.di.ſi Romanorum.de ma.& obed.ſolitæ, ſed filia iſtius eſt de ſtirpe, ergo ad eam ſpectat.

Gaſp.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus extraneo datus, fundatore mortuo, an reuertatur ad hæredes ipſius.*

CONSILIVM V.

1 MVlier quædam ædificauit capellam,† & fecit certos patronos illi capellæ extraneos: quæritur, an poſt mortem fundatoris tranſeat etiam patronatus ad hæredes ipſius? Et dicitur, quòd ad hoc, vt patronatus acquiratur, requirit auctoritas epiſcopi,& pro eius approbatione acquirit patronatus: de teſti.ſignificauit. de præbend.ſignificatum.18.q.ſecunda, Eleuterius. vnde per approbationẽ epiſcopi trãſit ius patronatus ad hæredes patroni, 16. q.7.filijs.& c.conſiderandum, niſi aliud de auctoritate epiſcopi fuerit ordinatum, quæ ordinatio ſequenda eſſet. Cum autem in caſu præmiſſo fuerit ordinatum ius patronatus ad alios deuolui, ſequitur quòd ipſa non remanſit patrona, & ideo ius patronatus, quod non habuit, non potuit in alium transferre, de iu.pa. quod autem.cum ſi. Confirmatur iſtud, quia ſi habẽs ius patronatus de auctoritate epiſcopi alteri debeat, ſibi non remanet, ad ſuos hæredes poteſt transferre, de teſti.ſignificauit.de iure patrona.cap primo, lib. ſexto, & ibi Archi. Cum igitur hic fuit ordinatum, in quem transferretur, ſequitur, quòd ad hæredes fundatoris nõ tranſmittitur, cum ſibi non reſeruauerit patronatum: immo aliqui volunt dicere, quòd niſi expreſſe ædificans eccleſiam ſibi reſeruet ius patronatus, non remanet patronus: quæ opinio ſi eſſet vera, fortius includeret, quod ſupra dixi.

Gaſp.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus a patrono nec dum per epiſcopum approbato, an valeat præſentatio.*

CON-

CONSILIVM VI.

1 AN valeat præſentatio facta per illum, † cui
fuit legatum ius patron. ante approbationē
factam talis legati per epiſcopum? Et dico,
quòd communis opi. habet conſenſum epi
ſcopi poſſe interuenire etiam poſt legationem factā,
tamen talis conſenſus debet interuenire ante præſen-
tationem fiendam per legatarium. Et ratio, quia tale
legatum non tenet ante approbationem factā per epi-
ſcopum, de præben. ſi tibi abſenti. lib. 6. de reſcri. ſi pro
te. eod. lib. Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus in numero præſentantium computandus.*

CONSILIVM VII.

1 AN perſona præſentata computetur in † nu-
mero præſentantium? De electione non eſt
dubium per c. Cumana. de ele. & c. cum iu-
re. eo. titu. cum ibi not. per D. P. M. in quarta
obiectione, & in quarta quæſtione: tamen in præſenta
tione adhuc non puto dubium, vocem præſentati nō
debere computari in numero, nec talem vocem ſibi
prodeſſe. per c. fin. de inſti. & per c. veſtras. de iu pa. vbi
hoc etiam innuit gl. fi. immo vt ibi dicit glo. j. ex hoc ta
men deberet repelli, quia ambitioſus. j. q. 6. ſi tibi 15. 8.
q. j. in ſcripturis. cum concor.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Infans patronus eſſe poteſt.*

CONSILIVM VIII.

1 AN vox infantis accreſcat compatronis? † Di
cendum eſt, quod infanti competere poteſt
ius patro. & in eo ſuccedere poteſt, vel alias
ſibi acquiritur ſicut maioribus, & per conſe
quens non eſt locus iuri accreſcendi: & per tutorē po
teſt fieri nomine ſuo præſentatio, 20. q. 2. puella. & qđ
no. de reg. c. 2. quòd ſi non fiat, nihilominus remanet
ſibi in alijs vacationibus, quod ſibi primo compete-
bat, ar. no. de iur. pa. c. 3. & per Inn. de elec. querelam. &
de reſtitu. ſpolia. in literis. Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Infantes ad præſentationis actum quando vocandi.*
2 *Patronus non dicitur, qui compatronorum ſocietate potitur.*

CONSILIVM IX.

1 POpulus eccleſiæ habet ius præſentandi: † & in
eo ſunt infantes, & maiores ſeptennio haben-
tes tutores, vel curatores: quæritur, an ſint vo
candi ad actum præſentationis tales minores
ſeu eorum tutores, vel curatores? Et arguendo ad par
tem negatiuam videtur quòd non, per not. de elec. ex
eo quod. lib. 6. & c. indemnitatibus. in princ. & in Spe-
cu. de ſyndi. in prima colum. verſicu. ſed cuius ætatis.
vbi dicit de conſuetudine conſtituentis ſyndicos de-
bere eſſe maiores 14. ann. Et idem videtur dicen-
dum pari ratione in præſentatione. In contrarium
arguitur ſic: Certum eſt, quòd maior ſeptennio ha-
bet vocem in præſentatione rectoris, in tantum, vt
ſua præſentatio præferatur factæ a tutore ſuo: no. Ar-
chidia. 16. q. 6. decernimus. & Ioan. And. de elect. ex eo
2 quod. lib. 6. † Sed certum eſt, quod quando ſunt plures
patroni vnius eccleſiæ ſingulariter, nullus ipſorū pro-
prie poteſt dici patronus ipſius eccleſiæ, ſed potius cō-
patronus, ſicut pater carnalis & ſpiritualis ſunt com-
patres leuato in fontibus, de cognat. ſpi. ſuper eo. Et
licèt ſint patroni ſingulares, & vt ſinguli, nō vt vniuer-
ſi eſt eis præſentatio rectoris communis, vt no. de iu-
re pa. c. j. vnde neuter ipſorum patronorum poteſt di-
cere, quòd preſentatio rectoris ſit ſua, quia nemo pro-
prie poteſt dicere ſuum eſſe, quod eſt ſibi commune cū
alio collegialiter, vt habetur 12. q. j. §. fi. not. de prębē.
præſenti. in 8. gl. ſicut non poteſt dicere ſuū ille, qui eſt
de collegio vel vniuerſitate illud, quod eſt collegij, 12.
q. 2. qui manumittuntur. Eſt tamen vtroque caſu vox
præſentatoris iuris ſingularis cuiuslibet illorum, qui
ſunt compatroni, vel qui de collegio vel vniuerſitate
patronorum: nam ſicut vniuerſitate interdicta inter-
dicti ſunt ſingulares ipſius, cūm vniuerſitas non ſit ca
pax ipſius, de ſen. excom. ſi ſententia. §. cùm vero. li. 6.
ita exiſtente vniuerſitate aliqua patronā eccleſiæ, & p̄-
ſentationem rectoris habente preſentatio ipſa ſpectat
ad ſingulares ipſius, & eſt fienda per eos communiter,
eſtque quo ad illos iuris ſingularis ipſorum, ſecūdum
no. per Io. An. de conſue. cum dilectus. & per Io. mo. de
præben. cum in eccleſijs li. 6. Cum igitur pupilli ſint de
vniuerſitate, & ſentiant onera ipſius, per conſequens
debent ſentire commoda, de re. in. qui ſentit. cum cō-
cor. li 6. & vocem debent habere ſaltem maiores ſep-
tennio in præſentatione rectoris, maxime cum aucto
ritate tutoris: facit de ęta. & qua. c. 2. & de iudi. ſi annū.
li. 6. & quod ibi no. Pręterea hic eſt actus, qui cadit in
pupillum maiorem ſeptennio, quia præſentatio recto
ris poteſt dici ſponſalia de futuro, ad quæ talis eſt habi
lis, de deſpon. impu. literas. & c. acceſſit. & eo. ti. c. j. lib. 6.
& poteſt variare alium pręſentando poſt, vel ſimul: de
iure pa. quod autem. & ele. 2. eo ti. ſecus eſt in electio- 2
ne, per quam contrahitur matrimonium ſpirituale,
quod per pupillum ſicut carnale contrahi nō poteſt,
vt d. c. j. de deſpon. impu Capitulum, ex eo quod. lib. 6.
de ele. loquitur in electione epiſcopi, in cuius eccleſia 2
de iure pupillus non poteſt eſſe canonicus: cum igi-
tur pupilli ſint de vniuerſitate, habebūt vocem, ex quo
ſunt maiores ſeptennio, & vocari debent, cum ſint de
vniuerſitate. iuxta no. per Inn. & Ho. de no. ope. nunc.
cum ex iniuncto. & Archi. 16. q. 7. ſi plures. Quod autē
hoc ius præſentandi dicatur quaſi ius patrimoniale
cuiuslibet de vniuerſitate, licet exercitium competat
ipſi vniuerſitati, ſatis bene probant no. per Io. An. in q.
ſuper regula, quod alicui. de re. iu. li. 6. ad fi. quæſtionis:
vnde admittendo ſaltem tutores ad vocem pupillorū,
hoc non eſt admitti ad vniuerſitatis regimen, ſed ad
quandam conſeruationem iuris pupillorum. Nec ob.
quod per alios maiores regentes vniuerſitatē tale ius
minoribus conſeruabitur: quia hęc ratio haberet locū
etiam in maioribus. Ex quo ſequeretur, quòd nūquàm
fieret vocatio hominum vniuerſitatis, ſed ſolum re-
gētes vniuerſitatem poſſent facere facta vniuerſitatis,
quod ſi eſt diſtincte loquendo ſonat in abſurdum, vt
probant multa iura, ff. quod cuiuſque vni. no. & ſi mi-
lia, vbi de iure vniuerſitatis tractatur.

Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis patrona pars maior, ad duas tamen non pertingens partes, præſentationi fiendæ terminum an poſſit præfigere.*

CONSILIVM X.

1 SI vniuerſitas eſt patrona, maior † pars ipſorum,
quę non aſcendit ad duas partes, an poſſit non
obſtante termino iuris aſſignare terminum pre-
ſentationi fiendæ, & determinarę, vt congregē-
tur

tur ad certum ſonum campanę? Sciendum, quòd gl. 3.
in c. cum nobis olim. de ele. tenet, quòd valet electio
facta a maiori parte præſentium, dummodo vocaue-
rint alios præſentes vel abſentes: & hoc, vt vitetur peri
culum moræ vacationis: & allegat ſua iura. Et ſi hoc
procedit in actu electionis, fortius habebit locum in
præambulis, & per quæ venitur ad ipſam electionem,
ff. de procu. ad lega. de offi. dele. præterea. cum ſi. Pro
hoc dicto bene facit opi. illa. quòd in expediendis per
collegium de neceſſitate ſufficit maior pars, de qua p
gl. de conſti. cum omnes. Idem ſi vtiliter, vt ibi no. per
Inn. per c. ſi. & infra de his quæ ſi a ma. pat. cap. facit qđ
no. de elec. bonæ. in 4. gl. veruntamen lex videtur dice-
re, quòd in actibus collegij ſiue vniuerſitatis duæ par-
tes debent eſſe pręſentes, l. nulli. cum l. ſeq. ff. quod cu-
iuſque vni. quib. interuenientibus, valet quod ſit a
ma. parte: & ſic intelligit Hoſ. prędicta in gl. c. cum no
bis olim. vnde tenet Inno. quòd ſi nullus eſt, ad quem
pertineat ex officio alios vocare ad hoc, vt teneat, qđ
ſit ab eis, oportet, quòd ad minus conueniant duæ par
tes illorum, ad quos pertinet facere illum contractū,
& illi debent vocare alios: & ſi non venient, procedūt
ad faciendum contractum vel electionem, vt ipſe no.
de no. oper. nunc. c. 2. ad quod facit quod ipſe no de
ele. cum nobis olim. in gl. ſed nunquid. in ſi. & c. dudū.
prima, gl. licet de numero. ver. ſed quæres. & c. ecclesia.
el 2. in gl. imo plus, in ſi. & quod no. gl. in c. j. de his quę
ſi. a ma. pat. cap. Hanc ſecundam opi. credo veram de
rigore, ſed ratio ęquitatis, ſ. ne nimium impediantur
neceſſaria & vtilia, oſtendit primam opi. eſſe vera, quā
etiam ſimpliciter tenet Compo. in d. c. cū nobis olim.
vnde inno. tenet in hoc pręualere conſtitutionē quā-
tum ad citationem, vt ipſe no. de ma. & obe. cap. j. & in
prædicto c. 2. de no. ope. nunc. Et ad id quod dixi de
ratione æquitatis, facit C. de iudic. placuit. ff. de reg.
iur. in omnibus. de tranſac. c. ſi. de confir. vti. vel inuti.
cum dilecta. Io. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio rectoris facta a duab vniuerſitatis partib an valeat.*

CONSILIVM XI.

1 AN ſi maior pars vniuerſitatis † citauit omnes
de vniuerſitate ad præſentationem rectoris
eccleſiæ faciendam, & duę partes in termi-
no comparuerunt, valeat præſentatio maio
ris partis? Et dico quòd licet teneremus maiorem
partem non potuiſſe citare, tamen ex quo conue-
nerunt duæ partes, valet præſentatio facta per maiorē
partem omnium pręſentium. Et ratio, quia ſicut omiſ
ſio ſolennitatis non ſubſtantialis non vitiat, quod
agitur, ſic nec illius ineptitudo, de ele. eccleſia. el 2. fa-
cit quod not. Hoſ. de ſacra vnc. c. j. poſt prin. ſed ſi duæ
partes vocandorum ſimul elegiſſent ſine alia vocata,
valet electio facta per maiorem partem ipſorum: ergo
eodem modo in dicto caſu: bene facit quod nu. Inno.
in c. cum nobis olim. de elec. in glo. ſed nunquid: in ſi-
ne. ad idem quod no. eo. ti. eccleſia. el 2. in glo. imo. in
prin. & de tempo. ordi. nec ipſi. in ſua gl. 2. fateor tamē,
quod contempti ſi qui eſſent proſequentibus contē-
ptum caſſaretur pręſentatio, de ele. quod ſicut. de pręe-
ben. cum in eccleſijs. lib. 6. Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus poſſeſſionem acquirenti quæ ſuccurrant.*

CONSILIVM XII.

1 QVAE requirantur in acquiſitione † poſſeſſionis
iuris patronatus: Primo, quòd ille, qui vult pręe-
ſentare, pręſentauerit cum bona fide. Secundo, quòd
pręſentatio fuerit admiſſa & confirmata. Tertio, ꝙ
confirmatus ſeu inſtitutus habitus fuerit tanquam re- 1
ctor in poſſeſſione rectoriæ: colliguntur prædicta ex
no per Inno. & Hoſt. in c. 2. de reſti. in inte. & ꝙ in tali
poſſeſſione ſit bona fides, p no. p Io. An. de iure pa. cō-
ſultationibus. Item, quod pręſentatores credant ſe vti
iure ſuo. Et quòd ille, in cuius pręiudicium poſſeſſio
quęritur hoc ſciat, & patiatur, vt patet ex no. per Ioan.
An. de poſtu. pręla. bonę. 2. & de offic. or. conquerentè.
& de cau. poſſeſſ. cum eccleſia. Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio iuris præſentandi quo caſu acquiratur, & quo non.*

CONSILIVM XIII.

AN acquiratur poſſeſſio iuris pręſentandi,
1 † ſi cōfirmata fuit pręſentatio in cauſa prin
cipali, ſed prima fuit caſſata in cauſa appel-
lationis? Et dicitur quòd non, quia ad hoc
vt poſſeſſio acquiratur, requiritur, quòd confirmatio
habuerit effectum, vt patet de elec. Cumana. nam hoc
non inducit actus, qui caret effectu, de iure pa. illud. cū
laici. & c. ſuggeſtum. & c. ſi. & facit quod no. Inn. de re-
ſti. ſpo. in literis. in gl. magna: ver. poſſeſſio autem elige-
di. Item talis non poteſt dici poſſeſſor bonę fidei, ergo
pręſentandi ius non acquirit. Probatur hęc illatio de
te iudi. cum Bertoldus. & de iu. pa. conſultationibus. &
de ele. dudum. el 2. poſt prin. & no. Inn. de ele. Cumana.
de cau. poſ. cum eccleſia. de reſt. ſpo. in literis. in prin.
magnę gl. & c. olim. el 3. in magna gl. Et quòd talis di-
catur poſſeſſor malę fidei, patet, quia non poſſidet au
ctoritate iuris vel pretoris: ergo & c. ff. de acqui. poſ. iu-
ſte, a contrario. Et no. per Inn. de iu. pa. conſultationi-
bus. nec iſto caſu pręſumitur bona fides, vt no. Inn. de
reſt. in inte. c. 2. in gl. ma. in ſi. & ar. de reſcri. c. j. li. 6. vn-
de dicunt doc. quod in incorporalibus is, qui titulum
non habet, non pręſumitur habere bonam fidem, niſi
probetur iuſtus error. ff. de vſuc. l. Celſus. ita not. Cy. C.
de pſc. long. tēp. ſup lōgi. Nec obſtat, ſi dicat, ꝙ talis p-
ſentatio ſemel fuit cōfirmata: ergo ex illo vnico actu
acquiſita fuit poſſeſſio, de cau. poſ. cum eccleſia, & qđ
ibi no. quia ponit, quòd fuit cauſata in cauſa appella-
tionis. Conſtat autem, quòd pendente appellatione
non dicebatur poſſeſſor is, qui pręſentauit, cum per
appellationem ſuſpenſa fuiſſet confirmatio, de iure-
iur. venientes. de ap. ſępe. & eſt expreſſum eo. ti. oblatio
nes. & facit optime quod no. Hoſ. de reſt. ſpo. in literis.
in ſi. ma. gl. nec eſt quęſita per retentionem poſſeſſoris
tempore pręſentationis, tum quia illa per ſe ſumpta,
nec ſibi nec alteri tribuit aliquod ius, de pręben. dile-
cto. de inſt. c. 3. de re. iur. c. j. li. 6. tamen quia eſt effectus
cōfirmationis, vt no. Inn. in c. cum ſuper. de cauſa poſ.
ſine qua talis poſſeſſio facti ſiue retentio pęnam mere
tur: & inducit de elec. noſti. & c. qualiter. & c. auaritiæ.
eo. tit. li. 6. ergo non pręſentauit tum quia ipſi ſic incū
benti videtur poſſeſſori ius poſſeſſionis non tribui: fa-
cit quod no. Inn. in d. c. olim. 3. Patet etiam, quòd ſola
pręſentatio non tribuit, cum non ſit perfecta ſine con-
firmatione iuris, cùm cōfirmatio ſit pars pręſentatio-
nis: ad hoc de elect. poſtquam. & ca. nihil. & quod not.
per Io. An. de elec. publicato. per Inn. de conſue. cum
dilectus. & de pręben. dilectus. el 2. in glo. iſte enim. &
tenet in c. ſecundo: de reſtitu. in integrum.
Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Patronus an per præſentationis a ſe factæ caſſationem perdat præ-
ſentandi iuris poſſeſſionem.*

CON-

CONSILIVM XIIII.

1 CASSATVR præſentatio per Patronū † facta, qui antea erat in poſſeſſione iuris præſentandi: an per talem caſſationem perdat poſſeſſionem? Et dico quòd non, ſi caſſatio ſimpliciter eſt facta, quia ſicut ſunt certi modi acquirendę poſſeſſionis incorporalium, ſic & amittendæ, de quibus no. per Inn. de reſt. ſpo. in literis. & iſte non videtur de illis: ergo &c. & ſic arguitur de homi. Pe. de exec. eſt venerabilis. Sed ſi ius præſentandi eſſet per ſententiam alteri adiudicatum, vt in alium tranſlatum, tunc per talem ſententiam perderet poſſeſſionem ille, contra quem eſſet lata ſententia, ex quo tranſiſſet in rem iudicatam, quia eſt actus cōtrarius: & facit quod no. Hoſt. de cauſa poſ. cum eccleſia. & quod no. Inn. de reſt. in inte. in c. 2. in prin. magnæ gl. & de conceſ. pręben. cum nobis. Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatione duorum caſſata, an altero præſentante, cuius præſentatio confirmatur, teneat præſentandi iuris poſſeſſio.*

CONSILIVM XV.

1 DVO bis præſentant, qui habebant † poſſeſſionē pſentādi: & bis caſſatur pręſentatio, alia de cauſa quàm ex defectu poſſeſſionis: deinde vnus ipſorum præſentat, alter nō: & hęc præſentatio confirmatur: an præſentans teneat ſuam primam poſſeſſionem, & nō præſentans perdat? Et ad hoc poſſent induci pro & contra, no. per Inn. de reſt. in inte. c. 2. tamen ſecundum terminos poſitos puto nullum perdidiſſe poſſeſſionem, ex quo aliud nō apparet: de pręſentante planum eſt: de alio probatur, quia non dicitur quis amittere poſſeſſionem per non vſum, niſi quando apparet eum ſpoliatum, puta quia voluit pręſentare, & non fuit admiſſus, vel non præſentat, quia credit ad ſe non pertinere ius præſentandi, quod poſſidebat: vel non eſt auſus pręſentare contra voluntatē eorum, qui dicunt ad ſe tantum ſpectare, vel qui poſſeſſionem habent, vt hæc probantur ff. de acqui. poſ. l. 3. §. in admittenda. & l. quemadmodum. & l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. Oportet ergo, quòd per aliquem actum exteriorem appareat eum ſpoliatum: qđ non eſt in caſu prædicto. Et confirmantur hæc in caſu propoſito, quia hic ambo poſſidebant, & vnus pręſentauit: nec apparet, quòd ſua pręſentatione voluerit alium ſua poſſeſſione priuare: & hoc maxime, cum præſentans non habeat requirere alium compatronū iuxta no. per Ioan. And. in c. j. alias 3. de iure pa. Item quia requiritur ex parte non præſentantis eius ſcientia, vt ſciat illum pręſentare, intendendo vti iure ſuo, alias non præiudicaret compatrono, iuxta no. per Inno. de poſtu. præla. bonæ. el 2. in glo. magna: ver. illud autem. & ita debent intelligi no. per Inno. de elec. quorelam. in glo. dicunt quidam.

Ioan. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ſucceſſiue vltra duos an poſſit accumulare.*

CONSILIVM XVI.

1 AN laicus poſſit ſucceſſiue vltra † duos accumulare? Et dicitur quòd non, quia licet iura dicant, laicum patronum poſſe plures accumulare, debet intelligi de duobus, quia pluralis locutio duorum numero eſt contenta, de re. iu. pluralis. cum concor. Itē talis variatio eſt odioſa, ideo reſtringenda, de re. iur. odia. li. 6. ad hoc optime de pręben. is cui. li. 6. Itē infinitas eſt vitāda, de reſcri. cū in nnlis. li. 6. Itē ſi videātur iura de hoc loquentia, clarè iſtud innuunt: vnde capitulū, quod autem. dicit poſtmodū aliud c. cū dilectus. dicit 2. capitulum, paſtoralis. dicit aliū & ſecūdo loco. ex qbus omnibus apparet aperte, q huiuſmodi variatio fieri pōt ſucceſſiue de duobus; & nō de pluribus. Et p hoc reſpōdet ad id, quod no. in cle. 2. de iure pa. §. fi. ſup ver. plures. Intēdit enim, quando ſimul plures quàm duo pſentāt, vt vnus ex eis p epiſcopū eligat, vt ibi in text. Et idē etiā quādo duę pſentationes ſucceſſiue factæ fuerūt, & ſic intelligit gl. ibi ſequēs ſup ver. præſentare. & ſi bene inſpiciatur, idē eſt in effectu illo caſu, ſicut dictum eſt ſupra, quia fit pręſentatio, & vnus eligat, ſed vltra duos nō poſſet fieri tertia, p dicta ſupra. Nec ob. q iſtud reputet nouum, cum alius doc. hoc nō dixerit: quia nec reperio aliquē cōtrariū dixiſſe. ¶ Et hoc de iure puto veriſſimū. Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus abſens quo in loco ſit citandus.*

CONSILIVM XVII.

1 PRAESENTATO vno, fit pręſentatio † alterius abſentis, & exiſtentis in curia Romana: quæritur, vbi iſte accumulatus debeat citari? Et puto, quòd ſufficiat citatio in eccleſia, de qua agitur, dummodo fiat nominatim, & aſſignetur peremptorius terminus congruus, intra quem præſentantes ei poſſint intimare, & eius reſponſum habere. Ratio, quare hic non quęritur de citatione, quę proprie habeat conſtituere quem contumacem, vt contra ipſum procedat ad actū p iudicialem, per quē ſibi auferatur vel auferri poſſit id, quod habet: quo caſu loquuntur iura de vocatione perſonaliter faciēda, quādo ſcitur, vbi quis eſt, vel ad domū ſi neſcit vbi eſt, de qua p Inn. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. c. fi. p Io. An. ſuper regula, præſumit. de re. iu. li. 6. in q. ſed ſi vult ſuā pręſentationē, proſequatur, ex qua nō habet ius in re, de offi. lega. dilectus. Nec proprie ius ad rem, cum nōdum cōceſſerit, nec potuit conſentire propter ignorātiam ex eius abſentia prouenientem. Et ex hoc ſequit, q cum præſentantes habuiſſent primo ipſius conſenſum, vel ſaltem habeant requirere quā cito poſſunt, de ele. quàm ſit. li. 6. Et ipſe habuit primo conſentire, vel ſaltem poſt requiſitionē præſentatus hoc facere debebat, perſonalis requiſitio hoc caſu ſpectat ad ipſos præſentātes, & nō ad ſuperiorē, a quo petitur cōfirmatio: ad quod bene facit c. fi. de ele. li. 6. quæ etiā dicit, vocationem &c. nō dixit, citationē vel reqſitionē. Et principiū dixerat, nulla vocatione: qđ verbū vocationis ad vocem, quæ in vocati notitia veriſimiliter peruenire poteſt, conformiter refertur: vnde clamorē & aeris reuerberationē propriè ſignificat ſecundū deriuatores. Item ibi dicit nominatim, non dicit perſonaliter, vel ad domum. Item cū verbum vocationis, determinat verbū in eccleſia, quod ibi ſequit, quod poteſt reſpicere vocationem electi, cum aliam determinationem non habeat: & ſic illud verbum in eccleſia, quantū ad locum poſſit coaptari duobus præcedētibus caſibus, ſ. de electo & oppoſitore: facit de reſcrip. olim. de ap. inquiſitioni. Sic autem in caſu iſto eſt ſeruandum pter periculum, quod eſt in magna dilatione, & poſſet imminere, de appel. oblatis. Io. Cal.

CONSILIVM XVIII.

CAPITVLVM j. vt lite pendēte. li. 6. an habeat locum in præſentatione? Vide ſupra vt lit. pen. conſilio primo.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus hoſpitalis patronus an poſſit in ſuorum præiudicio ſucceſſorum hoſpitali conferre.*

CONSILIVM XIX.

1 CONCESSVM eſt ius patronatus † ponendi conuerſos, & rectorem in hoſpitalitio perpetuo ſuiſque filijs maſculis & deſcendentibus ex eis maſculini ſexus tantummodo tanquàm veris & legitimis patronis. Quæritur, verū, vnus ex iſtis deſcendentibus poſſit dicto hoſpitali donare iſtud ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi, & in præiudicium ſucceſſorum? Quòd conſenſus epiſcopi non ſit neceſſarius, patet per tex. in capi. primo, de iure pa. lib. 6. Et etiam poſſunt patroni in donatione adijcere conditionem, quæ non ſit contra iura, ſicut dicimus de epiſcopo donante iura epiſcopalia, de reli. do. conſtitutus. ſicut fit etiam de iure eligēdi, de conſue. cum dilectus. de ver. ſig. abbate. poteſt enim patronus donare ius patronatus ſolum quo ad actum præſentandi, retento ſibi dicto iure in alijs, vt no. Vin. de iure pa. ex inſinuatione. Item poſſunt in præiudicium ſucceſſorum ſine eorum conſenſu: nec obſt. verba conceſſionis: primo ex ordine verborum, quia iſtud ius transfertur gradatim de patre in filium: vnde ſtante primo gradu ceſſat ſecundus: ad hoc l. cum pater. §. pe. ff. de leg. 2. & melius eo. ti. peto. §. fratre. Secundo ex mente concedentis, quæ eſt attendenda, de ver. ſig. intelligentia. Sed de mente concedentis fuit, quòd iſtud ius gradatim transferretur, vt primò, filio: ſecundò, nepotibus: tertiò, pronepotibus, & ſic deinceps, quia in ſucceſſionibus ſpectatur ordo ſucceſſionis, vt in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. & C. de fideic. auth. amplius. vnde vno iſtorum mortuo, alter ſuccedit & non prius. vt no. Accur. in l. Gallus. §. quidam recte. & §. vt inſtituens. ff. de libe. & poſthu. Tertio arguēdo a natura iuris patronatus, quod eſt licitum, vt verba interpretentur ſecundum naturam rei, de qua agitur, de ſen. excō. ſi ciuitas. li. 6. & quod ibi not. Io. mo. Sed conſtat, quòd natura iuris patronatus eſt, quòd ſaltem quo ad ius patronatus, de quo agitur, filius viuente patre nullam poteſtatem habuit: & volunt omnia iura de iure patronatus loquentia, & maxime cle. 2. de iure pa. & quod ibi no. Pe. de Anch.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Patronus altaris bis vnum præſentauit: deinde iuncto ſibi alio alium præſentauit: vtra præſentatio non valeat.*

CONSILIVM XX.

1 QVIDAM ædificauit altare in eccleſia, † & dotauit eum authoritate epiſcopi, adijciendo, quòd ſacerdos eligatur ad dictum altare per ſe & Titiū, vel per alios, quos ipſe ædificans duxerit pro libito voluntatis eligendos: deinde ipſe ædificans vna cum dicto Titio bis præſentauerunt ſacerdotem, qui ſemper fuit confirmatus. Nunc imminet tertia præſentatio facienda, & ipſe ædificans iuncto ſibi alio, & excluſo dicto Titio præſentat preſbyterum. Quæritur, an valeat? Et videtur quod ſic, quia Titius non dotauit nec conſtruxit altare, qui ſunt modi quærendi patronatum, 16. quæſtio. 7. piæ mentis. Item quia ex forma poſita in ædificatione poterit alios nominare, quæ forma ſeruanda eſt, 18. quæſtio. 2. Eleutelius. de præben. ſignificatum. de teſti. ſignificauit. vnde excludendo Titium, videtur declaraſſe alium voluiſſe eſſe patronum, de his quæ fiunt a ma. par. capitu. ex ore. 11. quæſtio. 3. æſtimant. & quod ibi no. Ad idem facit, quia natura alternatiuæ eſt alteram verificari, de reſcrip. inter cęteras. & in regula, in alternatiuis: de reg. iu. lib. 6. cum ergo fundans alternatiue conſtituerit patronos, ſufficit Titium vel alium præſentaſſe. ¶ In contrarium videtur, quod Titius ſit patronus: nam patronus creatur in ædificatione & dotatione beneficij facta approbatione per epiſcopum, 10. q. 1. nouerint. & c. regenda. & c. decreuimus. Nam auctoritas epiſcopi eſt neceſſaria ad ius patronatus creandum tam in clerico quàm in laico, 16. q. 7. piæ mentis. & c. frigentius. & melius in c. conſiderandum. de iure pa. nobis. Et ratio, quia eius eſt examinare locum erectionis, eccleſiæ dotem, & diſponere qualiter ſit regenda, vel gubernanda, in Auth. de mo. §. illud. col. 1. de conſe. di. 1. nemo. & cap. nullus. de iure pa. Pręterea cum in creatione huius beneficij fuerit actum de auctoritate epiſcopi; per ædificatorem & Titium debere præſentari rectorem: ergo ius patronatus vel ſaltem præſentandi fuit quæſitum dicto Titio: & hoc etiam probant duæ præſentationes factæ per ipſos, quæ declarauerunt voluntatem ipſius ędificantis & epiſcopi auctorizantis, vt dicto capitu. ex ore. de his quę fiunt a ma. par. cap. quę pręſentationes factę per dictum Titium nō iure precario ſed ſuo nomine & ſuo iure habuerunt etiam ipſum. Titiū poſſeſſorem, ſeu quaſi ipſius iuris efficere, de ele. querelam. de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. ex qua poſſeſſione bonę fidei, ceſſante etiam proprietate, ius præſentandi competeret, donec legitime euincatur, vt d. capitu. querelam. & de iure pa. conſultationi. & plenius no. in regula, quòd alicui. de reg. iur. lib. 6. in mercuria. pręterea, aut fundator non erit patronus eo volente aliū nominare in patronum: aut ſi eſt, ſimiliter & Titius: tenet conſequentia, quia in hoc iure pręſentandi rectorem, quòd cōſtitutus fuit per epiſcopum, fuit conſtitutus in perſonam vtriuſque & re & verbis: ergo vtriuſque par eſt ius, & per retentionem alterius alter retinet, ſicut in vſufructu dicitur ff. de vſufruc. accreſcen. l. prima. §. idem ait. & ff. de leg. 3. l. coniunctim. ergo &c. ſi ergo iā fuit patronus Titius: ergo ſine facto ſuo ille priuari nō potuit, l. id quod noſtrum. ff. de regu. iur. & regula, ſine culpa. de regulis iuris. lib. 6. Pręterea in talibus diſpoſitionibus, quę ſunt fauorabiles, debet larga interpretatio fieri, de dona. cum dilectus. Et maximè contra eum, vt in regula, contra eum: de reg. iur. lib. 6. Hinc eſt, quòd in his diſpoſitionibus alternatiua ſonat in coniunctam: vnde ſi teſtator dixit, ille aut ille ſit hęres, vel tutor, vterque erit hęres vel tutor. C. de ver. ſignifi. l. penulti. & l. generaliter. C. de inſti. & ſubſti. ſub con. fac. l. penultima. notat Barto. quòd in diſpoſitione fauorabili & priuilegiata verba alternatiuè prolata coniunctiuè ſunt intelligenda: & ſic dictio, vel, & aut, ponitur pro, &, vt not. de reſcript. ex parte commentarienſis. Ad hoc bene facit, quod dicit lex de auo, qui ſtipulatus eſt ſibi aut nepti ſuę dotem reddi, vtrique ſtipulatum eſſe intelligitur, ff. ſoluto ma. l. Caio. Item ſi illi vel illi debes ſoluere etiam altero inuito, etiam ſtipulanti vtrique ſeu alteri potes ſoluere. ff. de leg. 3. ille aut ille. niſi ſit alternatiua ordinis. de præben. mandante. 2. reſponſo. lib. 6. Nec ob. quòd Titius non dotauit &c. quia voluntate ædificantis, & de auctoritate epiſcopi cenſeri debet dotaſſe vel ędificaſſe: & ſic dictus Titius, velit nolit ædificans, debuit intereſſe: & per conſequens dicta pręſentatio eo excluſo facta non valuit. Pet. de Ancha.

De cenſibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Collecta an ſint ſoluendæ iuxta maiorem bonorum quantitatem, aut ſecundum maiorem perſonarum numerum.*

CONSILIVM I.

SI collectæ ſunt ſoluendæ per vniuerſi-
1 tatem,† & diſſenſio eſt inter eos, an de-
beant ſtari dicto illorum, qui habent
ſoluere maiorem quantitatem reſpe-
ctu bonorum, an ſtetur maiori parti
perſonarum dicti collegij, qui tamen
habent ſoluere minorem partem pecunia? Et puto de
bere ſtari maiori parti perſonarum, non ob. contradi-
ctione minoris partis, licet illa plus habeant ſoluere
ſecundum æſtimum: nam virtus collegij conſiſtit in
maiori parte perſonarum, nõ rerum, de elec. quia pro-
pter. & cap. in geneſi. Item inſpicitur maior pars. quia
quod a pluribus queritur &c. & integrum eſt iudiciũ
&c. & per ampliores homines &c. 64. diſt. extra con-
ſcientiam. de offi. delega. prudentiam. cum ſi. Probat
optime de his quæ fi. a ma. par. ca. c. fi. Couſtat enim,
quòd huiuſmodi collectæ debent imponi ſecundum
facultates eorum, quibus imponuntur, de cenſi. cum
apoſtolus. & c. ſopitæ. & c. procurationes. 10. q. 3. cauẽ-
dum & c. inter cetera. Item conſtat, quod redditus ca
nonicorum ciuſdem eccleſiæ poſſunt eſſe inæquales,
nec hoc iura abhorrent, de conſue. capitu. ſi lib. 6. Et
tamen ſi per collegium de contributione agatur ex
cauſa rationabili vel vtili, vt & ſecundum quod pin-
guiores ſunt præbendæ plus ſoluant illas habentes, ſta
tur maiori parti indiſtincte, vt d. capitu. fi. & per hoc re
ſpondetur ad l. maiorem. ff. de pactis. & ad l. fina. C. qui
bo. cedere poſſunt. quæ loquuntur de eo, quod ſpe-
ctat ad plures vt ſingulos: & ſi diceretur minus illo ca-
ſu, minor numerus deberet impedire maiorem, cùm
vniuſcuiuſque voluntas ſpectetur. Reſpondeo ſequen
do opi. quam glo. ponit in l. mater. §. hodie. ff. de pactis.
quòd lex maiorem, cum ſimi. loquuntur, quãdo om-
nes conſentiunt in remittendo, ſed eſt diſcordia quã-
tum ſit remittendum: planum eſt enim ſecũdum hoc,
quòd dicta iura non habent locum hoc caſu. Si pona
tur, quod contradicentes reſiſtunt omni impoſitioni,
vel dato quod id non ponatur, vel quòd dicta opi. nõ
ſit ſequenda, planum eſt, quòd dicta iura ad hunc ca-
ſum non poſſunt trahi, quæ volunt omnino ſtari hu-
maniori ſentẽtię omnibus alijs paribus, quòd in actu
collegij non eſt verum. niſi neceſſario oportet maio-
rem numerum concordari etiam reſpectu totius cor-
poris collegij, de elec cumana ca. eccleſia. & capitu. in
geneſi. & co. ti. ſi cui. lib. 6. Item reſpectu facti eadem eſt
ratio hic, & ibi, ſcilicet aliorum vtilitas, quæ procura-
rur, vt no. in prædicta glo. Cum igitur ratio præponde
ret, de verbo. ſignifi intelligentia. cum ſimilibus. Sed
vbi propter vtilitatem communem præfertur pauco-
rum voluntas, multo fortius ex eadem cauſa præfer-
ri debet maioris partis voluntas, non ob. contradi-
ctione minoris.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ a quibus excuſentur muneribus.*
2 *Munera in quotuplici reperiuntur differentia & nu. ſequenti nu.*
3 *Eccleſia propter aduentum principis contributionem dabit.*
4 *Pedagia & guidagia non ſubeunt eccleſiæ.*

CONSILIVM II.

STATVTO Peruſino canetur, ne poſſeſſiones
1 † ſubditorum debeant quocunque alienationis
titulo transferri in aliquem non ſubiectum nec
allibratum in libris æſtimi dictæ communitatis
cõſtituens, oẽs poſſeſſiones poſſeſſas p tales eſſe cẽſua-
les quo ad ſolutionem collectarum impoſitarum &
imponendarum per dictum commune: & quòd dictæ
collectæ intelligantur eſſe ordinariæ, & tributum or-
dinarium, & omnis collecta imponenda habeatur ex
nunc pro impoſita: & aliud ſtatutum, quod caſſat &
annullat omnia ſtatuta contra libertatem eccleſia-
ſticam facta poſt dicta ſtatuta, multa bona, quæ erant
æſtimata, translata ſunt in eccleſias. Queritur, an ſol-
2 uere debeant dictas collectas? † Pro euidentia eſt quæ-
rendum, a quibus muneribus excuſentur vel non, ec-
cleſię. Et ſciendum, quòd quædam ſunt perſonalia
mere, & horum quędam ſunt oneribus annexa, vt
quod aliquis ſit iudex, vel magiſtratus, vel quòd ha-
beat imperium Romę, cuius ei honor debetur, ff.
de in ius vo. l. 2. ff. de iud. l. pars literarum. & tales non
coguntur clerici ſubire, ne cle. vel mo. capitu. primo.
Quędam ſunt ſordida, vt quando alicui indicitur
munus, quod eſt vile & abiectum, & quod expeditur
labore perſonę, ff. de mu. & ho. l. j. in prin. de vaca. mu.
l. 2. §. corporis. & l. in honoribus §. philoſophis. ff. de iu.
immu. l. fi. Talia nõ ſubeunt eccleſiaſticę perſonę nec
eccleſia, l. placet. C. de ſacroſan. ec. & l. 2. C. de epi. &
cle. 16. q. prima, nouarum. Quædam nõ ſunt ſordida, &
ſunt oneribus annexa, vt tutela. & cura, quę ſunt per-
ſonalia, & publica auctoritate. ſed vtilitate priuata: &
iſta etiam non indicuntur eccleſijs ſeu eccleſiaſticis p-
ſonis, ſiue loquamur de tutela teſtamentaria, ſiue de
datiua ſiue legitima, vt l. generaliter. C. de epi & cle. 16.
q. j. generaliter. dicebat gloſſ. 87. di. peruenit. quòd cle-
rici non coguntur recipere tutelam, poſſunt tamen
recipere legitimam ſi volunt, tamen quandoque te-
nentur clerici ad munera mere perſonalia, vt ad cuſto
diam ciuitatis, quę eſt de tẽporali iuriſdictione eccle-
ſię, de immu. ec. peruenit. licet aliqui illud intelligant,
quando ciuitas eſt ab infidelibus obſeſſa, ad cuſtodiã
ciuitatis, quę non eſt de temporali iuriſdictione, non
tenetur, maxime cum enrum ſumptu perſonalem ope
ram teneantur exhibere, de ſen. excom. grauẽ. & no.
quòd perſonale munus vno reſpectu conſiſtit quãdo-
que in labore perſonę tantum, & nõ in erogatione pe-
cunię vel ſumptu, vt d. l. munerum. quãdoque munus
dicitur perſonale alio reſpectu, licet labor perſonę nõ
interueniat, ſed tantum erogatio pecunię, vt capitatio
nes, de anno. & tri. l. fi. li. 10. de cenſi. l. fi. tale munus no-
minatur perſonę, quia pro perſona pręſtatur. Quędã
munera dicuntur extraordinaria, quę indicuntur p-
pter ſuperuenientiam alicuius caſus nouiter emergen
tis: vnde dicit gl. 17 q. j. placet. quòd extraordinariũ mu
nus eſt, quod repentino caſu ſuperuenit. Nam ſi pro-
pter vrgentem neceſſitatẽ inducitur munus, qđ alias
neceſſitate non ſubſiſtente non erat indictũ, vt l. pla-
cet. C. de excuſ. mu. li. 10. vel extraordinarium munus,
qđ nõ habet certã vel ordinatã formam pręſtationis,
ſicut alias exponitur in l. Seio §. medico. de annu leg.
& ſimiliter ad iſta non tenet eccleſia nec clerici, vt l.
placet. C. de ſacroſan. eccl. & l. 2. C. de epiſ. & cleri. & l.
omnes. §. priuilegij. C. eo. ti. Quędã munera ſunt anga-
ria: & iſta non ſubijt eccleſia nec eccleſiaſtica perſona,
de immu. ecc. non minus. & angaria poſſunt dici mu-
nera perſonalia, quę perſonali obſequio proprijs ſum
ptibus pręſtantur, vt dicit gl. in d. c. non minus. de an-
garijs habetur de vaca. mu. l. ſunt munera. & ff. de mu.
& ho. l. fina. in princ. Quędam ſunt perangaria, & iſta
ſimiliter non indicuntur eccleſijs vel eccleſiaſticis
perſonis, vt dicto capitu. non minus. Et hęc dicun-
tur

tur etiam munera perſonalia, quæ corporali obſe-
quio exhibentur ſumptu alieno, & de iſtis habetur
C. qui. mu.l.2. lib.10. Quędam ſunt munera patrimo-
nialia, quæ inducuntur perſonæ pro rebus, vt ſunt
tallię & collectę, & iſtæ non poſſunt imponi eccleſijs,
de immu.ec.c.1.lib.6 & c. clericus.& c. quanquam. de
cen.li.6.& cle.pręſenti.eo.ti.& de his habetur C. de an
no.& tribu.l.2.lib.10.C.de diſcuſ.l.1. Quædam ſunt ca
pitationes, quæ ſoluuntur pro ſingulis capitibus per-
ſonarum vel animalium: & ad iſta non tenentur ec-
cleſiæ vel clerici, vt l. ſacroſan C. de ſacroſan. eccle.
de anno.& trib.l.id ab anna.& de iſtis habetur in d.l.ſa-
croſancta.ff.de mu. & ho.l.fi.§ hæc omnia. Quædam
ſunt indictiones, quæ imponuntur perſonæ pro re-
bus, vt dicit gl.de indic.ſuper rubr.lib.10. & iſtud non
indicitur eccleſijs vel eorum perſonis. vt l.placet.C.de
ſacroſan. eccle. & indictio vocatur, quæ imponitur
vltra tributum, vt no.in gl.in dicta l.1.de indic lib.10.
¶ Quædam ſunt ſuperindicta. & iſta etiam indicta ap-
probantur, vt d. l. 1. C. de ſuperindict.lib.10.& ad iſta
non tenetur eccleſia, vt d.l.placet.C.de ſacroſan.eccle.
¶ Quædam ſunt munera mixta, quæ perangaria ap-
pellantur, C. de ſacroſan. eccle.l.neminem.& iſta non
ſubit eccleſia, nec eorum perſonæ, vt dicto capitu non
minus.& no. quòd iſtorum munerum, quæ inducun-
tur, & quæ in erogatione pecuniæ conſiſtunt, ſeu in
ſumptu, eſt reperire quaſdam cauſas, propter quas fit
contributio: nam quandoque propter vtilitatem vel
neceſſitatem populi, & tunc huiuſmodi contributio
per eccleſias fieri non debet inconſulto Ro.Pon.vt d.
3 c.non minus.& c. aduerſus.de immu.ecc. † Quandoq;
fit contributio propter aduentum principis: & ad iſtã
ſecundum legem tenetur ecc.C.de ſacroſan.ecc.l.pla-
cet.& l.iubemus.& iſte eſt caſus, quo eccleſia ſubit an
garia & perangaria, C. qui.mu.l.2.lib.10. Ad publicam
enim vtilitatem totius orbis iſtud fit. Quandoque fit
contributio propter conſtructionem itinerum & pon
tium: & tunc ſecundum legem tenetur eccleſia ad cõ
tributionem.vt l. adminiſtrationem.C de ſacro.eccle.
Iſto ergo caſu cogitur eccleſia pro rebus ſuis ad iſtam
contributionem, & propter iſtam legem dicebat ibi
Ia.de But.ꝙ eccleſia tenetur ad gabellas, quæ imponũ-
tur pro refectione plauſtrorum & curruũ, quia iſtud
ponitur eo ꝙ plauſtra & currus deſtruunt vias: ad mu-
ros autem ciuitatis non tenetur eccleſia contribuere,
vt dicit gl.in d.l.ad inſtructionem.facit ff.de excu.mu.
l.fi.Idem tenet Gul. in l.neminem.C.de ſac.ſan.eccle.
Iac. But. tenet ibi, quòd ſi muri ibi fiunt propter orna
tum ciuitatis, tunc eccleſia non tenetur contribuere.
ſecus ſi fiant propter cuſtodiam neceſſariam ipſius ci-
uitatis: gl.in l.fi.C.de qui.mu.lib.10.dicit, quòd contri-
buere ad murorum conſtructionum eſt munus ſordi
dum, ideo eccleſia ad hoc non tenetur. Super iſto du
bio, an eccleſia teneatur ad refectionem pontium, via
rum, & murorum ciuitatis: videtur quòd ſic, per dictã
l. ad inſtructionem: & in Auth. de ecc.ti.§. ad hæc. &
hoc videtur velle gl. ſaltem quo ad pontes & itinera,
de immu.ecc non minus. in gl. pen.de muris non lo-
quitur: & glo. in d.l. ad inſtructionem. dicit eccleſiam
non teneri ad conſtructionem murorum: glo. 16. q.
j. nouas.dicit, quòd eccleſia non tenetur ad refectio-
nem viarum & pontium: & dicit, quòd lex illa ad in-
ſtructionem non tenet de iure canonico. Idem Lap
16.q.j.placet.eccleſia non tenetur ad extraordinarium
munus. Extraordinarium munus eſt, quod caſu acci-
dit. Reperio. Io. An.ſuo conſilio ſuper iſto puncto ſic
diſtinxiſſe, vt is no.in c.non minus. & c.aduerſus.& c.
peruenit & quæ no. Hoſtien. in ſumma illius tit. §.3.
& quæ no. doc.in d.l.ad inſtructionem. quòd ad prædi
cta in puncto poſita non tenetur eccleſia, nec ipſarum
prælati. Ratio, quia leges nedum ffrorum, ſed & C. vel
Authenticorum eccleſias vel ipſarum miniſtros ar-
ctare non potuerunt, cum Imperator ſuper illis ſta-
tuere non poſſit, niſi per Papam ſit approbatum: de
conſti.eccleſia.95. diſt.bene quidem. Cum autem illæ
leges nõ ſint approbatæ per Papam eccleſiã non ligãt.
Si ergo eſſet tanta neceſſitas vel pietas, quæ ſuaderet
ad prædicta contributionem fieri per clerum, conſu-
lendus eſſet primo Ro.Pon. vt d.c non minus.& c.ad-
uerſus ſecundum Io. An ex iſta ratione concluderẽt
eccleſiam non teneri etiam in aduentu principis, & ita
non teneret, l.2. & l. iubemus.C.de ſac ſan.ecc Hoſti.
in d.c.non minus.dicebat.quòd ſpeciale eſt in aduen-
tu principis, vt eccleſia ſubeat angaria & perangaria:
& ſubdit, ꝙ eccleſia pro ſuis poſſeſſionibus ſubit mu-
nera extraordinaria, dummodo pertineant ad pieta-
tem, vt in terminis l.ad inſtructionem. Ad hoc tamen
clerici vel eccleſiæ non ſunt compellendi per iudicẽ
ſecularem, ſed eccleſiaſticum. de fo.compe.ſi diligẽti.
& idem ibi tenet Inn ¶ † Quædam ſunt munera. quæ
4 pedagia & guidagia appellãtur: & iſta non ſubeunt cle
rici vel eccleſiæ: & pro rebus eorum, quas non defe-
runt cauſa negociationis, de cenſi. quanquam.li 6. &
cle.præſenti.eo ti. Quædam ſunt munera mere realia,
quæ ipſis rebus imponũtur & appellantur tributiones
prędiorũ, ſeu præſtationes tributorum: & iſtæ appel-
lantur ordinariæ præſtationes, C. de anno.& tribu.l.2.
li.10.tunc ſi talia prędia erant tributaria, antequam ve
nirent ad eccleſiam, tranſeunt cum onere tributi, de
cenſi.c.j.11.q.j. ſi tributum 23.q.8.tributum. & c. ma-
gnum.16.q j.ſi quis.de immu eccle c.j.li 6 C.de epiſ.&
cle.l.3. facit quod no. Inno.in c. non minus & ibi ſub-
dit, quòd ſi ad eccleſiam veniat poſſeſſio, cuius ratio-
ne debet præſtare perſonale munus ſeu militare, pu-
ta exercitium vel hoſpitium: eccleſia ad illud tenetur
& tenens rem oneri annexam. No. etiam, quòd mu-
nera extraordinaria poſſunt fieri ordinaria ex diſpo-
ſitione legis, vt l.j. C. de indic. li.10. Ideo autem ad ta-
le munus tenetur eccleſia, quia concedens non po-
tuit nec exceſſiſſe intelligitur, niſi ius, quod habe-
bat in re, de contrahen. emp. l. qui tabernas. de hære.
accuſatus §. ſi vero.lib.6 & quod no. Inno.de fo.com
peten.verum. Redeundo ad propoſitum, quia onera,
quæ imponuntur perſonæ pro rebus, ſunt extraor-
dinaria, ſicut ſunt collectæ: ideo ad illas non tenen-
tur eccleſiæ: verum quia talia munera extraordina-
ria facta ſunt ordinaria, quod poteſt fieri, vt d l.j.de in-
dic. Conſtat talia munera eſſe tributa & præſtatio-
nes ordinarias & reales, & rei cohærentes, & rem ip-
ſam afficientes: potuit enim ſtatutum talia bona fa-
cere tributaria eo tempore, quo per laicos ſubditos
poſſidebantur: & ideo ſi poſt talem legem iſta bona
veniant in eccleſiam, tenetur ad illa onera tributaria:
tranſeunt enim ad eccleſiam cum ſuo onere, vt di-
cto capit. tributum. vnde dicit Ioann. Andreas de im-
munitate eccleſiarum. cap. 1. lib. 6 quòd ſi poſſeſſio
per eccleſiam acquiſita erat aſtricta dare pro ſolido &
libra ad collectas, quia quãdoq; patrimonialia mune
ra poſſeſſionibus indicuntur, de mu.& ho.l. reſcripto.
& l.munerum.§ patrimoniorum. tunc res illa eſt one
rata, & cum illo onere tranſit ad eccleſiam: facit l.om
nes.C.ſine cẽſu vel reliq.facit quod no. Bar.ff de mune.
& ho.l.reſcripto.vbi dicit, quod quando per ſtatutum
eſt ordinatum, qđ bona cenſeantur tributaria & cen-
ſualia pro datijs & collectis futuris, ſi poſt talem legẽ
bona illa veniant ad eccleſiam, tenebitur ſoluere col
lectas pro illis bonis. Nam hoc ipſo quod munus ex-
traordinarium eſt redactum ad ordinarium, omnia
iura, quæ loquuntur de ordinario, habent locum in
ipſo, C.de legi.hære penul. & l. meminimus. in fina.
l. vt dicit Iacob. Butri. in l. placet C. de ſacroſan. ec-
cle. Et idem ibi Gulielm. de Cu. & eſt caſus in l. 1. de in-
dict. lib. decimo. Non obſt. authen. item nulla com-
munitas. C. de epiſcop. & cleric. quia ibi loquitur

de munere extraordinario, quod imponebatur eccleſiæ eo tempore, quo res erat in dominio eccleſiæ, & quæ prius non erat affecta onere triburorum: nos loquimur, quando primo erat effecta tributaria: Nec procedit diſtinctio quorundam, qui dicunt, quòd eccleſia tunc agnoſcit triburum, quando antequàm res perueniat ad eccleſiam, res erat effecta tributaria ex ordinatione principis: ſecus ſi per inferiorem a principe, quia tunc eccleſia non tenetur, niſi ad tributa præteriti temporis, ſecus poſtea, vt dicta authen. item nulla communitas. Iſta diſtinctio non procedit, quia ſi inferior a principe poteſt ſui ſubditi rem facere tributariam, ergo illud onus tranſit contra omnem poſſeſſorem, & iura loquentia de tributaria non diſtinguunt, ex cuius ordinatione factum ſit tributum: facit quod not. Guli. in Specu. de cler. coniuga. §. primo, verſic. ad huius. cuius dictum etiam ponit Arch. de immu. ec. cap. primo, lib. 6. Iſta quidem egerent declaratione ſummi Pontificis, quoniam in eccleſiarum læſionem poſſent talia ſtatuta emanare: tamen inhærendo opi. Iaco. But. & Barto. videtur, quòd cum talia bona ſint tributaria, tranſeant in eccleſiam cum ſuo onere: nec dicitur tale ſtatutum contra libertatem eccleſiæ: quoniam illud eſt ponere onera pro rebus eccleſiæ, quæ non ſunt onere tributorum affectæ antequã venirent ad eccleſiam: & tunc eſſet contra libertatem eccleſiæ: & ita loquitur c. primũ, de immu. eccle. lib. 6. ſecus ſi onus tributi eſt impoſitum, antequàm veniat ad eccleſiam, quia illud eſt ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, vt d. c. tributum. Et ſic non ob. auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccle. facit quod no. Innocen. de ſen. excommu. nouerint. Doctores Peruſini. ¶ Idem Gaſ. de Cald. dicens, quòd vis huius dubij dependet, an cõmunicans poſſit facere prædia tributaria, dicens quòd ſic, duntamen ceſſent fraudes. Et quòd poſſit fieri, patet, quia facere munera ordinaria dependet a iuriſdictione, quam quis habet ſuper re, de præben. ſignificatum. & de ſepul. de his ergo &c. Item pactum, & lex æquiparantur, vt quod per pactum fieri poteſt, & per legem, 8. diſtin. quæ contra maiores. 10. q. tertia, capit. penul. 12. q. prima, puellæ. de deci. a nobis. Sed nulli dubium, quòd hoc munus reale, & ordinarium poſſet priuatus rei ſuæ adijcere, vt d. ea. de his. & de condi. appo. verum. & de dona. cum dilectus.

Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Subſidium charitatiuum, an poſſit monaſterio imponi pro expenſis prælati.*

CONSILIVM III.

1 PRior eremi Camaldulen. generalis † totius ordinis immediate ſubiectus cum ordine ſuo apoſtolicæ ſedi, habens iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in toto ordine ſuo de expreſſo conſenſu illorum ordinis, qui habent præeligere, fuit aſſumptus ad prioratum per Papam, & pro promotione ſua, & communi ſeruitio cameræ apoſtolicæ fecit multas expenſas: vult imponere ſubditis charitatiuum ſubſidium pro exoneratione dictorum debitorum: quæritur, an poſſit? Et dubium facit, quia ſuperiores non poſſunt imponere onera ſubiectis, niſi quatenus reperitur a iure permiſſum, 9. quæſt. tertia, conqueſtus. cum ibi allegatis: ſed in caſu noſtro non reperitur, ergo &c. ¶ Item doc. dicunt, charitatiuum ſubſidium exigendum ab epiſcopo de conſenſu ſui capituli, & cleri. not. de cenſi. cum apoſtolus. Et addunt hoc ſiendum, cum eſt euidens neceſſitas: ſic videtur in caſu iſto, vt non poſſit ſine conſenſu ſubditorum: Sed in caſu propoſito puto contrarium, licet in themate approbetur charitatiuum ſubſidium, quod tamen non eſt, & etiam poſſet exigi, & videtur in iſto caſu ſine conſenſu ſubditorum. Et ſi hoc haberet conſuetudo ordinis, iſtud eſſet clarum, vt dicto capitu. conqueſtus. & 18. q. ſecunda, ſeruitium. cum ibi not. Et idem ſi ceſſaret conſuetudo, cum hic agatur de expenſis neceſſarijs, & vtilibus factis pro prouiſione prælati qui præeſt toti ordini, & pro eis poſſet agere, & defendere, de iudi. cum deputati, & clem. prima, de reſcri. Dignum eſt, vt hi qui ſentiunt commodum, ſentiant & onus, vt in regula, qui ſentit: cum ibi not. de reg. iur. libro 6. vnde gerens negocia alterius, ſi vtiliter gerit, recuperat expenſas, 12. quæſt. 4. capi. 1. de fideiuſ. quod quibuſdam. ff. de nego. geſt. Pomponius. Hinc eſt, quòd monachus accuſans abbatem, cum gerat negocia mona. habet expenſas a monaſterio: de accuſ. ex parte. & idem in clerico ſeculari paupere: & idem in diuite obtinente, 2. q. 7. §. ex his. & hoc non eſt, niſi ex eo, quòd vtiliter gerit negocium eccleſiæ. Sed contra prędicta videtur facere c. vt prætęritę. de elec. cũ ibi dicat, quod expenſę factę per electione Patriarchę debẽt recuperari de his bonis Patriarchatus. Sed illud poteſt intelligi de expenſis, quę nõdum actum electionis concernunt, puta citãdo canonicos ad electionem, vel faciendo paramenta ad electionem: vel poteſt intelligi de bonis Patriarchatus, i. omnium eccleſiarum ſubiectarum Patriarchæ. Licèt Gof. exponat, id eſt ſpectantibus ad cameram Patriarchę: vt tamẽ ibi recitat Hoſt. per illam literam patriarchatus, & verbum totaliter, quod ſecundum eum põt exponi, i. cõiter, vel a toto patriarchatu, dicit Hoſt. quod potius ipſę expenſę ab omnib. de patriarchatu ſoluẽdę ſunt, ſeu ab omnib. contribuendum eſt: alle. de ꝑlum. mãdata. Nam & neceſſitate ſuperueniente vr charitatiuũ auxilium poſtulandum, de cẽſi. cum ſecundũ. ven. inhibemus. Cauendum tamen ſecundum eũ, ne pauperes compellantũ, nec diuites inęqualiter aggrauentũ: de cenſi. licet. & c. procuratur. & de of. or. cõquerente. Et eſt rõ, quia quod oẽs tangit &c. de offi. or. ad hoc. cum ergo omnium interſit bonum prælatum habere, quia integritas paſtoris ſalus eſt ſubditorũ, 61. di. miramur. ſubdit, puto quòd ſi conſuetudo appareat, ſeruanda eſt, quia eſt optima legum interpres, de conſue. cum dilectus. ſi non appareat, ſatisfaciat in menſa, cuius principaliter intereſt, niſi graues ſint expẽſæ, quo caſu per tota prædicta dicimus contributionem faciẽdam, quæ potiſſime tangit canonicos. de præſcr. cum non liceat. & eſt expreſſum de teſta. requiſiſti. §. ſecus. de ſtatu regu. in ſingulis. & expreſſius de præſcrip. accedentes. Poſui verba Hoſtienſ. ad literam, vt mihi apparet, libenter dixiſſet de iure teneri omnes ſubiectus ſalua conſuetudine. Et ſi hoc in clericis ſecularibus, fortius in religioſis ſubditis, quia licet ratione adminiſtrationis habeant velle, vel nolle, tamen illud propter bonum obedientiæ debent ſuo ſuperiori conformare, 8. q. j. ſciendum, & vt concludam. Primo dico conſuetudinem attendendam. Secundo ceſſante conſuetudine, ſi prioratus habet bona diſtincta ſpecialiter pertinentia ad menſam prioris, & illa ſufficiant, de illis debet ſatisfieri. Si non ſufficiunt, vel nulla bona habet de bonis ſui capituli eremi, quibus non ſufficientibus, tunc de bonis totius ordinis communiter debet fieri ſolutio. Et quia præſupponitur, quòd prælati totius ordinis conueniunt in electione prioris cum capitulo eremi: Et ſic quãtum ad electionem cenſentur pars capituli, ideo ipſi electores tenentur contribuere vnà cum dicto capitulo iuxta eorum facultatem, & hoc de rigore iuris, quia an tanquam charitatiuum ſubſidiũ petitur, vbi neceſſitas ſubeſt poſtulari, dico quòd ad hoc omnes tenentur, quod per priorem generalẽ cõmunicato conſilio cum fratribus eremi, illud toti ordini imponendum fore, & nolentes ſoluere, & ſi non

ſint

ſint eligentes poterunt compelli ad id ſoluendum. Et per hoc reſpondetur ad ea, quæ videntur ſupra facere dubium. Gaſ.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Munus cuſtodiæ qui debeant: & an tale munus ſit perſonale,*
2 *Munera perſonalia debentur, vbi domicilium habetur.*

CONSILIVM IIII.

1 HABET caſtrum villas, in quibus † die noctuque habitant homines, qui habent in caſtro domos, vbi recondunt blada ſua, & tempore guerræ ſe reducunt, vel alio tempore ſi eis placet, & ſoluunt collectas & alia onera cũ hominibus caſtri. Et quia in caſtro fiunt cuſtodiæ de die & de nocte, petunt homines caſtri, vt illi contribuant ad expenſas cuſtodie: quæritur, an debeant? ¶ Dubium facit, quia munus cuſtodiæ eſt perſonale, vt l.r. in princip. & l. munerum. in princi. §. inter. & §. hi quoque, & ibi not. ff. de mune. & hono. & ſic videtur iſtos non habitantes non teneri: ad hoc argu. iurium prædictorum. Sed rectè ponderato themate & mente iurium contrarium videtur. Nam dicitur, quod iſti ſunt ſubditi caſtro: ergo cum eis conſerunt etiam ad munera perſonalia: probatur in l. 1. in prin. ff. ad muni. & l. in municipes. §. fin. & l. incola. eo. titu. hoc etiam ſuadet ratio naturalis. Nam participes commodi debent eſſe participes oneris, vt regula qui ſentit. cum concor. de reg. iur. libro ſexto. Nam homines dictarum villarum habent commoda dicto caſtro cõceſſa. Item gaudent commodo dictarum cuſtodiarum, cum habeant domos in caſtro, vbi recondunt fructus ſuos & perſonas quocunque tempore voluerint. Item non eſt eis multum incommodũ, ſi veniant ad faciendas dictas cuſtodias, cum non multum diſtent a dicto caſtro, vt l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign. Et hoc etiam ſuadet, quia homines, qui ſunt in caſtro habitantes, non ſufficiunt ad cuſtodiam caſtri. Franc. de Rampo.

Alius idem, quia iſti recondunt ibi fructus, & ibi ſe conferunt, quando volunt, & ex hoc videntur ibi habere domicilium, licet in villa ruralia exercendi cauſa conuerſentur, vt l. eius. §. ſi quis negocia. ff. ad munic. facit de fo. comp. ex parte B. Item quia homines dictarum villarum reſpondent in omnibus oneribus cum dicto caſtro, & in omnibus iuriſdictionalibus: licet igitur extra habitent, non excuſantur a muneribus etiã perſonalibus etiam dicti caſtri, vt colligitur ex no. per gl. in l. eſt uerum. C. de incol. lib. 10. Nec ob. ſi dicatur quod ſola domus non facit quem habere domiciliũ, vt l. libertus. §. ſola. ff. ad munici. & l. cum neque. de incol. C. nam notanter ibi dicitur, ſola domus vel poſſeſſio: nam hic non eſt ſola domus, ſed ad habitãdum quando voluerint: Item cauſa refugij cum timentur guerræ: vnde vĩ, ꝙ cum cõiter ſimilem vitam habeãt in omnibus cũ hominibus dicti caſtri, ſimilem in legibus ſentiant diſciplinã: de ſta. reg. recolentes. ſufficiat enim, ꝙ continuè inhabitent in territorio vel in caſtro, quando volunt, vt hæc potentia in habitu idem operetur quod potentia in actu, de reſtitut. ſpoliat. Piſanis. & c. non ſolum. de appel. lib. vj. Item quia generalis conſuetudo circũſtantium caſtrorum habet, quod homines villarum in ſuis caſtris faciunt cuſtodiam: vnde iſti debẽt oſtẽdere, quo iure ſunt immunes: alias ſequi debent generalem cõſuetudinem: ad hoc quod not. Innoc. de offic. archid. dilecto. Pet. de Anchar.

2 † Ad idem Gaſp. de Calder. dicens, quod dubium facit, quia cuſtodia caſtri eſt munus perſonale, vt l. muneri. § ſed cura. & §. hi quoque. ff. de mu. & hon & dixit Hoſt. in ſumma, de immu. ecc §. j. ver. mere. Et munera perſonalia quis ſubire debet in eo loco tantum, vbi habet domicilium, i. vbi quis continue habitat, vel maiorem partem anni, ff. ad munici. l. municipes. §. miles. C. vbi ſena. vel clariſ. l. 2. per quam legem dicit Innocen. in c. ex parte B. de fo. compe. ibi, quem habere domicilium, vbi habet maiorem partem bonorum, vel larem, vel ſaltem ſi nil habet, tamen aſſidue conuerſatur: ſubdens, quòd ſola domus non conſtituit domicilium, ff. ad muni. l. libertus. & ſufficit prædictorum alterum, vt not. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. Ad id quod dixi de muneribus perſonalibus, bene facit de paro. c. fi. Et ſic cum iſti continuè in caſtro non habitent, non videntur teneri: ſed contrarium puto, primo, quia ſubſunt iuriſdictioni dicti caſtri, ergo tenentur ad munera perſonalia ibi occurrentia, & maxime ordinaria, C. de mu. patri. l. 5. lib. 10. vbi hoc eſt expreſſum: & in l. nec prodeſtaſiæ. eo. tit. vbi dicit glo. quòd prodeſtas eſt munus, quod dabatur ei qui præerat ſacerdotio. Nec dicat aliquis, quòd illa lex loquatur de munere reali, cum de perſonali loquatur, quæ etiã iuxta facultatem patrimonij indicitur. Et ibi not. ſuper rub. & iſtæ cuſtodiæ, quia fiunt quotidie, munus ordinarium dici debent, C. de indic. l. 1. lib. 10. Item quia iſti conferunt ad omnia alia munera cum illis de caſtro: ergo & ad iſtud tenentur, quia non debet diuerſo iure cenſeri eadem res, vbi diuerſitatis ratio non oſtenditur, 15. q. 5. cognouimus. de deci. ex parte. Ad idem quod eſt dictum de conſuetudine generali aliorum caſtrorum. Item quia ipſi vocantur ad concilium caſtri, & ſic ſunt de corpore caſtri. Si enim non eſſent de corpore, non vocarentur, de elec. quod ſicut. & c. quia ꝓpter. Itẽ quia participãt cõmodis: ergo & onera ſuſtinebũt, cle. 1. de cẽſib. Itẽ quia hñt domos in caſtro pro maiori parte: ergo tenẽtur, licèt ſit alienigena, C. de mune. patri. ſuper rub. Itẽ propter conſuetudinem aliorum caſtrorum, quæ conſuetudo eſt fauorabilis reipublicæ: ergo extendenda, iuxta no. de offi. Archi. c. fi. Et per hoc eſt reſponſum ad contraria ſ. inducta. Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus domino ad collectas non tenetur.*

CONSILIVM V.

2 AN dominus poſſit imponere † collectas vaſallo? Et dicendum eſt ꝙ non, quia vaſallus non tenetur domino vltra contenta in fidelitatis iuramento: quia ſicut vaſallus domino ad illa, quæ in dicto iuramento cõtinentur, eſt obligatus: ita & dominus vicem reddere debet vaſallo, 22. q. 5. de forma. & in lib. feu. de forma fidelitatis. c. vno. & tit. ſequenti. c. vno. Ex quibus patet domino ratione feudi vaſallum collectare prohibitũ. Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Muneris perſonalis diffinitio.*
2 *Feneratores ad perſonalia & mixta tenentur munera.*

CONSILIVM VI.

QVIDAM ciues Imolenſes & in ea habitantes habent poſſeſſiones in caſtro, quod olim erat ſubiectum Imolæ, nunc Bononiæ, compelluntur ſoluere onera ab hominibus dicti caſtri: quæritur an poſſint? Dico, ꝙ ad onera perſonalia ſoluenda in dicto caſtro compelli non debent, etiã dato ꝙ ibi poſſeſſiones habeant: qḋ probatur ex diffinitione muneris perſonalis, cui eſt ſtãdum, vt l. 1. §. dolum. ff. de dolo. & l. oĩs diffinitio. ff. de

de munere extraordinario, quod imponebatur eccleſiæ eo tempore, quo res erat in dominio eccleſiæ, & quæ prius non erat affecta onere tributorum: nos loquimur, quando primo erat effecta tributaria: Nec procedit diſtinctio quorundam, qui dicunt, quod eccleſia tunc agnoſcit tributum, quando antequàm res perueniat ad eccleſiam, res erat effecta tributaria ex ordinatione principis: ſecus ſi per inferiorem a principe, quia tunc eccleſia non tenetur, niſi ad tributa præteriti temporis, ſecus poſtea, vt dicta authen. item nulla communitas. Iſta diſtinctio non procedit, quia ſi inferior a principe poteſt ſui ſubditi rem facere tributariam, ergo illud onus tranſit contra omnem poſſeſſorem, & iura loquentia de tributaria non diſtinguunt, ex cuius ordinatione factum ſit tributum: facit quod not. Guli. in Specu. de cler. coniuga. §. primo, verſic. ad huius. cuius dictum etiam ponit Arch. de immu. ec. cap. primo, lib. 6. Iſta quidem egerent declaratione ſummi Pontificis, quoniam in eccleſiarum læſionem poſſent talia ſtatuta emanare: tamen inhærendo opi. Iaco. But. & Barto. videtur, quòd cum talia bona ſint tributaria, tranſeant in eccleſiam cum ſuo onere: nec dicitur tale ſtatutum contra libertatem eccleſiæ: quoniam illud eſt ponere onera pro rebus eccleſiæ, quæ non ſunt onere tributorum affectæ antequã venirent ad eccleſiam: & tunc eſſet contra libertatem eccleſiæ: & ita loquitur c. primũ, de immu. eccle. lib. 6. ſecus ſi onus tributi eſt impoſitum, antequàm veniat ad eccleſiam, quia illud eſt ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, vt d. c. tributum. Et ſic non ob. auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccle. facit quod no. Innocen. de ſen. excommu. nouerint. Doctores Peruſini. ¶ idem Gaſ. de Cald. dicens, quòd vis huius dubij dependet, an cõmunicans poſſit facere prædia tributaria, dicens quòd ſic, duntamen ceſſent fraudes. Et quòd poſſit fieri, patet, quia facere munera ordinaria dependet a iuriſdictione, quam quis habet ſuper re, de præben. ſignificatum. & de ſepul. de his ergo &c. Item pactum, & lex æquiparantur, vt quod per pactum fieri poteſt, & per legem, 8. diſtin. quæ contra maiores. 10. q. tertia, capit. penul. 22. q. prima, puellæ. de deci. a nobis. Sed nulli dubium, quòd hoc munus reale, & ordinarium poſſet priuatus rei ſuæ adijcere, vt d. ca. de his. & de condi. appo. verum. & de dona. cum dilectus.

Gaſpar de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Subſidium charitatiuum, an poſſit monaſterio imponi pro expenſis prælati.*

CONSILIVM III.

1 PRior eremi Camaldulen. generalis † totius ordinis immediate ſubiectus cum ordine ſuo apoſtolicæ ſedi, habens iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in toto ordine ſuo de expreſſo conſenſu illorum ordinis, qui habent præeligere, fuit aſſumptus ad prioratum per Papam, & pro promotione ſua, & communi ſeruitio cameræ apoſtolicæ fecit multas expenſas: vult imponere ſubditis charitatiuum ſubſidium pro exoneratione dictorum debitorum: quæritur, an poſſit? Et dubium facit, quia ſuperiores non poſſunt imponere onera ſubiectis, niſi quatenus reperitur a iure permiſſum, 9. quæſt. tertia, conqueſtus. cum ibi allegatis: ſed in caſu noſtro non reperitur, ergo &c. ¶ item doc. dicunt, charitatiuum ſubſidium exigendum ab epiſcopo de conſenſu ſui capituli, & cleri. not. de cenſi. cum apoſtolus. Et addunt hoc fiendum, cum eſt euidens neceſſitas: ſic videtur in caſu iſto, vt non poſſit ſine conſenſu ſubditorum: Sed in caſu propoſito pro contrarium, licet in themate approbetur charitatiuum ſubſidium, quod tamen non eſt, & etiam poſſet exigi, & videtur in iſto caſu ſine conſenſu ſubditorum. Et ſi hoc haberet conſuetudo ordinis, iſtud eſſet clarum, vt dicto capitu. conqueſtus. & 18. q. ſecunda, ſeruitium. cum ibi not. Et idem ſi ceſſaret conſuetudo, cum hic agatur de expenſis neceſſarijs, & vtilibus factis pro prouiſione prælati qui præeſt toti ordini, & pro eis poſſet agere, & defendere, de iudi. cum deputati, & clem. prima, de reſcri. Dignum eſt, vt hi qui ſentiunt commodum, ſentiant & onus, vt in regula, qui ſentit: cum ibi not. de reg. iur. libro 6. vnde gerens negocia alterius, ſi vtiliter gerit, recuperat expenſas, 12. quæſt. 4. capi. 2. de fideiuſ. quod quibuſdam. ff. de nego. geſt. Pomponius. Hinc eſt, quòd monachus accuſans abbatem, cum gerat negocia mona. habet expenſas a monaſterio: de accuſ. ex parte. & idem in clerico ſeculari paupere: & idem in diuite obtinente. 2. q. 7. §. ex his. & hoc non eſt, niſi ex eo, quòd vtiliter gerit negocium eccleſiæ. Sed contra prædicta videtur facere c. vt prætentę. de elec. cũ ibi dicat, ꝙ expenſę factę ꝑ electione Patriarchę debẽt recuperari de his bonis Patriarchatus. Sed illud poteſt intelligi de expenſis, q̃ nõdum actum electionis concernunt, puta citãdo canonicos ad electionem, vel faciendo paramenta ad electionem: vel poteſt intelligi de bonis Patriarchatus, i. omnium eccleſiarum ſubiectarum Patriarchæ. Licèt Gof. exponat, id eſt ſpectantibus ad cameram Patriarchę: vt tamẽ ibi recitat Hoſt. per illam literam patriarchatus, & verbum totaliter, quod ſecundum eum põt exponi, i. cõiter, vel a toto patriarchatu, dicit Hoſt. ꝙ potius ipſę expenſę ab omnib. de patriarchatu ſoluẽdę ſunt, ſeu ab omnib. contribuendum eſt: alie. de ꝓſum. mãdata. Nam & neceſſitate ſuperueniente vẽ charitatiuũ auxilium poſtulandum, de cẽſi. cum ſecundũ. ver. inhibemus. Cauendum tamen ſecundum eũ, ne pauperes compellant, nec diuites inęqualiter aggrauent: de cenſi. licet. & c. procurator. & de of. or. cõquerente. Et eſt rõ, quia quod oẽs tangit &c. de offi. or. ad hoc. cum ergo omnium interſit bonum prælatum habere, quia integritas paſtoris ſalus eſt ſubditorũ, 61. di. miramur. ſubdit, puto quòd ſi conſuetudo appareat, ſeruanda eſt, quia eſt optima legum interpres, de conſue. cum dilectus. ſi non appareat, ſatisfaciat in menſa, cuius principaliter intereſt, niſi graues ſint expẽſæ, quo caſu per iura prædicta dicimus contributionem faciẽdam, quæ potiſſime tangit canonicos. de præſcr. cum non liceat. & eſt expreſſum de teſta. requiſiſti. §. ſecus. de ſtatu regu. in ſingulis. & expreſſius de præſcrip. accedentes. Poſui verba Hoſtienſ. ad literam, vt mihi apparet, libenter dixiſſet de iure teneri omnes ſubiectos ſalua conſuetudine. Et ſi hoc in clericis ſecularibus, fortius in religioſis ſubditis, quia licet ratione adminiſtrationis habeant velle, vel nolle, tamen illud propter bonum obedientiæ debent ſuo ſuperiori conformare, 8. q. j. ſciendum, & vt concludam. Primo dico conſuetudinem attendendam. Secundo ceſſante conſuetudine, ſi prioratus habet bona diſtincta ſpecialiter pertinentia ad menſam prioris, & illa ſufficiant, de illis debet ſatisfieri. Si non ſufficiunt, vel nulla bona habet de bonis ſui capituli eremi, quibus non ſufficientibus, tunc de bonis totius ordinis communiter debet fieri ſolutio. Et quia præſupponitur, quòd prælati totius ordinis conueniunt in electione prioris cum capitulo eremi: Et ſic quãtum ad electionem cenſentur pars capituli, ideo ipſi electores tenentur contribuere vnà cum dicto capitulo iuxta eorum facultatem, & hoc de rigore iuris, quia aut tanquam charitatiuum ſubſidiũ petitur, vbi neceſſitas ſubeſt poſtulari, dico quòd ad hoc omnes tenentur, quod per priorem generalẽ cõmunicato conſilio cum fratribus eremi, illud toti ordini imponendum fore, & nolentes ſoluere, & ſi non

ſint

ſint eligentes poterunt compelli ad id ſoluendum. Et per hoc reſpondetur ad ea, quæ videntur ſupra facere dubium. Gaſ.de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Munus cuſtodiæ qui debeant: & an tale munus ſit perſonale.*
2 *Munera perſonalia debentur, vbi domicilium habetur.*

CONSILIVM IIII.

1 HABET caſtrum villas, in quibus † die noctuque habitant homines, qui habent in caſtro domos, vbi recondunt blada ſua, & tempore guerræ ſe reducunt, vel alio tempore ſi eis placet, & ſoluunt collectas & alia onera cũ hominibus caſtri. Et quia in caſtro fiunt cuſtodiæ de die & de nocte, petunt homines caſtri, vt illi contribuant ad expenſas cuſtodiæ: quæritur, an debeant? ¶ Dubium facit, quia munus cuſtodiæ eſt perſonale, vt l.1. in princip. & l. munerum. in princi. §. inter. & §. hi quoque, & ibi not. ff. de mune. & hono. & ſic videtur iſtos non habitantes non teneri: ad hoc argu. iurium prædictorum. Sed rectè ponderato themate & mente iurium contrarium videtur. Nam dicitur, quod iſti ſunt ſubditi caſtro: ergo cum eis conferunt etiam ad munera perſonalia: probatur in l. 1. in prin. ff. ad muni. & l. in municipes. §. fin. & l. incola. eo. titu. hoc etiam ſuadet ratio naturalis: Nam participes commodi debent eſſe participes oneris, vt regula qui ſentit. cum concor. de reg. iur. libro ſexto. Nam homines dictarum villarum habent commoda dicto caſtro cõceſſa. Item gaudent commodo dictarum cuſtodiarum, cum habeant domos in caſtro, vbi recondunt fructus ſuos & perſonas quocunque tempore voluerint. Item non eſt eis multum incommodũ, ſi veniant ad faciendas dictas cuſtodias, cum non multum diſtent a dicto caſtro, vt l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign. Et hoc etiam ſuadet, quia homines, qui ſunt in caſtro habitantes, non ſufficiunt ad cuſtodiam caſtri. Franc. de Rampo.

Alius idem, quia iſti recondunt ibi fructus, & ibi ſe conferunt, quando volunt, & ex hoc videntur ibi habere domicilium, licet in villa ruralia exercendi cauſa conuerſentur, vt l. eius. §. ſi quis negocia. ff. ad munic. facit de fo. comp. ex parte B. Item quia homines dictarum villarum reſpondent in omnibus oneribus cum dicto caſtro, & in omnibus iuriſdictionalibus: licet igitur extra habitent, non excuſantur a muneribus etiã perſonalibus etiam dicti caſtri, vt colligitur ex no. per gl. in l. eſt uerum. C. de incol. lib. 10. Nec ob. ſi dicatur quod ſola domus non facit quem habere domiciliũ, vt l. libertus. §. ſola. ff. ad munici. & l. cum neque. de incol. C. nam notanter ibi dicitur, ſola domus vel poſſeſſio: nam hic non eſt ſola domus, ſed ad habitãdum quando voluerint. Item cauſa refugij cum timentur guerræ: vnde vr, ꝙ cum cõiter ſimilem vitam habeãt in omnibus cũ hominibus dicti caſtri, ſimilem in legibus ſentiant diſciplinã: de ſta. reg. recolentes. ſufficiat enim, ꝙ continuè inhabitent in territorio vel in caſtro, quando volunt, vt hæc potentia in habitu idem operetur quod potentia in actu, de reſtitut. ſpoliat. Piſanis. & c. non ſolum. de appel. lib. vj. Item quia generalis conſuetudo circũſtantium caſtrorum habet, quod homines villarum in ſuis caſtris faciant cuſtodiam: vnde iſti debẽt oſtẽdere, quo iure ſunt immunes: alias ſequi debent generalem cõſuetudinem: ad hoc quod not. Innoc. de offic. archid. dilecto. Pet. de Anchar.

2 † Ad idem Gaſp. de Calder. dicens, quod dubium facit, quia cuſtodia caſtri eſt munus perſonale, vt l. muneri. § ſed cura. & §. hi quoque. ff. de mu. & hon & dixit Hoſt. in ſumma, de immu. ecc §. j. ver. mere. Et munera perſonalia quis ſubire debet in eo loco tantum, vbi habet domicilium, i. vbi quis continue habitat, vel maiorem partem anni, ff. ad munici. l. municipes. §. miles. C. vbi ſena. vel clariſ. l. 2. per quam legem dicit Innocen. in c. ex parte B. de fo. compe. ibi, quem habere domicilium, vbi habet maiorem partem bonorum, vel larem, vel ſaltem ſi nil habet, tamen aſſidue conuerſatur: ſubdens, quòd ſola domus non conſtituit domicilium, ff. ad muni. l. libertus. & ſufficit prædictorum alterum, vt not. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. Ad id quod dixi de muneribus perſonalibus, bene facit de paro. c. ſi. Et ſic cum iſti continuè in caſtro non habitent, non videntur teneri: ſed contrarium puto, primo, quia ſubſunt iuriſdictioni dicti caſtri, ergo tenentur ad munera perſonalia ibi occurrentia, & maxime ordinaria, C. de mu. patri. l. 2. lib. 10. vbi hoc eſt expreſſum: & in l. nec prodeſtaſiæ. eo. tit. vbi dicit glo. quòd prodeſtas eſt munus, quod dabatur ei qui præerat ſacerdotio. Nec dicat aliquis, quòd illa lex loquatur de munere reali, cum de perſonali loquatur, quæ etiã iuxta facultatem patrimonij indicitur. Et ibi not. ſuper rub. & iſtæ cuſtodiæ, quia fiunt quotidie, munus ordinarium dici debent, C. de indic. l. 1. lib. 10. Item quia iſti conferunt ad omnia alia munera cum illis de caſtro: ergo & ad iſtud tenentur, quia non debet diuerſo iure cenſeri eadem res, vbi diuerſitatis ratio non oſtenditur, 12. q. 2. cognouimus. de deci. ex parte. Ad idem quod eſt dictum de conſuetudine generali aliorum caſtrorum. Item quia ipſi vocantur ad concilium caſtri, & ſic ſunt de corpore caſtri. Si enim non eſſent de corpore, non vocarentur, de elec. quod ſicut. & c. quia ꝓpter. Itẽ quia participãt cõmodis: ergo & onera ſuſtinebũt, cle. 1. de cẽſib. Itẽ quia hñt domos in caſtro pro maiori parte: ergo tenẽtur, licèt ſit alienigena, C. de mune. patri. ſuper rub. Itẽ propter conſuetudinem aliorum caſtrorum, quæ conſuetudo eſt fauorabilis reipublicæ: ergo extendenda, iuxta no. de offi. Archi. c. ſi. Et per hoc eſt reſponſum ad contraria ſ. inducta. Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus domino ad collectas non tenetur.*

CONSILIVM V.

1 AN dominus poſſit imponere † collectas vaſallo? Et dicendum eſt ꝙ non, quia vaſallus non tenetur domino vltra contenta in fidelitatis iuramento: quia ſicut vaſallus domino ad illa, quæ in dicto iuramento cõtinentur, eſt obligatus: ita & dominus vicem reddere debet vaſallo, 12. q. 5. de forma. & in lib. ſeu. de forma fidelitatis. c. vno. & tit. ſequenti. c. vno. Ex quibus patet domino ratione feudi vaſallum collectare prohibitũ. Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Muneris perſonalis diffinitio.*
2 *Feneratores ad perſonalia & mixta tenentur munera.*

CONSILIVM VI.

QVIDAM ciues Imolenſes & in ea habitantes habent poſſeſſiones in caſtro, quod olim erat ſubiectum Imolæ, nunc Bononiæ, compelluntur ſoluere onera ab hominibus dicti caſtri: quæritur an poſſint? Dico, ꝙ ad onera perſonalia ſoluenda in dicto caſtro compelli non debent, etiã dato ꝙ ibi poſſeſſiones habeant: qđ probatur ex diffinitione muneris perſonalis, cui eſt ſtãdum, vt l. 1. §. dolum. ff. de dolo. & Lois diffinitio. ff. de

reg.iur. quæ diffinitio conuertibilis eſt cum ſuo diffinito, vt in dictis iuribus: & aliquo poſito, quod ceſſet, & non conuertatur, deſtructa eſt diffinitio, vt not. in
1 l.prima, ff. de teſtam. † Diffinitur autem munus perſonale, quia eſt, quod corporibus cum labore, & cum ſolicitudine animi ac vigilantia principaliter extitit inductum, vt eſt text. ad literam in l.prima. §.illud. & l.fina. §.primo. ff. de mun. & hon. Sed qui non eſt incola prædicti loci, ad ea non tenetur, l.libertas. §.ſola.in princip. ff. ad municipales. Item perſonalia munera cõpetunt proprie ratione domicilij, vel ratione originis, vt dicto § ſola. & l.cum neque. & l.priuilegio. C. de incol. libro 10. Cum ergo præſupponatur iſtos eſſe ciues & habitatores Imolæ, non poteſt dici eos teneri ad munera, quæ introducta ſunt in loco, ſiue caſtro, vbi quis poſſeſſiones habet. Et idem facit, quia ſicut perſonalis obligatio nõ ſequitur fundum, vt l.prima, §.ſi heres. ff. ad Trebellia. & Inſtitu. de act. in princip. ſic perſonale munus non ſequitur poſſeſſorem fundi. Et ideo dixit text. quòd ſola ratio poſſeſſionis non eſt idonea ciuilibus muneribus, & perſonalibus iniungendi, vt dicta l.libertus. §.ſola vbi videtur eſſe caſus. ff. de mune. & hono. Nam priuilegium conceſſum ciuitati de muneribus imponendis non extenditur ad eos, qui ſolum prætextu poſſeſſionis poſſent ad munera patrimonialia conueniri: igitur nec conſuetudo talibus obſtat, quia eſſet contra legem: niſi forte eſſet, legitimè præſcripta; & in contradictorio iudicio obtenta, vt C. quæ ſit long. conſue. l.prima. Ad perſonalia ergo compelli non poſſunt, quæ inhærent perſonæ, vt l.prima, §.illud. ff. de mun. & hono. De muneribus verò mixtis dico, quòd incola, & ciuis conſtituitur ratione domicilij, vt l.pupillus. §.incola. ff. de verborum ſignifica. l.ciues. C. de incol. libro 10. Item origine propria, vel paterna; & manumiſſione, & adoptione, vt l.filius. C. de mun. & hono. & l.ciues. C. de incol. libro 10. & allectione; id eſt delectatione alicuius honoris: non autem poſſeſſio ſola, nec domus facit, quem incolam, vel ciuem, vt dicta l.libertus. §.ſola. ff. ad municip. & l.cum neque. & ibi Barto. C. de incol. Hæc autem onera mixta imponuntur perſonæ pro rebus, vt l.fina. §.mixta. ff. de mune. & hono. Vnde dico, quòd de iure communi ceſſante conſuetudine, vel priuilegio a talibus oneribus excuſatur: quod probo: Aut perſona eſt cauſa immediata muneris mixti imponendi: & tunc nullo modo tales obligantur, vt l.incola. ad municipa. l.ſemper. §.priuilegia. & l. hi qui, de iure immu. Et veritas eſt, quod collecta, quæ eſt muneris mixtum, imponitur perſonæ pro rebus, vt l. reſcripto. §.fina. & ibi not. ff. de mune. & hono. Et ad hoc vt onus mixtum imponatur, oportet, quod perſona, cui imponitur, ſit ſubdita, vt ibi patet, ergo iſtis non ſubditis imponi non poteſt. Aut res ipſæ ſunt cauſa immediata huius oneris: & illud eſt falſum, quia illa propriè pro capitibus imponuntur, vt not. in l.filij § fina. & infra dicam. ff. ad munic. Vnde ratione rei principaliter non imponitur collecta, ſed imponitur perſonæ, vt not. in l.cum neque. C. de incol. Nam & ſi imponeretur collecta foreníibus, quia non ſubditi, vel ratione originis, vel ratione domicilij ad illa non tenentur, vt l.reſcripto. §.fina. ff. ad municip. ergo res non eſt proxima cauſa. Aut vtrunque, & tunc in dubio debemus iudicare magis accedere perſonæ illud onus, quia perſona eſt dignior rebus, l. fina. C. de ſacroſan. eccle. l. in pecu. ff. de vſur. tamen quia res accedunt perſonæ, & non econtra, vt dicta l. in pecudum. Item quia eſt onus, igitur reſtringendum, ideo ad hæc mixta tales ad onera mixta ratione poſſeſſionum compelli non poſſunt: not. glo. in rubrica, C. de incolis. lib. 10 in glo. magna: circa finem. Et in caſu noſtro minus eſt dubium, quia illa lex loquitur in illo, qui eſt incola. Item prædicti ciues habent animum ſtandi Imolæ, igitur ibi tenentur ad onera, & non alibi. Conſequentia probatur per l.eſt verum. C. de incolis. l.pupillus. §.incolæ. de verborum ſignific. l. faciunt. & l.libertus. §. poſtli. ff ad municipa. nec ſola habitatio in loco facit quem ſubire debere munera perſonalia, ſiue mixta, vt dicta l.verum. & in iuribus ſupra allegatis. Item quia collectæ, quæ imponuntur ratione mixti muneris, non reſpiciunt ſolam poſſeſſionem, ſed domicilium: pro hoc alle. caſum ſecundum Dy. in l.filij.
2 § ſi ff. ad muni. † Nam illi, qui fœtus exercent, tenẽtur ad munera perſonalia, & mixta, & tanquàm poſſeſſores, & ſi ibi non poſſideant: vbi aduerte, quòd ille tex. intelligitur, quòd ibi ratione domicilij dicitur conueniri, & ſic non loquitur, quòd teneatur tanquam poſſeſſor, vel finis, quòd teneatur tanquam poſſeſſor de patrimonialibus tantum teneretur: & tunc eſſet argu. pro parte iſta a contrario. Præterea iſti ciues aliquo modo non ſortiuntur forum in iſto caſtro, vt ratione domicilij, vel originis teneantur, ideo non tenẽtur, vel alia ratione, vt l.ciues. C. de incolis. & l.prima, & ſecunda, eodem titu. lib. 10. & l.ordine. §.fin. & l.libertus. §.ſola ad municip. Item probatur alia ratione, priuilegium conceſſum ciuitati, vt quis compellatur ad munera ſubeunda, non extenditur ad eos, nec eos obligat, qui ſolum habent poſſeſſionem in loco, vbi priuilegium eſt conceſſum, vt l.priuilegio C. de incol. libro 10. & l.libertus. §.ſola. ff ad municip. Immo quod plus eſt, origo materna, vel ſola poſſeſſio, vel ſola habitatio non facit quem talia munera ſubire: & ſic patet, quòd ad perſonalia, & mixta iſti non tenentur. Ad munera verò realia ratione poſſeſſionum ibi ſitarum bene tenentur, & quæ ſint illa, habes exemplum in l. prima. & ſi. §.j. & quaſi per totam illam l. de mune. & hono. ff.

Fran. de Ramponibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus recipiens cenſum eccleſiæ ſic conceſſæ per prædeceſſorē, ... videtur conceſſionem approbare.*

CONSILIVM VII.

AN facta cõceſſione eccleſiæ per epiſcopum ſub ſolutione annui cenſus, ſi ſucceſſor epiſcopus recipit cenſum, poſſit venire cõtra illã conceſſionem? Et vr, q non, quia recipiẽdo cenſum, vr illã conceſſionẽ approbare: ad quod facit ... non. ... Papæ. & de re iud. cum inter vos. & de reb. eccle. non alie. ſi quis. Ex quo ergo illud approbauit, impugnare non poteſt, ar. regulæ ex eo, quod, & quod ibi no. de reg. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſi poſſit vna die viſitare, non debet in aliam diem protelare.*

CONSILIVM VIII.

1 ECcleſia cathedralis eſt regularis, † & habet præpoſitum, & capitulum, qui habent bona diſtincta ab epiſcopo. Item in dicta eccleſia inſtituitur vnus capellanus perpetuus ad certum altare, vbi tenet euchariſtiã pro populo, & habet baptizare, & alia, quæ pertinent ad curam expedire: & ob hoc habet ſuã prouiſionẽ p ſe. Epiſcopus vult vna die viſitare ꝑpoſitũ, & capitulũ, & procurari: Alia die vult viſitare capellanũ rõne curæ, & populi, & procurari, & tñ ambos poſſet vna die viſitare: Quærit, an poſſit? Puto honeſtũ, q ex quo epiſcopus põt vna die viſitare commode ambos, q id deberet facere cũ habeat

viſitationem

viſitationem expedire quanto congruentius poteſt ſine grauamine ſubditorum, 10.q 3.cauendum. & ca. ſeq.de cenſi.cum apoſtolus. ne de cupiditate vel auaritia arguatur, 10. q.j.relata.facit 18. q. 2. viſitandi.de cenſi.Felicis.lib.6.ſed ſi non vult vna die hoc expedire, cum dictus vicarius non ſit de corpore capituli, ſed eius beneficium ponitur perpetuum & ſeparatum, poterit vtranque viſitationem diuerſis temporibus expedire, ſi vtrinſque per ſe facultates ſufficiunt: ad hoc 10. q.3.inter cętera. ibi, amplius quam vna die per vnamquamque &c.ergo ceſſante grauamine, vna die vnam viſitare, alia die aliam, vt indultum a iure beneficium viſitatori non auferatur. 23.diſt. de his. & c. paſtoralis. de his quæ fiunt a præla.In fi.Ad idem 10. q.3. capitu. fi. vbi, vniuſcuiuſque loci epiſcopo &c. quod prima facie videtur contra ſe æquiparando locorum diuerſitatem & perſonarum, quod licet: de reli.do.c.fi.bene probat quod eſt dictum. Item beneficium dicitur locus, 13. q. 3. placuit. de fo. compe. ſi diligenti. ergo diuerſa beneficia recte dicuntur diuerſa loca: ad idem de cenſi.c.j.primo reſponſo. li. 6. vbi capitulum ponitur pro vno loco vel perſona, qui vel quæ debet per ſe viſitari. Fateor tamen, quòd in talibus conſuetudo eſt ſeruanda, de cenſi.ſuper eo.cum ſimi.

Io. Cal.& Pau.de eleaz.

CONSILIVM IX.

AN ſi fratres ordinis ſeruorum, qui ſunt exēpti quo ad eccleſias acquiſitas & acquirendas, de nouo acquirunt eccleſiam. debeant ſoluere cum clero collectas pro illa eccleſia? Vide ſupra de regu.conſilio 18.

SVMMARIVM.

1 *Fratres ordinis ſeruorum an teneantur archiepiſcopo ratione viſitationis contribuere.*

CONSILIVM X.

1 AN fratres ordinis ſeruorum Fauentię † poſſint compelli ad cōtribuendum cum clero in procuratione ratione viſitationis debita archiepiſcopo Rauennati? Et dicitur ꝙ nō, quia procuratio eſt debita ratione viſitationis. de præſcrip.cum ex officij.de cenſi.romana.§.deinde. lib.6. & vbi principalē nō hēt locū, nec acceſſoriū, vt in r͞la acceſſoriū, de reg.iu.lib.6.Sed viſitatio loci dictorū fratrū nō ſpectat ad dictum archiepiſcopum nec ad epiſcopū Fauē. ergo procuratio non eſt debita. Nam viſitatio ſpectat ad generalem dicti ordinis per modum cōceſſionis, excluſo ordinario, vt patet in priuilegio Alexādri: ergo procuratio non eſt debita origo, & ſic etiam prior generalis inconcuſſe ſeruauit, vt ipſe ſolus abſque ordinario viſitaret. Et ſic pręſcripſit hoc ius, qđ eſt præſcriptibile, de præſcrip.auditis.& c.de quarta. & c.veniens.de priuile.cum perſonæ.li.6. Et ſic concluditur, eos compelli non poſſe.

SVMMARIVM.

1 *Fratres ſeruorum an poſſint ab ordinario viſitari.*

CONSILIVM XI.

1 QVAERITVR, an ordinarij poſſint† viſitare fratres ordinis ſeruorum, cum habeant priuilegium Alexandri inter cętera continens: Tibi tuiſque ſucceſſoribus auctoritate præſentium indulgemus, vt tu ijdemque ſucceſſores tui cęteros priores & fratres ordinis ſeruorum ſanctæ Mariæ ordinis ſancti Auguſtini vobis ſubiectos iuxta eiuſdem ordinis inſtituta corrigere, ac alia circa eos, quæ ad veſtrum ſpectant officium, exercere: & ea alijs veſtris fratribus cōmittere ad hoc idoneis, quoties expedierit, liberè valeatis &c. Allegant etiam præſcripta: Reſpondeo ad iſtud vltimum. planum eſt viſitationem poſſe præſcribi per ſubditum nomine alterius contra epiſcopum, nec eſt iſtud præſcribere cōtra obedientiam, ex quo ad alium iure præſcriptionis ſpectat viſitare: & hęc ſtant ſimul, plures poſſe viſitare, ergo epiſcopus non. Gaſ.de Calde.

Probatur hoc de præſcrip.cū ex officij.& c. auditis. & c.cum olim.de relig.do.cū dilectus.Et per hoc tollitur cōtrariū c.cū nō liceat.de pręſcri. vnde iſtud priuilegiū ſi per ſe nō ſufficeret, tamē cauſaret titulum pręſcribendi, de priuile.cum perſonæ. lib.6. Et ſi præſcriptio eſſet tanti temporis, quòd de initio non eſſet memoria, non requireretur tituli probatio, de præſcri.c.j. li.6.Sed idem dico ex ſolo priuilegio: nam viſitatio fit ad correctionem: patet 10.q.j.placuit.de cēſi. ꝓcurationes.eo. ti. romana. §. ſane. lib. 6. de ſta.mo.in ſingulis. & cap.ſeq. vnde cum priuilegium iſtud ſit lex priuata, 3.di. priuilegium.& debeat aliquid conferre contra ius commune, de verb.ſig.abbate. alias eſſet inutile contra id de transla.præla. capitu. fi. Sed ſi diceretur epiſcopum poſſe viſitare, dictum priuilegiū nihil concederet contra ius commune, cum ſine tali priuilegio prior generalis ſeruorum poſſit de iure communi viſitare fratres cōuentuū ſui ordinis, vt eſt notū. Nec pōt dici, ꝙ priuilegium prædictū cōcedat, ꝙ dictus prior generalis faciat id primo loco. Quia cum iſtud conſiſtat in facto ſingulari, debuiſſet exprimi in priuilegio.ar.eorum quæ habētur de offi archi.c. fi. & quæ not. de offi. or.paſtoralis.§.j.coniuncto c.j.de conſti.li.6.Per quam decre.coniuncta etiam ratione prædicta reſponderetur, quòd etiam per priuilegium iuri epiſcopi non intendit Papa derogare, de priuile. paſtoralis. cum ſimi. Quia illud fateor de iure ſingulari, quod reſpicit factum, eo quòd illud præſumitur ignorari: ſed ius commune non præſumitur ignorari, ideo ſine alia expreſſione illud tollit etiam per priuilegium, niſi eſſet ius commune, quod haberet clauſulam derogatoriam: tunc enim de certa ſcientia Papę concedentis contrarium oporteret conſtare. Ad idem inducitur, quia per viſitationem peruenitur ad correctionem, vt probant iura ſupra inducta. Conceſſa ergo poteſtate corrigendi, per conſequens videtur conceſſa poteſtas viſitandi tanquàm præambula & connexa, j. quæſtio. j.ſicut Chriſtus.3.quæſtio.6.hoc quippe.de offic.delega.præterea.cum ſi.Item ex quo viſitatio fit propter correctionem, vt eſt dictum, ad eam debet trahi tota virtus priuilegij, vt eſt expreſſum de regu. licet. de priuilegiis. vt priuilegia.cum ſimi.Iſtud coadiuuat clauſula priuilegij, vbi dicitur, quoties expedierit libere valeatis. Per quæ verba infertur, quòd ſi epiſcopus vellet viſitare, & generalis eodem tempore, ſi non præferretur epiſcopo.nō habet liberā poteſtatē: & idē ſi diceretur qđ ſimul.Item ſi in caſu negligērię id ad epiſcopū pertineret: quia tūc vel priuilegiū eſſet inutile in effectu, cōtra id quod ſupra probatū eſt: vel debuiſſet hoc exprimi, vt ſupra declaraui. Ad p̄dicta bene facit de reſcrip.c.j. de præbē.de multa.ver.is quoque. Et dicta decre. licet. de regu. licēt in alijs caſibus loquatur. Io. Cal.

Ad idē alius doc.dictus dominus Theobaldus.inducēs, ꝙ hæc dictio, corrigas: habet in ſe cauſæ cognitionē. & pōt ille, q habet poteſtatē corrigēdi, amouere ab adminiſtratione, de accu.ad petitionē.de ver.ſig.q̄rēti.& ibi no.de reſcri.dilectus.de re iud.cū I. & A. & cenſurā eccleſiaſticam exercere.de offic. deleg. ex literis. Item quādo Papa ſpiritualiter committit vni certo certum negocium cognoſcendi vel terminandi, illud reuocat ab ordinario loci, de offic. lega. prudentiam. in fi.

in fi. Et reuocat a legato generali, de offi. deleg. ſtuduiſti. vnde cum prouiſum ſit per papam iſtis fratribus de perſona generalis prioris, ſunt exempti in his ſuper ipſorum correctionem, vt in iurib. ſupra dictis, & de of. or. cum epiſcopus. li. 6. & ibi no. Arch. in gl. hic quæro.

Thcobal.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus bona eccleſiæ æſtimari permittens, an ſit periurus.*

CONSILIVM XII.

1 STatuto laicorum cauetur, ꝙ omnia † bona æſtimentur, & deſcribantur in libro cõis, vt ſoluant collectã iuxta taxã. An prælatus, qui iurauit nõ alienare inconſulto Ro. Pontifice, dicatur periurus, ſi conſentit dictæ æſtimationi? Et videtur ꝙ ſic, quia conſentiens actui, & permiſſiue, quem prohibere põt, tenetur ex illo, 83. di. c. j. & c. error. & c. conſentire. 2 q. 7. negligens. 11. q. 3. qui conſentit. de of. del. c. j. cum ſi. Si ergo talis prælatus conſentiret, facere videtur iuris interpretatione: at per ſubmiſſionem talium bonorum videtur ſaltem largiſſime fieri alienatio, de re. ec. non ali. nulli. vbi dicitur, ꝙ hoc verbum in hac materia continet conditionẽ, ideſt cum prędium conſtituitur tributarium. ergo &c. Et ex facto ſic accedit, quia ponitur, ꝙ facta æſtimatione bonorũ, ipſa bona ſint & intelligantur dictis oneribus ſubiecta. Item non eſt dubium, ꝙ in hac materia aſſentiens tenetur, 12. q. 2. non liceat. ibi, aſſentator &c. Et probatur ex mente c. ſi quis presbyterorum. de re eccl. non ali. Et ſic talis cõſentiens videtur puniendus pęnis iuris cõis. Item quòd id ſit prohibitum ſaltẽ ſine Papæ licentia. patet, cum eis ſit prohibitum talia ſoluere abſque eius licentia, de immu eccl. aduerſus. ergo aſſentire tali æſtimationi eſt prohibitum, per quam æſtimationem ad dicta onera peruenitur, vt patet ex themate, de procura. tuæ. Item hæc ſubmiſſio expreſſe videtur prohiberi. de re. eccle. non alie. c. 2. lib. 6. vt patet ex verbis ibi poſitis. Item in conſtitutione Benedicti ſub rubrica, de mutuis, & venditionibus: ſub rubrica, de fict. & dolo contractibus: prohibetur omnis contractus, per quem damnificari, grauari, obligari, impediri, ſeu reperire poſſunt iura redditus ſeu bona dictorum monaſteriorum. Ex quibus patet, quòd tales incurrunt pœnas dictarum conſtitutionum, & iuris communis.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Fratres tertij ordinis ſancti Franciſci an admittant viſitatores.*

CONSILIVM XIII.

1 APparet reſcriptum Innocen. 3. directum † miniſtris prouincialibus ordinis fratrum minorum per Italiam & regnum Siciliæ conſtitutis, inter cętera continens ſuper viſitatione fratrum de pœnitentia tertij ordinis beati Franciſci: Nos eorum precibus annuentes, diſcretioni veſtrę pręſentium auctoritate mandamus, quatenus ipſis opportunis temporibus per vos, & fratres veſtros ad hoc idoneos viſitationis officium impendentes, & inſtruẽtes regularibus diſciplinis corrigatis, & reformetis ibidem tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noueritis indigere. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam &c. Exhibetur exinde approbatio illius regulæ fratrum de pœnitentia facta per Nico. Papã 4. Pontificatus ſui anno 2. in quo poſt multa continetur: Ad hoc miniſtri, & fratres ac ſorores ciuitatis, & loci cuiuslibet ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel eccleſia, vbi locus huiuſmodi contigerit adeſſe, cõueniãt, & viſitatorem habeant ſacerdotem, qui alicuius approbatæ religionis exiſtat. Qui que illis de commiſſis exceſſibus iniungat pęnitẽtiam ſalutarem, nec quiuis alius poſſit eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere: & poſt pauca conſulimus, vt viſitatores & reformatores de fratrum minorum ordine aſſumantur, quos cuſtodes vel guardiani eiuſdem ordinis, cum ſuper hoc requiſiti fuerint, duxerint aſſignandos &c. ¶ Quęritur, an viſitatio cõpetat fratribus minoribus, inuitis ipſis fratribus de pęnitentia? Et dicunt fratres de pęnitentia, ꝙ non, quia ſi literæ conceſſæ fratribus minoribus fuerunt iuriſdictionales, re integra expirauerunt morte concedentis: de reſcrip. ſignificauit. de offi. dele. gratum. de teſti. cum veniſſent. de offi. dele. c. fi. §. officium. lib. 6. Si autem ſunt literæ gratiæ ſiue priuilegij & tunc licet ſint perpetuæ de ſui natura, tamen contra has ſpatio 40. annorum præſcribitur. de priui. ſi de terra. & c. accedentibus. Et no. in Spe. de inſtru. edit. §. nunc vero. verſi. Item opponitur, quòd priuilegia. & ver. ſequenti. Item propter priuilegium Nicolai poſtea eis conceſſum, quod tria facit, Primo, quia his fratribus concedit poteſtatem eligendi ſibi viſitatorem regulæ approbatæ, per quod videtur omnem neceſſitatem excludere, ff. de leg. 2. vnum ex familia §. j. Secundum, quia prohibet vniuerſaliter omnibus officium viſitandi, & ſic miniſtris fratrum minorum & alijs, ar. ff. de rebus dubijs. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. Tertio, quia cõſuluit &c. quod de neceſſitate non irrogat, ff. man. l. 2. in fi. & de admi. tuto. quidam decedens. Item nec ob. ſi dicatur, quòd contra priuilegium voluntatis non præſcribitur, ſecundum Vincen. quod placet Ber. de priuile. vt priuilegia. quia illud verum, ſi alibi ſunt vſi, vt ibi no. Hoſt. & ar. 16. q. 4. neque. & hic non conſtat, quòd alibi ſunt vſi: vel melius iſtud eſt neceſſitatis vel voluntatis, quod innuit verbum, mandamus. 14. q. j. quod percipitur. de ver. ſig. in his.

Io. Cal. & alius doc.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus exemptos non viſitabit.*

CONSILIVM XIIII.

1 EPISCOPVS Bononiẽ. vult viſitare † fratres militès glorioſæ virginis Marię de caſtro Britonum ſuę diœce. Quęritur, an poſſit? Et allegant dicti fratres quòd non, quia priuilegiũ reale tranſit cum re, de inſti. cum veniſſent. Sed illa eccleſia fuit ordinis Camaldul. qui habent priuilegium exemptionis conceſſum omnibus locis ſuis habitis & habendis, inter quæ loca erat dicta ſua eccleſia: ad hoc de priui. ne aliqui. libro ſexto. ¶ Nec obſt. ſi dicatur, quòd modò non ſit ordinis Camaldulen. quia eſt trãſlata ad iſtos fratres: quia priuilegia ſunt perpetua, 25. q. 2. capitu. j. de reg. iur. decet. lib. 6. cum concor. Contrarium aũt poſſet habere locũ in priuilegijs pſonalib. q̃ cũ perſona extinguuntur, de reſcrip. ſi gratioſe. lib. 6. Et ꝙ locus exemptus dato ꝙ transferatur ad alios non exemptos, non perdat priuilegium exemptionis, tenet Inno. de ope. no nunci. capitu. 2. & Ioan. An. de reg. iur. priuilegium. lib. 6. Item quòd iſti ſunt exempti, patet ex priuilegio apoſtolico, in quo Papa confirmat quandam electionem, narrans, quòd ideo confirmat, quia immediatè ſubeſt apoſtolicę ſedi: quę verba narratiua faciunt plenam probationem, cum ſuper illis Papa ſe fundet, vt in cle. j. de proba.

Gaſ. de Cal.

De baptiſ-

De baptiſmo, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi conceſſio facta a legato eccleſiæ baptizare non ſolitæ, an valeat.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN valeat conceſſio baptiſmi † facta per legatum habẽtem etiam ſpecialem adminiſtrationem eccleſiæ bono. quam fecit eccleſię Centi non requiſito conſenſu archipresbyteri & canonicorum plebis, in cuius plebanatu eſt poſitum caſtrum Centi, cuius homines conſueuerunt ferre pueros pro baptiſmo ad dictam plebem? Et videtur ꝙ valeat, quia legatus de latere poteſt omnia, quæ non ſunt ſpecialiter apoſtolicæ ſedi reſeruata, de offi. le. qđ translationem. Sed iſtud non videtur de reſeruatis, ergo &c. Præterea videtur epiſcopo licere, ergo & legato: tenet conſequentia, quia maius imperium habet legatus quàm epiſcopus, de elec. ſi abbatem. li. 6. Et ita arguit gl. de offi. le. c. a. lib. 6. Quod autem epiſcopo liceat, probatur, quia ſicut ſibi licitum eſt intra vnam parochiam aliam erigere. de eccl. ędifi. ad audientiam. el 1. ita & multo fortius in vna eccleſia baptiſmum erigere: probatur conſequentia per regulam, cui licet. de reg. iur. lib. 6. Et qui poteſt totum, & partem poteſt: de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. intentionis. Sed maior eſt totam eccleſiam cum omni iure parochiali de nouo ædificare, quàm partem iuris parochialis, ſcilicet baptiſma in vna eccleſia erigere. Sed his non obſtantibus puto conceſſionem, de qua quæritur, non valere. Et præſuppono primo, quod legatus de latere nihil poteſt contra iuris diſpoſitionem, niſi quatenus eſt ei permiſſum a iure vel ei commiſſum ſpecialiter a Papa: ratio eſt, quia inferior legem ſuperioris tollere nõ poteſt, vt in cle. ne Romani. de elec. ad hoc quod no. in Spe. de legato. §. ſupereſt. verſ. ſed nunquid legatus poteſt de aliqua. & §. nunc oſtendendum. ver. 54. Vnde cum canon prohibeat ſub vna terminatione plures eſſe eccleſias baptiſmales, 16. q. j. plures. ergo legatus non potuit contra iſtud ius facere dando baptiſma dicto caſtro Centi, licèt etiam reſeruauerit ius baptizandi plebi. ¶ Item hoc non potuit tanquam adminiſtrator eccleſiæ Bononien. ex ordinaria poteſtate, etiam poſito quod cauſa legitima ſubeſſet. Nam iſta conceſſio iuris baptizandi eſt quædam alienatio, quæ per epiſcopum fieri non poteſt ſine conſenſu eccleſiæ, cuius res alienantur, 12. q. 2. placuit. & quod ibi not. in ſumma: 10. q. 2. c. fi. & ſi dicatur, nihil alienatur, quia etiam plebi reſeruatur baptiſma. Reſpondeo, quòd imo eſt facta alienatio: quia ius, quod erat penès plebem inſolidum, modò eſt penès eam & aliam. Et de communi nemo dicit recte meum hoc, 12. q. j. §. ſi ergo. Vnde conſenſus legitimus archipresbyteri & canonicorum plebis & eorum tractatus debebat interuenire, qui hic non affuit. ergo, & c. 12. q. 2. ſine exceptione. & ibi no. in ſum. de re. eccle. non alienan. c. j. lib. 6. Vnde licèt cauſæ expreſſæ in conceſſione eſſent veræ, tamen ex defectu formæ non valuit. Præterea de hoc videtur caſus in c. tua. de his quæ fi. a præla. Imo nedũ de iuribus, ſed etiam de honorificentia vel honore: casus eſt de exceſ. præla. c. 3. & ſi dicatur, imo epiſcopus rem vnius eccleſiæ poteſt alteri dare, 16. q. j. eccleſiæ. licèt Hugu. ibi contra: tamen verum eſt, quia poteſt ex cauſa rationabili, & per conſequens vera, vt no. de relig. do. conſtituimus. de re. eccle. non alienan. c. j. tamen requiritur tractatus, vt eo. tit. lib. 6. & quòd vera debet eſſe cauſa, nec ſufficiat dictum epiſcopi, probat ibi tex. & glo. Imo requiritur euidens neceſſitas: & glo. in c. conſtituimus. dicit certa cauſa, quæ hic non apparet. Et ad prædicta facit, quod dicitur, quòd decretum ex falſa cauſa interpoſitum non valet ipſo iure, vt not. Inn. de dila. præterea. & de fil. presby. c. j lib. 6. cum ibi no. & patet in l. j. § hec verba. ff. ne vis fi. ei. Item legatus non poteſt ius vnius auferre & dare alteri inuito præla. Nam iſtud eſt ſolius principis, 9. q. 3. nunc vero. 12. q. 2. futuram. & pro hoc facit quod no. Io. legatum non poſſe ex generali mandato diſpenſare, 2. q. 5. quæ de cauſa. & probatur hoc optime de confir. vti. c. fi. vbi Ioan. And post alios tenet, quòd legatus non poſſit vnam eccleſiam alteri ſubijcere, vel perpetuam donationem facere: facit quod no. in Specu. de lega. §. nunc oſtendendum. ver. 11. ſic etiam conſuluit Feder. de Sen. conſi. 190 vbi dicit, quòd etiam legatus non poſſit in eccleſia collegiata alterare collegium faciendo illum religioſum. Idem etiam conſuluit. Io. And. de quadam vnione vnius hoſpitalis facta per legatum epiſcopatui Piſtorienſi. Et ſi mihi opponatur de opi. patris mei, qui tenet de confir. vti. c. fi. quòd legatus poſſit vnire menſæ epiſcopi eccleſiam: dico, ꝙ non ob. quia tenet, quando alteri non fit præiudiciũ: vbi autem fit præiudicium alteri, epiſcopus nec legatus aliquid poteſt. ad prædicta facit quod not. Inn. de conſti. quæ in eccleſiarum. Cum igitur iſta conceſſio præiudicet plebi quo ad oblationem candelarum. & aliarum rerum, quæ fiunt in baptiſmo, ergo non valet.

Gaſpar de Calde.

Incipit liber quartus, De ſponſalibus & matrimonijs, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia contracta per patrem pro filia ipſa ſciente, an valeant.*

CONSILIVM I.

1 PROCVRATOR Titij cõtrahit † ſpõſalia de futuro cum patre puellæ, dicta puella ſciente: Quæritur, an valeant, quia interrogata a patre dixit, faciatis quicquid vultis? Et dicitur quòd ſic, licèt enim virginalis pudoris non ſit ſibi maritum eligere, tamen de ſponſalibus recte conſulitur. Et ex tali reſponſione, quia vehementer præſumitur ſcire quid agatur, intelligitur conſentire, text. eſt, 32. quæſtione 2. honorantur. Et hoc maxime, ſi in præſentia filiæ pater promiſit procuratori illam tradere in vxorem: & hoc etiam probatur, quia præſupponitur, quòd filia & ille alius conſtituerunt procuratorem ad impetrandum diſpenſationem a Papa ſuper impedimento conſanguinitatis, quod erat inter eos: & ſic ipſa videtur ratificare ſponſalia contracta per patrem. Nam factis quis demonſtrat voluntatem ſuam, 22. quæſtione 5. cauere. de appel. dilecti. cum ſimi. & hoc confirmant munera hincinde tranſmiſſa; argu. eorum quæ not. de deſpon. impu. capitulo primo. § porrò. libro ſexto. & ſponſalia inter abſen-
2 tes contrahi poſſunt, de procura. capitulo fin. libro ſexto. & licèt poſſet opponi, quòd non teneat a principio propter impedimentum conſanguinitatis, tamen obtenta diſpenſatione Papæ, & data certificatione ipſis contrahentibus, & quia non fuerunt reuocata, conualidantur, quia præſumitur in primo con-
3 ſenſu perdurare, ex quo non reuocauit, arguo ien. de baptiſ. maiores. in fine. facit de conditio. appo. per tuas.

Gaſ. de Cal.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per minores contractum per quæ ratificari poſſit.*

CONSILIVM II.

1 QVAE requirantur ad hoc vt ſuperueniente † ętate legitima matrimonium cõtractum per minorrs ratificetur: nam per cohabitationem mutuam, oſcula, & amplexus, nominationem, & ſimilia facta ante tempora pubertatis poſt infantilem ætatem ſponſalia confirmantur, vt voluit gl. in c. literas. de deſpon. impu. ſed non matrimonium. Sed de talibus actibus interuenientibus poſt legitimam ætatem dubitatur, an faciant tranſire ſponſalia in matrimonium? Innocen. videtur voluiſſe, quòd talia ſigna, vel actus non faciant tranſire in matrimonium, niſi copula carnalis interueniat, vt no. de matrimonio contracto contra interdic. ecc. c. primo. Io. An. recitat contrarium in c. atteſtationum. de deſpon. impu. quod videtur placere ſibi per c. primũ, §. primo, eodem ti. lib. 6. ſed non videtur efficaciter hoc probare; quia loquitur de his, qui intendebant tempore inhabili contrahere matrimonium, quod expreſſerunt, vel verba apta ad matrimonium, quod licèt ætate prohibente non teneret vt matrimonium, etiam adueniente ętate legitima prohibente non teneret matrimonium, niſi per conſenſum legitimum expreſſum, vel alium modum &c. In caſu vero noſtro loquimur de his tantum, qui contraxerunt ſponſàlia tacite in principio, & ex poſtfacto continue durauerunt ſponſalia tacite in principio, & ex poſtfacto continue durauerunt ſponſalia: tamen licet glo. 30. q. ſecunda, c. primo, videatur velle, quòd cohabitatio mutua faciat tranſire in matrimonium. Et iſtud videtur placere Archi. in d. c. primo. de deſpon. impu. lib. 6. dicens, quòd pręſumitur ex illa cohabitatione perueniſſe eos ad copulam: & ſic videtur velle copulam principaliter pŏderandã. Immo nixus hoc caſu non ſufficeret, vt d. c. atteſtatio. Pręterea de hoc videtur caſus in d. c. de matrimonio contracto. facit c. ex literis. de deſpon. impub. & c. fin. de ſpon. quod ibi bene probat. & hoc aperte voluit Ioan. And. in dicto c. primo, ſuper ver. amplexata. Nec Hoſt. tenet ibi contrarium, ſi bene inſpiciantur eius verba, nec cap. primũ, de deſpon. impu. videtur contradicere prædictis. Io. de Ligna. & Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium in gradu quarto coniunctorum ſub conditione diſpenſatum, an valeat, conditione non ſecuta.*

CONSILIVM III.

1 LEgatus habens ſpeciale mandatum † ad diſpenſandum cum coniunctis in quarto gradu, diſpenſauit cum duobus, volens, quod in guerra, quæ tunc erat eccleſiæ, ipſi ſuis ſumptib. ſeruirẽt cum 10. barbutis per 10. menſes, alioquin volens dictam diſpenſationem nullius eſſe momẽti: facta iſta diſpenſatione, contraxerunt matrimonium, tamẽ nũquam ſeruierunt in illa guerra, quæ nunc eſt finita: ex his quæritur, an dictum matrimonium tenuerit: ſecũdo, an annulletur, ſi valuit, ex quo non ſeruauerũt formam diſpenſationis: Tertio, an legatus poſſit nunc dictum onus remittere, vt matrimonium validum remaneat? Præmitto, quòd matrimonium nunc poteſt eſſe in pendenti, ſed ſtatim aut valeat, aut non, vt probatur ex diffinitione matrimonij, quæ habetur 28. q. j. in prin. 27. q. 2. §. j. & c. cum initiatur. vbi eſt expreſſum: & ibi Hugu. & gl. Vnde ad primum dico, ꝙ ſi intẽtio legati fuit, ꝙ antequã prędicti contraherent, adimplerent dictum onus, tunc planum eſt, ꝙ contractus habitus inter ipſos non tenuit, qa ſecundũ prędictã intẽtionem predictus ordo fuit neceſſario obſeruandus, alias non valuit, quòd actum fuit dictę cõceſſionis ordine non ſeruato: de conſe. di. 2. in Chriſto patri. de reſcrip. cum dilecta. cum ſi. Item ſi talis fuit intentio legati, ſequitur, quòd contenta in dicta clauſula, volumus &c. conditionaliter intelliguntur: vnde diſpenſatio nullius eſt momenti, niſi prædicta conditio fuerit prius purificata, ff. de cond. & demon. qui hæredi. §. fin. de reſcri. ſi pro te. li. 6. de ſpon. & matri. c. primo, lib. 6. Quæ conditio debuit purificari, antequàm contraherẽt hi, cum quibus fiebat dicta diſpenſatio. Nec ſufficeret, ſi poſt contractum matrimonium adimpleretur dicta conditio, vt probant iura, quæ induxi ſupra in præſuppoſitione. Si vero fuit intentio legati, quòd adimpleretur poſt contractum matrimonium, tunc dictum matrimonium tenuit, nec deſijt tenere, licet dicta conditio non adimpleretur: quod probat euidentiſſime dicta pręſuppoſitio. Nec ob. clauſula, Alioquin &c. quia non poteſt extendi ad hunc caſum, 23. q. 2. quos Deus. 32. q. 7. hi qui. vnde non poteſt vitiari matrimonium, quod tenet quo ad ſui eſſentiam. Nam ad hoc, vt matrimonium reſcindatur ex cauſa, oportet, quòd cauſa talis ſit, quæ reddat perſonas inhabiles omnino ad cõtrahendum, vt patet in omnib. cauſis, quæ impediunt, & dirimunt matrimonium poſt contractum: & ſolet dici de conuer. coniuga. ex publico. Item illa, quæ ponuntur in dicta clauſula, Alioquin &c. ſonant in monitionem, vel modum in conditionem, & eorum defectus non reddit nullum, quod eſt factum, de elec. ſignificaſti. Et facit quod no. Inno. de præſum. c. ſi. & qđ no. de cond. app. c. verum. quod c. in fi. non ob. quia loquitur de his, quæ poſſunt eſſe in ſuſpenſo, & quando clauſula non addit contra ſubſtantiam contractus, vel quantum ad vitiandum contractum habetur pro non adiecta, ff. de precario. l. j. de procur. c. fin. æquiparando conſuetudinem, & diſpenſandi poteſtatem, quod eſt iuſtum, per no. in c. j. de conſue. lib. 6. ad prædictam interpretationem facit c. 2. de condi. appo. quod loquiẽ in matrimonio ſpirituali contracto per manumiſſum per profeſſionem, quod tamen non diſſoluitur, licet id quod adiectum fuit per manumittentem, ſeruatũ non fuerit per manumiſſum, immo fuit contrafactum, & tamen manumittens adiecerat, quòd ſi manumiſſus contrafaceret, redigeretur ad ſeruitutem. Et per prędicta eſt expeditum primum, & ſecundum quæſitum. Ad tertium dico, quòd legatus poteſt commutare id, quod iniunxit, quia per impoſitionẽ talis ſeruitij non fuit conſumpta poteſtas legati, quin illud poſſit remittere, vel commutare: ad hoc de præben. dudum. lib. 6. facit 36. q. j. de raptorib. dę voto. c. j. & quod ibi nota. & 81. diſt. presbyter. immo alterum de prędictis eſt opportunum, ex quo guerra, quæ tunc erat, omnino ceſſauit: vnde impoſſibile eſt illud adimplere: ad hoc ff. de poen. l. prima, in fi. ff. de in ius voc. l. fin. 12. q. 2. fraternitas. de mal. c. 2. Et bene facit quod no. in gl. fi. de elec. ſi compromiſſarius. lib. 6.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per verba de præſenti contractum inter minores, diſſentiente matre puellæ, an ſit dirimendum.*

CONSILIVM IIII.

1 MInor 14. annorum cõtraxit matrimonium † per verba de pręſenti cum exiſtente in nono anno, interueniente ſubarrhatione pacis oſculo, iuxta morem patriæ, interueniẽtibus quandoque donarijs, iocalibus, & alijs hincinde, &

de.& ſolutione partis dotis,& pluries petijt vir traditionem puellæ matre denegante illam. Quæritur, an vir poſſit cum alia contrahere,& matrimonium conſummare? Et dico quod non,licèt verba fuerint de præſenti,iuris interpretatione ſunt de futuro, vt eſt caſus de deſpon.impube.c.j.lib.6. Vnde per munuſcula poſtea facta vſque ad tempus 12.annorum,licèt cohabitatio ceſſauerit,illa tranſeunt in matrimonium de præſenti,quia conſenſus durare intelligitur, ar.c.de illis.de deſpon.impube.c.l.2. Et hoc placuit glo.in c.litteras.eo.ti.& c.a nobis.& de hoc eſt tex.co.ti.c.j.lib.6.in ſecundo reſponſo,ibi,vel aliquem modum alium. Et hoc ibi tenet Io.An.& de matrimonio contracto contra interdic.eccle.c.j.ſuper verb.amplexatus.licèt enim ſponſalia de futuro quo ad verba per amplexus oſcula vel munera,ſuperueniente ætate legitima, non tranſeant in matrimonium, tamen quando fuerunt contracta per verba de præſenti, bene tranſeunt: vtrobique no.Io.An.niſi ante ſuperuenientiam ætatis legitimæ fuerit ab eis receſſum tacite vel expreſſe, quia voluntas præſumitur perdurare, de baptiſmo. maiores. in fi. & quod ſuperuenientia maioris ætatis non faciat conualeſcere ſponſalia de futuro per matrimonium, patet,quia quod non eſt conſummari non poteſt: de deſpon.impube.ad diſſoluendum.& hic non ponitur aliquid,per quod fuerit receſſum a ſponſalibus.

Ioan.Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Verba conſenſus mutui de præſenti deſignatiua ſunt de matrimonij ſubſtantia.*

CONSILIVM V

1 VTRVM, verba deſignantia cōſenſum mutuum de præſenti, ſint de ſubſtantia matrimonij: Et dicendum eſt quòd ſic quo ad eccleſiam,vt eſt expreſſum in cap. tuæ. & c.tuas nos.de ſpō.hoc tenet Bar.brix.43.di.ſit rector.& idem tenet Io.an.in d.c.tuæ. & hanc opi. ſequitur Thomas,4.ſententiarum,27.q.2.articulo ſecundo:quia obligatio matrimonialis fit ad modum obligationis in contractibus,quæ fieri non poſſent,niſi contrahentes voluntatem ſuam verbis exprimant:facit l.j.ff.de verb. obli.22.q.j.ſi qui.& idem in matrimonio ſpirituali, de elec.eccleſia.el j.& c.in Geneſi.& in baptiſmo de cōſe. di.4.cum pro paruulis,vnde ſecundum Thomam oportet,quod conſenſus faciens matrimonium verbis exprimatur, dicens, quod verborum expreſſio ſe habet ad matrimonium,ſicut ablutio exterior ad baptiſmū. Nec ob.ſecundum eum,quod votum obligat quo ad Deum ſine verbis,vt patet 17.q.i.quibona.quia in voto non eſt aliqua ſacramentalis obligatio,ſed ſpiritualis tantum: ideo non apparet, quod fiat ad modum matrimonialium contractuum. Nec ob.quòd illis tacentibus ex verecundia:quia verba parentum ipſorū putantur, ex quo non contradicunt. Ad hoc 32.q.2.honorantur. Vnde Hug.de ſancto Victore in libro de ſacramentis,ſic dicit: Eos,qui coniunguntur, ſic oportet conſentire,vt inuicem ſe ſpontanee recipiant: qđ iudicatur fieri, ſi in diſpenſatione non contradicant. Et hanc veritatem ſequor in d.c.tuæ. Item cum inter virum & vxorem contrahatur obligatio mutuæ ſeruitutis,27.q.2.ſunt qui dicunt. & 30.q.j.noſce. de rap.cū cauſa.vnde talis conſenſus inducens illam obligationem debet in hominibus naturaliter fieri per verba, 22.q.2.is qui.cum ſi.ergo verba conſenſum de præſenti exprimētia ſunt neceſſaria in his,qui loqui poſſunt. & huic concor.ius diuinum,Gen.24.vbi dicitur,quòd parentes Rebeccæ noluerunt illam tradere, niſi prius requiſita ipſius voluntate. Et idem volunt iura poſitiua ſupra inducta. Nec obſt.glo.in c.ſi inter. de ſponſalibus.quæ videtur velle,quod ſufficiat conſenſus cum ſigno vel nutu ſine aliqua expreſſione verborum: qa vt ibi dicit D.P.M illud eſt verum, quando præceſſit tractatus de matrimonio contrahendo: ſed vbi tractatus non præceſſit,ſit vera opi.Inno.& ſequacium:alleg. quod no.de coniu.ſer.capitu.fi.

Ioan.Calde.

Qui clerici vel vouentes. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Subdiaconus inuite ordinatus,matrimonium contrahere poteſt.*
2 *Continentia ſuadetur,non autem præcipitur.*

CONSILIVM VNICVM.

1 QVIDAM presbyter habens nepotem 11.vel 12.anno.cum inuitum & reclamantem duxit inſcijs parētibus ad epiſcopum, & eundem in ſubdiaconum fecit ordinari:qui ignorās quid importaret illa ordinatio,timore & minis dicti auunculi dictum ordinem ſuſcepit. Et poſtquam ad annos diſcretionis peruenit,nunquam habuit ratā dictam ordinationem:imo ſemper in animo ſuo contradixit. Et propter hoc etiā de partibus receſſit. Quæritur,cum perduret in contradictione,an poſſit matrimonium contrahere? Et videtur quod non,quia ſacer ordo repugnat matrimonio impediens & dirimens, 32.diſtin.ſi quis eorum.& c.de illa.84.diſtin. cum in præterito.qui clerici vel vouentes.ca.j. ſecundo reſponſo. de voto.ca.j.lib.6. Et ſubdiaconatus eſt ordo ſacer, de æta.& quali.a multis. Nec obſt.ordinationem fuiſſe factam ante ætatem:quia nihilominus character imprimitur,de tempo. ordinan. vel.non eſt compos. & cap. conſultationi.& metus vel coactio non impedit impreſſionem characteris,45.di. cum beatus.
2 ¶ † In contrarium videtur veritas,quia continentia eſt res voti, non præcepti, 32.q.j.integritas. vnde requirit talem, qui poſſit voto obligari: ſed ante 14.annum quis non poteſt voto obligari,20.q.j.illud,imo ibi datur terminus 15.annorum:& hoc maxime,ſi non eſt doli capax, vt ibi no.in ſumma:& de reg.poſtulaſti.32.q.2.mulier. Quæ iura licet loquantur in voto religionis, multo fortius in voto ordinis:nam profeſſioni bene ineſt votum continentiæ de ſui natura.& eſt de ipſius ſubſtantia:de ſta.mo.cum ad monaſterium.& ordini ſacro ex inſtitutione eccle.31.di.in cęna.& de cle.coniu. cum olim.& ſic ex conſtitutione eccleſiæ ſacer ordo habet votum annexum caſtitatis: vel ſi volumus dicere, q; ex voto tacito,vt no.Io.An.in regula,ſemel Deo dicatum.de reg.iur.li.6. Si ergo votū expreſſum hunc minorem non ligaret non doli capacem, nihilominus tacitum. Et hoc voluit Inn. in ca. vel non eſt compos. de tempo.or.licet gl.in hoc vacillet in c.j. de clerico p ſaltum promoto.ſed Io.An.ibi tenet quod dixi: ad cōtraria ſupra ſignata reſponde,quòd loquuntur in ordine recepto tēpore diſcretionis ordinati. Et ſic iſte non tenetur continere, etiam ſi nullus metus interueniſſet:de metu autem, an eum excuſet, vt non teneatur ſeruare continentiā,diſtingue,quia ſi eſt metus præciſus,non compellitur,quia character non imprimitur. 50.diſt.presbyteros.Si eſt metus conditionalis, ſi eſt vanus,non excuſat:quod metus cauſa.dilectus. Si eſt cadens in conſtantem: tunc ſi poſtea ratificat ordinem ſic receptum,compellitur continere: ſi non ratificat, nō compellitur. Hæc duo membra probantur ex tex. & ex nota.ibi per glo.& docto.de baptiſ. maiores in fi.

Gaſ.de Calde.

De conſanguinitate. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei in tertio gradu coniuncti, matrimonio an poſſint ligari.*

CONSILIVM I.

1 PAPA conceſſit poteſtatem diſpenſandi † auctoritate apoſtolica vni epiſcopo enm duobus viris & totidem mulieribus, qui & quæ tertio conſanguinitatis gradu inuicem ſint coniuncti An talis poſſit diſpẽſare cum viro & muliere tertio gradu conſanguinitatis coniunctis dupliciter, videlicet tam ex linea materna, quàm paterna? Poſſet argui quòd non, propter odium diſpenſationis, quæ eſt reſtringenda, 35. q. 3. quod ſcripſi. de fi. pre ſ. c. j. lib. 6 & regula, odia. de reg. iur. lib. 6. Sed poſſet reſponderi, quòd licèt ſit reſtringenda, tamen verba in illa poſita non admittunt proprium ſignificatum verborum, niſi qñ apparet de intẽtione ſcribẽtis, vel aliter nõ poſſet ſaluari, niſi verba improprient: de deci. ad audiẽtiã. de ſpon. ex litteris. regula, contra eũ: de re. iu. li. 6. cũ ibi no. Propria autem ſignificatio verborum gratiæ hunc caſum includit: ergo. item poteſt reſponderi, quòd licet diſpenſatio ſit odioſa, poteſtas diſpenſandi eſt fauorabilis, de præbẽ. ſi cui. li. 6. Et maxime facta perſonis nõ nominatis, vt fuit iſta: ergo contra concedentem larga ſit interpretatio, de conſuetu. cum dilectus. & in dicta regula, contra eum. Ad idem in contrarium facit illud dubium diuulgatum, quòd de duabus ſeruitutibus, vna remota remanet alia. de vſu pallij. ex iuarum. & ſic videtur iſtam gratiam remouere tantum vnum impedimentum cõſanguinitatis, cum gratia loquatur in ſingulari. Sed ad illud poteſt reſponderi, quòd non ſunt plures conſanguinitates, ſed vna tantum, vt declarabitur infra. Tertio ad idem, pluralitas cauſarum pluralitatem effectuum inducit, 3. q. 4. Engeldrudam. de teſta. requiſiſti. cum ſi. Sed dico illud eſſe verum, quãdo pluralitas cauſarum ad diuerſos effectus concurrunt ad vnam electionem, j. q. j. detrahe. de elec. quapropter. plures cauſæ grauaminis vnam iuſtificant appellationem, de appel. ſignificãtibus. ſicut ſi plures cauſæ concurrunt creantes ius patronatus, puta fundatio, dotatio & ſimiliũ, tamen ſi in eadem perſona concurrunt, vnum tantum erit ius patronatus, 16. q. 7. piç mentis. de iu. patrona. nobis. cum ſi. Puto igitur, quòd iſte poſſit diſpenſare, & hoc propter naturam indiuidui, quod eſt ſimpliciſſimum, l. via. ff. de ſerui. de preben. tuæ. & c. vacante. cum ſi. vnde dicimus, quod licèt quis forfice vel raſtro clericum percutiat, licèt plura vulnera faciat, tamen quia vna eſt actio, vnum eſt delictum, & vna tantum excommunicatione eſt ligatus, de quo per Ioan. An. in regula, delictum: de reg. iuris. li. 6. Vnde cum conſanguinei vno tantum impedimẽto ſunt impediti contrahere, ergo poterit diſpenſari. Ad hoc faciunt iura, quæ diſtantiam graduum in eorũ computatione ponderant remotiorem gradum, citeriore dimiſſo: vnde ſi vnus diſtat a communi ſtipite tertio gradu, & alius diſtat quinto, dicimus iſtos diſtare quinto gradu, de conſangui. & affi. c. fina. & cap. quod dilectio. Vnde declarauit Clemens 6. in quadam extrauaganti quæ incipit, nuper. in qua declarat, quòd valeat diſpenſatio, in qua dicitur, quòd impetrantes diſtabant quarto gradu, licèt vnus diſtaret quarto & alius tertio, nec ex taciturnitate tertij gradus debet dici gratia ſurreptitia, & damnãtur opi. contrariæ. Ad idem faciunt diffinitiones conſanguinitatis poſitæ in gloſſa arboris. quæ concludunt, quod conſanguinitas eſt quoddam vinculum ab vno ſtipite prouenientiũ, & ſic eſt vnum vinculum indiuiduum incorporeum. Et ſic licèt plures deſcendant ab vno, iſtud non dicitur niſi vnicum vinculum: ergo non ſunt duæ cõſanguinitates, ſed vna: ad prædicta, 40. di. ſicut viri. 7. q. prima, denique. 34 q. j. loquitur. Concluditur ergo, quod cõſanguinitas eſt vna & vnicum vinculum, licèt gradus ſint diuerſi, & vnum parit impedimentum & non plura: vnde talis poterit diſpenſare cum iſtis. Et pro hoc facit quod notat Ioan. And. de ſpon. c. j. li. 6. vbi dicit, ꝙ conſanguinitas eſt vnicum vinculum: ad idem facit quod dicitur, an matrimonium cõtractum inter duos dicatur vnicum, an duo matrimonia: quod ponit Hugui. 27. q. 2. in prin. & ibi per Archi. vbi tenuit, quòd ſit vnicum matrimonium & non duo, quicquid ipſi dicant ibi: nam ſicut principium & finis vnius lineæ nõ facit niſi vnam lineam, ita matrimonium inter duos contractum non facit niſi vnicum matrimonium: & ad hoc allego tex. clarum, 40. di. ſicut vir.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium in quarto gradu an ſit licitum.*

CONSILIVM II.

1 CONTRAXIT quidam ſcienter matrimonium † cum coniuncta in quarto gradu cõſanguinitatis prohibito a iure canonico, de conſan. & affin. non debet: ſed non a iure ciuili: Quæritur, an incurrerit pęnam legalem, de qua habetur in l. ſi quis inceſtum. C. de inceſt. nup. & auth. vt inceſtas nupti. Et videtur quòd non, quia iſta prohibitio eſt inducta a iure canonico non ciuili, quo iure nõ reperitur prohibitum. Nec ius canonicum ſtatuit iſto caſu pęnam legalem locum habere, ergo in pęnis ſtrictè erit agendum, vt non fiat extenſio, vt in regula, in pęnis: de reg. iur. lib. 6. In contrarium videtur, quia dicta l. inceſti. & auth. prædicta puniunt contrahentẽ nuptias illicitas. Sed iſtæ nuptiæ ſunt illicitæ de iure canonico, ergo & in tali materia lex ciuilis cedit iuri canoni. Item ratio dictarum legum videtur habere locũ iſto caſu: facit de iura. calum. c. j. pręterea iſtud videtur expreſſum in clemen. j. de conſang. & affi. Et ita videtur ſentire ibi glo. & alij ſcribentes: alle. l. ſi quis inceſt. & de hære. cum ſecundum. li. 6. & ibi per Archi. & de dona. inter virum & vxorem. c. & ſi neceſſe. cum gl. ſua. & 35. q. 2. conuentiones conſanguineorum. ibi, leges ſeculi infames faciunt. & q. 8. c. de gradibus. Super hoc dico, quod pęna legis non habet locum, quia imponit pęnam ſolum contrahenti contra ipſam legem, vt in omnibus iuribus eſt expreſſum: Inſti. de nup. §. ea quæ diximus. & ſpecialiter in caſu iſto hoc eſt expreſſum in pęnalibus: inſti. de nup. §. ea quę diximus. Et generaliter probatur dicta concluſio C. de legi. non dubium. 5. q. j. & 2. quaſi per totum. de teſti. c. 2. in fi. Et ſic iſto caſu pęna legis locum non habet, quia in eo ceſſat culpa, de conſti. c. 2. tum quia nõ peccat, qui legis permiſſione, & c. 4. di. omnis. 23. q. 4. qui peccat. tum quia ſatis eſt caſum eſſe alium a prohibente, de pęni. di. j. pęnæ. de elec. ſtatutum. li. 6. cum ſi. Nec ob. illa lex, ſi quis inceſti. quia loquitur de inceſtuoſis iure ciuili, vt ibi patet in prin. Et ſi dicatur, iſtæ nuptiæ fuerunt inceſtuoſæ: fateor, vt 34. q. 5. nullum. & pluribus c. ibi ſequenti. de conſan. & affi. c. j. Sed pęna imponitur a dictis legibus inceſtuoſis, ſed non ſimpliciter, ſed inceſtuoſis de iure ciuili, & in caſu permiſſo de iure ciuili ſunt permiſſæ, vt eſt dictum, ergo ceſſat obiectio, quia imponunt pęnam inceſtuoſis certo modo, ad quem modum pęna reſtringitur: tamen ſicut illum modum pertinentia includit, ſic alios modos excludit: hæc enim eſt natura

reſtitutionis,

reſtitutionis, vt in cle. exiul. ver cũ aũt. de verb. ſig. ad id qđ dr, legẽ ciuilẽ ſequi canones. In hac materia fateor in prohibitione vel permiſſione nuptiarum in dicto caſu, 2. q. 4. §. hinc colligitur. de ſecun. nup ca. penul. & fi. Ex quo etiam poteſt inferri, quòd nuptiæ ſunt prohibitæ iſto caſu iure ciuili. Ex iſto dicto generali, quòd lex ciuilis ſaltem in his vult ſequi canones, ſed dico ꝙ pœna in vno caſu nuptiarum vetitarum apposita non habet propterea locum in alio non expreſſo in iure ciuili, imo permiſſa cum illa pœna ſuo caſu ſpeciali ſit determinata, vnde generis illius ſpeciei determinationem non facit, nec ad generalem prorogationem generis intelligitur repetita, ff. de pœnis. l. ſanctio ff. de ver. obli. doli clauſula. de elec. ſi compromiſſarius. §. reſtringitur. li. 6. Ad cle. j. de cõſan. & affi. reſpondetur, quòd aliæ pœnæ impoſitæ etiam per ius ciuile in caſibus dictæ cle. reſeruantur, ſcilicet in caſibus, in quibus ſunt impoſitæ & prout impoſitæ ſunt: vnde ſicut in diuerſis caſibus diuerſæ pœnæ per alia iura impoſitæ ſunt, ſic per cle. intelliguntur reſeruatæ: & hoc eſt qđ ibi no. in glo. fi. vnde fateor, quòd illa cle. includit caſum l. ſi quis inceſti. & auth. inceſtas. vnde talis reſeruatio intelligitur facta per dictam cle. in caſibus, in quibus primæ leges loquebantur & non in alijs, quia reſeruatio reſtringit ſecundum caſum reſeruatum, ſicut conſtitutio interpretans intelligitur ſecundum ius interpretatum, de elec. conſtitutio. li. 6. cum ſimi. ſimile quod habetur in cle. vt hi qui. de æta. & quali. vbi reſeruantur pęnæ ſtatutę contra non facientes ſe promoueri, quæ ſunt diuerſæ ſecundum diuerſos caſus & ordines: & ita intelligitur illa reſeruatio, vt etiam poteſt colligi ex glo. fi. ibi poſita: vnde cum de iure ciuili ſint prohibiti quidam gradus, vt Inſti. de nup. In illis habet locum pęna dictarum legum, quæ pęna eſt reſeruata per dictam cle. non autem in caſibus permiſſis iure ciuili, cum in illis pęna non imponatur.

Ioan. Cald.

Qui filij ſint legitimi. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ſubſtitutionem ſine liberis decedenti factam euaneſcere an faciat.*

CONSILIVM I.

1 AN legitimatus faciat euaneſcere ſubſtitutionem† factam ei, qui decederet ſine filijs legitimus? Puto quòd nõ, quia verba ſimpliciter prolata interpretanda ſunt ſecundum cauſam naturalem & propriam, non autem ſecundum accidentalem. Sed tales dicuntur legitimi accidentaliter, nõ naturaliter: hinc eſt, quod cum ſtipulantur in cauſam mortis, de naturali intelligitur nõ ciuili, ff. de ver. obli. ex ea parte. quod ibi no. glo. bene facit de reſcrip. ſuſceptum. primo & ſecundo reſponſo. li. 6. Et cum de legitima ætate dicitur, de naturali intelligendum eſt, non de ea quæ beneficio imperiali ſuppletur, C. de his qui veniam æta. Impe. l. fi. cum ſuis concor. ibi poſitis: vnde dicit lex, quòd naturalis cauſa attendenda eſt, nõ accidentalis, vt ei, qui eſt pupillus & furioſus, ſubſtitutio fiat pupillariter non exemplariter, ff. de tute. qui habet. Hoc confirmatur per illud generale, quod ciuilis ratio naturalia iura rumpere non poteſt, ff. de capi. diminu. l. eas. quia illa ſunt immutabilia, Inſti. de iure naturali. §. ſed naturalia. 5. di. in prin. Item a regula non eſt recedendum, niſi in caſibus exceptis, de tranſ. prælа. c. 2. de of. lega. quod tranſlatio. cum ſi. Sed regulare eſt, quòd non ſufficit aliquid fieri, niſi naturaliter fiat, ff. de bo. poſ. contra tab. non putauit. § vt autem. facit ff. de condi. & demonſt. l. fideicommiſſum. & l. fi. ergo prædicta verba intelligenda ſunt de eo, qui naturaliter legitimus eſt, non imperiali beneficio. Item ad hoc facit opi. quæ habet, quòd licet monachi habeantur loco filiorum, in Anthẽ. de ſan. epiſ. §. ſed hoc in præſenti. & § nulla. colla. 9. de proba. in præſentia. non tamẽ loco filiorum legitimorum ex proprio corpore deſcẽdentium, vt tunc intelligatur de deſcendentibus ex fęmina naturaliter. Quæ opi. placuit Iacobo baldo, quã dicit Hoſti. veram eſſe, vt ipſe no. de teſta. Raynaldus. Et placet etiam Iaco. de belui. cum per hæc verba teſtator naturalitatem elegerit, & non reliquerit voluntatẽ ſuam interpretationi iuris, vt ipſe no. in d. §. ſed hoc. Item pro prædicta concluſione facit, quia princeps vel alius legitimans per hoc non intendit iuri alterius derogare, 19. di. nullas. & capitu. ecce. de vſu pal. ex tuarum. de offic. or. licet. de ma. & obe. cum inferior. de priuile. paſtoralis. quod intelligitur non ſolum de iure, quod quis habet in re, ſed etiam de iure, quod qs habet ad rẽ, vt eſt expreſſum de reſcri. quãuis. lib. 6. Optime facit l. 2. & fi. ff. de nata. reſti. vbi patrono non præiudicat reſtitutio facta natalium per principem de liberto, ipſo patrono non conſentiente. Et eſt ſimile de priuile. dudum. Confirmatur hæc concluſio, quia naturalis legitimus beneficio principis in feudum nõ ſuccedit, in li. feu. li de feu fuerit controuerſia. c. naturales. vt ſic in contractu feudali appellatio filiorum expreſſa vel incluſa legitimos & naturales naturaliter comprehendat, legitimatos autem nullatenus complectatur: fortius in caſu iſto propter ius ſubſtituti. Et ſi contradiceretur, facilè eſſet eludere verba & mentem teſtatoris contra id, quod habetur in l. prima, C. de ſac. ſan. ec. cum ſi.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per matrimonium parentũ an poſſit ad ordines promoueri.*

CONSILIVM II.

1 CONSTITVTIO ordinis diſponit illegitimos † promoueri non poſſe ad dignitates ordinis: an legitimatus per coniugium parentum promoueri poſſit? Et dico quod ſic, quia per ſubſequens matrimonium factus eſt legitimus, vt patet qui fi. ſint legi. c. j. & c. tanta. Vnde poſt dictum matrimonium perinde debet haberi, ac ſi nunquàm fuiſſet illegitimus: vnde præcedens illegitimitas eum non impedit, ex quo ſublatum eſt impedimentum: quia incipit eſſe quod non erat, l. di. ferrũ. & cap. domino ſancto. ſicut ergo is, qui impeditur promoueri ex defectu ætatis vel ordinum adueniente ætate vel ordine promoueri poteſt, de elec. cum in cunctis. & eo. ti. licet canon. lib 6. de æta. & quali. indecorum. de reſcrip. ſi eo tempore. lib. 6. de præben. ei cui. eo. lib. Et generaliter ſublato impedimento, propter quod impediebatur fieri, id libere fieri poterit. de renun. poſt tranſlationem. de appel. cum ceſſante. 54. diſt. nulli. cũ ſimi. cum igitur ſequens coniugium impedimentum prædictum remouerit, ſequitur, quòd ex illo non poterit amplius impediri: de hoc not. in d c. tãta. de elec. innotuit. & ibi per Io. An. Nec obſt. conſtitutio dicti ordinis, quæ dicit, patientes &c. Vnde præſupponit defectum ineſſe tẽpore promotionis, ſed iſta amodo non patitur tunc defectũ, vt eſt dictũ, ergo ceſſant verba & omnes conſtitutiones, & ſic caſus eſt relictus iuri communi, de elec. conſtitutio. lib. 6. Item dicta conſtitutio eſt intelligenda ſecundum ius commune, ex quo verba id patiuntur, & non reſiſtunt: ad

hoc

hoc de conſtit. ex literis. de iniūr. in noſtra. de elec. cum dilectus. de ver. ſig. ex parte. el 3. ſed iuris communis diſpoſitio habet iſtum non impediri, vt prędixi, ergo nec dicta conſtitutio.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Legitimare in terris eccleſiæ, an poſſit delegatus ab Imperatore.*

CONSILIVM III.

1 HAbens poteſtatem ab Imperatore † vult legitimare in terris de temporali iuriſdictione eccleſiæ ſubditæ eccleſiæ, an poſſit? Sup hoc dubium facit, quia dicimus, iuriſdictiones eſſe diſtinctas, & per cōſequens eorum exercitiū, 96. di. cum ad verum. ad idem eadem di. duo ſunt. de iudi. nouit. de appel. ſi duobus. ergo vnus nō poteſt ſe intromittere de iuriſdictione alterius. Sicut ergo Imperator non potuiſſet, ſic nec habens poteſtatem ab eo. Item iuriſdictio extra territorium exerceri non pōt, de conſtit. c. ſecundo, lib. 6. & l. extra territorium. ff. de iuriſd. om. iud. Item hoc videtur velle glo. in Authen. quomodo opor. epiſ. in prin. colla. j. ¶ Sed contrarium puto conſuetudine contraria ceſſante. Pro cuius declaratione præmitto, quòd iuriſdictiones non ſunt diſtinctæ, licet ſit exercitium contentioſæ iuriſdictionis: nam Imperator ſubeſt Papæ etiam quo ad temporalia, & donatio certarum terrarum, quæ dicitur ſacta eccleſiæ per Conſtantinum, fuit potius quædam relaxatio, vel recognitio, & fructuum exercitij iuriſdictionis contentioſæ libera dimiſſio ipſi eccleſiæ, prout prolixè proſequitur Hoſt. qui fi. ſint legi. per venerabilem. dicens, quòd eccleſia eſt vna multitudo fidelium tam clericorum, quàm laicorum, 7. q. j. Nouatianus. vnde qualitercunque teneamus, quod fuerit, nihilominus penes Imperatorem remanſit iuriſdictio voluntaria. Et ita poteſt intelligi glo. in d. auth. nam cum Imperator præſit omnibus temporalibus, immo videtur dicere lex, immediate a Deo proceſſit imperium, in dicta Auth. quomodo opor. epiſco. in prin. & de fide inſtru. & cautela. §. quia ergo. & no. qui fi. ſint legit. cām. el 2. Imperator habet iuriſdictionem temporalem in omni loco ſaltem aptitudine, licet non ſemper actualiter, vt in terris eccleſiæ iuriſdictionem voluntariam per ſe, vel alium vbique exercere poteſt, vt l. ſecunda, de offi. proconſul. Et hoc voluit Hoſt. qui fi. ſint leg. p venerabilem. Secundo pondero, quòd licet iura realia cum rebus tranſeant, vt l. in prouinciali. ff. de ſeruitu. 16. q. j. ſi quis laicus. de pigno. ex literis. de deci. paſtoralis. Et eius iuriſdictio contentioſa inhærere dicatur territorio, vt l. pupillus. §. territorium. ff. de ver. ſig. & l. extra territorium. ff. de iuriſ. om. iud. Ideo tranſit donata ciuitati, cui inhæret. Sed iuriſdictio voluntaria, quę territorio non inhęret, illa ex tali donatione non transfertur, quia illa non inhæret territorio, ſed tantum in volente exercetur: ſic eſt videre in doctore, qui eſſe poteſt iudex ſecularis, vt in auth. habita. C. ne filius pro patre. in proęmio ff. orum §. fi. de quo nullus dubitat, quòd in terris eccleſiæ ſcholaris volens ſe ſupponere tali iuriſdictioni poſſet ſimpliciter eodem modo alteri ordinario adminiſtrationem non habenti, vt not. per gl. & alios de reſt. in int. c. pe. & ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. l. fi. & no gl. in c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. ergo coram quocunque iudice, & in omni loco fieri poterit: ad hoc bene facit ff. de offi. proconſ. l. 3. Ratio autem, quare contentioſa iuriſdictio exerceri non poteſt extra territorium, & ſic voluntariè, eſſe poteſt, qa contentioſa, vt plurimum fit cum cauſæ cognitione, & iudice ſedente pro tribunali, ff. quis ordo in bo. poſ. ſeruetur. l. 2. §. dies. 2. q. 3. §. pręuaricator. ſub §. notandum. 3. q. 3. §. ſpatium. ver. a procedente. & de re iud. c. fi. lib. 6. cum ibi no. & in loco non ſubdito quis ſedere non poteſt pro tribunali: & ſic iniuria fieret iudici loci illius, ſi iuriſdictionem contentioſam quis ibi exercere vellet: hęc ratio ceſſat in iuriſdictione voluntaria, quia illa non requirit cauſę cognitionem, nec ſedere in loco pro tribunali, vt in iuribus pręalleg. Et ſumitur hęc ratio in c. nouit. de of. le. cum ibi no. Probatur tertio, quia ipſam iuriſdictionem voluntariā princeps a ſe non potuit abdicare, vt l. legatum. ff. de offic. pręſi. & ibi not. quia perſonæ ſuæ inhęret, vnde eam ſemper comitatur ſicut caracter in anima, vt l. 3. ff. pro ſocio. & ibi not. & ſicut lepra, & excommunicatio, vt no. in l. ex ea. ff. de poſtu. ſic dicimus de epiſcopo, vt p quamcunque exemptionem quam faciat de eccleſia ſibi ſubiecta, nihilominus retineat aliqua iura, & iuriſdictiones in ea, vt probatur & no. de relig. do. conſtitutus. de cenſi. cum venerabilis. vbi glo. dicit ſimile de patrono, qui quantumcunque generalibus verbis iura, quæ habet in liberto, remittat, nihilominus aliqua retinet, ff. de bo. lib. l. 3. ad idem quod no de dona. paſtoralis. in gl. pe. 16. q. ſecunda, viſis, & ſic poſito, quòd donauerit Conſtantinus iuriſdictionem contentioſam, quæ territorium ſequitur, tamen volūtaria, tanquàm perſonalis penes eum remanſit. ¶

2 † Quartò probatur ex tacita prorogatione: poteſt enim conſenſus partiū prorogationem iuriſdictionis inducere, ff. de iud. l. j. & 2. ff. de iuriſd. omnium iud. l. ſi per errorem. de foro cō pe. ſignificaſti. ergo ille, qui voluit legitimari, ex quo ſciebat legitimantem fore comitem in eum iuriſdictionem potuit prorogare: alias ſequeretur, quòd nō poſſet prorogare: quod non eſt dicēdum. Nam ipſam legitimationem petēdo iuriſdictionem prorogauit: alias ſequeretur, quòd epiſcopi iuriſdictio per laicos in contentioſis non poſſet prorogari: quod tamen eſt falſum, vt l. ſi quis ex conſenſu. & l. epiſcopale. C. de epi. aud. & no. in d. c. ſignificaſti. ſicut ergo contentioſa iuriſdictio poteſt prorogari, quod eſt magis odioſum, quàm prorogare voluntariam propter honorem tribunalium, vt ſupra dictum eſt: ergo fortius voluntaria poterit prorogari, per ar. a minori, vt no. in cap. cum in cunctis. de elec. cum ſimi. Et licèt hoc poſſet calumniari, & ex eo inferri poſſet, quòd quilibet habens iuriſdictionem ordinariam ex tali prorogatione poſſet legitimare, tamen illud negatur, quia oportet, quòd is, in quem fit prorogatio, de ſe poſſit legitimare, ſicut in caſu noſtro. Nam hoc ius legitimandi eſt principi reſeruatum, vt d. cap. per venerabilem. qui fi. ſint leg. Præterea videmus, quòd quilibet laicus de terris non ſubiectis eccleſię liberè poteſt ordines recipere a ſuo epiſcopo. Et ſic nedum iuriſdictionem voluntariam, ſed etiā contentioſam in ſe prorogat, ſe ſubtrahendo per clericatum a foro ſuo, 11. q. j. quaſi per totum. & de fo. com pe. ſi diligenti. ergo pari æquitate poterit ſubditus eccleſiæ hanc iuriſdictionem prorogare, immo fortiori ratione, quia laicus ſe ſubtrahit a foro ſeculari per clericatum, ſed legitimatus adhuc remanet de foro temporali eccleſiæ ſicut prius. ¶

3 † Quinto idem probatur a ſimili: legatus enim extra prouinciam ſibi decretā, & epiſcopus ſimiliter extra ſuam diœceſim poſſunt conferre beneficia, de conceſſio. præben. poſt electionem. & no. de offi. leg. nouit. de pręben. ſtatutum. libro 6. Item poteſt legatus excommunicatos etiam aliunde venientes, quàm de ſua prouincia, & extra prouinciam abſoluere, de offi. le. excommunicatis. & ibi not. Item ordinarius exiſtens extra prouinciam cauſas delegat cognoſcendas intra ſuam prouinciam, ff. de offi. præfec. vr. l. fi. ff. de offic. pręſi. l. quarta, & in cap. nouit. de offi. leg. Ratio omnium prędictorum eſt, vt no. in d. c. nouit. quia prędicta fiunt ſine cauſę cognitione: ergo cū legitimatio pariter fiat ſine cauſæ cognitione:

ergo

ergo in terris eccleſiæ poteſt Imperator vel ab eo habens poteſtatem facere: ad hoc facit l. 2. ff. de offi. procon. & leg. & l. emancipati. ff. de adoptio. Præterea poteſt dici, quòd ipſum legitimare non eſt iuriſdictionis contentioſæ: ſed notionis voluntatiæ, vt l. notionem. ff. de ver. ſig. Et eſt quædam poteſtas ſeu facultas, ſeu quoddam ius Imperatori reſeruatum a lege, quam poteſtatem cui vult poteſt communicare: ſic ius aureorum anulorum, quod poteſt abſque vllo iuriſdictionis exercitio concedere, vt l. j. & 2. C. de iure aureo. anul. ſic videmus, quòd miles poteſt alium militare, & doctor alium doctorare: quæ exercentur per non habentem iuriſdictionem, & vbicunque: ergo a ſimili iſtud legitimare vbicunque fieri poterit: præterea non videtur initum iſtud, vt vbique poſſit habens poteſtatem ab Imperatore, quia hoc poteſt pater proprium filiũ legitimare, quia ſi pater filium naturalem in ſua vltima voluntate nominat filium & hæredem, inſtituendo enim intelligitur eum legitimaſſe, vt C. de natu. li. anthẽ. item ſi quis. tamen procedit non extantibus filijs legitimis. Item ſi pater filium non legitimum offert Imperatori, & ille efficiatur curialis, legitimus erit, in Auth. qui mo. na. effi. legi. §. ſi quis igitur. Idem ſi pater talẽ filium nominat in inſtrumento cum ſubſcriptione teſtium filium, non adijciendo naturalem, legitimus erit in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc. & no. qui fi. ſint legi. per tuas. multo fortius talis habens poteſtatem ab Imperatore. Sic Papa, cum filios regis Franciæ legitimat: qui fi. ſint legi. per venerabilem. Si ergo Papa laicum, qui non eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ legitimat, pari ratione Imperator vel ab eo habens poteſtatem hoc poterit: imo fortius poſſet etiam attentari & dici, quòd Imperator in terris eccleſiæ hoc poteſt, quam econtra propter reliquias prioris iuriſdictionis, quam in dictis terris ante donationẽ prædictam exercebat, vt l. 3. de bonis liber. ff. Præterea ipſa ſucceſſio eſt de iure ciuili, & iura Imperatorũ hoc diſponunt, 8. di. quo iure. Imo plus dicit Io. And. in dicto c. per venerabilem. quòd habens talem poteſtatẽ poteſt legitimare filium ſacerdotis quo ad bonorum patrimonialium ſucceſſionem etiã quo ad honores &c. Si enim diceretur, quòd imperator vel ab eo habẽs poteſtatem non poſſet ratione impedimenti concurrentis circa perſonam presbyteri, qui non poterat vxorem habere, quod impedimentum non poſſet tollere Imperator, ſequeretur, quod nec alios illegitimos Imperator legitimare poſſet, quando inter parentes non fuit matrimonium per diuina vel canonica iura introductum: ſed conſtat hoc eſſe falſum, vt no. Io. An. poſt Inno. & Hoſti. in dicto c. per venerabilem. quod ſolo verbo poteſt. Si autem bona temporalia ponderentur ſicut in alijs bonis habet poteſtatem, vt c. quia nos. & c. relatum. de teſta. Concluditur ergo, quod talis poteſt legitimare in terris de temporali iuriſdictione eccleſiæ & ſubditos illius.

Gaſp. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio filij poſt mortem patris facta, an ſit valida.*

CONSILIVM IIII.

1 AN legitimatio filii facta poſt mortem †patris valeat? Et dicendum quod ſic. Nam legitimatio eſt reſtitutio primis natalibus, vt in corpore, qui. mo. na. effi. ſui. §. illud. & §. bella. & ibi hoc expreſſe dicitur. Item hæc legitimatio retro trahitur, ac ſi ſemper fuiſſet legitimus, vt l. fi. ff. de vaca. mun. ſicut ergo filius poſt mortem patris veniẽs ab hoſtibus fingitur retro fuiſſe in poteſtate, vt l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. & l. pater. ff. de capt. ſic dicitur in poſthumo, qui naſcitur poſt mortem patris, qui debet recuperare locum, vt l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthu. Et quod filius legitimari poſſit poſt mortem patris, tex. eſt in anthẽ. item ſi quis. in corpore vnde ſumitur, qui. mo. na. effi. ſui. Fatendum tamen eſt, quòd hæreditas iam deuoluta ante legitimationẽ non debetur legitimato: quia ius iam quæſitum tertio non reuocaret, argu. de reſcrip. quamuis. & quod no. ibi, lib. 6.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio agnatis non vocatis facta, an valeat.*

CONSILIVM V.

1 LEGITIMATIO facta non vocatis † vel citatis agnatis, ſeu alijs ab inteſtato venientibus, valet: nam legitimatio fit ſine cauſæ cognitione, vt fuit probatum ſupra conſilio 3. citare autem fit cum cauſæ cognitione, 3. q. 3. §. ſpatium. ver. a procedente. quam iuriſdictionem vel cognitionem contentioſam exercere non competit illis, quibus a principe eſt conceſſa poteſtas legitimandi, propterea actus poteſt fieri abſente parte, quando dependet ex voluntate eius, qui facit, vt no. doc. in l. qui alienam. §. fi. ff. de acqui. hære. ſic dicitur in bonorum poſſeſſione, quæ poteſt peti parte non citata, in l. j. C. quorum bonorum. & idẽ tenent in l. j. C. qui admit. ad bo. poſ. poſſunt. Item non debet citari pars, quando iudex interponit officium ſuum & ſuam auctoritatem: hoc no. doc. in l. ſeruus communis. ff. de ſtipu. ſeruorum. & ibi Dy. Idem tenent doc. de transla. præla. quanto. cum concor.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Legitmatus ab epiſcopo, beneficio, quod habet, ſi ſe ad ſacros ordines promoueri non curauerit, an ſit priuandus.*

2 *Diſpenſatio ſimplex omnem defectum tollit.*

CONSILIVM VI.

1 SYNODALI ſtatuto cauetur, quòd quilibet †beneficiatus intra certum tempus promoueatur ad ſacros ordines, alias bñficio ſit priuatus: epiſcopus diſpenſat cum aliquo ſuper illegitimitatis defectu ad beneficium ſimpliciter, qui non facit poſtea ſe promoueri ad ſacros obſtante defectu natalium: quæritur, an ſit priuatus? Et videtur quod non, quia vbi eſt impoſſibile ſeruare legem ſiue de iure ſiue de facto, pęna non conſtringit: ſed hoc erat impoſſibile, ergo maior probatur, 4. di. erit autem. de reg. iuris. nemo poteſt. cum concor. ibi ſignatis. Et ibi dicit Dy. quòd illa regula intelligitur etiam de large impoſſibi-
2 li. Item iura æquiparant impoſſibilitatem iuris & facti, de reſcrip. ſollicitatus. Et ibi vtrunque excuſat a pcepto, fortius a pœna legis: ad hoc optime de maio. & obe. c. 2. Et quòd impoſſibilitas facti excuſet ab obſeruantia legis & eius pęna, probatur de elec. in ſemni tatibus. §. ſupradicta. li. 6. Nam canonici ſeculares nõ tenentur ad obſeruantiam illius conſtitutionis, quatenus ibi dicitur de profeſſione de impoſſibili iuris, qđ facit magis ad propoſitum: probatur de elec. cum in cunctis. §. hoc ſane. ibi, ſi canones non obſiſtant, præcipimus obſeruari: vnde ſi non poteſt promoueri beneficio iam obtento, nõ priuatur. Ex his probatur maior, ſed minor probatur, quia iſte erat illegitimus, ergo de iure communi non poterat promoueri ad ſacros, 56. di. c. j. de fil. preſ. c. j. de ſeruis non or. conſuluit. Et iſtud erat præter culpam ſuam, 56. di. naſci. Nec ob. ſi dica-

ſi dicatur, quòd erat ſibi poſſibile per diſpēſationem Papæ: de fil. presb. c. j. li. 6. quia hoc non ſufficit, & dat inſtantia per dictum capitulum, cum in cunctis. §. hoc ſane. quia ibi etiam poterit diſpenſationem impetrare ſaltem a Papa, & tamen excuſatur, & ſufficit dare inſtantiam, j. q. j. ſicut inquit. Item licet poſſit impetrare diſpenſationem, nō ſequitur, ꝙ ſit in mora: quia iure actionis non poteſt impetrari diſpenſatio, iuxta no. prima q. 7. exigunt. & 50. di. vt conſtitueretur, nec ſuperior cogitur ad illam faciendam, maxime vbi ſolūmodo propter prærogatiuam perſonę. Et ſic concluditur,
2 iſtum non eſſe priuatum beneficio. † Item diſpenſatio ſimpliciter facta tollit omnem defectum prouenientem ex impedimento, propter quod, vel ratione cuius eſt facta: ſed hic fuit diſpenſatum ſimpliciter ſuper defectu natalium, ergo &c. maior probatur ſecunda q. 3. in fi. 1 2. q. ſecunda, qui manumitti uniur. minor patet ex themate, ad idem quod no. Lap. 2. q. 7. clericus. vbi dicitur, quòd ſi ſimpliciter diſpenſatur cum bigamo, vt poſſit promoueri, poterit etiam accuſari, & teſtificari contra clericum. Item licet diſpēſationes ſint tanquàm odioſę reſtringendæ, de fil. presb. c. ſecundo, lib. 6. & de præben. non poteſt. eo. lib. tamen debent aliquid operari, vt j. q. 7. diſpēſatum, ſicut dicimus de priuil. de verb. ſig. abbate, ſed iſta diſpenſatio eſſet omnino vana, ergo &c. Item in diſpenſatione non eſt neceſſe, quòd fiat mentio de iure communi, cōtra quod fit, ſicut dicimus in priuilegio, ad hoc dictum capitulum, abbate: & de conſ. c. j. lib. 6. Ergo epiſcopus conferendo iſtud beneficium, non habuit neceſſe facere mentionem de conſtitutione ſua, quia bene ſciebat ipſum non poſſe promoueri ad ſacros.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Baſtardus monaſterio oblatus, ad ſacros ordines, an ſit promouendus.*

CONSILIVM VII.

1 Baſtardus offerens ſe pro clerico † alicui monaſterio etiam de licentia abbatis, ex quonō tranſit ad monaſterium, tanquàm vere religioſus, non poteſt ad ordines promoueri: qđ bene probat tex. 56. di. ca. j. & de fi. presby. c. primo. Nā ibi dicitur, niſi Deo deuotius aut deuotionis religionę probati fuerint conuerſari. & in ca. primo. dicitur: niſi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes. Quæ verba notant, quod debet fieri religioſus.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi parentibus ſuccedere quandoque poſſunt.*

CONSILIVM VIII.

1 An valeat ſtatutum ciuitatis, quòd † illegitimi ſuccedant patribus deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus, vel non deficientibus? Et puto ſtatutum valere in foro ſeculari, qui non eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ. Nam laici poſſunt ſtatuere ſuper bonis temporalibus ſubditorum, 8. di. quo iure. 96. diſt. bene quidem. qui fi. ſint legi. cauſam. el ſecundo. Et per hoc ceſſat, qđ dicit D. & P. M. in c. ſtatutum. de hęr. lib. ſexto. Quia ibi loquitur in matrimonio, ſuper quo laici ſtatuere non poſſunt. Nec obſt. quòd iſtud ſtatutum eſt contra ius commune, quia laici poſſunt taliter ſtatuere, vt no. in l. nec ex prætexto. ff. de reg. iur. & eodem ti. neque pignus. §. primo. Nec eſt neceſſe mentionem fieri de lege contraria, quia vtrunque eſt ius, de conſt. c. primo, lib. 6. bene facit quod not. Dyn. de ſtatuto municipali, per quod diminuitur legitima, de reg. iur. indultum. li. ſexto, nec tale ſtatutum impeditur de iure canonico, quod in hoc iuri ciuili concordat quantum ad ſucceſſionem, licet non quantum ad alimenta. quia vt prędixi prędicta intelliguntur laicis non ſubditis temporali iuriſdictioni eccleſiæ. Ad hoc quod no. de reſt. cum eſſes. & de reg. iu. c. 3. lib. 6. Nec ob. quod no. Hoſtieſ. in ſumma, qui fi. ſint legi. §. qualiter. 2. ver. quid ſi Imperator. Quia cum tale ſtatutum non approbet, vel permittat directe, vel indirecte adulterium, licet ſpurium admittat ad ſucceſſionem, ergo propter peccatum facienti non dat immunitatem, ſed filio licet ſpurio, qui non peccauit, bene præſtat ſuffragium contra ius cōe: ergo non poteſt dici, ꝙ hęc lex ſit cā multorum peccatorum. Nam nō eſt culpa geniti, ſed generationis, 56. di. naſci vndecunq;. & c ſequenti. per quę patet talibus poſſe fauere, dummodo paterna vitia nō ſectentur. Et per hoc etiam reſpondetur ad c. pe. de conſue. quia ibi conſuetudo fauebat peccanti, & nutriebat peccatum: ergo nec credo, ꝙ aliquis arguet ſtatutum prædictū, ſi fuiſſet limitatum, ꝙ tales ſpurij ſuccederent deficiētib. aſcendentib. & deſcēdentib. vt cum preiudicio collateralium tantum procederet, quo caſu raro etiam de facto contingeret, quòd quis incideret in rationem Hoſt. Ad iſtum ergo caſum reſtringendo ſtatutū poſito, quòd prędicta ratio Hoſtiē. locum haberet in alijs caſibus quantum ad thema ſupra ſcriptū, in quo agitur ſolum de preiudicio collateralis etiam habeo propoſitum, ſ. ſtatutum valere, & hoc caſu ſeruari, ſic enim generaliter ſtatuta loquentia reſtringuntur, ne ad caſum periculoſum, & illicitum trahantur, de cle. non reſi. dilectus. & c. dilecti. & ſic etiam iuramentum, de iureiurando, quemadmodum. & c. j. lib. 6. cum ſim.

Ioannes Cald.

CONSILIVM IX.

An notarius ſpurius poſſit conficere inſtrumenta: vide ſupra, de fide inſtrumen. conſi. j.

De donatione inter vir. & vx. Et de dote poſt diuortium reſtituenda. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Dos mortua dotata an patris, an vero mariti efficiatur.*
2 *Actio patri competēs a iure ciuili, vel poſitiuo procedere cēſetur.*
3 *Actio de dote filiæ, & eius filijs competit iure naturæ.*
4 *Verba liberorum nomine, enunciatiua dicuntur.*

CONSILIVM I.

1 Pater conſtituit dotē filiæ, quæ † moritur relictis patre, & viro, & vno filio: demū moritur etiam filius: Quæritur, an pater dictę vxoris, an maritus debeat habere dotē ipſius ab inteſtato decedentis? Hæc quæſtio tractať ff. ſo. ma. l. poſt dotē. & l. ſi dotalem. C. de rei vx. act. vnica. §. ſileat. & ibi plene C. ſo. ma. l. dos a prē. per Azo. in ſumma, C. de rei vxo. ac. §. item non obijciuntur. & copioſe per Roſ. in libello iuris ciuilis regula, de ac. ex ſtipulatu & c. vbi diſtinguit, an dos fuerit profectitia, an aduentitia. Secundo caſu, in quo fit dicta quæſtio, diſtinguit, an pater, qui dat dotem filiæ in poteſtate ſua conſtitutæ, ſtipulatur incontinenti eam ſibi reddi, quod fieri debet etiam extantibus liberis ex ea, ff. ſolut. matrimo. quoties, aut non ſtipulatur incontinenti ſibi eam reddi: & ſic actio erit communis patri, & filiæ, ff. ſo.

ff. ſolut. matrimon.l. ſecunda. Et tunc filijs extantibus ex ea eſt diſcordia inter docto. Nam ſecundum Bulg.Ioan. & Azon. quos ſequitur Accur.vbi ſupra, ad patrem redire debet : hoc dicunt per l. dos a patre.C. ſolut.matrimo. vbi.Cyn. ſequitur hanc opin.& recitat, quòd de facto accidit : alle. de nego. geſt.l. quod in vxorem. & de iure dot.l.auia. & ff. de iure dot. l.iure ſuccurſum.C.de rei vxo.acti.l.vnica.§. ſileat. & de bo.quæ li.l.2.ff.de euic.l.pater filiæ.ff.de in rē verſo, l.& ideo.inducunt etiam rationem, quia actio, quæ datur extraneo danti dotem ex pacto vel ex ſtipulatione, acquiritur patri ex l. Sed extraneus repetit mortua muliere etiam extantibus liberis: ergo & pater.Itē quia actio de dote eſt communis patri & filiæ: vnde vel patre mortuo,vel filia emancipata, ad ſolam mulierem pertinet & filiam exhæredatam, C. de rei vxo. ac.l.vnica.§.videmus.ergo filia mortua ad ſolum patrem pertinet. Hanc opi.etiam ſequitur Dy. tali ratione, quia plures ſunt alicuius obligationis participes, quod iuris eſt de vno, de alio debet ſeruari, C. de dno.re.l.fina.& de fruc.& li.exp.l.fi. Sed pater & filia ſunt participes circa actionem & repetitionem dotis,dicta l.2.ff.ſo.ma.& de ſol.l.qui hominem.§. ſignata.ergo ſicut mortuo patre dos debet reſtitui mulieri indiſtincte, ſiue ex eo extent liberi ſiue non, C. de rei. vxo.acti.l.vnica.§.videmus.ergo idem debet eſſe mortua filia, vt patri debeat reſtitui, ſiue ex ea extent liberi ſiue non. Sed Mar. tenuit contrarium, & Placē.ſ. quòd dos profecta a patre mortua filia in matrimonio ſtantibus liberis non reuertitur ad patrem, ſed liberi ſuccedunt & remanent penès patrem ipſorum tanquàm penes legitimum adminiſtratorem, C. de bo.mater. l.prima, & quia dos eſt proprium patrimonium mulieris,ff.de mino.denique.§.ſed vtrum. ergo ſuccedunt filij, cum eorum ſit prima cauſa, Inſti. de hære. quæ ab inteſta.defe.§.primo,& in Auth. eo.ti.& inducunt etiam C. de colla.l.illam. Roſ.allegat ad hāc partem, quam plus ſibi videt placere, l.poſt dotem. ff.ſolu.ma.ſubdit tamen, tu elige de his quæ tibi magis placent. Pet.de Bellapertica, Ray.de Forli.in ipſorum ſcriptis ſequuntur opi.Mar. ea ratione, quia datur pro oneribus matrimonij, C. de iure do.l.pro oneribus. & matrimonium eſt fauorabile propter liberorum procreationem, ff.ſo. ma.l.prima. Cum ergo mortua filia ortus liberorum remaneat penès patrem ipſorum, non penès auum maternum, Inſti. de pa.po.in prin. de legi.agna.tute.§. atque qui ff. de libe. agno l.pe.& l.ſi maritus. ff. fa.er. ergo emolumentum dotis debet eſſe penes ipſum: quia vbi onus &c. ff. de reg.iur.ſecundum naturam.Ad l. vnicam. §. ſileat. C. de rei vxo. ac. reſpondet Pe. quòd loquitur viuente filia: vnde de eius viuentis ſucceſſione non tractatur, l. 2.§.interdum.ff.de vulg. & pupil. ſubſti. Ad l. ſi dotali. ff.ſolu.ma.reſpondet, quòd loquitur in extraneo dante dotem, in quo eſt neceſſarium pactum: alias non poſſet dos retineri propter liberos: ſecus in patre, cuius officium eſt dotare filiam, ff.de ritu nup. l.qui liberos. C.de dotis promiſ. l. fina. Vel dic, quod ibi pactū fuit ſuperuacuum, vt ibi no. & tollendæ dilationis gratia factum, ff.man.qui mutuam.& ff. de re. iur. qui dubitationi. Ray. reſpondet ad rationem Dy. quòd illa procedit, cum eadem eſt ratio in vtroque participe, quod hic non eſt, quia vbi filia viuit, illi debetur dos indiſtincte, vt poſſit matrimonium contrahere, & liberos procreare, vt l. prima, ff. ſol.ma.quę cauſa ceſſat in patre repetente, & inſeparata ratio debet eſſe ſeparata, ff. de calum. l. fina. de mino. Papinianus. de do. inter virum & vxorem. ſi maritus. Dicit tamen, quòd dictus §. ſileat. multum videtur facere contra rationem Pe. quia ibi dicitur, quòd onus liberorum eſt onus naturæ non matrimonij: ſed ipſe reſpondet, quòd hæc natura habet originem a matrimonio. Et ideo etiam matrimonium debet attendi, ff. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. qui mancipia. & effectus matrimonij eſt educatio filiorum. ff. de iuſti. & iure. l. prima, in fine. Ad hoc, quia pater prædilexit filiam in dote, ergo & filios filiæ ſibi voluit præferre, ar.C.de inſti.& ſubſt.l.generaliter. §. cum autem.de fideicommiſſ.l.cum acutiſſimi. Subdit etiā,ꝙ in his poſſet reſponderi, quòd in his pater erat mortuus, hic viuus. Et quia ſecundum ordinem charitatis præſumitur plus ſe diligere quàm filios filiæ.C. de ſerui.l.præſes.& C. de colla.bonorum.l. dedit. Ego inhæreo opin. tenentium patrem filiorum, & non filiæ ſuccedere. Ratio, quia concurrentibus diuerſis cauſis diuerſum effectum habentibus, debet iudicari ſecundum potiorem, 26.diſtin.acutius.& duobus capit. ſequentibus, cum multis ſimi. Sed hæc actio de dote, quæ communis eſt patri, a quo profecta eſt, & filiæ cui eam dedit, ff. ſolu.matrimo.l.ſecunda,§ primo, & l.tertia, & l.dotem.& l.ſi pater. quantum ad patrem habet cauſam accidentalem, & poſitiuam, ſed quantum ad filium, & eius filios ea mortua habet cauſam naturalem, & ſubſtantiuam, cum hoc etiam iure poſitiuo roboratam, vt probabo: naturalia autem ſunt accidentalibus potentiora, 5. di.in prin 6.di.§.fi.Iuſt.de iure natu.gen.& ciuili.§. ſed naturalia. ergo ſecundū rationem, quę facit pro filia, & filijs, ea mortua eſt iudicanda: quòd autem ratio, quæ facit pro filia, & filiis, ſit naturalis, & quæ competit patri ſit mere poſitiua, patet de ſe, quia ſi pater ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi a ſtip.procedit, quod accidentale fuit, & tunc etiam diſponit l. ſibi reddi, quia ſic fuit concepta ſtipulatio, vt l. prædicta, quoties. Si non eſt ſtipulatus expreſſe ſibi reddi, competit actio i.poſitiuæ ſibi reddi, vt in iuribus pręalleg. vel ſtipulationem eam fingentem, vt l.
a vnica.de rei vxo.ac.§.j.† Ex hoc ſequitur, quòd actio, quæ competit patri, nullo caſu procedit a iure naturali, ſed a iure ciuili, vel poſitiuo: ad hoc Inſt.de iure naturali gen.& ciuili, in rubrica. vnde dicit Azo in ſumma, de rei vxo.ac.quòd pater, vel auus, qui habent mulierem in poteſtate, auctoritate legis habent actionem ex ſtipulatu, quæ communis eſt eis, & mulieri.ff.ſol. ma.l.2.§.fi.& l.non ſolum.& l.dotem, & l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.ac. Sed competit filiæ repetitio dū viuit, & ea mortua eius liberis ex cauſa naturali ſubſtantiua, quia publice intereſt dotes mulieribus conſeruari ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, vt l.j.ff.ſol.ma.quam certiſſimū eſt loqui de liberis ex matrimonio ſuſceptis, vt patet ex nigro: & facit Inſt.de pa.po.in princip. nec enim dicitur dos, niſi propter matrimonium, 35.q.5.nullum matrimonium autem a iure naturali deriuatur, j. diſtin.ius naturale. Et ratio naturalis inclinat ad matrimonium propter liberos procreandos, 27.q prima, omne. & lex dicit, quòd multa ſunt inuenta priuilegia propter creationem liberorum, C.qui po. in pigno. hab.l. aſſiduus. Et pro tanto id quod eſt cauſa dotis datum, eſt ipſius mulieris, cui datum eſt, Inſtitut. quibus ali. licet vel non. in rubrica. vbi dicit gloſſ. poſt Ioan. §.de iure gent. quòd ius a iure naturali deriuatur: quinimmo ius naturale dicitur, Inſtitut. de rerum diuiſio. §. ſingulorum. & §. venditæ, & ſicut competit mulieri hæc actio propter matrimonium, & creationem filiorum: & ſic ex cauſa naturali, vel ſaltem præcedente ab inſtinctu rationis, vt eſt declaratum: ſic competit etiam filijs eius ſucceſſio in iuribus competentibus matri naturali iure, idest procedentia iure naturali, vt eſt expreſſum ff.de bo.damna.l.fina.prima diſtin. ius naturale. vnde Apoſtolus ad Gala. ſecundo. Non debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs. 16. q prima, prædicator.immo poteſt dici, quod illud ius dotis fortius competat filijs mortua matre, quàm ipſi mulieri, quia

mulieri competit propter matrimonium & procreationē liberorum, vt ſupra dictum eſt: ergo fortius ipſius liberis: quare propter quod vnum quodque & illud magis, C. de ſacroſan. eccle. auth. multo magis. primo diſt. conſuetudo. † Ex quibus clare liquet, quod actio de dote competit filię & eius filijs iure naturali ſine ratione procedente a iure naturali & iure poſitiuo roborata, & ſpecifice approbata: ea autem quæ competit patri procedit a iure poſitiuo, vt eſt dictū, ergo filij præferuntur. Idem probatur ab effectu, qui eſt ſumendus a potentiori cauſa & alijs effectibus ſumptus ab alijs cauſis præferendus, 76 diſt. ieiunium. de pœni. diſt. 1. magna. de offi. delega. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. cum ſimi. ſed effectus actionis dotis, qui competit filiæ & filijs, habet potentiorem cauſam, quia naturalem, & ille, qui competit patri, habet accidentalem, vt eſt declaratum ſupra: ergo filijs eſt præferendus. bene facit pro hac ratione 49. quęſtione 1. §. 1. de pęni. diſtin. 2. radix. de celebra. miſſa. cum Marthæ §. quæſiuiſti. cum ſi. Item hanc potioritatem filiæ & filiorum probat l. quæ dicit, quòd dos data a patre filiæ deſinit eſſe in bonis patris, ff. de do. colla. l. 1. §. fi. & l. fi. vnde alienata eſt ab ipſo patre & eius ſubſtantia. in Authē. de æqua. do. §. quia vero. col. 7. Et ideo non poteſt diminuere de eo, quod ſibi prius dedit, etiam cum fuit iurata donatio propter nuptias, vt ibi: ad hoc ff. de verb. ſigni. in l. alienatio. nec de patris hæreditate cenſetur. ff. ad l. falci. l. pater. primo reſponſo. ad trebel. l. mulier. §. cum proponeretur. & l. filia. quæ bene facit: & pro tanto dicitur proprium ipſius filiæ patrimonium, ff. de mino. denique. §. ſed vtrum. in fi. Inſti. qui. alie. non liceat. primo reſponſo. & optime ff. de iure doti. in rebus. Idem per Bar. l. inter ſocerum. § cum inter. ff. de pact. dota. vbi ſi pater, qui dedit dotem filiæ, fecit pactum cum genero, vt ſi filia decederet ſine filijs dos rediret ad patrem, filia defuncta extantibus liberis dos retinetur. Et eſt ratio, quia caſus omiſſus a contrahentibus etiam de ipſorum mente reſeruatur diſpoſitioni iuris communis: ad hoc de conſe. diſt. 3. celebratis. de inint. in noſtra. de reſcrip. ſuſceptum. lib 6. ff. ſolu. matri. ſi cum dotem. in prin. C. de pac. l. fi. Et illa videtur ratio illius l. non illa, quam aſſignat Cy. in l. dos a patre. Ad idem facit, quia valet pactum inter virum & vxo. de lucranda dote & donatione propter nuptias. C. de rei vxo. ac. l. 1. §. illo procul dubio. & de pac. conuen. l. morte. cum ſi. quo caſu ſi filia lucratur donationem propter nuptias ſibi factam a marito, pater nihil iuris habet in illa, vt in Auth. de æqua. dotium. §. quia vero. coll. 7. ex quo ſequitur, quod filia præmortua dicto pacto maritus lucratur dotem etiā inuito patre, a quo dos profecta fuit: non poteſt ergò negari, filiam potentiorem in dote, & per conſequens eius filij etiam viuente patre mulieris. & ſic pater filij olim maritus ipſius mulieris. Et pro hac ratione bene facit ff. de pac. dota. l. inter ſocerum. primo & ſecundo reſponſo. Idem probatur, quia ſi pater ſtipulatur dotem ſibi reddi, non gaudet priuilegijs quibus filia, quia non eſt iure cautum: ſed contrarium probatur in l. aſſiduis. in fi. C. qui po. in pig. ha. licèt gaudeat ille, quando agit actione communi ſibi & filiæ competenti. arg. l. cęterum. ff. quemadmodum ſerui. amit. §. ſequitur. quod fortius & potentius eſt ius filiæ: & per conſequens ea mortua, eius filij hæredes: ita ſentiebant plures antiqui & moderni doctores. Item ſecundum vtrunque ius mulier propter adulterium perdit dotem, de dona. inter virum & vxorem. plerunque. facit vt lite non conteſta. capitulo primo. ff. ſolu. ma. Lucius. cum ſi. quam repetere non poteſt pater, a quo profecta eſt in caſu, quo non fuit ſtipulatus eam ſibi reddi: imo lucrifaciunt eius filij, ſi extant, vt not. glo. 1. vt lit. non conteſta. c. j. aliàs ſi non extant, maritus: & imputet ſibi pater, ſi non fuit ſtipulatus ſibi reddi, vt no. C. de iure do. l. ſi dotem. & ex hoc ſequitur, quòd mulier & eius filij plus iuris habent in dote, quàm pater, a quo profecta eſt. Et pro hac ratione facit in Auth. de nuptijs. §. etiam mulier. coll. 4. licèt dicatur, Dy. iſto caſu aliter dixiſſe. Item probato, quod patris ſtipulatio non impedit, quominus eo mortuo filia præferatur filijs & hæredibus ipſius patris, ſequitur, quòd vbi ſtipulatio non eſt facta per patrem tempore, quo dotem dedit ſibi ſoli reddi, filius filię præfertur patri: & procedit iſta conſequentia, quia ſtipulatio patris facta tempore donationis dotis eſt cauſa, quare præfertur filię & eius hæredibus, vt dicta l. quoties. ff. ſolu. ma. Et clare probatur eo. tit. l. ſi cum dotem. in prin. Et prima propoſitio probatur ex eo, quia paternum eſt officium dotare filias, ff. de ritu nup. l. qui liberos. C. de hære. l. cognouimus. Et per conſequens non eſt liberalitas pure huius dotis: quid enim de ſuo videtur reliquiſſe, qui quod reliquit omnino reddere debuit? ff. de lega. ſecundo, vnum ex familia. §. j. ergo ſi eam fuit ſtipulatus ſibi reddi, talis ſtipulatio non includit filium eo mortuo, ne quod benigne collatum eſt, fraudis conſilio omnino reuocetur, ff. de ędil. edic. ad res donatas. ergo ipſo patre mortuo, habebit dotem filia, & ea mortua ipſius liberi, & non filij illius, qui dedit dotem, licèt ſtipulatus fuerit eam ſibi reddi. Ad hoc optime C. communia vtriuſque iudi. l. fi. vbi filia dotē præcipuam habet mortuo patre, etiam cùm pater eā ſtipulatus fuerat ſibi reddi: & ſic præfertur filijs & hæredibus patris in dote: multo fortius ipſe debet præferri patri, cum non fuerit ſtipulatus, & ſic eius filij, & eis mortuis maritus, per ea quæ dicta ſunt. hoc idem videtur probare § videamus. l. vnica. C. de rei vxo. ac. quem pro ſe allegant tenentes contrarium: quia vt ibi patet, ſi pater dedit dotem, etiam cùm ſtipulatus eſt eam ſibi reddi, filia emancipata, vel ipſo mortuo, ipſa dos omnino ad filiam pertinet, & non ad hæredes patris, etiam ſi fuit exhæredata, vt intelligit Azo, ſcilicet etiam cum pater fuit ſtipulatus dotem ſibi reddi, vt ipſe not. in ſum. de rei vxo. ac. §. j. quis ergo negabit, quod multo fortius præferri debet ipſa filia patri etiā viuenti, cum ſtipulatus non fuerit ſibi reddi, vt hic, & per conſequens filius filiæ, quo mortuo pater eius olim maritus dictæ mulieris. Item pro hoc multum facit l. 1. §. i. ff. vt le. ſeu fideicommiſ. nom. caue. ibi, apud maritum remaneat, apud quem dos remanſiſſet: vnde propter illa verba dicit ibi gl. gaudeat Mar. ſed poſtea conatur reſpondere. Mihi videtur, quòd fugere vult vel diuinare, vnde Mar. & ſequaces merito poſſunt diuinare. E[illegible] gloſ. hoc videtur tenere ff. de iure do. l. iure ſuccurſum in glo. C. in fi. Iſtud corroboratur per tex. l. poſt dotem ff. ſolu. ma. ibi, & poſtea filia ſine liberis deceſſit, & extantibus ex ea liberis: arg. a contrario pro expreſſo habetur 9 diſtin. cap. j. 15 quæſt. 4. ex eo. de reg. cum virum. & gloſ. quæ ibi ſupplent, maxime, deſtruunt tex. nec alio iure aperte probatur: lex autem dos, aperte loquitur generaliter, vnde non tollit diſtinctionem dictæ l. poſt dotem. quia quoties ſunt duo iura circa eandem materiam, quorū vnum generaliter & ſimpliciter ſine abſolutione loquitur, & aliud determinat diſtinguendo, ſecundum illam diſtinctionem, debet intelligi ius generaliter loquens, & ad illud debet detrahi, ſiue præcedat ſiue ſequatur, vt ſic diuiſione rationabili iungatur: ad hoc optime 33. q. 2. cap. pen. de his quę fi. a præla. cum apoſtolica. C. de ve. iur. enucle. l. 2. §. ſi quid autem. cum ſi. Si hoc dictum retorqueatur ad contrarium, quia l. ſi dotali. C. ſolu. ma. determinat, & vt videtur, diſtinguendo innuit, quòd tunc propter liberos retinendos, quando liberorum nomine ſtipulatio interpoſita fuit: ergo a cōtrario ſecus, quando liberorum nomine expreſſio

non

non fuit facta, ſupra patet reſponſio ſecundum Petrū.
4 †Sed & ego reſpondeo, quòd illa verba, vt liberorum nomine &c. non ſunt diſpoſitiua, ſed enunciatiua, & narratiua: & ſic ex eis non eſt arguendū, ff. depoſi. Publia. §. fi. de priuil. ſi Papa. li 6. Et de hoc nil ibi diſponit, vel determinatur, ſed ſolum an in ſtipulatione, in qua de liberis exprimebatur, includerentur nepotes: ſed quia illa verba non ſint diſpoſitiua, ſed narratiua, probatur ex prin. l. dicit, ſi dotali inſtrumento ita ſtipulatum: & ſic certum eſt, quòd non diſponunt illa verba, quòd aliud ſit ſtipulatio dotis fieri per inſtrumētum, ſiue in ſcriptis: & aliud, quando ſtipulatio facta eſt nō interueniente inſtrumento, ſiue ſcriptura: patet C. de rei vxo. ac. l. j. poſt prin. Et per prędicta ſit reſponſum ad l. dos a patre. C. ſo. ma. & ad §. ſileat. C. de rei vxo. ac. & §. videamus. Et ſimili modo dicēdum eſt ad l. quod in vxorem. in fi. C. de neg. ge. & ad l. ania. C. de iure dot. & ad l. filius. ff. ad Macc. & ad alias ll. in contrarium alleg. quæ omnia loquuntur, vbi viuente filia, vel cùm ea mortua filij non extent. Ad rationē Bulga. & ſequaciū patet reſponſio, quia verum, quod extraneo dat actio ex pacto, vel ſtipulatione, ſed patri, qui non eſt ſtipulatus, datur ſola l. diſpoſitio, quæ eſt communis patris, & filiæ: debet ergo quantum ad patrem intelligi, ſecūdum quod lex diſponit, & non aliter, vt plene eſt declaratum: vnde poſſet inferri, quòd ratio prædicta melius faceret in oppoſitum. Ad rationem Dyn. reſponſum eſt ſupra per Ray. ſ. ꝙ procedit, vbi ſit eadem ratio per omnia in vtroque participe, ſed in repetitione dotis ratio, propter quam filiæ debetur dos, ceſſat in patre: & hanc diuerſitatis rationem ſupra plene declarati.

Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor dotis nomine creditoribus vſurarijs præponetur.*

CONSILIVM II.

1 AN creditor dotis nomine debeat præferri † debentibus recipere vſuras? Dico, quòd ex no. in c. cum tu. & ca. tua nos. & c. Michael. de vſur. colligitur, quòd ſecundum canones bona vſurariorum ſint tacite obligata pro vſuris reſtituendis. Sed non puto id clare iure probari: nam ca. cum tu. §. fi. quod ad hoc inducitur, non probat, quòd ſint obligata, ſed quòd debent vendi, & precium reſtitui his, a quibus vſuræ ſunt extortæ: ibi tamen ſolutio dicit, quòd ſi ſunt bona pro vſuris aſſignata, bene ſunt tacite obligata his, quibus eſt ipſarum vſurarum reſtitutio facienda, ſed ſi ſunt alias de pecunia fęnebri acquiſita, habet locum dictum c. cum tu. Ex prædictis reſpondetur ad id, quod quæritur, quia quicquid ſit, certum eſt, quòd priuilegium dotis eſt, quòd pręferatur omnibus creditoribus prioribus habentibus tacitas hypotheeas, vt l. fi. C. qui po. in pig. hab. Ioan. Calde. Idem conſuluit Gaſ. eius filius iiſdem rationibus.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier an ex confeſſione mariti conſtante matrimonio facta, eo mortuo poſſit agere actione de dote.*

CONSILIVM III.

1 QVaritur, ſi conſtante matrimonio † vir fuit confeſſus ſe recepiſſe ab vxore ſua 200. lib. in dotem, & per mulierem non probatur dotem fuiſſe datam in veritate, quid fieri debet. C. de do. cau. non nu. l. prima, & de bonis quæ li. l. quamuis Et poſt dictam cōfeſſionem vir omnia ſua bona creditoribus obligauit, mortuo marito agit mulier ad dotem, & oſtendit inſtrumentum confeſſionis prædictæ: cui obijciunt creditores ſibi non præiudicare, quia pręſumitur facta in fraudem, niſi vere data probatur per eam, alleg. ff. de proba. qui teſtamentum. vbi dicitur, quòd Titius probare debet ad teſtatorem perueniſſe illud, quod idem teſtator confeſſus eſt ſe habuiſſe: cum igitur ſit factum in fraudem, non valet. C. de legi. non dubium. Et de ſimili materia no. ff. ad Velleia. Scia. & C. de teſta. verba teſtamenti. & de agric. & cenſib. quemadmodum. lib. 11. cum ſi. Reſpondeo, ꝙ talis confeſſio indubitanter nō facit præiudicium creditoribus, ar. prædictæ l. qui teſtamētum. Præterea fuit facta eo tempore, quo donatio non valebat, quia cōſtante matrimonio, ff. qui po. in pigno. hab. l. qui balneum. Item poſſunt opponere exceptionem l. 1. C. de non nu. pecu. quod intelligo, ſi ſunt intra tempora, C. de do. cau. non nu. l. ſi. & auth. ibi poſita.

Gaſp. de Cald.

CONSILIVM IIII.

AN ſi pater poſuit filiam in monaſterio, & aſſignauit ei centum nomine dotis, ſi moritur ante profeſſionem, poſſit pater repetere dotem a monaſterio? Vide ſupra de regula. conſi.

Explicit liber quartus, Incipit Quintus.

De accuſationibus, & inquiſitionibus. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Condemnatus propter teſtium ſubornationem, an ſit infamis.*
2 *Condemnatus uia inquiſitionis non dicitur infamis.*
3 *Condemnatus ad pecuniariam pœnam infamis non putatur.*

CONSILIVM I.

IVDEX ex officio inquirit contra vnum, ex eo, quia corrupit teſtes, vt dicerent falſum in vna cauſa, qui confitetur ſuum delictum, propter quod condemnat eum in centum applicādis theſaurario prouincię: quæritur, an ex iſta cōdemnatione ſit infamis? Præmitto, quòd crimen falſi, ſuper quo fuit inquiſitū, & lata ſententia contra iſtum eſt crimē publicum: patet ff. ad l. Cor. de falſis. l. lege Cornelia. §. pœna. Secūdo præmitto, quòd infamia irrogatur ratione dicti criminis, quando ſuper eo lata eſt ſententia, & non aliter, vt probatur in l. infamem. ff. de public. iudic. Ad idem ſecunda quæſt. tertia. §. hinc colligitur. apertè facit 3. quęſt. ſeptima, §. porrò. & quod ibi no. Iſtis ſuppoſitis, dico, ꝙ iſte non notatur infamia: quod ſic oſten-
1 do, ſi condemnatus via ordinaria, & debita ſecundum ius ciuile de crimine, pro quo no. infamia, infamet de iure ciuili, ergo condemnatus via extraordinaria, & prohibita infamia non notatur illius iuris conſequentia: patet per regulam, quòd contraria contrarijs conueniunt, 11. diſt. cap. ſecundo, 32. diſt. in. hoſpitalium. de priuile. cum olim. in fi. cum ſi. Antecedens patet, quia via inquiſitionis hoc caſu eſt prohibita iure ciuili ſecundum id, quod nemo ſine accuſatore damnatur. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mune. & hono. & facit C. qui accu. non poſ. l. tertia. Et dubium non eſt, quod iſta eſt via extraordinaria: probatur. 2. quęſtio. 4. in omnibus. & cap. in ſuper his. de accuſ. §. inquiſitionis. & eo. ti. qualiter. 2. & no. in cap. quoniam con-

tra.de proba.in princ. & bene facit pro hac ratione de
ord.cog.cum dilectus.in fi. Nec ob.ſed facit pro,quòd
ſunt certi caſus,in quibus ſecundum ius ciuile proce-
ditur ſuper criminalibus per viam inquiſitionis, q no.
in l.prima,§.ſi publico.ff.de adul. q̃ illi ſunt caſus ſpe-
ciales,ſed iſte non eſt de illis,vnde remanemus ſub re-
gula prædicta.ſecunda q.5.contuliſti. Et not. Dyn. in
princ.regula iuris.in 6.Nec ob.l.vbi. C.de falſis, vt ibi
not. & l.vbique,multum facit pro hac concluſione.
Item non obſt.quod no.2.q.prima,de manifeſta.& vt
eccle.beneficia.c.primo,in quibus no.caſus excepti. Et
inter alios ponitur, quando iudex procedit per viam
inquiſitionis, quia illud verum ſecundum canones,
non ſecundum leges,vt no.in Spec.de inqui.§.quãdo.
poſt prin.& quod ibi no.Ioan. And.in addi. Et ſpecia-
liter de iſto crimine falſi lex videtur dicere, quod via
accuſationis cognoſcitur, C.de tranſac.l. tranſigere.
2 † & quòd condemnatus per viam inquiſitionis non
ſit infamis, videtur caſus. C. ſi tutor vel curator non
geſſe.l.j.& no.ff.de ſuſpe.tuto l.tertia,§ præterea. vnde
quod dicit gloſſ.in l.prima,§.infamem.ff.de publi.iud.
quòd illa l.intelligitur indiſtincte,ſiue de publico cri-
mine cognoſcatur criminaliter,ſiue ciuiliter,eſt verũ,
quoniam ordinarie quis damnatur, non quando ex-
traordinarie mulcta imponitur, C. de modo mulcta-
rum.l.prima,& ibi no.ita credo intelligendum,quod
notat dubitatiue Azo in ſumma,ex qui.cau. infam.§.
ſed illud. Secundo idem probo, quia iudex in ſenten-
tia dicit ſe condemnaſſe ſecundum formam conſtitu-
tionis: & conſtitutiones hanc pœnam non imponunt,
ergo nec ſententia ſecundum eos lata. Item argumen
tatur legis lator,ff.de aboli.l.prima,vbi dicitur quod
ex verbis pronunciantis argumentatur, quæ ſit pœna
impoſita facti: quædam quæſtio in arbitrio eſt iudican
tis: pœnæ vero proſecutio legis auctoritate reſerua-
tur,vt habetur,ſecunda quæſt. tertia, notandum. Sed
quod hæc pœna non imponatur per conſtitutionem,
eſt planum,vnde ſuppleri non poteſt, de pę.di. prima.
§.pęnæ de elec.ſtatutum.libro 6 Item ex prædictis pa-
tet,quòd perinde debet haberi, ac ſi cõtra iſtũ actum
fuiſſet ex condictione dictarum conſtitutionum,vt ff.
de cond.ex le.l.prima,facit ff.de adul.l quod ex his cau
ſis,ſed condemnatus, contra quem eſt actum condi-
ctione ex le.infamia non notatur, etiam ſi commiſiſ-
ſet delictum,quod alias per ſententiam infamaretur,
quia nulla condictio infamat,vt ff.de act. & obl.ceſſat.
ergo iſte condemnatus ſecundum formam conſtitu-
tionum infamia non notatur. Nec obſ.illa verba poſi-
ta in titulo inquiſitionis,& repetita in ſententia ſecun
dum formam iuris,& conſtitutionum prouinciæ. Et
omni modo,& forma,quib.melius poteſt: quia quan
do aliquid poteſt ad plura trahi, debet illi aſcribi, cui
magis ſpecificans conditiones aſſumit:ad hoc de accu.
ſuper his.& de procu.ſic.ff.de an.& ar.le.l.Quintus Mu
tius. cum ſi.ſed cõdemnatio facta de iſto conditiones
aſſumpſit ſpecifice conſtitutionum:nam ſecundum il
las facta fuit condemnatio. Item dicta verba generalia
ad conſtitutiones referuntur, de quibus ſpecialiter di-
xit,quibus pęna ſpecialiter impoſita adaptatur: de reg.
iur.generi cum concor.lib.6.nec enim potuit forma-
ri proceſſus ſuper pluribus legibus diuerſis,ff.de accuſ.
l. ſenatus. ergo nec condemnari, quia titulus inquiſi-
tionis, & condemnatio debent inuicem conuenire,
ff.cõi diu.vt fundus.de accu.qualiter.el j.ex quo ergo
aliter nõ fuit declaratũ, intelligitur ſm ſtatuta proceſ-
ſiſſe:facit ff.de ſuſpe.tu.hęc conditio. Et bene facit qđ
3 no.Inn de ord.cog.c.2.† Tertio idem probo rõne pę-
næ impoſitæ,quia imponẽdo pęnam pecuniariam vi-
gore conſtitutionis,videtur pęnam corporalem mu-
taſſe, & ſic condemnatus non cenſetur infamis,C. ex
qui.cau.infam.no.& ſic ſcuerior.ita not.ff.de his qui
not.infa.l.quid ergo.§ pęna grauior. Præterea ſecun-
dum qualitatem pęnæ eſt iudicandum de effectu cri-
minis,quo eſt cognitum,24. quæſt.prima, non afferа-
mus.de pę.diſt.j menſuram.de pęni. Felicis.§. illud, &
ſequenti.lib ſexto,in Authen.vt fratrum filij.§.quia ve
ro.colla.9. vbi imponitur pęna capitalis, ſignum eſt,
quòd crimen eſt graue: vbi pęna pecuniaria, ſignum
eſt,quòd crimen leue,ff.de publ.iud.l.ſecunda, de bo.
poſ.l.edicto.§. tei autem. hic autem iſte condemnatus
fuit pecuniaria pęna, & ſic iudex voluit eum condem
nare, vt de crimine non capitali: ſic enim crimen di-
ſtinguitur capitale a non capitali inſpecto tenore ſen-
tentiæ, in qua pęna imponitur.ff.de bon.di.idem.ſola
ergo ſententia non autem genus criminis debet inſpi
ci,vt dicit l.ff.de pęn.quod ad ſtatum:& ſic iſte non no
tatur infamia ex iſta ſententia. Coadiuuatur hoc,quia
actus agentium non debet extendi vltra eorum inten
tionem,22.quæſt. ſecunda, homines. & capitu.fina. de
conſe.diſt.quarta,ſi quis presbyter.de or.cogn.capitu.
ſecundo, cum ſi. ſed iudex non habuit intentionem,
quòd iſte notaretur infamia, vt patet ex prædictis. Et
procedunt prædicta potiſſime, quia iudex non pronũ
ciauit ſuper crimine,niſi per modum cauſæ: ſola ergo
pęna debet attendi, quia ſuper ea pronunciatur, non
ſuper crimine,iuxta no.per Inno.de cauſa poſ. cum ec
cleſia Sutrina.& plene ſcripſi in ca.primo, de or.cogn.
in 4 q.benè ergo dicit,quòd tunc per ſententiam infa
mia irrogatur,cùm fertur ſententia ſuper crimine. 3.
q.7.§.porro.vbi ponit exemplum:& facit C.ex qui.cau.
infa.not.iniuriarum. & l.ſeq. Et per hoc reſpondetur
ad no.per Inno.de accu.qualiter.el 2.in glo.ſuper ver.
ad diminutionem.ver.non negamus.vbi dicit,quòd ſi
aliquis crimen confitetur in iudicio, quod etiam ſine
iudicio,& directo proceſſu ſtatim quęcũque pęna gra
uior poſſet imponi,2.q.j.c.j. & 2.de confeſ.ca.2.ff. ad l.
Aqui perinde. Ad idem facit, licet ipſe non alleget, ff.
de his qui no.infa.l.quoniam. Quare poſito, quòd il-
lud ſit verum,tamen illud procedit,vt verba ſonãt ſe-
cuta ſententia,per quam imponitur pęna grauior: vn-
de in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in pro-
nunciando, vt dictis iurib. quod ſine dubio procedit
in criminalib.vbi ſemper eſt neceſſaria ſententia,C.de
pęn.cum reis.& de cuſto.re.l.ſi quis.& ff. de quæſtioni
bus.l.j.§.ſi.2.q.j.nos in quemquam.23.q.4. quęſitum.
& in Spe.de confeſ.§.j.in fi.Sed hic non fuit impoſita
pęna grauior, vt eſt dictum. Item dictum Innoc. debet
intelligi,quando ſuper crimine fuit lata ſententia, vt
ſupra probaui: quod hic non fuit. Et iſtud videtur ſic
intelligere Inno.vt poſuit in ca.glo.ver. item vero. Et
ſic concludit iſtum non eſſe infamem ex illa ſenten-
tia infamia iuris ciuilis: & ſic admittendus ad actus le-
gitimos: ſic etiam conſuluit Dyn.de quo dicit eſſe ca-
ſum in d.l.j.C.ſi tu.vel cu.tamen ſupradicta addidi ſe-
cundum modulum mei ingenij.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Circumſtantiæ criminum non ſemper quærenda.*

CONSILIVM II.

1 IN cauſa inquiſitionis, quæ fit contra † certam
perſonam de pluribus criminibus in genere com
miſſis, multoties non requirũtur ſpecificationes
circunſtantiarum criminum: puta, ſi formetur
inquiſitio contra vnum, quòd fuerit publicus vſura-
rius, & quòd multis annis exercuit vſuras. Et iſta eſt
concluſio Innocent.& Hoſtien.& Ioan. And.de pur.
cano.cap.fin.vbi dicunt, quòd inquiſitio fit in genere.
& ibi alleg.multa iura. Et idem dicunt in purgatione,
quæ fit generaliter, vt dicto cap.fina.& cap. accedens.
eodem

eodem tituſo. Et ibi aſſignat rationem: ideo non plus inſiſto in hoc. Gaſ. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Abbate petente monachos in carcere recludi, an dicatur cauſa criminaliter intentari, ita vt inſcriptio requiratur.*

CONSILIVM III.

1 PETIT abbas quoſdam eius monachos † propter eorum crimina recludi in carceribus ad pęnitentiam peragendam: Quæritur, an iſta dicatur cauſa criminaliter intentata, ita vt debeat fieri inſcriptio, & quòd procur. non poſſit interuenire? Et dicitur, quòd non requiritur inſcriptio, quia vbi non concludit ratio, ibi non habet locum ius: ſic argumentatur Auguſti. 26. diſtin. acutius. & c. ſequenti. ſed ratio inſcriptionis faciendæ ſurgit ex impoſitione pœnæ, licet varia fiat diſtinctio pęnarum ſecundum leges, tamen Canones in caſu iſto diſtinguunt depoſitionem & correctionem, prout de accuſat. ſuper his. vbi hæc quæſtio videtur terminari: nam ibi redditur cauſa, quare accuſans debet inſcribere, quia ad depoſitionem intendit, ſed denuncians non tenetur, quia ad correctionem fit denunciatio. Conſiderata igitur huiuſmodi ratione, quæ eſt vera & finalis ſecundum canones, non tenetur iſte inſcribere, cum intẽdat ad correctionem: nam ex qualitate pęnæ & modo criminis iudicium dicitur criminale vel ciuile, vt ſi agatur ad depoſitionem, intelligitur criminale: ſi ad remotionem, ciuiliter intentari, etiam ſi crimen, ſuper quo proceditur, ſit graue, vt eod. titu. qualiter. el 2. Sed hic agitur ad correctionem tantum, vt patet ex forma concluſionis libelli: ſic ergo huius iudicium non poteſt dici criminaliter intentari, & ſic neceſſario non debet abbas ſe inſcribere. Ex his deciditur aliud dubium, an procurator poſſit interuenire: quia dicitur, quòd ſic, ex quo ciuiliter intentatur: de accu. ſuper his. Nec obſtant narrata in libello, quia debemus conſiderare eius concluſionem, vt patet de cauſa poſ. cum eccleſia. de foro compe. ex parte. & bene facit qđ no. Inn. de ord. cogni. cap. 2. in prin. ſed finis, ad quem tendit abbas, eſt correctio, vt patet ex dicta concluſione libelli, & ſic non poteſt dici criminaliter intentari, vt dicto capitulo, ſuper his. Et propter hoc tenet Goffre. & Hoſti. quòd ſi per denunciationem vel inquiſitionem agatur ad depoſitionem, quia id fieri poſſet ratione criminis, vt c. inquiſitionis. de accuſatio. non poſſet interuenire procura. vt ipſe no. de dolo. veritatis. Tertium dubium plenius poſui ſupra de procurato. ideo non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Literæ beneficiales ab infami impetratæ an valeant.*

CONSILIVM IIII.

1 FVIT formata inquiſitio contra † vnum ex receptis teſtibus ſuper infamia, & citato inquiſito lite conteſtata, & aliquibus teſtibus receptis ſuper veritate, inquiſitus impetrauit literas beneficiales: Quæritur, an valeant? Et dicitur, quòd fuerunt dictæ literæ vitioſæ, quia non fuit intentionis Papæ dare literas infami, vnde hoc tacere nõ debuit: ſed in literis ad beneficia omnis puritas debet adeſſe, & omnis ſurreptio abeſſe. de reſcriptis. in noſtro. de filijs presbyterorum. ad præſentiam. de cleric. non reſi. congruente. bene facit de re iudi. cum olim. & D. P. M. de reſcrip. ad audientiam. el ſecundo. vnde ſi non tenuit impetratio, nec prouiſio inde ſecuta, vt dicto capitulo, ad audientiam. & ſic iſtud tollit contrarium de deci. accedens. de accu. & eorum quæ no. Inno. de conceſ. præben. cum noſtris. & de exceſ. præla. inter dilectos. quia licet valeat prouiſio facta infami, non tamen impetratio propter odium literarum beneficialium, de præben. quamuis. el primo libro ſexto. Ad idem facit quod de opinio. promouendi dicitur, quòd non debet vacillare, vt patet ex no. per Innocen. de ſimo. accuſatus. & D. P. M. in nouella, de accenſa. omnipotens.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor quando debitorem via euangelicæ denunciationis vel iudicialis compellere dicatur.*

CONSILIVM V.

1 RENVNCIAT vnus coram iudice dicẽs, † quòd agit via denunciationis propter ſuũ priuatum intereſſe, narrans, qualiter illum monuerat ſecundum formam euangelicã: concludens, quòd petit ipſum compelli ad reſtituendum ſuum debitum. Quæritur, an iſte dicatur agere via denunciationis euangelicæ, an via denunciationis iudicialis? Et dicitur, ꝙ eſt actum via denunciationis priuatę iudicialis. Primo probatur: quia hoc exprimit denuncians in concluſione petitionis: licèt enim agens generaliter poſſit ſuam intentionem ex quacunque cauſa probare: agens tamen expreſſe ex vna cauſa, & vna via illam habet proſequi: no. de re iudi. abbate. lib. 6. Nam in petitione dicit, quòd agit via denunciationis iudicialis: ergo non euangelicæ, quia ſpecies oppoſitæ non ſunt eædem, imo vnius expreſſio aliam habet excludere, de offi. Archi. dilectus. de teſti. cum veniſſent. Item in dicta petitione dicit denuncians, quòd agit pro ſuo intereſſe priuato, quod eſt proprium iudicialis denunciationis priuatæ, vnde nihil in ea exprimitur, quod ſapiat euangelicam denunciationem, quia in illa agitur ad pœnitentiam, quę pęnitentia non eſt petita fieri. Et hęc pœnitentia conſiſtit in contritione cordis, & oris: ſecundo in operis ſatisfactione: & iſta vltima remittitur per ſatisfactionem extrinſecam, de rap. ſuper eo. Et propter hæc duo fiunt in illa denunciatione, quæ hic non ſunt deducta. Et ſi dicatur, petitur reſtitutio incidenter & in conſequentia: quia aliàs non poteſt pęnitere, vt in regula, peccatum: de reg. iur. libro ſexto. Reſpondetur, quòd hic non agitur ad reſtitutionem rerum in conſequentiam, imo principaliter: 1 quod apparet ex eo, quia hic alleg. & petitur, & non pęnitentia: vnde non poteſt dici, quòd veniat reſtitutio in conſequentiam, & vt acceſſorium vbi principale non eſt: vnde ſaltem id, quod principale erat in denunciatione euangelica principaliter tendens ad pęnitentiam tantum erat exprimendum, quod hic non fecit. Non ob. ſi dicatur, quòd eſt etiam quędam denunciatio euangelica, quæ tendit ad reſtitutionem, quia non poteſt digne agi pęnitentia, niſi reſtituatur ablatum: quia iſta, quæ tendit ad rei reſtitutionem, ſi euangelica eſt, non tendit niſi in conſequentiam: aliàs eſſet facere nouam ſpeciem denunciationis non tactam ab aliquo doctore, iuxta not. de iudi. nouit. Nec ob. ſi dicatur, quòd in libello dicitur, quòd monuit ſecundum regulam euangelicam: quia illa verba ſunt dicta narratiuè & ante concluſionem denunciationis, ex qua concluſione eius naturam debet ſortiri, ſicut de libello dicitur. Item etiã denunciatio iudicialis fundatur ſuper regula euangelica, ſi peccauerit in te frater tuus &c. Et tres denunciationes charitatiuæ debent præcedere denunciationem iudicialem, ſed in euangelica ſufficiunt duę

ſecundum communem concluſionem, de iud.nouiſ.

Ioannes Calde.

SVMMARIVM.

1 *Crimen leſę maieſtatis committere quis dicatur.*

CONSILIVM VI.

1 DE crimine leſe maieſta.non poteſt † accuſari volens debellare caſtrum perueniens ad eccleſiam Rauenna.quo ad temporalem iuriſdictionem: quia crimen leſę maieſtatis non committitur, niſi contra principem, vel eius officiales ip[illegible]ellionem faciendo reſpectu ſtatus ipſius princ[illegible]l eius imperij, vt l.prima, & ſecunda, ff. ad l.Iul.maieſt.& l.ſi quis.C.eodem ti.pro hoc l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de cap.& poſtlim. reuer.Et hoc vult Barto.in extrauagan qui ſunt rebelles: ſuper verſic.rebellando.Ex cuius dictis infertur, quod tunc tantū committitur crimen leſę maieſtatis, quando cōtra principem non contra inferiores habentes iuriſdictionem de per ſe.Nec ob.c.fęlicis.de pen.libro ſexto, quia illud loquitur de inſequente hoſtiliter Cardinalem, quod hic non fuit.Item,quia hic non fuit factum contra Cardinalem vt Cardinalem, ſed contra eum, vt adminiſtratorem eccleſię Rauenna.

Gaſp. de Cald.

De ſimonia. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus a Papa legitimatus ad petitionem conuentus, ut eis in prælatum daretur, an dicatur ſimoniacus.*

CONSILIVM VNICVM.

1 AN religioſus,qui fuit nominatus † Papæ per conuentum monaſterij, vt daretur eis in prælatum, ſupplicando, vt cum eo diſpenſet ſuper illegitimitate, committat ſimoniam, ſi dictæ nominationi renunciet, vt detur ſibi certa prouiſio annua? Et dicitur, quòd ſimonia eſt, poſito ēt quòd ex tali nominatione nullum ius ſit quæſitum in re, vel ad rem, quia continet illicitam pactionem, de pac.cum pridem.& j.q.3.quam pio. Sed ſi non pure, & libere fieret talis prouiſio, tunc poſſet tolerari: Sed futurus prior poterit reuocare hanc prouiſionem, niſi ꝑ Papam eſſet approbata, ne ille videatur proprietarius: ad quod bene facit quod no.Hoſtien.de præb. in fi.

Gaſp. de Cald.

De magiſtris. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Doctor uel magiſter legens coram ſolo ſocio contra interdictum Papæ, an ſit excommunicatus.*

CONSILIVM I.

1 BEnedictus Papa 12.interdixit † Bon.magiſtris, & doctoribus facultatem legendi, & docendi in ſcholis, vel magiſtrales actus exercendi, necnon ſcholarib. & ſtudentibus in dicto ſtudio ſcholas intrandi, vel aliquos actus in eiſdem ſcholis ſcholaſticos, vel locis alijs publice exercendi, diſputando, vel legendo, vel aliquo quouis modo ſub excommunicationis pena, quam incurrant ipſo facto. Quidam ſcholaris in dicta ciuitate legit aliquas decr. domino ſuo, vel ſocio in camera ſua, nulla alia perſona præſente: Quæritur, an incurrerit excommunicationem? Et dicitur, quòd non, quia verborum ſigni.eſt attendenda, nec ab illa eſt recedendum, 28.q. prima, ſicut enim.ver.cum vero.31.diſtin.omnino. de tranſla.præla.capit.ſecundo. Sed verba interdicti prohibent actus ſcholaſticos publicos non occultos: iſte autem occulte legebat in camera: ergo.facit de pœni. diſt.j. §.hæc ergo.ver.filiam namque.ergo &c.vnde expreſſa qualitate publici, non includit ſpeciem occulti, quæ ſunt ſpecies differentes: de cohabi.cleri. veſtra.cum ſi. & quod vna qualitate expreſſa, reliqua excludatur, patet de reſcriptis.ſuſceptum.lib.6. & de præben. cum illis.eodem li. cum multis ſimilibus: ergo excommunicatus non eſt.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Abbas an poſſit in legibus doctor licitè effici.*
1 *Monachus quando poſſit doctorari.*

CONSILIVM II.

1 AN Abbas poſſit licentiari, & doctorari † in legibus? Dubium quęſtionis facit, quia religioſi prohibentur audire leges ciuiles, ne cle.vel mo.non magno.& cap. ſuper ſpecula.ergo prohibiti cenſentur in illo licentiari, vel doctorari: conſequentia tenet, quia prohibita via, ergo & finis, propter quem itur, vel illius terminus, j. quęſt.prima, principatus, 11, quæſtio.tertia, æſtimant cum ſimi. Sed ſtudere in iure ciuili, & audire leges, eſt tendere ad finem doctoratus, 16.quæſtio.prima, ſic viue. & ca. ſi clericatum. ergo huic videntur eſſe prohibita. Et licet illi textus prohibeant monachos ſtudere, idem videtur de abbate, cùm per dignitatem abbatialem non deſinat eſſe monachus, de ſtatu reg. cum ad monaſterium, de ſimo.capitu.fina. Pro his facit, quia dicti lex abſurdum videri, eos eſſe diſceptatores forēſium quæſtionum, C.de epiſco.& cleric.repetita. 11.quæſtio.prima, te quidem.cum ſi facit quod not. Archidia. ne cle. vel mona.capit.ſecundo, lib.6. vbi dicit, quòd lectio legum, & ſtudium monachis prohibetur. ¶ Contrarium videtur, cum non reperiatur iſtud eis prohibitum, ergo concluditur permiſſum, 5.diſt.ad eius vero 30. quæſtio.tertia, illud, & q.tertia, qui ſpiritualem.cum ſi. Itē experientia rerum magiſtra docet neceſſariam iſtam ſcientiam prælatis, 36.diſtin.turbatur a crimine. & ca. qui de menſa. Item quia datio legis proceſſit a Moyſe, 7.diſt.in prin.& quod ibi no.& eccleſia vetus teſtamentum tenetur recipere, 23.diſtinctio.qui epiſcopus. verſicu. quærendum. 38. diſtin. omnes. Item hoc patet, quia prælati non tantum ſpiritualia, ſed carnalia debent ſubditis miniſtrare, propter quod eos oportet habere ſolertiam literarum ſecularium, 39. diſtinc. in princip. Item licèt monachis ſit prohibitum leges docere, tamen ſcire virtuoſum eſt, vt eius ratio ſciatur, C.de caduc.tollen.l.vnica.& quod no.glo.de iud. nouit. Item monacho in ſeculari foro licitum eſt poſtulare pro miſerabilibus perſonis abbate imperante: no.doct. ne clerici, vel monachi.non magno.& in Specu.de aduo.§.primo, poſt princi. Hoc autem non poſſet monachus ſine ſtudio, & lectione, vt in ca.ſic viue. 16.quæſtione prima. Ad idem facit, quia ordo doctorū præcipuus eſt in eccleſia, & non dicitur quorum: de hæreti.

hçreti.cum ex iniunctio. Item iſtud cedit ad vtilitatem eccleſiæ, quæ defenſatur melius per ſcientiam ipſarũ legum. Ad prædicta facit capitulum apoſtolicæ regulæ: vbi dicitur, oportet epiſcopum doctorem eſſe: qđ exponitur 43. diſtinctio. §. & gratiam. & maxime in c. ſit rector. eadem diſtinctio. Nec obſt. ſi dicatur, quòd in §. in doctrina. eadem diſt. facit in contrarium, vbi videtur prohibere peritiam ſecularium literarum: quia ibi prohibetur doctrina non peritia: vnde non debẽt docere grammaticam vel leges, quia illud non eſt officium epiſcopi vel abbatis, vt voluit Gratianus in dicto §. in doctrina. & in multis capitulis illius diſtinctionis: vel dic, quòd eſt deteſtabile habere peritiam ad vſum voluptatis, & ornatum verborum tantum: ſed ad eruditionem ediſcere, & vt errores diſcernant, hoc laudabile eſt, vt dicit Gratianus 37. diſt. §. cur ergo. Et ad idem, quod habetur eadem di. §. ſed contra. Et ſi dicatur, gradus doctoralis vtilitatem non affert, quia ſcientiam non auget: dico, quòd ſaltem decorem addit & facit. Item facit vtilitatem, quia magis ei creditur, & ſic facit verba doctorum magis eſſe authentica: vnde Aug. lib. primo, contra exponens illud Apoſtoli: Oportet multas hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant: hi (inquit) Deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere, ſed manifeſti eſſe hominibus non poſſunt, niſi cum docent ſeu doctores ſunt. Et gloſſ. ſuper illud primæ ad Corinthi. 12. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij ſcientiæ &c. dicit, cui ſapientia datur, quaſi ſol eſt: cui ſcientia, eſt quaſi luna in nocte ſeculi. illis, quibus dantur cetera ſtellæ ſunt: quia & hæ ſunt neceſſariæ in nocte. Vnde in Pſal. Solem in poteſtate diei: Lunam & ſtellas in poteſtate noctis. Ad idem faciunt infiniti tex. canonis, in quibus doctorum ſtatus commendatur. Sed expreſſe contra opi. Hoſti. tenentes lectionem & ſtudium legum fore prohibitum monachis, quam puto falſam apertè, facit compilatio Decretorum, in qua multę leges ſunt inſertæ, ſufficit allegare prima queſt. 7. ad fin. Etiam in materia ſimoniæ inductæ; vt ibi, cum infinitis ſi. Et propter hoc can. atteſtatur illas eſſe in eius adiutorium, 10. di. per totum. Item infinitæ gloſſ. quæ plenè ſunt alleg. legum, quas legi oportet pro intellectu canonum: vnde licet monachis ſit prohibitum intrare ſcholas legum, ne clerici vel mo. ſuper ſpecula. & capitu. non magno. & eo. ti. capitu. 2. lib. 6. tamen puto ſtudium legum in camera non eſſe prohibitum monachis, ſimiliter monachum intrantem ſemel ad honorandum ſtudentem in repetitione l. vel in principio ino, non puto ligari pœna dicti capituli, ſuper ſpecula. vt ibi no. Ioan. And. Et puto opi. Inno. veram, quòd etiam in clauſtro priuatim poteſt leges ſtudere: licet Archi. ſequatur opi. Hoſtien. Item licet opi. illa eſſet vera, non con-
2 tradicit ei, quod ſupra dixi. † Quia hic quæritur de eo, qui ſtuduit in legibus ante monachatum, & poſt monachatum & dignitatem abbatialem vult licentiari & doctorari: quod nullatenus dico iure prohibitum. Ad hoc etiam induco, quod licet monachus non poſſit ceſſante caſu hæreſis inſtrumenta conficere, licet in ſeculo eſſet notarius, nec per conſequens de nouo fieri notarius, at. eorum quæ habentur C. de epiſ. & cle. l. placet. & 16. quæſtio. prima nouarũ. tamen rogationes antiquas poterit authẽticare, vt no. de hære. vt officium. §. ad conſcribendas. lib. 6. Et in Spe. de ſta. mona. ver. 57. Item rationes, propter quas monachi prohibentur audire leges, quæ habentur in dicto capitu. non magno. & capitu. ſuper ſpecula. non vendicant ſibi locum in iſto caſu: ergo ſtat concluſio, quòd abbas, de quo quæritur, licitè poterit doctorari in legibus & examinari: & per conſequens leges in præſenti aſſignatas legere & recitare: quia aliquo permiſſo &c. de offic. dele. præterea. cum ſi. Et per præmiſſa ſatis eſt reſponſum ad inducta ſupra in contrarium, ſi rectè inſpiciantur.

Gaſpar de Cal.

De Iudæis, Rubrica.

CONSILIVM I.

AN domus eccleſię poſſit locari Iudęo in emphyteoſim perpetuam: vide ſupra, de loca. conſilio tertio.

SVMMARIVM.

1 *Iudæum blaſphemantem quis iudex animaduertet.*
2 *Hæreſis ab eccleſiaſtico iudice punienda.*

CONSILIVM II.

1 IVDAEVS doloſe & ſcienter & appenſate protulit hęc verba: Naſcha il vermocane al Papa & a chi l'ite Papa: Dio non potrebbe fare, che eſſo foſſe Papa. Et ſe io haueſſe Dio e'l Papa e'l veſcouo nelle mane, io trarrei loro gli occhi. ¶ Contra quẽ epiſcopus ex officio formauit inquiſitionẽ ſuper pręmiſſis. qui comparuit: & in eum tanquam iudicem cõſenſit & negauit prędicta: pręſtitit fideiuſſorem de ſoluendo omnem condemnationem ſibi fiendam: recepit epiſcopus teſtes, qui probauerunt dicta verba. Iudex ſecularis vult eum punire, dicens ad eum ſpectare, quia eſt de temporali iuriſdictione eccleſię: Quęritur, ad quem ſpectet? Et dicitur, quòd ad epiſcopum, cum iſtud ſit crimen eccleſiaſticum: tex. eſt de male. capitu. 2. Et grauius eſt, ęternam, quàm temporalem lędere maieſtatem, de hęre. vergentis. quę ſicut læditur per hęreſim, vt ibi, ſic etiam per blaſphemiam: nec tolerare debet eccleſia opprobria illius, qui noſtra pertulit: de iudęis. in nonnullis. hoc enim crimen ſapit hæreſim, ſi ſcienter & appenſate fit, & maxime ſi ſępius iteratur: nam hęreticus eſt, qui male dogmatizat de fide, vel eius articulis, 24. q. 3. inter ſchiſma. & licet Iudæus proprie non poſſit dici hæreticus, quia hæreſis ſonat diuiſionem, & is, qui nunquàm in eccleſia fuit, nõ poteſt dici hæreticus: & hoc voluit gl. in cle. j. de vſu. tamen poteſt verba inſana proferre, & ſentire male de articulis fidei: & ſic tanquàm hæreticus pœna hæretici puniri propter offenſam Dei & proximi ex hoc ſcandalizati. Et ſic rectè in alijs delictis eccleſia punit iudæos vel per ſe vel ad eius inſtantiam per principes ſeculares, de vſu poſt miſerabilem. de iudæ. iudæi ſel ſecundo. & c. ad hoc. & c. & ſi iudæis. & c. poſtulaſti. cum
2 ſi. multo fortius in iſto, qui ſapit hęreſim. † Quod autẽ crimen hæreſis vel illam ſapiens ſit eccleſiaſticum, nõ eſt dubium, de hęre. vt inquiſitionis. §. prohibemus. li. 6. Item quod illud poſſit dici mere eccleſiaſticum, probat tex. capitu. 2. de maledi. quod innuit iudicem ſecularem ad requiſitionem epiſcopi ſtatuere & punire tales ſicut recte in crimine hæreſis, vt in dicto cap. inquiſitionis. & c. cum ſecundum. & c. fi. e. ti. Et quod ſit mere eccleſiaſticum, poſſet probari per no. per Io. An. in c. cum C. laicus. de foro compe. lib. 6. vbi videt dicere, quòd crimen eccleſiaſticum eſt, quod principaliter concernit potentiam vel reuerentiam Dei, ſed iſtud eſt tale, & forte ſic intellexit Ioan. An. in dicto c. 2. de male. dixi forte, quia non expreſſit, an ſit mere. Et ſic dixit Hoſti. generaliter in ſumma, eo. ti. §. primo & ibi in lectura. Non ob. quod ibi dicitur, per ſecularẽ poteſtatẽ &c. quia illud intelligitur ad inſtãtiã iudi-

cis eccleſiaſtici. Et forte voluit ibi gl. quæ no. quòd vna poteſtas per aliam iuuatur: vel illud, quod ibi mãdatur per ſecularem poteſtatẽ tales maledicos puniri, procedit, quando non timetur pœna eccleſiaſtici iudicis, quia blaſphemus reiterat pluries verba blaſphemiæ. Sic etiam intellexit Hoſt. in ſum. præal. §. fina. habere locum pęnam capitis, quam imponit lex, in Authen. vt non luxuri. contra naturam, quæ tamen pœna capitis ibi expreſſe non imponitur blaſphemis, immo ſi bene inſpiciatur, ſolum luxuriantibus contrà naturam: abſurdum enim eſſet dicere, iurantes per caput, vel capillos Dei hac pœna tanta puniri, quod videtur ſonare illa authen. Et hoc crimen a iudęo perpetratum poteſt dici eccleſiaſticum mere, quod in Chriſtiano non eſſet cenſendum tale, quia in ſubmerſionem fidei, & contumeliam creatoris præſumitur ab eis fieri, ſicut deridere Chriſtianos in die paraſceues: de iudęis, quia ſuper his, vel nutricibus, quæ corpus Chriſti ea die ſuſceperunt, effundere lac, ſeu eas ád hoc cogere: eod. titu. & ſi iudęos. & capitu. in nonnullis, quę decre. licet dicat etiam per poteſtates ſeculares hos hebręos puniendos, intelligo ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici: ſic etiam intelligo clemen. cedit. de Iudęis. & hoc ideo, quia cum Iudęi ſarraceni non poſſint directe excommunicari, & eccleſia communiter non habet vltra quid faciat: ideo illa iura dicunt recurrendum ad iudices ſeculares: ſed vbi ipſa eccleſia timetur per impoſitionem pœnæ, non dubium, quod etiam laicis pro his criminibus eccleſiaſticis pœnam imponere poteſt: hoc probatur apertè 17. quæſt. quarta, ſi quis. & capit. ſi quis domum. 16. quæſtio prima, ſtatuimus. 12. quæſt. ſecunda, in legibus & not. 18. diſt. quoniam. 23. quæſt. 5. ſi nos. & de pœ. licet. ſi contra Chriſtianos hoc poteſt, fortius contra iudęos. Sed dato, quód negetur fore crimen mere eccleſiaſticum, negari nõ poteſt, quin ſit ſaltem eccleſiaſticum, quia quædam ſunt crimina eccleſiaſtica, & ſecularia, quæ ſub vtroque iudice puniri poſſunt, vt ſacrilegium, & vſura, ſecundum quoſdam periurium: de quibus de foro compe. cum ſit. & cap. licet. & cap. ex tenore. Et ſic laicus coram vtroque poterit puniri, & tunc erit locus præuentioni: de offic. ord. paſtoralis. & cap. duo ſimul. quod fit per ſolam citationem: de foro comp. propoſuiſti. vbi enim præuenitur iuriſdictio, nedum ſi ſufficienter punitus, ſed etiam ſi pęnam minorem arbitratus eſt, quod poteſt, de pœni. licet. vel paratus eſt imponere, alius iudex non poterit punire, quia non debet quis duplici pœna conteri, de pę. diſt. 3. §. his auctoritatibus. & de iud. at ſi clerici. ergo amplius contra eum non poterit inquiri, vel puniri, de accuſa. de his. Et hęc procedunt etiam circunſcripta blaſphemia in Papam, quod non eſt dubium ſore crimen eccleſiaſticum, de maledi. cap. primo. Nec ob. ſi iudex ſecularis dicat, quod iurauit ſeruare ſtatuta, ex quibus arctatur ad inquirendum, & puniendum tales. Sed huic reſpondeo, quia ex quo punitus eſt, vel tractus coram iudice idoneo, ſtatutum non habet locum, quia ſtatuta recipiunt interpretationem ſecundum ius commune, de conſtit. ex literis. & quod no. Ioan. And. de regu. iur. pro poſſeſſore. lib. 6. vnde illud debet intelligi de non punito per ſuum iudicem competentem, vt probant iura ſupra inducta. Nec ob. ſi dicatur, iſte eſt hebręus, & ſic extra eccleſiam. Et nihil ad nos de his qui foris ſunt, vt cap. qui ſyncera. 45. di. 2. q. 1. c. s. quia etiam iudęi diſtringuntur, & puniuntur per eccleſiam, vt no. de iudęis. iudęi. de vſur. poſt miſerabilem. & in dicto c. iudęi. reſpondetur ad c. qui ſyncera. & ad ca. multi, quia intelliguntur de excommunicatione, ſed de alia pœna non intelligitur.

Gaſp. de Cal. vide etiam de foro comp. conſi. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iudæorum filij, nolentibus parentibus, an ſint capaces baptiſmi.*
2 *Filius ſiue nolens ſiue nolens detineatur, a parentibus repetetur.*

CONSILIVM III.

1 AN filij iudęorum intra 12. annum † conſtituti, inuitis parentibus baptizari poſſint? Et ſi de facto baptizentur, debeant ali penès iudęos, vel Chriſtianos? Ad primum videtur, quòd ſic, propter fidei fauorem; pro qua multa inducuntur contra regulas iuris communis, ſecunda q. 7. ſi hęreticus. de hære. in fidei. libro ſexto, ſed quod iſti baptizentur, eſt fauor fidei, cùm ſaluetur anima pueri, de conſecra. diſt. 4. quæris. vnde videtur ſpiritualis eleemoſyna, ad quam quilibet tenetur, 45. diſtin. tria ſunt. de ſpon. inter opera. Item quia dolus, ſi eſt bonus, commendatur, 22. q. ſecunda, vtilem. & ibi no. de conuer. coniu. dudum. & ſi. Et violentia, qua quis ad bonum inducitur, quia iſta æquiparamus, tertia quæſtione prima, reintegranda. de pactis. quamuis. lib. 6 cum ſi. Et de his videtur caſus 45. diſtin. de iudęis. Sed contrarium videtur veritas, quia iſti non ſunt cogendi ad fidem. 45. di. qui ſyncera. & capitu. de iudęis. nullus enim inuitus fit bonus, quia voluntarium militem Chriſtus elegit, 15. q. prima, non eſt. ad hoc de iudęis. iudęi. & capitu. ſicut iudęi. vbi expreſſe dicitur, quòd iudęi inuiti ad baptiſmum compellendi non ſunt: & licèt illud loquatur in adultis, tamen idem eſt in paruulis, vt no. glo. 28. q. prima. iudęorum filijs. Et hoc tenuit Arch. in d. c. qui ſyncera. hoc etiam ſuadet ratio naturalis, quæ dictat, nulli debere fieri iniuriam ſiue violentiam, & ſpecialiter ipſis iudęis, de iudęis. & ſi iudęos. & l. Chriſtianis. C. de paganis. vnde cõcluditur, inuitis parentibus non eſſe baptizandos. Nec ob. quòd magnus fauor debeatur fidei, tamen non debet præberi contra iuſtitiam, de fo. competen. ex tenore. & de dona. inter virum & vxo. nuper. & contra iuſtitiam eſſet auferre filios patribus, vt ſupra dictum eſt. Nec ob. quòd per hoc fieret magna eleemoſyna: quia fateor, ſi hoc fieret in adulto inducendo eum verbis, & prædicatione. ¶ Ad ſecundum principale videtur caſus, quòd non, vt in capitu. iudęorum filios. 28. quæſt. prima, & facit capitu. ſequens. Et ratio eſt, quia pupillus non debet educari penes illum, qui inſidietur ſaluti eius, ff. vbi pu. educa. debeat. l. prima, & pe. & de conuer. infi. d. capitu. ſecundo, vbi videtur expreſſum, immo iſta eſt cauſa, quare Chriſtiani prohibentur cohabitare cum ipſis iudęis, vel ſarracenis, 28. q. prima, iudęi. & capitu. ſępe. & duobus capitu. ſequenti.
2 ¶ † Sed ad quæſtionem propoſitam dico, quod de iure parentes habent filium in poteſtate ſua, ſiue volens, ſiue inuitus filius detineatur, ipſe filius poteſt peti a parentibus per interdictum de liberis exhibendis. ff. de exhiben. lib. l. prima, & quaſi per totum. ff. de rei ven. l. prima, & not. in dicto capitu. ſi. de conuer. infi. vbi ergo non ſit ſuſpitio, quòd pater, & mater filium baptizatum ad infidelitatem trahat, eſt eis reſtituendus, & maximè in caſu iſto, quando eis inuitis fuit baptizatus: & ſi dicatur, ſemper ſuſpitio adeſt propter teneram ætatem, vt filij non ſubuertantur, tamen propter cohabitationem, vt in dictis iuribus, iudęi, ſępe, & c. ſequen. & in c. ad hęc. Reſpondeo, fateor, quòd de hoc præſumptio, vel ſuſpitio eſt, vnde propter talem ſuſpitionem, vel præſumptionem dico, quòd ipſi parentes pręſtent idoneã cautionem, & ſufficientem de ipſo filio, cùm peruenerit ad ętatem legitimam, quę videlicet ſit doli capax, quod permittent libere abire, & eundem tunc in ſua cohabitatione nullatenus retinebunt. Item quod eundem interim non ſeducent, per cautionem enim talem prouidetur con-

tra ſuſpectos.28.di.de ſiracuſanę.31.q.1.de benedicto. de reſti.ſpo.literas. in fine. Si vero dictam cautiónem idoneam dicti parentes vel non poſſent vel nollent pręſtare,dico tunc eum nullatenus eſſe reſtituendum, vt in iuribus in contrarium alleg. eo ergo caſu, quo præſtatur dicta cautio, reſtituatur filius dictis parentibus. Nec ob. iura in contrarium alle. quæ loquuntur in filijs puberibus,vel quando non ſunt ſubtracti a parentibua inuitis, vel ſi non cauerent, vt præmittitur.

Gaſpar de Calde.

CONSILIVM IIII.

AN iudæus teſtari poſſit,vide ſupra de teſta. cōſilio.

De hæreticis, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Frater minor fidei inquiſitor quorundam a ſe condemnatorum fratrum libros ſibi retinens,an ſit excommunicatus.*

CONSILIVM I.

1 FRATER minnr inquiſitor hæreticę † prauitatis damnauit quoſdam fratres minores de hæreſi, auferens eis quoſdam libros,quorum aliquos ſibi retinuit, aliquos vendidit, & donauit fratribus dicti ordinis,aliquos alijs dedit extra ordinem. Quæritur, an ex his incurrerit ſententiam excommunicationis latam per cle. volentes. de hæreticis? Et dicitur quòd non,quia ibi libri nullius erant eccleſiæ: vel ſi alicuius eccleſię eſſe dicantur, erant eccle.romanæ quo ad dominium & proprietatem. Et de his,quæ ſunt eccleſiæ romanæ, non poteſt dici, quòd applicentur fiſco eccleſiæ romanæ cuius ſunt: de inferioribus ergo eccleſijs oportet intelligi illam cle. Probatur iſtud membrum, quia aut iſti libri erant eccleſiæ romanæ,aut nullius, quia fratrum non poterant eſſe, per c.exiit.§.quia vero. de verborum ſignificatio. lib.6. & cle. exiui.§. proinde. de verborum ſignificatio.& per extraua.Ioan.§.nos itaque.per quas patet ipſas eccleſias antiquas & nuuiter acquiſitas eſſe in dominio & proprietate ro.eccle. Primo caſu,quando dicuntur nullius eccleſiæ, nulli dubium eſt, quia certiſſimum eſt, quòd illa cle. volentes: aperte loquitur de bonis eccleſiarum: ergo tunc eſt caſus extra illius conſtitutionis terminos. Eſſet enim abſurdum dicere, quòd puniretur confiſcare eccleſiæ roma. bona ipſius eccleſię: facit de fi.inſtru.inter dilectos.ad fi.cum concor. ¶ Sed idem probatur,quia quando conſtitutio canonis de eccleſijs loquens intelligit etiam de eccleſia roma. hoc patenter exprimit,de electio.vbi periculum.§.ipſos.libro ſexto.eod.titu. & li. de præſcrip. capitu.2.1. & 2.reſponſo.in cle. romani. de iureiuran. ver.eidem adijciens. & verſi.ſub eodem,quod non facit in dicta cle.volentes.ergo &c.procedit ergo lex, ff. de iniur.item apud.§.hoc edictum.dicens,quæ ſpecialem notant deſiderant, niſi ſpecialiter ſint notata, dicuntur neglecta: facit cle. non poteſt.de procur. Item conſtitutiones pęnales ſunt reſtringendæ, de reg. iur. in pęnis: libro ſexto, cum concor. ſed videmus, quòd conſtitutio, licèt canon, de electione libro ſexto. quæ loquitur de eccleſijs parochialibus, quia pęnalis eſt,non includit eccleſias parochiales collegiatas, de elec.ſtatutum.eod lib.quæ multum facit ad caſum. Item appellatione eccleſiarum ciuitatis in ſtricta materia non includit cathedralem, de præben. quamuis. libro ſexto. Multo ergo minus ſimplex appellatio eccleſiarum in materia reſtringibili & pęnali non includit romanam. Nec mirabitur de his, qui conſiderabit non ſolum præeminentiam ipſius roma. eccleſiæ ad alias, ſed etiam diuerſitatem in ſpecie, cùm non ſic ſundo tecto & parietibus limitetur vt aliæ eccleſiæ. Item qui ponderabit l.propric. ff. de ver. ſig. coniunctam cum conſtitutione ad conditorem, non mirabitur de prædictis, nec qui conſiderabit perſonam loquentem generali ſermone,non intelligit, C. de ſolu. inquiſitio. de iureiuran. petitio. item l. fi. C. de his qui ad eccle. confu. Secundo probatur. quia conſtitutio, volentes: punit applicantem fiſco, etiam ſi fiſcus ſit eccleſia roma. Audacter ergo dicitur in non confiſcantem, vel vt confiſcatam fiſco applicantem non eſſe locum pęnæ. Et hoc ſonat illud etiam, quod eſt interpoſitum non præpoſitum, quod ſi propoſitum fuiſſet, ſenſus eſſet contrarius, vt ſupra cuicunque applicet etiam fiſco, locus eſſet pęnæ: cum igitur, vt eſt dictum, pęnæ excedant ſuum caſum,& in applicante ſibi licet prædicti doctores fatentur culpam valde grauem, vt ibi no. negatur tamen locum eſſe pęnæ propter varietatem caſus. Et ſatis poteſt reddi diuerſitatis ratio, quia in re fiſco applicata maius eſt periculum: nam in ſibi applicata, quod fit de facto, non per ſententiam, facilis eſſet reſtitutio vel motu proprio, vel per inductam alterius, vel per compulſionem ſuperioris: nam eccleſiæ grauatæ per inquiſitionem competit actio & vendicatio rei, ſi extat: quare non ſic in ſimpliciter applicata fuit neceſſaria illa pœnalis conſtitutio, ſicut in confiſcata, quia in confiſcatis per ſententiam de iure communi inquiſitor ipſe in præiudicium fiſci eccleſiæ priuatæ prouideri non poteſt, vel ſententiam reuocare, potiſſime ſi delegatus eſſe dicatur, vt videtur velle cap. per hoc. de hære. libro ſexto. Et per hoc patet reſponſum ad id, quod dicitur etiam de venditione.

Ioan. And.& Ia.Cald.& duo alij doc.qui non nominantur in conſi.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor fidei an poſſit eum, qui prius vſurarium ſe confeſſus eſt, & nunc negat, vt hæreticum damnare.*

2 *Relapſus quis ſit dicendus.*

CONSILIVM II.

1 IMPOSVIT inquiſitor pœnitentiam † male ſentienti de fide, maxime circa exercitium vſurarum,& vt deberet reſtituere, & iuraui non amplius talia facere, qui neglexit pęnitentiam adimplere. Et dicit nunc ſe nunquam confeſſum fuiſſe dicta crimina, de quibus tamen apparet publicum inſtrumentum. Dubitatur, an inquiſitor poſſit contra eum procedere tanquam contra hæreticum & male ſentientem de fide? Item an contra eum tanquam contra periurum: Item an poſſit procedere tanquam contra relapſum: Et an poſſit procedere tanquam cōtra ficte conuerſum contra iſtum: Et an inquiſitor poſſit ei aliquam gratiam facere? ¶ Ad primum dicitur, quòd inquiſitor non poteſt procedere contra eum tanquam contra hæreticum, vel de fide catholica male loquentem vel ſentientem. De primo patet, quia non ponitur, quòd poſt primam pęnitentiam aliqua verba protulerit quomodolibet contra fidem catholicam: quia per verba alicuius mala fides depræhenditur, 43. diſtin. ſit rector. 93. diſtin. legimus. cum ſi. ergo ceſſante mala verborum prolatione, ceſſat & mala locutio, vt in prædictis iuribus: & 5. quæſtione quarta, in loco. De ſecundo patet, quia dicitur male

ſentire

ſentire de fide, qui de articulis fidei vel ſacramentis eccleſiæ aliter ſentit, quàm Romana eccleſia, 32.q.j. hæc eſt fides. & c.quoniam vottis.de ſum. Trin damnamus.de hær.ad abolendã.in prin. ſed hoc non ponitur de iſto:ergo nec obſt.quod pœnitentiam ei iniunctam non adimpleuit: quia licèt in hoc peccauerit, non ſequitur, quod propter hoc male de fide ſenſerit: iſta.n. ſunt diuerſa delicta, male ſentire de fide, & pœnitentiam iniunctam non adimplere: per primum enim virtutem ſacramenti quis reprobat loquendo de eo, qui male ſentit de ſacramento, vt dicto ca.ad abolendam. in princip. ſed per ſecundum ipſum ſacramentum contemnit, non quòd propter hoc aliter ſentiat de ipſo, quàm Roma. ſentit eccleſia: vnde inobediens Papæ licet peccet, non propter hoc male ſentit de illo articulo, Credo iſtam catholicam eccleſiam. Secus ſi crederet Romanam eccleſiam non eſſe caput, vel poteſtatem non habere præcipiendi, vel canones cõdendi, 19.diſt.nulli fas.& ibi no.cum igitur iſta ſint diuerſa, patet, quòd vnum non includit alium, 36.q.prima.§.cũ ergo. verſic.ſed non omnes.de offi.ord. dilectus.ca. ſuſceptum. de reſc.lib.6. Et licet talis negligentia ad priſtinũ ſtatũ reducat, non tamen ad priſtinum peccatum, de ſent. excommu.cos.lib.6.de pœni.diſt.4.in plurimis. ¶Ad id quod quæritur de periuro, non dubium, quòd venit contra licitum iuramẽtum, vt patet ex themate; & ſic contra ipſum, tanquàm contra periurum procedi poteſt: ad hoc j.q.7.quoties.& 22.q.j.c.fina. de iureiuran. querelam. Quod autem inquiſitor propter huiuſmodi periurium poſſit punire, probatur de præſumptionibus.literas.de hære. accuſatus.§. ſi vero. libro ſexto.

2 ¶†Ad id quod dicitur de relapſo, dicimus, quòd non poteſt dici vere relapſus, quia is proprie dicitur relapſus, qui lapſus conuerſus recidiuauit, vel poſt abiurationem incidit in hæreſim, de hære. ad abolendam. & c.excommunicamus.§.ſi qui vero. & cap. accuſatus.j. & ſecundo reſponſo.libro 6. Iſte autem talis non ponitur: vnde ſibi non conuenit diffinitio, ergo nec diffinitum, 22.quæſt.prima.poſt prin.de rap.cum cauſa. ¶An autem poſſit procedi contra iſtum tanquàm contra impœnitentem, & ficte conuerſum? Et dicitur quod ſic: Nam de primo. patet, quia ponitur, quòd ſe negat primo dixiſſe id, quod ſponte fuit confeſſus in iudicio: nam is proprie dicitur impœnitens, qui peccatum confiteri recuſat, de pœniten.diſtinctio.prima.§.econtra.& multis ca.eiuſdem diſtin. ſed iſte ſuum peccatũ, de quo conſtat per ſuam confeſſionem ſponte factam in iudicio, cui ſtatur, de præſump.literas.de verborum ſignifi. ſuper quibuſdam. nunc confiteri recuſat, immo indiſtincte negat: ergo debet dici impœnitens. Item ex tali negatione, præſuppoſita prima cõfeſſione ſpontanea, clare ſequitur eum ficte conuerſum: cum enim ſe peruerſum negct, non poteſt dici conuerſum, 32.quæſt.7. quemadmodum.de pœni.diſt.j.tres, niſi enim veteris vitæ pœniteat eum, nouam inchoare non poteſt, vt ibi: & facit de pur.ca.inter. Coadiuuatur hoc, quia ponitur, quòd pœnitentiam iniunctam non adimpleuit, vſuras exercendo, & non reſtituendo, ex quo de impœnitentia, & ficta conuerſione præſumitur, vt aperte probatur in d.cap literas.de præſump.& de pur.can.inter de conſe.diſt.2.ego Berengarius.de hære.accuſatus.§.ille. lib.6.facit optime, quod no. Archi.eodem titu.& li.ſuper ver.in carcere.in capitu.vt commiſſi. Ex quibus, & potiſſime propter negationem præmiſſam ſequitur, quòd iſte debet vt hæreticus condemnari, ſi in dicta negatione perſiſtit, quia deprehenſus in initio hæreſis debet confeſtim ad fidem confugere; quod non facit is, qui primo peccatum confeſſus eſt, poſtea id negat. Et hoc eſt expreſſum de hære. ad abolendam. oſtendit enim ſibi placuiſſe, quod iuſta remiſſio potuit expiare, 34.quæſtio.ſecunda.cum periculum. ¶Ad id quod quæritur, an inquiſitor poſſit facere gratiam? Dico, quod ſi petat veniam, & idem confiteatur, quod primo erat confeſſus poterit miſericordiam facere, cum iſte non ſit relapſus, quia inquiſitor poteſt pœnas mitigare, de hære.excommunicamus.2.& eodem titu.vt officium. poſt princip.& capit.vt commiſſi.libro ſexto. Nec obſ. verbum continuo & confeſtim, quæ ſunt in capitu. ad abolendam præalleg quia illa verba non ſunt ita ſimpliciter ſumenda, vt ſonant; niſi intelligantur de his, contra quos damnationis ſententia lata erat, & qui abiurauerunt hæreſim: facit de hæret. ſuper eo. libro ſexto; hinc eſt, quòd eccleſia his, quos conſtat eſſe hæreticos, dilationem dat, & eos admonet, vt reuertantur, prima quæſtio.ſeptima, conuenientibus.verſi. Item Petrus.32.quæſtio. quarta, non inuenit. in fin. & quæſtio.5.nos vos.& ibi not.& 34.quæſtio.tertia, dixit Apoſtolus. & facit quod not.23. quæſt.4.quando vult.vbi hoc tenet glo.

Ioan.Cald.

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum orthodoxi ad honores, & officia publica, an poſſint promoueri.*

CONSILIVM III.

1 AN. filij orthodoxi hæreticorum nati ante † crimen hæreſis commiſſæ per patrem afficiantur pœnis inductis a iure, & maximè, vt non poſſint admitti ad honores, & officia publica? Et videtur, quòd ſic, quia iura in materia loquentia loquuntur indefinite de filijs, non diſtinguendo, an ante vel poſt ſint nati: ad quod facit conſtitutio Federici, quam hodie habent inquiſitores. Et ratio ibi poſita; dum dicit, vere ſcientes, quòd Dominus cœlorum eſt peccata parentum in filios pariter vlciſcens: ad idem l. quiſquis. C. ad l. Iul.maieſta.poſita 6 quæſtio prima, ſi quis cum.vbi indiſtincte de filijs loquitur: & fortius facit principium illius l ibi, in quibus paterni hoc eſt hæreditarij criminis. Ex quo colligitur, quòd ſicut cætera hæreditaria iura iure hæreditario tranſeunt in quoſcunque filios, non habita diſtinctione præmiſſa, ſic & crimen prædictum legis Iuliæ maieſta. fortius ergo crimen hæreſis: facit exemplum capit.vergentis.de hære. pro hac parte videtur text.C.de bo.proſcri.l.ſi.cum ibi no. circa princip.C.de filijs natis ante, & poſt crimen diſpo. ad ſucceſſionem admittendos: exceptio: in fin. poſita, quæ ſtatuit pœnam criminis læſæ maieſta. tranſire ad poſteros vtroſque comprehendit, vt ibi: ad quod facit l. regula.in fin.de iur. & facti ignoran. Et hoc ſentit gloſſ.in præalleg. capitu: ſi quis.6.quæſt.prima. Et videtur expreſſum de hæreti.ſtatutum, ſecundo §.hoc ſane.libro ſexto, ibi, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales deceſſiſſe. Et ſic patet, quòd quoad pœnam infligendam filijs non conſideratur, an fuerint filij tempore commiſſi criminis, ſed an fuerint, filij eo tempore, quo tales eſſe vel deceſſiſſe probantur. In contrarium facit l.emancipata.ff de ſena.cum materia ſua. Item facit, quia filius ante natus ex ſuperueniente dignitate in perſona patris non conſequitur priuilegium, vel honorem, vt l. ſenator. C. de dignitatibus.libro 12. & l.filij.§. ſenatores. ff. ad municipa. & per conſequens ſi non honorem, ergo nec pœnam, vel onus, vt l. ex qua perſona.ff. de regul. iur. ad quæ faciunt l.prima.§.fina.de bon.poſ. contra tabu.& l.ſi neceſſe.§.ſi deportatus.ff.de bon.liber. per quæ iura filij iam nati propter ſuperuenientem caſum in perſonam patris non repelluntur a ſucceſſione.

Item

Item plus debet operari fauor proueniens ex perſona aui & aliorum de progenie orthodoxorum quo ad citationem pœnæ in orthodoxos filios iam natos, quàm odium paternum ad pœnæ inductionem, ar. l. 3. de interdictis & relegatis. maxime ſi ſit circa ea, quæ a patre non proueniunt, ſed omnino extrinſeca, vt d. l. 3. ibi, quæ ciuitatis vel natura &c. Et per hoc determinat Pe. per dictam l. emancipata. & per l. diuo Marco. C. de quæſtionibus. pro qua determinatione ſatis videtur expreſſius caſus in l. 2. C. de lib. & eorum libe. Et hic intellectus eſt magis fauorabilis, & conſonat æquitati, maxime vbi de admittẽdo filium orthodoxum ante natum ad officia & honores agitur, quæ acquiſita filiæ non tranſierunt ad patrem. vt in l. diui patres. & ibi no. ff. de iure patro. Et poteſt etiam eſſe ratio diuerſitatis, quia qui naſcuntur poſtea, naſcuntur ſanguine improbato, quod in filijs ante natis non eſt. Nec ob. quod iura indefinite loquantur de filijs: quia cum nõ ſit eadem ratio particularium contentorum ſub indefinita, diſtinguendi ſunt filij ante nati a natis poſtea, vt eſt dictum: & ſic non obſtat dictum c. ſtatutum. §. hoc ſane. li. 6. quia licet fatear. quòd loquitur in filijs illorum, qui tales eſſe vel tales deceſſiſſe probantur, tamen intelligi poteſt non indiſtincte in omnibus filijs, ſed in natis tantum poſt crimen commiſſum, & non in natis ante, per iura prædicta.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus petens hoſtiam non conſecratam, an ſit dicendus hæreticus.*

CONSILIVM IIII.

SI infirmus petit hoſtiam non conſecratam ſibi dari, vt poſſit dici ſe accepiſſe corpus Chriſti. Itẽ quia pluries dixit eccleſiam Romanam vacare, poſſit inquiſitor hæreticæ prauitatis contra memoriam illius & eius hæredes procedere, tanquàm ſi fuiſſet hæreticus? Et propter primum dicitur, quod nõ, quia propter hoc non infertur eum male ſenſiſſe de articulis fidei, vel eccleſiæ ſacramento, ſcilicet aliter quàm ſentiat Romana eccleſia, quibus modis proprie hæreticus dicitur: ad hoc 24. q. 2. hæc eſt fides. & cap. quoniam votis. de hære. ad abolendam. in prin. ſed verba prædicta, ſi aliud non addatur, indicant, quòd iſte diſtinguebat hoſtiam conſecratam a non conſecrata. Et quod per conſecratam intelligebat verum corpus Chriſti: & ſic non poteſt inferri eum erraſſe circa corpus Chriſti: nam intelligentia verborum ex cauſis eſt aſſumenda. de ver. ſigni. in his. & c. intelligentia. ſic & interpretatio factorum, 26. q. ſi. occidit. ſed cauſa, quę videtur ipſum mouiſſe, fuit, vt crederetur ipſum deceſſiſſe in ſacramento eccleſiæ & eius communione, non vt errorem aliquem induceret, nec formam ſacramenti in aliquo peruerteret, imo quia ſe peccatorem reputabat & indignum ſumere verũ corpus Chriſti, ne iudicium ſibi manducaret, & peccatum peccato adderet, j. q. j. per Iſaiam i cum ſi. ad hnc de cele. miſ. de homine. vbi de ſacerdote, qui hoſtiam non conſecratam ſumit propter criminis conſcientiam, dicitur qđ grauius peccat quàm ſi reciperet conſecratam: non autem aliquo modo innuitur, quod ſit hæreticus iudicandus. ¶ Item quicquid factum iſtud ſignificet, tamen ex mente ſua ſatis patet, quod corde de ſacramento male non ſentiebat, nec alios inducit ad male ſentiendum: ergo &c. Ore enim negantem, & corde credentem non iudicant doc. hæreticum, licet grauiter peccet, i i. q. 3. æſtimant. de pę. diſt. j poteſt fieri. facit etiã quod no. Ray. in ſum. de appel. ver. ore. multominus iſte debet hæreticus iudicari: nec poteſt dici, quòd per hoc tale factum. videatur idololatriæ inniti, vel alios ad idololatriam inducere: quia ille eſt verus idololatra, qui cultum, qui debetur Creatori, exhibet creaturæ, vt numini vel Deo: ſed patet, quòd hoc non intendebat iſte facere, nec quòd alij illam adorarent vel honorem facerent: tum etiam quia in forma exteriori talis apparuiſſet, qualis apparet cum eſt verum corpus Chriſti, ex quo apparet quòd quantum ad ſe vel alios non fuiſſet interius aliqua infidelitas vel error: vnde propter hoc non poſſet dici hæreticus: de eo autem quod dicitur, ipſum dixiſſe eccleſiam tandiu vacaſſe: hæc verba multas habent excuſationes, ne hæreſim ſapiant: ſed quia non eſt probatum niſi per vnũ teſtem, ideo ex eo vt hæreticus non poteſt iudicari,

Io. An. & Io. Cal.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus ordinis approbati profeſſus, habitu reiecto, multis annis negocijs ſecularibus ſe immiſcens, an de fide ſit ſuſpectus.*
2 *Hæreſis in voluntate conſiſtit.*
3 *Præſumptio ad hæreſeos condemnationem quæ ſufficiat.*

CONSILIVM V.

DIACONVS profeſſus ordinis approbati
1 habitum † religionis dimiſit, in mero habitu laicali exercendo negocia ſecularia 23. annis, abſtinendo dicto tempore ab omni pęnitentia, & aſſumptione euchariſtiæ, & immiſcendo interim ſe miſſis & alijs diuinis officijs: non tamen, vt dicit, faciens in contemptum eccleſiæ, ſed vt palliaret vitium ſuum: Quæritur, an inquiſitor hæreticæ prauitatis poſſit contra ipſum procedere tanquam contra ſuſpectum de fide, & ei indicere purgationem canonicam cum abiuratione omnis hæreſis, & præcipere, vt intra certum tempus redeat ad ſuam religionem, & quòd ſoluat certam pecuniarum quantitatem applicandam fiſco communis Floren. & certam fiſco cameræ apoſtolicæ, & certam officio inquiſitionis pro exercitio dicti officij, cum ipſe diuitias quæſiuerit in apoſtaſia? Et puto, quòd non debeat cenſeri hæreticus, & per conſequens purgatio ei non eſt indicenda. ¶ Et pro eius declaratione pręmitto, quia propria ſignificatio vocabuli eſt attendenda. l. non aliter. ff. de le. 3. de deci. ad audientiam. cum ſi. Illa autem propria ſignificatio eſt, quæ ſtricta eſt, nõ autem large, ff. de ver. ſig. l. labeo. probatur 43. diſt. orationũ. & c. ſequen. de præb. c. ſi. cũ ſi. licet largo ſumpto vocabulo hæreticus multis modis dicatur, vt ſimoniacus quilibet, excommunicatus, & qui nouam opinionem inuenit, & qui priuilegium Romanæ eccleſiæ infringit, & qui eius præcepta trãſgreditur. Item contumax, & quilibet infidelis, & pluribus alijs modis, qui no. per Hoſt. in ſumma, de hære. §. j. & c. ſi Papa. 40. di. Tamen proprie hæreticus non eſt, niſi qui male ſentit de articulis fidei ſe ab eccleſia diuidendo, vel qui ſacram ſcripturam aliter interpretatur, quàm Spiritusſanctus flagitat. Item qui nouum dogma confringunt: hęreſis enim nomen latine ſignificat diuiſionem, quæ diuiſio fit per electionem volũtatis, quia ſibi elegit diſciplinam, quam putat meliorẽ, dicit tex. 23. quęſtio. 4. hęreſis. Et Auguſti. dicit, quod hęreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi & maxime glorię principatuſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gignit vel inſequitur, eadem cauſa, & q.
2 hęreticus. † Ex quibus ſequitur, quòd hęreſis in voluntate deliberata & electione conſiſtat cum diuiſione vnitatis, & ab ipſa ſeparatione: vnde iudęi & pagani, qui nunquam ſub vnitate fuerunt, licet falſam doctrinam

nam

nam credant, non ſunt hæretici. ad hoc, 45. di. de Iudęis. de baptiſ. maiores. §. ſi. Eſt ergo is, qui fuit in fide catholica, per electionem voluntatis pertinacis ab ipſa ſeparatione. ad hoc, j. q. 7. cōuenientibus. ver. Item Ioannes. Ad idem, 24. q. j. alienus. & capitu. omnis qui. & ca. quicunque. & c. hæretici. quòd autem in ſola voluntate pertinaci cōſiſtat, probatur C. de hære. l. 2. & ibi not. & 23. q. j. hæc eſt fides. 2. q. 3. dixit Apoſtolus. & vtrobique no. ad idem clemen. j. § porro. de ſumma Trinitate. & clemen. j. de vſur. Ex quibus iuribus etiam probatur, quòd per poſitionem aliquam contra fidem, qui ponit vel dicit, hæreticus eſt. Et hoc ideo eſt, quia illa credit, & ſic præſumimus, 24. q. 3. inter ſchiſma. Cum igitur iſte talis non ponat, ergo non debet dici hæreticus. In contrarium poſſet argui: Ille dicitur hæreticus, qui ſentit male de articulis fidei, vel docet: de hære. ad abolendam. ſed iſte licet non doceat, tamen male ſentit, quia aliter ſeruat, & aliter facit, quàm præcipiant mandata eccleſiæ: ergo videtur hæreticus: conſequentia patet. quia ex facto animus declaratur, ff. de his qui no. infa. l. 2. 43. di. c. j. de appel. dilecti. Item negari non poteſt, quin negligentia perceptionis ſacramentorum & inobſeruantia mandatorum eccleſiæ non faciunt eum ſuſpectum: ergo poteſt indici purgatio & abiuratio, 2. q. 5. presbyter. de accuſa. cum P. cum ſi. & videtur expreſſum de hære. excommunicamus §. j. & eo. tit. accuſatus. li. 6. ad idem de hære. cum contumacia. li. 6. & melius de pęni. c. ſi. Ex his videtur, quòd per captionē bonorum ad fidem poſſit cogi, & per conſequēs etiā ad abiurationem prædictam, ar. 23. q. 5. ſi vos. & c. non nos. 8. diſ. quo iure, & c. accuſatus. §. ſi vero. lib. 6. cum ſi. Sed pro declaratione prædictorum eſt aduertendū, quòd aliud eſt inquirere contra aliquem, vt contra hæreticum, vt puniatur de hęreſi, vel hæreſim abiuret: aliud habere quem ſuſpectum de hæreſi, & contra ſuſpectum procedere vt ſe purget. Ad primum, cùm ſit graue, vt de præſum. literas, non eſt procedendum niſi præcedente infamia graui, quòd dixerit, tenuerit, aſſeruerit, ſeu dogmatizauerit aliqua cōtra fidem, imo & pertinaciter, & per conſequens verus ſit hęreticus, vt ſupra dictum eſt, vel alias pręſumptio violenta: vnde hoc caſu vehemens pręſumptio non ſufficeret, vt dicto c. literas. vnde licèt factum declaret voluntatem, vt dicūt iura ſupra inducta: tamen illud eſt ex pręſumptione probabili vel vehemēti, quæ hoc caſu non ſufficit, quia probationes in criminibus luce meridiana clariores requiruntur, 5. q. 6. Epiſanium. 2. q. 8. ſciāt cūcti. poſſent tamen eſſe talia facta, quę inducerent violentam & violentiſſimam præſumptionem, vtputa, qa receptaret hęreticos, & eis fauorem pręſtaret, vt d. ca. excommunicamus. de hæreti. ex: recenam impoſitionē manus vel conſolationem ab hęreticis ſuſceperunt, j. q. j. ſuperueniente. de hęreti. filij. li. 6. vel idola adoraret, 28. q. j. idololatria. idem in ſimilibus: ſed apoſtata a religione, vel excommunicatus ſimpliciter propter cōtumaciam, vel crimen, vel homicida, vel ſimiles, qui etiam facto non ſeruant mandata Decalogi vel eccleſiæ: Et ſic etiam non ſeruantes capitu. omnis. de pę. tales abſurdum eſſet dicere hęreticos proprie ſumpto vocabulo: alias qua ratione de vno crimine vel tranſgreſſione vnius pręcepti hoc diceretur, eadem ratione eſſet idem de alijs. Et ſic omnes eſſemus hęretici, qa nemo ſine crimine viuit, de pęni. diſ. 2. ſi enim inquit. vnde etiam ius nouum declarat, quod contra ſortilegos diuinatores, niſi alias manifeſtam hęreſim ſapiāt, inquiſitores procedere non poſſint, nec contra vſurarios, vel alios criminoſos, vt in c. accuſatus. §. ſane. de hęre. libro 6. alias ſi ſecus diceretur, poſſet inquiſitor totam iuriſdictionem dięceſani eneruare, quod eſt abſurdum, 11. q. j. peruenit. cum ſi. Nec ob. quod oppoſitum fuit de excommunicatione per capitu. cum contumacia. de hęreti. lib. 6. quia prout ibi not. loquitur de excommunicato pro contumacia hęreſis, vt quia fuit excommunicatus, quia contumax erat non reſpondere de fide, quia ſi perdurat in excommunicatione per annum, habetur pro conuicto de hæreſi: ſic eſt in excommunicato pro alio crimine, quia habetur ꝑ conuicto ſuper illo crimine, ſi in excommunicatione durat per annum, 11. quæſtio. 3. rurſus. & capitu. quicunque. Et iſtud voluit gloſſ. in capitu. excommunicamus. quęſtio. j. de hęre. Et in dicto capitu. cum contumacia. & dicto capitu. fina. de pęni. Item poſſet attentari, quòd etiam poſt annum in terminis capitu. cū contumacia. non ſit hęreticus: quia tex. ibi dicit, non hęreticus, ſed velut hęreticus condemnandus: ſed dictio, velut: ſimilitudinaria eſt, quia ponitur pro quaſi, vt l. j. ff. de peti. hęre. Et hic recolo dominum P. M. interdum dixiſſe in pręcdicto capitu. excommunicamus. ſed hoc non ſcripſit, ſed nihil eſt id, cui eſt ſimile, vt no. de reſcrip. capitu. capitulum. Ad capitu. fina. de pęn. dico, quòd non dicit illum hæreticum, ſed dicit quòd non caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis ille, qui in contumacia perſiſtendo contemnit claues eccleſiæ: vnde dicit ibi Inno. quòd ſuſpectus eſt ſuſpitione probabili, non violenta, vnde dicit quòd eſt præſumptio iuris tātum, vnde & parcere nobilitati exprimit ibi Papa, qđ non poſſet ſi hæreticus non fuiſſet, ne videretur hæreticorum fautor, vt capitu. ſi Papa. 40. diſt. Ex prædictis concludo, quòd iſte non debet dici hæreticus, nec pro hæretico condemnari, ſed contra eum tanquàm contra ſuſpectum poteſt procedi, vt habeat locum ſecundum membrum ſupra poſitum: quia etiam leui argumēto quis dicitur ſuſpectus, C. de hære. l. 2. licet poſſit dici leui argumento, quod de facili poteſt probari.
3 † Tamen niſi præſumptio ſit violentiſſima, non ſufficit ad condemnationem de hæreſi: & ad purgationē indicendam ſufficit vehemens, vt in capitu. accuſatus. in prin. vel etiam probabilis, vt no. in dicto capitu. excommunicamus. & capitu. literas. præallegato: debet tamen aduertere inquiſitor, quòd ſecundum maiorem vel minorem præſumptionem conſideratis circunſtantijs & qualitatibus perſonarum maiorem vel minorem purgationem indicat, 2. quæſtio. 5. omnibus. de pur. can. inter & no. in dicto capitu. excommunicamus. §. j. Et ſi in dicta purgatione hic nollet ſe purgare, & propter talem contumaciam excommunicaretur, & perduraret per annum in illa, velut hæreticus condemnari poſſet, vt dicto capitu. cum contumacia. An autem ſi non poſſet eam præſtare, velut hęreticus debeat cenſeri? de purga. can. inter. in glo. ſi. Ex his deciditur, quòd cum iſte non ſit hæreticus, non debet hęreſim abiurare: quia non ſuſpecti tantum, ſed hęretici abiurant: de conſec. diſt. 2. ego Berengarius. & dicto capitu. accuſatus. in prin. Non obſt. no. de purga. can. inter. quia ibi non abiurat hæreſim, ſed familiaritatē hęreticorum, de qua erat publice diffamatus. Et ſi iſte interrogatus reſpōdet ſe credere eſſe apoſtatam & excommunicatum, & de his debere pęnitere, & Euchariſtiam poſt pęnitentiam ſingulis annis debere percipere, amplius non poterit inquiſitor de prædicto ſe intromittere, ſed ad ordinarium ſpectat eum compellere redire ad clauſtrum, & quòd faciat ſe abſolui, poterit tamen cum abſoluitur compelli, vt iuret non exire clauſtrum, vel non apoſtatare, argumen. 35. quæſtio. ſeptima, ab iſto die 27. quęſtio. prima, ſi quis. nec clerici, vel mo. capitu. ſecundo. Ex his deciditur, quod nullam pœnam pecuniariam inquiſitor poteſt huic imponere, etiam ſi eſſet hęreticus: quia vagabundus acquirit monaſterio, non ſibi, C. de latina liberto. l. l. vnica. §. ſancimus. & not. 18. quęſtio. 2. abbates. & de langui. & expo. capi. vnico.

Gaſ. de Calde.

SVMMARIVM.

1 *Prædicans contra catholicam fidem monitus oppoſitum prædicauit, libros tamen ſuos non emendauit, an cenſeatur hæreticus.*

CONSILIVM VI.

1 RELIGIOSVS quidam prædicauit, & in ſcholis † docuit aliqua, quæ erant contra catholicam fidem: Et demum per ſuum ſuperiorem correctio impoſita fuit eidem, vt prædicaret oppoſitum qui ſic fecit. Nunc aliqui dicunt ficte eũ publicè hoc prædicaſſe. Et vnus ſuus ſcholaris, qui habebat dicta hæretica in quodam libro ſuo, dicit, quòd oſtenderat illi vt corrigeret, dicens quòd ille non correxit: Quæritur, qualiter ſuus prælatus ſe habere debeat aduerſus iſtum religioſum? Dico, quòd debet pronunciare iſtum verum catholicum, & religioſum: patet de purga.can. inter. de præſump literas. Nec ob.delatores ſui, quia ſit ſit vnus, ſiue plures, eis non creditur niſi probetur: quia non per accuſatores, ſed per teſtes crimina probantur, de ſimo. licet Heli. de accu. licet. cum ſi. Sunt enim officia accuſatorum & teſtium diuerſa 4.q.4. nullus de ver.ſig. forus. Etſi qua præſumptio fuit orta contra eum ex primo actu, ſublata fuit per contrarios actus prædicationis ipſius, vt no. in dictis iuribus. Si autem opponeretur, quòd aliqui dicunt eum ficte prędicaſſe reuocationem: dico, quod eis non creditur, quia præſumuntur eius inimici, de accu. cum P. & capitu. meminimus. Et publice prædicando contrarium eius, quod prædicauerat prius, p̄ſumitur illud credere: ſic enim non præſumitur dixiſſe, niſi mente agitaſſet, quia ſermo oris concordare debet cum ſermone cordis, vt capitu. & ſi Chriſtus. de iureiur. Nõ ob. quod ille dicit de libello, q̃a ipſe eſt vnus teſtis, cui non creditur: de teſti. veniens, p̃rimo. Item illud non dicit vt teſtis, nec iuratus, vnde illa talia teſtimonia tanquàm extraiudicialia non probant, de coha bita.cleri. & mulie. tua. 4.q.3. ver. alia fides. cum ſi.

Gaſp. de Cald.

De apoſtatis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Monachus habitu ſeruato vagans, apoſtata non dicitur.*

CONSILIVM VNICVM.

1 MONACHVS vagabundus, non tamen dimittens † habitum, ſtricte ſumẽdo non dicitur apoſtata. Nam triplex dicitur apoſtaſia, vt no. de apoſta. c. j. q̃dam eſt apoſtaſia fidei: & de iſta hic nõ tractamus. Alia lat e ſumpto vocabulo inobedientiæ: & de hac etiam non tractamus, quia tũc etiam omnis crimmoſus poteſt dici apoſtata, ex quo non paret mandatis ſuperioris vel iuris. Tertio modo dicitur religionis: & de iſta apoſtaſia tractamus. Et is recte dicitur apoſtata, qui reliquit habitũ religionis: vnde dicuntur abeuntes retro, vt dicit tex. 16. q. ſi. non obſeruens. vnde proprie non dicitur apoſtata, niſi is, qui ad ſeculum rediit, vt probat expreſſe 50. diſ. qui in aliquo. de apoſta. capitu. primo. hoc voluerunt communiter doc. de apo. capitu. primo Et hæc fuerũt quo ad mentem verba Archi. in capitu. primo de tempo. or. lib. 6. Et hoc innuit tex. qui non appellat vagantes apoſtatas, ſed ſolum vagantes qui vagantur, 16. quæſt. prima placuit. & capitu. monachi. & plura capitu. ibidem, gloſſ. & Archi. ne cleri. vel mo. capitu. 2. lib. 6.

Gaſpar de Cal.

De vſuris. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vſurariorum bona reſtituendis vſuris obligata.*

CONSILIVM I.

1 AN bona vſurariorum tacitè ſint † hypothecata pro reſtitutione vſurarum? Dico iſtud non clare probari iure: nam capitu. cum tu. de vſuris. §. fina. quod ad hoc inducitur, non dicit, quòd ſint obligata, ſed quod debẽt vendi, & pretiũ reſtitui his a quibus vſuræ ſunt extortæ: ibi tamen ſoleo dicere, quod ſi ſunt bona pro vſuris aſſignata, ſunt bene tacite obligata his, quibus eſt vſurarũ reſtitutio facienda: ſed ſi ſunt alias de pecunia fęnebri acquiſita, habet locum prædictum capitu. cum tu.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij defuncti bona per epiſcopum pauperibus eroganda.*

CONSILIVM II.

1 MORTVO vſurario ſine reſtitutione † pręſtita, vicarius epiſcopi compulit hæredes taxata certa quantitate, & depoſita per eos ad reſtitutionem & miſſis edictis, vt debentes recipere vſuras comparerent: aliqui venerũt & receperunt vſuras: reſiduum vero ipſius taxationis vicarius vult dare pauperibus: hæredes volũt pro ſe: Quęritur, quid iuris? Puto ſic procedendum, quia vicarius faciet ſibi exhiberi libros vſurarij, quod poteſt per clemen. j. de vſur. Et ſi exhibeantur, & per illos apparet aliquos debere habere, qui tamen non extant, nec ipſorum hæredes, illæ quantitates debent erogari pauperibus, de vſur. cum tu ipſis vero extantibus, eſt eis erogatio facienda, vt ibi: & ſi ſunt abſentes, ſeruet gl. ibi poſita: Vbi vero aliquis liber de facto haberi non poteſt, potentia vel malitia hæredum, nullatenus eis reddatur illa quantitas, quia tunc eſt præſumptio contra eos: ad hoc 3. quæſt. 7. §. tria. ver. ſi quis. de teſti. conſtitutus. nec debent præmium reportare, vnde pœnam merentur, 16. quæſtio prima. legi. de dona. inter vi. & vxo. & ſi neceſſe. Ceſſante vero pręſumptione maliciæ contra hæredes, & libro antiquo non apparente, ſi dicti heredes de certa quãtitate confeſſi ſunt, nunc non ipſis ſed pauperibus eſt reſtitutio facienda vſque ad illam ſummam, de vſu. cum tu. quia ſicut ipſi confeſſi ſunt, præſumitur eſſe vnde eis non debet fieri reſtitutio, alias eccleſia videretur eis in delicto fauere, contra id qđ habetur 93. diſ. peruenit. 23. q. 4. eſt iniuſta. facit de iureiuran. mulieri. Si verò dicti hæredes nõ fuerunt confeſſi, ſed vicarius ipſis ſcientibus & tacentibus fecit dictam taxationem, quod potuit per c. quanquàm. cum ibi no. de vſur. lib. 6. nõ debetur hæredibus dicta quantitas, quia tacite videntur confiteri ita fuiſſe, prout vicarius taxauit, tum quia contra ipſorũ cõfeſſionem tacitam vel expreſſam non ſunt au. lib. ii. C. de non nu. pecunia. l. generaliter. de proba. per tuas. de præſump. literas. vt eccle. benefi. c. vnico. & de cẽli. cũ olim. quæ loquuntur in tacita confeſſione: facit de of. dele. cũ ſuper. cum ſi. tum quia pro facto vicarii eſt pręſumendum, de elec. bonæ. el primo. de renun. in præſentia. de re iud. ſicut. nec per ipſos hæredes. Iſto caſu

poteſt

poteſt contrarium probari, quia non ſequitur, ſi non apparet cui fiat reſtitutio, ergo non extorſit vſurarius id, quod taxauit vicarius: bene facit de condi. appo. ꝑ tuas. vel saltem dubia eſſet talis probatio, quæ non releuaret dictos hæredes, de probatio. in præſentia. potiſſime, quia hic non datur actus poſitiuus contrarius facto taxationi vicarij, & per hoc reſpondetur ad id qđ poſſet opponi de l. 2. quando actio de pecul. eſt anna. & de l. ſi fullo. ff. de condi. ſine cauſa. quia nulla fiebat fides de actu poſitiuo, cum quo factum iudicis de iure non ſubſiſtebat. Apparebat enim nunc viuere, qui primo credebatur mortuus, vt d. l. 2. ita in l. ſi fullo. veſtimenta poſtea per d. reperta fuerunt Item ex quo illi, quos tangebat negocium, ſciuerunt illam taxationē fieri, & non contradixerūt, eis præiudicat, q̨ ma. accu. poſ. c. ſi. & quod ibi not. I. uno. C. commina. vel epiſtolas. l. ea quæ. puto tamen, quòd quando non fuit facta expreſſe confeſſio per heredes, ſed vicarius taxauit ſimpliciter, vt eſt dictum, quòd eius arbitrio relinquatur dictam quantitatem, ſi vult, hæredibus reſtituere, vel pauperibus erogare, quia potuit tempore taxationis præſumere eſſe, ſicut taxauit, & non ex coniecturis, q̄ oriuntur ratione proclamationum & inueſtigationis per ipſum ſolenniter adhibitis, poteſt contrarium præſumere, vt per ſe patet. Item dato, quòd redderet hæredibus dictam quantitatem propter coniecturas, de quibus proxime dixi, non præſumitur in alterius præiudicium redundare. Item quia & ſi dicatur, quòd talis taxatio habeat vim interlocutoriæ, illam poteſt iudex reuocare, ex quo aliud non ponitur, ff. de re iudi. quod iuſſit. de appel. cum ceſſante. Item cum ex prædictis variæ præſumptiones oriantur ex factorum varietate, ex quibus inſurgunt, diſcerni oportet, an altera alteri prę ponderet necne: ad quod facit quod no. qui fi. ſint legi. tranſmiſſæ. in fi. vlti. gl. & per D. P. M. de crimi. fal. accedens. ſuper fi. j. gl. In dubio tamen ſequendum eſt, quod eſt ſalubrius, de homi. ad audientiam. cum ſi. vt ſic dicta quantitas pauperibus erogetur, vt dicto cap. cum tu. facit ad prædicta quod no. D. P. M. in cap. quāquam. de vſur. lib. 6. ſuper ver. exprimi.

Gaſp. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius cautione data teſtamentum condidit: qui adhuc viuens vſuras non reſtituit: an valeat ſecundum eius teſtamentum.*

CONSILIVM III.

1 VSVRARIVS manifeſtus cautione data fecit teſtamentum, †ſed vſuras primo extortas non reſtituit. Et poſt cautionem & primum teſtamētum longo tempore dixit ante confectionem ſecundi teſtamenti. Quęro, an valeat ſecundum teſtamentum. Et dicitur, quod licèt non reſtituerit vſuras primo extortas, ſufficiebat dicta cautio: vnde ex dicta cauſa teſtamentum vltimum nō vitiaretur, ad quod ſe debet referri & non ad primum: ad illud enim ſe refert, quod confirmatur morte, 13. q. 2. vltima voluntas. de cele. miſ. cum Marthæ. j. reſpō ſo. cum ſi. Et dictus actor contra eius teſtamentum minus caute allegauit hanc cauſam, cùm ex hoc conatus fuerit ipſum impugnare abſolutione non ſolū quo ad hæredis inſtitutionem, ſed etiam quo ad legata, vt in capitu. quanquam. de vſur. lib. 6. vnde ſeipſum excluſit ab omni ipſius cōmodo, ff. de acquiren. hęre. quæſitum: & de bo. poſ. contra tabu. ſub conditione. §. ſi. Item ſi verum fuiſſet, quòd dictus vſurarius poſt pręſtitam cautionem manifeſte exercuiſſet vſuras, primū teſtamentum etiam ſi fuiſſet alias validum nullas habuiſſet vires per dictum cap. quanquam. vnde minus cauta fuit allegatio dictæ cauſę. Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarum ratio an ſortis in reſtitutione facienda primo ſit habenda.*

2 *Interpretatio fiet in obſcuris ad id, quod veriſimilius erit.*

CONSILIVM IIII.

1 AGITVR de reſtitutione vſurarum: quæritur, †an primo debeat haberi ratio vſurarum, an ſortis? Credo, quòd vbi agitur de vſurarum reſtitutione, interpretatio debeat fieri contra vſurarium vel eius hæredem: & fauorabiliter pro eo, cui eſt reſtitutio facienda: nam ideo cum tractatur de computatione fructuum rei pignoratę in ſortem, ante omnia fit computatio, vt citius locus ſit reſtitutioni rei pignoratæ: hinc enim vertitur fauor eius, cui eſt facienda reſtitutio & odium vſurarij, quia res hypothecata citius reuertitur ad debitorem: ita loquuntur iura de vſu. capitu. j. & 2. & c. conqueſtus. de pig. cum contra. C. de diſt. pig. l. j. & de pigno. act. l. j. & 2. hoc enim fauorabile eſt debitori, q̄a (vt dixi) citius recuperat rem pignoratam. Item quia ſaltem poſtea reſtitueret non ſolum rem pignoratam, ſed etiam fructus perceptos vltra illos, qui extenuant ſortem, & ꝑcipiendos forte etiam. Et ſi aliter diceretur, nunquam percipiendorum aliqua haberetur ratio, quia non diceretur malæ fidei poſſeſſor, niſi ſoluta ſibi pecunia ſortis a debitore: ita vbi pignus aſſignatum non fuit, vel ſi fuit aſſignatum, eſt tale, quod fructus non germinat, facienda eſt interpretatio in debitorum fauorem & odium vſurarij, ita tamen, quòd ex interpretatione non reſultet aliquid impoſſibile vel nimis abſurdū: ſic igitur in caſu iſto fiat, videlicet quòd ſi id, quod apparet eſſe receptum primo, non tranſcendit vſuras ratione facta vſq; ad illud tempus quo recepta apparet ſecundum formam conſtitutionis epiſcopalis, vel ſecundum quod petitum, vel probatum eſſet ſorte manēte integra, intelligatur reçeptum nomine vſurarū, verbi gratia, ſi milleſimo, ccc. die j. Ianuarij, mutuauit centum. & in fine 6. menſium apparet, quòd recepit tātum quod aſcendat ad id, quod aſcendit vſura, & non plus vſurarum nomine, illud intelligatur receptum, ſi minus, idem ſed poſtea fiat computatio habito reſpectu ad quantitatem ſortis & vſurarum, quæ reſtabant ſoluendæ ſecundum conſtitutionem vel conſuetudinem vſurarij, hoc eſt ſi ſolitus erat vſuras recipere vſurarum ſaltem poſt 6. menſes. Si vero apparet, ꝙ recepit vltra facta computatione ſecundum formā conſtitutionis: Credo de iure, quòd ſi dato medio tempore vſque ad ſaldationem rationis limitationem conſtitutionis non excedunt, in vſuras tātum computari debere. Ratio, quia ita eſt de more vſurariorū prius vſuras recipere, & poſtea ſortem, qui mos attendendus eſt, ff. de pig. ac. ſi ſeruum. in fi & l. vel vniuerſorum. ff. de vſu. de pig. illo vos. & quod ibi not. de cele. miſ. cum Marthæ. ver. ſi rem. & quod ibi no. Item in dubio hoc pręſumunt iura, ex quo obligatus erat ſaltem ex conuentione ad ſortē & vſuras: & potiſſime tunc vnū eſt principale, ſ. ſors aliud acceſſorium, ſ. vſura. C. de ſolu. l. j. ff. de vſu. l. vſuras. Et per hoc non ob. iura, quæ dicunt, videri ſolutum in duriorem cauſam, quę loquuntur, quando vtrunque principaliter debitum eſt: vel poſſet etiam dici certo reſpectu cauſa vſurarum durior propter no. in d. l. vſuras. & in l. j. ff. de ſol. Et cōſtat, ꝙ de facto quis ſe citius vult liberare ab vſuris q̄ a ſorte.

2 † In obſcuris & dubijs debet interpretari fieri qđ eſt veriſimilius, & qđ plerūq; cōſueuit accidere, quorū vtrūq; hic interuenit. Si vero data medio tēpore excedunt

dunt metas conſtitutionis epiſcopalis, habita conſideratione ſortis, & datorum, tunc iudex ſua ſubtilitate debet veritatem inueſtigare, conſiderata conſuetudine vſurarij, ſi ad plus ſolebat, & ad quantum communiter mutuare: & ſi nõ fuit aliquid ſpecialiter loco pignoris aſſignatum. Conſtat.n. quod tunc ſolent vſurarij vſuras grauiores extorquere. Item ſi aliquid fuit loco pignoris aſſignatum, illius qualitas eſt ponderãda: communiter enim ſuper libris auro, vel argento non ſolent ita immoderatas vſuras exigere: ſuper equos autem & ſimilibus grauiſſimas. Item ſi poſt aliquod tempus, puta menſes, ſolebat vſuras exigere vſurarũ. Et ſecundum hoc ſua ſubtilitate veritatem, vel ſaltẽ, quod veriſimile erit, poterit inuenire, maxime poterit coniecturare, ſi ex plurib. datis diuerſo tempore factis calculationibus de vno aliud. ¶ Ad prædicta optime faciunt no. per Io. And. de iureiu. ex literis. & ſic ſi ex prędictis coniecturis arbitrabitur, quòd data media non excedant vſuras, planum eſt faciendam computationem de prædictis datis in vſuras tantum, & nõ in ſortem. Si vero propter magnam datorum quantitatem, & temporis breuitatem veriſimile eſt vltra vſuras conuentionales aliquid eſſe, tunc puto prædictis conſiderationibus adhibitis ipſum iudicem interpretari debere quantum potuit illud eſſe vltra. Et ſic illud vltra computabitur in parte ſortis, reſiduo ſortis remanente, præſumptione etiam durante de vſuris receptis ad eum modum, ſecũdum quem fuit arbitratum vſque ad factæ abſolutionis tempus, de qua conſtat vere, vel præſumptiue, puta per cancellationem poſtarum. Item cùm de vſuris reſtituendis agitur, multum exuberat officium iudicis, de iureiurã. ad noſtram. prædicta non habent locum, vbi res, quæ fructum germinat, aſſignata eſt loco pignoris: quia tunc incontinenti fructus extenuant ſortem quo ad fauorem debitorum, quod eſt iuri conſonum: ſic loquuntur iura de pigno. cum contra, de vſuris. c. j. & ca. conqueſtus. cum ſi. Item non multum curandum de hac altercatione, cũ res fuit obligata, quę fructum germinat: quia quomodocunque voluatur, fructus recepti vltra quantitatem ſortis, & res debent reſtitui, ſiue dicatur fieri debere cõputato primo, ſiue vltimo: niſi forte quo ad fructus recipiendos: immo ſi ſors ſolueretur in pecunia, omnes fructus percepti cum re ipſa ſunt reſtituendi, de iureiu. ad noſtram. vnde nullus fauor vſurarij, vel intricatio aliqua non reſurgit in dicto caſu: aliud autem in caſu, de quo quæritur, eſt notum. Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius quis cenſeatur manifeſtus.*

CONSILIVM V.

1 QVis dicatur vſurarius † manifeſtus. Super hoc præmitto, quòd huiuſmodi qualitas. ſ. manifeſtus, aliquid addit ad eſſe vſurarij: nã aliud eſt dicere eſſe, aliud eſt dicere eſſe talem, maxime in hac materia criminum: vnde aliud dicitur in crimine occulto, aliud in crimine habente qualitatem notorij ſiue manifeſti, 32. diſt. erubeſcant. 2. q. 5. conſuluiſti. de coha. cleri. veſtra. & c. ſeq. de ſimo ex tuæ. cum ſi. Ex quib. patet non ſolum procedere prędictam præſuppoſitionem, cum manifeſtum ponitur pro notorio: ſed etiam prout ab eo diſtinguitur, vt de ſimo. de hoc. Et ex hoc ſequitur, quòd licet probetur aliquem exercuiſſe vſuras recipiendo aliquid vltra ſortem, nõ eſt probatum eſſe manifeſtum, alias dicta qualitatis nihil adderet: ad hoc de hære. c. fina. ſicut de probatione qualitatis. ſ. notorij plene no. doc. in d. c. veſtra. Et idẽ dicitur de excommunicatione publica, & occulta. quia ſi proponitur aliquem eſſe excommunicatum publice, aliud debet probari, quàm veritas excommunicationis, vt patet de re iud. ad probandum. & ex no. de excep. exceptionem. per gl. in clem. eos. de ſepul. quæ clemen. bene facit, inquantum loquens de excommunicatis dicit publice, & de vſurarijs addit manifeſtum: vt ex hoc inferam, quòd in hac materia manifeſtum ſupponat pro publico, non dico notorium tantum: ad hoc bene facit c. primũ, de vſu. lib. 6. vbi primo dicit pecun. publice: & poſtea ſubijcit huiuſmodi vſurarios manifeſtos. Ex prędictis ſoluitur quæſtio ſecunda, de qua quæritur in ſecundo articulo, quia cum capitu. quanquàm. de vſur. libro 6. ſolummodo loquatur de manifeſto. vt in princip. & in fin. ideo in caſu iſto per teſtes productos illa qualitas manifeſti probata non eſt. Et probatur in c. cum in diœceſi. de vſur. vbi dicitur, quod hæc qualitas probatur per argumenta: hoc verum fateor, duntamen ſint talia, quæ inferant hanc qualitatem, vt eſt fama cum alijs adminiculis, vt ibi no. vt quia ſub figura venditionis publicæ innuit contractum, qui tamen iudicatur fœneraticius ex coniecturis, de emp. & ven. ad noſtram. de pign. illos vos, vel quia apparent inſtrumenta vſurarum, vel menſam tenent paratam, vt hic tenet Inno. vel publice renunciant vſuris, cod. titu. quam pernicioſum. & ſic ſemper eſt aliud probandum, quod ad veritatem vſurarum extortarum aliquid addat, vt per hoc publicum, vel manifeſtum probatũ fore dicatur. Ex hoc ſequitur, quòd licet probetur quem exercuiſſe vſuras aliquid recipiendo vltra ſortem, non per hoc eſt probatum eum fuiſſe vſurarium manifeſtum, alias dicta qualitas nil adijceret: ad quod de hæretic. c. fina. ſicut dicimus de excommunicatione publica probanda: no. de excep. exceptionem. & cle. j. de ſepul. & hęc maxime ſunt vera in caſu, de quo quęritur, ſcilicet cum agitur de teſtamento, quod vitiatur per ca. quanquàm, quod aperte diſtinguere noluit manifeſtum a non manifeſto, cum dicta pœna etiam inter alios ſit odioſa: ad quod facit l. j. C. de ſacroſanc. eccle. cum ſimi. Et ideo verbum, manifeſtos, non late, ſed ſtrictiſſime eſt ſumendum, de reg. iur. odia. & cap. quæ a iure. lib. 6.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarum actione ex conueniatur, contra quem ipſarum ſolutio non probatur.*

2 *Reus abſoluitur, vbi partium iura obſcurantur.*

CONSILIVM VI.

1 AGitur contra Titium † ad repetitionem vſurarum ex quodam mutuo ſibi facto: nec probatur ſolutio vſurarum, ſed probatur, quod Titius iam diu ante initum contractum, & tempore dicti contractus, & poſtea publice vſurarios contractus fecit: Quæritur, an iudex poſſit Titium condemnare, vel abſoluere, quia de contractu inito inter partes nulla fit probatio, quòd ſit vſurarius: Et ex ſui forma eſt purum, & ſimplex, nil vſurarum continens. Quod ſit condemnandus ſic probatur, quia ex eo, quòd quis facere conſueuit, contra ipſum præſumitur: de præſump. ſcribam. 64. diſt. multi. de pigno. illo vos. in fi. in glo. Et ita &c. vbi no. Hoſtien. quod contra vſurarios eſt facile præſumendum, maximè cùm non ſit iſtud contra eos, immo pro eis, & ipſorum expedit animabus: de ſpon. iuuenis. debitores enim egent, & creditores abundant: ideo facile eſt debitoribus promittere, credentibus quicquid volunt, vt ab eis obtineant pecuniam, quam affectant, ſecundum Hoſtien. Item contra vſurarium ſufficit fama publica cum argumentis, de vſu. cum in diœceſi. & no. eo. ti. cap. j. lib. 6. quæ dicit cum in diœceſi, videtur decidere

hunc

hunc caſum, cum hic proponatur, quòd iſte erat publicùs vſurarius: & ſic fama contra ipſum laborabat. Et hic ſunt argumenta, quia ſic conſueuit facere. Et ob hoc no. Iac. Bal. quòd facti notorij interpellati, ſicut eſt in caſu noſtro, ſufficit concurſus ſemipleoæ probationis, vt in d.c. cum in diœceſi. & hoc no. in c. manifeſta. 2. q. j. & idem not. Inno. de coha. cle. tuam. Et quòd contra vſurarium ſufficiant argumenta cum fama, no. Hoſti. in ſumma, de proba. §. & quoties. facit quod no. de ſta. mo. quod Dei. ſecundum vnum modum loquendi ibi, & opera, quæ facti. Cum igitur vſurarius non poſſet aliter de vſura conuinci, in hoc caſu videntur ſufficere argumenta. ad hoc etiam facit de homi. tua. §. ad vltimum. ver. vnde præfatus. vbi hoc approbat Hoſtię. facit de cleri. percuſſore. capitu. 2. Et quod manifeſta indicia probent, dicitur 30. q. fina. incerta. 31. q. 3. quanuis. in fine. 32. q. j. c. 2. Si igitur æque probantur iodicia ſicut per teſtes, ergo &c. Item ſi aliquis habet mulierem ſuſpectam in domo, eo ipſo probata videtur fornicatio, vt patet de coha. cleri. capitu. 2. & 3. & no. c. ti. tua. Ita in caſu iſto, ex quo ſic facere conſueuit. Item in dubijs ſemper eſt via tutior eligenda, & q̄ animæ ſit vtilis, de ſpon. iuuenis. cum ibi no. Sed non eſt dubium, quòd tutior ſibi eſt via, vt condemnetur propter dubium duplicatum, propter quod ſit aliquādo, quod alias non fieret: de his qui filios occiderunt. capitu. fi. & aliquando ex præſumptione diffinitiua datur ſententia, de præſump. afferte. de elec. officij. ſicut etiam dicimus in hæreſi, de hær. excommunicamus. § j. & 30. di. c. fi. Si igitur obtinet in iſtis caſibus, ſic eadem ratione in iſto, maxime eo quia iſte tales contractus vitioſos in conſuetudinem duxerat pluries faciēdo: ſic dicimus, quòd in delictis huius actus inducit cōſuetudinem, ar. l. 2. in fi. C. de epiſ. audien. & ſic intelligitur 25. q. 2. ita nos. & 00. j. diſt. mos. & iſtud videtur deciſum per Azo. C. de vſur. cū allegas. dum dicitur no. quòd per hanc legem quidam intelligunt, quando talis perſona eſt, quæ conſueuit fœnerari, quod ſi eſt, contra talem præſumptionem non admittam probationem: & ſic concluditur iſtum condemnandum.

Econtra, quòd ſit abſoluēdus, probatur, quia de actu, de quo hic agitur, nihil eſt probatum, licet ſit probatū de alijs, quia res inter alios acta &c. de re iudi. quanuis.
2 cum ibi no. † Et cum iura partium ſunt obſcura, abſoluitur reus, de fide inſtru. inter dilectos. in fine. de re iud. c. fi. niſi in caſibus ibi poſitis, inter quos iſte non eſt. Item pro inſtrumento præſumitur & ſtandum eſt illi, donec contrarium probetur: de præſcrip. illud. & de reſcrip. ad audientiam. vbi no. quòd potius eſt ſtandum inſtrumento, quàm partibus dicentibus contrarium. Item ad hoc vt contractus vſurarius iudicetur, de cuius malitia ſeu verſutia alias per teſtes non probatur, debet colligi ex forma ipſius contractus &c. ad quod de priuile. porro. de dona. cum dilecti. de ptocu. petitio. ſed cum de forma iſtius contractus non ſit probatum, quòd aliquid contineat vſurariæ prauitatis, ergo ſecundum formam eius iudex ſententiam proferre debet, cū omne eſſe rei ſit ex forma, vt no. de vſur. in ciuitate. pro hoc de empt. ad noſtram. Item ſupraſcriptæ probationes non faciūt niſi præſumptionem, ſed ex præſumptis non eſt iudicandum, 2. q. j. ca. j. Item omnis ſuſpitio potius eſt repellenda, quàm amplectēda, 6. q. j. oues. 30. q. fi. inter cætera. Cum igitur de iſto conſtet, de eo non eſt iudicandum, ſed diuino iudicio relinquendum, 2. q. j. nomen. Item de hoc videtur caſus, 23. di. habuiſſe. nam, vt ibi no. Ioan. & Lap. vbi eſt ambiguitas facti, ſicut in caſu iſto, nunquàm eſt certa ferenda ſententia in alterius præiudicium, 11. q. 3. caue. 30. q. fi. §. vlti. Item quia hic agitur de vſuris, quæ crimē inducunt: ergo apartæ probationes inducunt & requiruntur, 5. q. 6. Epiphanium. Mihi videtur ſic diſtinguēdum: Aut conſtat de contractu, de quo agitur, aut non: primo caſu forma contractus non eſt inſpicienda, C. plus vale. quod agitur. l. prima. Secundo caſu, quando non conſtat, ſed eſt dubium, vt in caſu iſto, tunc non eſt recedendum a forma contractus, quia in re dubia melius eſt verbis edicti ſeruire, ff. ad exhiben. l. prima, §. in re igitur. Et ſic iſte eſt abſoluendus fundamentis factis ſuper dicto Ber. Lau. & Gul. Naſo. qui hoc no. de pigno. illo vos. quæ decre. non obſt. huic ſententiæ, quia ibi erant plura, quæ indicabant illum contractum fore vſurarium, & ſic reſpondet illi l. C. de vſuris. cum allegas. de emptio. & venditio. ad noſtram, ſed hic non eſt ſic. Nec ob. dictum capit. cum in diœceſi. quia non loquitur in caſu noſtro, ſed quando ordinarius vult procedere contra aliquem, quem conſtat argumentis, & fama eſſe vſurarium ad infligendam pœnam conſtitutionis concilij Lateranen. contra vſurarios editam: ſed caſus iſte eſt diuerſus ab illo, cum hic agatur de ſpeciali debito, in quo iudex non poteſt certam proferre ſententiam, vt probant iura pro hac parte ſupra inducta: vnde iudex nō debet contra eum ſententiam proferre, vt probatur in dicto capit. habuiſſe. & tertia, q. prima, Deus omnipotens. Ad alia iura ſupra inducta, quæ de præſumptione loquuntur, reſpondeo, quòd vera ſunt in ſuis caſibus, ſed in noſtro caſu eſt aliud, quia eſt alia præſumptio, quæ præponderat capi. quia debet ſtari inſtrumento, donec contrarium probetur, vt eſt dictum ſupra.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Contractus vſurariorum nondum manifeſtorum an ſint facti in fraudem vſurarum.*

CONSILIVM VII.

1 FIT conſtitutio, quæ † diſponit contractus vſurariorum manifeſtorum intelligendos, & præſumendos eſſe in fraudem vſurarum: An intelligatur in contractibus, qui ſunt facti, antequàm conſtet eos vſurarios eſſe manifeſtos? Et arguendo, primò pueriliter dicitur, quòd ſic: verba enim generalia generaliter ſunt intelligenda: iura ſunt no. exemplum: Iura dicunt bona clericorum gaudere priuilegio clericali. An debeant intelligi de bonis quæſitis poſt clericatum tantū, vel etiam ante? certe de omnibus. Item epiſcopi habent iuriſdictionem in ſubditos. An habebunt iuriſdictionem in his, qui fuerunt ſubditi ante epiſcopatum? Sic de offi. ord. ca. primo. Secundo iſta qualitas manifeſti ſurgit ex confeſſione propria. Si ergo quis confiteatur ſe vſurarium fuiſſe, ſequitur ex hoc manifeſtum eſſe: not. glo. in capi. quanquam. de vſuris. lib. 6. ergo habent locum verba ſtatuti, vel iuris communis diſponentia de manifeſto vſurario: licet autem participia ſint denotantia tempus, nomina autem pro omni tempore ſupponunt: vnde natus, vt nomen pro omnibus filijs ſupponit, ff. de natis ex libe. ven. in rubro & nigro. ff. de teſtam. tute. l. ſi quis filiabus. Item fructibus legatis, & præſentes, & pendentes veniunt, & futuri. ff. de legat. ſecundo, ſi ita relictum: ſed participium ſemper ſignificat tempus verbi ſui, quia ſi eſt præſentis, præſens: ſi futuri, futurum &c. Item iſtud determinat glo. in dicto cap quanquam. de vſur. libro ſexto, quæ declarans, quis dicatur manifeſtus vſurarius, dicit illum, qui in ipſo teſtamento, vel cautione hoc fatetur: ergo &c. Quarto ſententia iur. vel hominis potius declarat, quàm aliquid nouum inducat, obligationem inducendo, de conceſ. præben. propoſuit.

poſuit. ergo ad facta in præteritum extenditur, de vſuris, cum tu. Item ſicut ſufficit, quòd tempore ſententiæ competat ius actori vel reo, ff. de pignoratitia actio.l.ſi rem.de re iudic.abbate ſanè.lib.vj.ſic ergo &c. Ioan. Calder.

Credo proximè præcedentia fuiſſe dicta allegando, & non conſulendo, quia natura conſtitutionis eſt, vt non trahatur ad præterita, de conſtitutionib.cap.2. & fin. Item conſtitutio requirit iſtam qualitatem manifeſti tempore contractus: non ergo ſufficit, ſi probo nunc manifeſtum, niſi concludam manifeſtum tempore contractus, de re iudic. ad probandum. vnde crederem diſtinguendum, quòd aut non pronunciatur quem eſſe manifeſtum vſuratium,& fuiſſe a decem annis & citra. Et tunc procedunt iura & rationes Ioãnis Calderini hic, vt trahatur etiam ad contractus geſtos ante hanc pronunciationem durante dicto decennio. Aut pronunciatur eum ſimpliciter eſſe manifeſtum: & tunc non credo, quòd procedat dictum eius, per iura ſuprà allegata, cùm neceſſario non concludatur fuiſſe manifeſtum tempore contractuum ante geſtorum.

Domin. de S. Gemin.

CONSILIVM VIII.

AN creditor dotis debeat primò recipere dotem mortuo viro, quam reſtituantur vſuræ per virum extortæ? Vide ſupra de donat. inter virum & vxorem. conſilio ij.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans vſurario per ſe vel alium, an ſit vſurarius.*

CONSILIVM IX.

1 DE mutuante alteri vſurario ad † vſuram per filium ſocium vel alium recipientem per ſe vel alium dictas vſuras, an cenſeri debeat vſurarius manifeſtus, licèt non teneat altare paratum. Credo ſic dicendum, quòd illis modis dicitur vſurarius manifeſtus, qui not.per gloſ. in cap.1.de vſuris,libro 6. Et per gloſſ. in cap.ſecundo,eodem titulo. qui modi bene poſſunt adaptari in caſibus prædictis, de quibus quæritur, ſaluo quòd de notorio per operis euidentiam in eo, qui tenet altare paratum, not. in dicto cap. ſecundo. qui caſus hic excluditur in themate, ſed ſi aliquo de dictis modis iſtum non conſtat vſurarium, tunc dico inſpiciendam eſſe diffinitionem manifeſti, & conſiderandas eſſe circunſtantias, ex quibus aliquid iudicatur manifeſtum. Manifeſtum autem diffinitur per Doct. quòd eſt publica ſeu famoſa inſinuatio, vel proclamatio, & communis ex certa ſcientia & autoribus proueniens, vt not. D.P.M. de cohab. cleri.veſtra. Hoc ergo probato de prædicta qualitate, conſtabit, quia cui competit diffinitio, & diffinitum, 27.quæſtione ſecunda, in principio. de pœniten. diſtinctione tertia, in principio, cum ſimilibus. Item ex alijs circunſtantijs, puta ex præſentia perſonarum, vt ſi plures fuerunt præſentes, licèt non tot, quòd faciant notorium, quando dictas vſuras recipiebat, vel alius eius nomine. Et ſi conſtat eum ratum poſtea habuiſſe, tũc propter illorum præſentiam dicitur manifeſtus: vnde dicit lex, quòd palàm id eſt manifeſtè teſtari dicitur, quando coram teſtibus, qui ad ſolennitatem teſtamenti requiruntur, nominat hæredem, ff. qui teſtamenta facere poſſunt. hæredes palam. quot autem debeant præſentes eſſe ad hoc, vt dicatur manifeſtus, puto arbitrio diſcreti iudicis relinquendum ſecundum diuerſitatem actuum: ſic ergo interdum dicitur occultum, quod fit coram quinque, de pœniten. diſtinctione prima, §. primo. ergo aliàs econtra, verſic. filia. & in dicta l. probatur, & in dicta l. econtra. probatur de ſeptem: quare oportet dici, quòd in hoc relinquatur arbitrio iudicis, argumen. ff. de iure deliberan. l. 1. de officio deleg. de cauſis. Item locus in hoc multum adminiculatur, qui etiam in loco publico, vbi etiam pauciores erant præſentes, dicetur aliquid factum ſiue manifeſtè: ad hoc de ſimo. ex literis. el ſecundo. Ex his ergo circunſtantijs ſi probatæ fuerint, dicta qualitas etiam probata intelligetur, aliàs etiam probato actu & non qualitate prædicta id non apparebit. Conſtat enim, quòd per qualitatem actus diuerſificantur, vt ſecundum quod ſunt diuerſi, diuerſimodè iudicentur, de pœniten. diſtinctione prima, cap. 1. ff. de pœnis. aut facta. de homicidio. ſicut dignum. Et ideo licet conſtet de actu, ſi non probatur qualitas, non habet locum diſpoſitio iuris, quæ ſecundum qualitates diſponit, de tempo. ord. ex tenore. & capit. fin. cum ſimilibus.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ repetentur, etiam ſi remiſſionis inſtrumentum opponatur.*

CONSILIVM X.

1 EXaminato dicto inſtrumento † remiſſionis vel donationis vſurarum, dico poſſe repeti vſuras illo non obſtante. Et licèt ſit vera opinio Hoſtienſis, quam ponit in ſumma, de vſuris, §. fin. verſiculo quid ſi fœnerator. tenens, quòd proſit talis remiſſio ceſſante fraude: licèt aliqui teneant cõtrarium, vt patet ex notatis in regula, peccatum. de regulis iuris, libro ſexto. Tamen in caſu iſto non prodeſt, quia præſumitur fraudulenta, quæ fraus per coniecturas probatur, de renunciat. cap. ſecundo, libro 6. Nam prima coniectura eſt hic, quia ponitur, quòd eſt vſurarius, contra quos de facili præſumitur, de pignorib. illo vos. de emptio. & venditio. ad noſtram. & clemen. 1. de vſuris. Et multum coadiuuat iſtam præſumptionem, ſi ad maiorem quantitatem aſcendebant vſuræ extortæ per ipſum vſurarium, quàm ſit quantitas, de qua continetur in inſtrumento, ſcilicet viginti libr. quod videtur ex forma dicti inſtrumenti ibi dum dicit, pro cõplemento & ſolutione & ſatiſdatione &c. Et plus coadiuuatur dicta præſumptio, ſi poſt dictam remiſſionem dictus vſurarius exercuit vſuras, quia nõ eſt veriſimile, quòd reſtituat vſuras vni, qui tunc & poſtea eas extorquet ab alijs. Et facit bene quod notat Ioannes Andreas in dicto capitulo ad noſtram. tamen huic coniecturæ non multum innitor, cùm non ponantur in articulo, nec conſtet de ipſa. Colligitur & ex inſtrumento alia coniectura, quia dictus creditor primò iurauit prædicta omnia attẽdere &c. quod quidem iuramentum in donante vel remittente etiã non vſurario valde eſt ſuſpectum, vt per ſe patet, & probatur de renunciatio. ſuper hoc. Sed & ſi verè ſit ſolutio, tale iuramentum omnino ſit ſuperfluum, ſaltem cum præſtatur a maiore vigintiquinque annis, cum ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio: ergo non caret magna ſuſpitione hæc præſumptio validè, per aliud adiuuatur iuramentum, de quo ſequitur in dicto inſtrumento, videlicet quòd nunquam petent abſolutionem iuramenti, quod iuramentum apertiſſimum probat fraudem: tum quia ſi primum præſtabatur ceſſante fraude, ergo in vanum ſecundum appoſitum, cùm & ſine eo relaxationem petere non poſſet, de iureiur. ſi verò. & c. & ſi Chriſtus. tum quia probata fraude remiſſionis, tale iuramen-

tum eſt illicitum, per capitu. ad noſtram. el tertio. de iureiurau. & quod ibi no. in ſecunda gloſſ. ex quibus patet, quòd cum fraudes & ſuſpitiones inducant dictaiuramenta, vt eſt probatum, apparet, quòd non poſſiut ligamen adiicere, ne circa idem contrarios effectus pariat, 57. diſtin. ſi quis. de bapt. maiores. Item non valet dicta remiſſio, quia non fuit ſeruata forma conſtitutionis epiſcopalis. Et iſto caſu valet conſtitutio, cùm non ſit contra ius, quia non tollit ſpecialiter poteſtatem conceſſam notario: quia tunc poſſet eſſe dubium: ſed ad ſolennitatem inſtrumenti requiritur de iure communi aliquid addi ſeruandum de neceſſitate. Et ſic proprie eſt præter ius, vnde bene valet: ad hoc de conſe. diſ. 3. capitu. primo, & quod ibi no. & 18. diſt. in princi. de offic. or. licet. de maio. & obe. ſi quis. cum ſimi. Et probatur hoc ex no. per Hoſtien. de ver. ſig. ex parte. 3. de offic. archi. capitu. fina. æquiparando conſuetudinem & ſtatutum, quod eſt iuſtum, j. diſt. conſuetudo. & ff. de leg. l. de quibus. Et hoc maxime, quia dicta conſtitutio ſolummò tollit probationem non ſic qualificatam, ſuper quo ſtatuens epiſcopus plenam habet poteſtatem, vt probatur ex prædictis. Nec ob. quòd partes renunciauerunt beneficio dictæ conſtitutionis: quia talis renunciatio videtur facta in fraudem; tum quia non potuerunt renunciare conſtitutioni non tam introductæ in eorum fauorem, quàm propter bonum publicum, ne quid fraudis confingatur: ad quod faciunt no. de fo. compe. ſi diligenti. & capitu. dilecti. tum quia conſtitutio eſt prohibitoria: vnde debet neceſſario obſeruari: videtur expreſſum ff. de regu. iur. nec ex prætorio. facit ff. de pac. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. & l. paciſci. vbi eſt vt expreſſum: & ſic inſtrumentum non probat dictã remiſſionem. Ioan. Cald.

Credo proximũ pcedens cõſiliũ pcedere, qñ vſurarius producit inſtrumentũ remiſſionis: ſed ſi repetens vſuras produceret inſtrumentũ tale, illud ſibi nõ prodeſſet: vnde ſi producit inſtrumentum ad faciendum fidem de reſtitutione ſortis, & in inſtrumento continetur qualiter remittit omnes vſuras extortas, & ipſum abſoluit, non poſſet producens dicere remiſſionem non valere, quia in vna parte dicit inſtrumẽtum valere, in alia falſum: & ſic allegaret contraria contra capitu. ſolicitudinem. de appel. Item ex quo produxit, vſus eſt inſtrumento falſo: & ſic deberet perdere cauſam, de reſcrip. olim. de reſti. in inte. cùm ex literis. no. de excep. cum venerabilis. vnde a producente non poſſet dici contrarium, de cenſi. olim.

Gaſ. de Cal.

SVMMARIVM.

1 *Mercator emens centum ſoluendos in vno loco, & decem ſoluit in loco emptionis, an vſurariè contrahat.*

CONSILIVM XI.

1 MERCATOR Ianuen. ab alio mercatore † Ianuen. emit centum biſantios ſoluendos ſibi in Alexandria. & Ianuæ ſoluit centum decem: quæritur, an ſit vſurarius contractus: Et ſatis patet, quod ex forma contractus, niſi aliud probetur, quòd non eſt vſurarius, quia contractus debet iudicari ſecundum eius formam, de vſur. in ciuitate. de priui. porrò. de dona. cum dilecti. Sed ꝯtractus iſte, de quo quæritur, apparet fuiſſe venditionis ſeu cambij certæ pecuniæ. Et ſumma exprimitur, quæ fuit data in ciuitate Ianuæ pro biſantijs recipiendis in ciuitate Alexandriæ: nec curo, an valeant vel non, maiorem ſummam ibi, & ſic iſte non eſt contractus mutui, in quo ſolo vero vel ficto committitur vſura: facit quod no. 14. quæſtio. 3. capitu. penul. & Do. P. M. in capitu. nauiganti. de vſur. & Ioan. And. in regula, peccatum. de regu. iur. lib. 6. ver. eſt ergo primo videndum. poteſt enim dici, vt ſonant verba contractus, quòd eſt contractus venditionis certæ pecuniæ pro alia certa pecunia recipienda alio loco. Conſtat enim, quòd vna pecunia propter cauſam valet plus in vno loco, quàm ipſa eadem eiuſdem ponderis & menſuræ in alio loco, in quo venditur: & poſito, quòd interueniat inter contrahentes deceptio, valet venditio, dummodo non excedat dimidiam iuſti pretij, C. de reſcin. ven. l. ſecunda, de emp. & vendi. cum dilecti. & capitu. cum cauſam, ergo cum iſte contractus non ſit mutui, non fuit vſura. Et ſi dicatur, quòd in veritate fuit mutuum, licet aliter exprimatur in contractu: & ſic plus debet valere, quod in veritate agitur, quàm quod ſimulate concipitur, C. plus valere quod agitur in rubro & nigro. Poteſt reſponderi, quòd illud poſſet eſſe verum ex præſumptionibus, quæ in caſu noſtro non apparent, cum non ſit poſitum, nec probatum iſtos conſueuiſſe tales contractus ſimulate concipere, arg. eorum quæ habentur de pigno. illo vos. & ponit Hoſti. in capitu. ad noſtram. de emp. & vendi. nec iſto caſu ſufficeret quælibet præſumptio, imo vehemens vel forte violenta, quia agitur iſto caſu de crimine, vbi requiruntur clariſſimæ probationes,
2 nes, 2. quæſt. 8. ſciant cuncti. † Itẽ cũ dictus ꝯtractus appelletur cambij & recambij, poſſet dici, quod ſit contractus præſcriptis verbis, do vt des, quem conſtat non eſſe vſurarium. Item non dubium, quòd in contractu mutui ex temporis & loci adiectione ſolutioni faciendæ poteſt ſurgere intereſſe, ad quod tenetur ille, qui conſtituto tempore & loco non ſoluit, ff. de eo quod certo loco. l. ſecunda. & not. de offic. deleg. P. & G. & de ſo. compe. dilecti. Et ſi deducatur in pactum, venit iure actionis id, quod alias erat arbitrarium, vt dicta l. 2. Et nõ. Inno. de ſen. excom. ſacro. nam etiam ſecundùm canones peti poteſt intereſſe, de fideiuſſo. peruenit. & capitu. conſtitutus. & quod nõ. de vſur. conqueſtus. ergo licet contractus fuiſſet mutui ex ſui forma, tamen non fuiſſet vſurarius, & maxime, quia celebratus fuit cum mercatore, cuius intererat dictos biſantios ſoluere in Alexandria: nam cautum eſt ſecũdum doc. certam ſummam in ſtipulatione deduci p intereſſe, quia illud eſt difficile probari: ad hoc ff. de præto. ſtip. l. fina. Item etiam in talibus contractibus po. eſt apponi pœna, 12. q. 2. fraternitas. quare ſequitur ex ſui forma contractum non fuiſſe vſurarium, imo licitum: abſurdum enim eſſet, tot bonos mercatores, qui quotidie tales contractus ineunt, taliter damnari. Et totus mundus ex hoc in huiuſmodi pateretur: fateor, quòd intentio poſſet eſſe corrupta, & ſic turpe lucrum, ſed illa ſolum Deum habet vltorem non eccleſiam in foro iudiciali, vt in ſimili dicit tex. de vſur. in ciuitate. & no. in c. conſuluit. eo. ti. & propter dicta eſt reſponſum ad capitu. nauiganti. j. reſponſo. quod prima facie multum videtur facere in contrarium, quia ibi loquitur in mutuo vero vel ficto, quod hic negatur fuiſſe. Et per hoc reſpondetur ad id, quod dicitur, quòd quicquid accedit ſorti vſura eſt: quia illud verũ in mutuo, quod non eſt hic. Gaſ. de Cal.

CONSILIVM XII.

AN ſi ſtatutum diſponit, quòd ſi quis decedat abinteſtato, bona deueniant ad certas perſonas, habeat locum in vſurario manifeſto, ꝗ condidit teſtamentum, tamen non præſtitit cautionem iuxta formam c. quanquàm. de vſuris. li. 6. vide ſupra de conſti. conſi. 6.

CONSILIVM XIII.

SI epiſcopus ſtatuit, vt ſibi tantum reſeruetur reſtitutio male ablatorum incertorũ, & heredes diſtribue. unt.

buerunt, an poſſit petere ſummam diſtributam ab hæredibus: vide ſupra de conſi. Conſilio.

CONSILIVM XIIII.

VTRVM Iudex laicus poſſit cognoſcere de cauſa vſurarum: vide ſupra, de foro compe. Conſi. 3.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius manifeſtus qualiter ſumendus.*
2 *Manifeſtum varijs ſumendum modis.*
3 *Notorium vſurarium tres probant teſtes.*

CONSILIVM XV.

QVALITER ſumatur manifeſtus vſura-
1 rius †? Fede. de Sen. ſuper iſto paſſu, vt patet in ſuis conſilijs, reſpondit, quòd certum eſt poſſe ſumi pro notorio, quod habet facti euidentiam, vel quod eſt notorium iuris, puta per confeſſionem, vel ſententiam, vel iudicis publicationem, vel claris, & indubitatis probationibus:
2 de verbo. ſig. olim. & c. ſuper quibuſdam. † Item manifeſtum poteſt accipi, quod notorium, i. famoſum, vt quia probari poteſt, & vltra conſuetam probationem eſt famoſum & publicum, non tamen tantum, quod poſſit dici notorium. de tali intelligi poteſt. 11. q. 3. corum. de vſu. cum in diœceſi. publicum enim non includit neceſſario notorium, de coha. cleri. tua. Itẽ poteſt accipi manifeſtum, cuius probatio eſt re ipſa in euidenti & manifeſto: vnde defectus Titij auditus vel viſus vel ſcientiæ ſuæ dicitur manifeſtus, qui tamen omnibus palam non patet. Et tamen illum ſubijciendo examini, talis defectus dicitur euidens vel manifeſtus, de elec. ſi forte. li. 6. de verbo. ſigni. c. 2. eo. li. Sic in propoſito, licet quis non exercuerit palam & publice vſuras, tamen ſi per modicam examinationem promptã & facilem poteſt probari, poteſt dici vſurarius manifeſtus, vt quia apparent libri rationum ſuarum, de quibus minime dubitatur ſuos eſſe libros: talis probatio poteſt dici clara & manifeſta: no. Archi. de vſur. c. 2. lib. 6. ad quod facit 27. q. 1. omnes fęminæ: C. de non nu. pec. generaliter. Item vltra modos prędictos not. Gul. Archi. Io. An. in d. c. quãquàm. de vſur. li. 6. quòd manifeſtus eſt, q coram ſacerdote & teſtibus publice faceret ſe vſurarium eſſe, præcipuè libros rationum ſuarum tradendo, maxime ſi talem confeſſionem facit in articulo mortis: quia non eſt præſumendum, quòd mentiatur: ad hoc de præſum. literas. 1. q. 7. ſancimus. Et dicit quòd ſatis eſt, quòd hoc deregatur poſt mortem. Nec ob. ſi dicatur, quòd poſt mortem non ſit permiſſum recipere tales probationes: cum per mortem crimina ſint extincta, C. ſi reus vel accu. l. quamuis. quia vbicunque a canone infligitur pęna carentiæ ſepulturæ poſt mortem recipiuntur teſtes & probationes ſuper crimine: de hære. accuſatus. §. in eo. lib. 6. Et quamuis ſupra aliqui modi ſint declarati, quibus quis videtur manifeſtus vſurarius: tamen ſi per conſtitutionem epiſcopalem aliquis modus facilior eſſet inuentus, vt quis diceretur manifeſtus vſurarius, hoc non eſſet im probandum, cum iura ſuadeant, vſurarios conuinci ex facilioribus probationibus, de pigno. illo vos. de emp. & vendi. ad noſtram. & epiſcopi poſſunt fortificare & pœnarum appoſitionibus vallare iura commu-
3 nia: no. Hoſt. de offi. Archi. ca. fi. hæc Fed. † Ex quibus infertur, q ſi tres teſtes dñr, q viderunt publice aliquẽ mutuare, & vndecim p duodecim, & tenere taboleriũ in ſtrata publica, & vſuras recipere: iſti probant nedũ manifeſtũ, ſed notorium: quia notorium non indiget probatione, licet ſit manifeſtum, vt no. gl. 2. queſt. prima, qui Lotarius. vnde manifeſtũ, licet largo ſumpto vocabulo, includit ſub ſe notorium: tamen ſtricte ſumendo manifeſtum eſt ſpecies diſtincta a notorio: & hoc clare proſequitur D. P. M. in c. veſtra. de coha. cle. Item licet non ſit probata notorietas, ſufficit iſto caſu probare manifeſtum, vt dicit c. cum in diœceſi. de vſur. & eſt caſus eodem titu. c. 1. libro 6. ibi enim prohibet locari domos publice pecuniam fęnebrem exercẽtibus. Et poſtea ſtatim dicit tex. huiuſmodi vſurarios manifeſtos. ¶ Item manifeſtum fore vſurarium dicit ius illum, qui tacitus ſuper crimine non comparet, 3. q. 9. decernimus. ſic ergo ex ſola præſumptione dicitur quid manifeſtum: ſi iſtud procedit in criminibus, vbi poteſt plena probatio haberi, multo fortius iſto caſu, vbi difficilior eſt probatio, vt cle. 1. de vſur.

Gaſ. de Cal.

CONSILIVM XVI.

NVNQVID epiſcopus poſſit per ſuam cõſtitutionem diſponere ſuper modo conuincendi vſurarium manifeſtum? Vide ſupra de conſtit. conſil. 12. & ſupra proxi. conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij teſtamentum cautionem de vſuris reſtituendis ſimplicem prebentis, an valeat.*

CONSILIVM XVII.

SI vſurarius præſtat ſimplicem cautionem de re-
1 ſtituendis † vſuris non dando pignora vel fideiuſſores, an valeat teſtamentum poſtea per eum factum, per quod pater diuidit feudum inter filios? Et videtur quòd valeat, per no. in l. ſi mandato Titij. §. fi. & quod ibi no. per gl. ff. mandati. & quod not. Io. An. in c. quamquàm. de vſur. li. 6. ſuper gl. quæ incipit, paupertas. Item quia talis diuiſio non videtur eſſe teſtamentum: & dictum c. quanquàm. videtur ſolum teſtamentum annullare: ad hoc l. ſi idem. C. de codicil. Item facit, quia ſic alias videmus in ſimili in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccle. canonizata, 19. quæſt. 2. ſi qua mulier. Item facit, quia ſi aliquid deficit, fuit culpa ordinarij, qui debuit ſibi facere dari pignora, vel fideiuſſores, non ipſius teſtatoris: quia maxime mortis agitatione turbatus non potuit in hoc verſimiliter prouidere, ar. l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſta. fa. poſſunt. Ad idem poteſt induci fauor vltimæ voluntatis, ar. l. in teſtamento. ff. de reg. iuris. & C. de ſacroſ. ecc. l. prima, & capitu. fina. de re iudi. His non obſtan. cõtrarium putamus, quòd c. quãquàm. rigoroſe proſequitur vſurarios, & in eorum odium requirit ſatisfactionẽ, vel idoneã cautionẽ, q̃ verba requirunt fideiuſſores, vel dationem pignorum, quod intelligitur de datione pignorum reali, per l. ſi mandato Titij. §. fi. ff. man. facit l. prima, §. ſtipulationum. & l. prætoriæ ſatiſdationes. ff. de præto. ſtip. & hoc voluit gloſſ. in capitu. ex tranſmiſſa. de reſtitu. ſpo. de pigno. capitu. fina. & in dicto capitu. quamquàm. ſuper ver. idonee: niſi eſſet impotens ad iſta, vt ibi no. gloſſ. nam cum tex. in dicta l. ſi mandato Titij. loquatur per ver. pignora: in dubio debet intelligi proprie, hoc eſt quando poſſeſſio tranſit ad creditorem, vt l. ſi rem. §. propric. ff. de pigno. ac. & §. intra pignus. Inſti. de ac. & capitu. cum aliquibus. & quod ibi no. de re iudi. Item licet aliquid ſit cautionis plus in hypotheca, quàm in actione perſonali, quia hypothecaria rem proſequitur penes quẽcunque ſit, vt l. plus cautionis. & ibi no. ff. de reg. iuris. nõ tamen eſt tantũ, q ſufficiat,

nam maior eſt cautela & ſufficientior pignoris traditi vel fideiuſſoris; quàm ſolius hypothecæ: hinc eſt, quod ille, cui remittitur ſatisdatio, tenetur cauere ſolum cum hypothecis bonorum, vt l. filium. in fi. ff. vt lega. nomine caue. Præterea vnicuique facile eſt hypothecare bona ſua, arg. dictæ l. filio. in fi. vnde fruſtra quæreretur de impotentia, de qua tractat glo. in dicto capitulo, quanquam. dando remedium iuramenti, quod reſpicit dationem fideiuſſorum vel pignorum, non obligationis tantum hypothecæ, quod eſt ſibi facile, vt prædixi: præterea ſi eſſet vera opinio, quam ſentit glo. in dicto capitulo, quanquam. in gl. paupertas: ſcilicet quod bona vſurarij tacite forent hypothecata pro vſurario, quod videtur eſſe fauorabile ſecundum Hoſtien. in cap. tua. de vſur. licèt ſibi non placeat, non eſſet hec quæſtio: quia nihil adderent verba idoneæ cautionis poſita in dicto capitulo, quanquam. quia igitur eſt additum idoneæ, intelligatur de datione fideiuſſoria, vel pignorum corporali ſeu actuali, vt etiam ibi ponit Ioan. Andr. licèt id non firmet clare in nouella, ſuper dicta gloſſa, paupertas: ſatis tamen videtur inhærere huic opinio. quã putamus eſſe veram, & de mente iuris procedere. ſcilicet quòd non ſufficiat hypotheca, ſed requiratur fideiuſſoria, vel pignorum realis traditio. Nec obſt. gloſſ. dictæ l. ſi mandato Titij. §. fi. ſuper ver. pignora. cum alijs ſupra alle. quia non dicit, quòd hypotheca ſufficiat, ſed cum teneatur dare fideiuſſorem, multo magis hypothecam bonorum facere, quaſi dare fideiuſſorem ſit grauius, quàm ſimpliciter hypothecare: & ita eſt, vt ſupra dicitur: nec refert, quòd culpa fuerit recipientis cautionem, quia ex quo non eſt ſatisfactum formæ iuris, non valet teſtamentum, ſicut ſi culpa notarij deficerent ſolennia inſtrumenti, non ideo valeret. ar. no. de elec. ſuper eo. Nec obſt. ſi dicatur, quòd non eſt teſtamentum: quia licèt de hoc ſit quæſtio in ſimili, vt not. per glo. in dicta auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. tamen Iac. Bu. ibi tenet, quòd ſit teſtamentum, quia vbicunque per modum quotæ quis diſponit de ſuis bonis ſolenniter in vltima voluntate, dicitur eſſe teſtamentum, ar. l. non codicillum. C. de teſta. & l. a C. de codi. & l. quoties. & quod ibi no. C. fami. ercicun. Et ita communiter tenetur, ſicut ibi no. per Cy. de quo etiam in Spe. de ſta. mo. §. præterea. verſi. 153. Et poſito, quòd non eſſet teſtamentum, & maxime propter clauſulam, quòd ſi non valet iure teſtamenti &c. tamen eſt ſpecies vltimæ voluntatis, & ſpecies omnis vltimæ voluntatis intelliguntur annullatę per tex. dicti cap. quanquam. vt ibi no. in fi. Et ad hoc facit principium illius text. qui dicit de vltima voluntate. Et per prædicta eſt reſponſum ad auth. prædictam, ſi qua mulier. tamen quia ibi ſpecialiter illo caſu eſt permiſſum a iure diſponere de bonis ſuis, & diuidere inter liberos, vnde non eſt trahendum ad conſequentiam, arg. l. ius ſingulare. ff. de legitimis tuto. quia per talem ingreſſum ſurgit quaſi nouus filius, quia mona. habetur loco filij ſaltem quo ad hoc, vt debeat habere partem ſuam, ideo talis diuiſio ingreſſo permittitur, licèt alias teſtari non poſſit. Item cauſa diuerſa hic in odium tanti criminis, ibi fauore filiorum & mona. vt diſcordia inter eos tollat.

Gaſpar de Cald. & Franc. de Rampo.

De priuilegijs, Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium Papæ archidiacono concedens autoritatem doctorandi, an ſit contra vel præter ius commune.*

CONSILIVM I.

1 ARCHIDIACONVS Bononienſis habet priuilegiũ † Honorij Papę in effectu continens: Cum ſępe contingat, vt in ciuitate Bonon. minus docti ad docendi regimen aſſumantur, nos eorũm &c. Autoritate præſentium duximus ſtatuẽdum, vt nullus vlterius in ciuitate prędicta ad docendi regimen aſſumatur, niſi a te obtenta licentia, examinatione quoque præhabita diligenti. Tu denique contradictores & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam &c. Deinde epiſcopus & capitulum eiuſdem Honorij habent priuilegium in effectu ſic dicens: Autoritate præſentium indulgemus, vt quam primum archidiaconatus Bono. vacare cõtigerit, ipſum enim tempus vobis a iure indultum de perſona idonea, quę tanto congruat oneri & honori, vos communiter vel diuiſim, prout de iure vel conſuetudine ad vos pertinere dignoſcitur, ordinetis, autoritate præſentium nihilominus ſtatuẽtes, vt archidiaconus, qui pro tempore fuerit, niſi abſens pro negocijs & euidenti eccleſiæ vtilitate fuerit, archidiaconatus prouentus in abſentia nõ percipiat, nec officiũ ſuũ alicui valeat cõmittere exequendũ, ſed abſente archidiacono, vel archidiaconatu vacãte officiũ exequamini, & prouẽtus percipiatis, ſicut ad vos pertinet cõmuniter vel diuiſim. Nulli &c. ¶ Ex his primo quæritur, an dictum priuilegium, quod emanauit per formam ſtatuti, aliquid conferat archidiacono præter vel contra ius commune. Secundo, an ſecundum priuilegium epiſcopi & capituli Bonon. aliquid cõferat vel diminuat Archidiacono vltra primum: & aliquid conferat epiſcopo vel capitulo Bonon. Tertiò, ſi Archidiaconus eſt capellanus vel clericus legati vel regis vel alterius habentis priuilegium, quod clerici vel capellani ſui in eius ſeruitio exiſtentes poſſint fructus beneficiorum ſuorum vbicunque exiſtant integraliter recipere, ac ſi perſonaliter reſiderent, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, ſtatutis &c. An dictus Archidiaconus tunc poſſit hoc officium examinandi & doctorandi per alium exercere, & emolumenta percipere. an pertineat ad epiſcopum & capitulum. Quartò, quia epiſcopus Hoſtien. cuius archidiaconus erat auditor expulſus de ciuitate Bononiæ propter mutationem ciuitatis: & durante dicta expulſione et timore per alium dictum officiũ exercebat & emolumenta recipiebat: facta vero reconciliatione inter eccleſiam & commune Bononię, epiſcopus & capitulũ ſtatim exercuerunt dictum officium. An dicatur ſpoliatus archidiaconus, vt ſibi competat poſſeſſorium recuperandæ. ¶ † Ad primum di-
2 citur, quòd præfato archidiacono conceditur aliquid, quod de iure communi ad eum non pertinet poteſtas examinandi & doctorandi, cum prefata non ponatur in c. ad hoc de offi. archi. & ex no. in c. vt noſtrum. eo. titu. non apparet, quinimo facere prædicta nõ videtur de iure communi ad aliquem certum pertinere, niſi forte dicatur de epiſcopo & capitulo, ſi in loco viget ſtudium, arg. de magiſtris. quia nonnulli. & de hære. cum ex iniuncto. quod videtur Hoſtien. ſentire in ſumma, de magiſ. §. quid iuris. poſt princip. & ſic aliquid confertur dicto archidiacono. Et idem eſſet, ſi dicatur, quòd de iure communi ad nullum ſpectet, quia tunc ad conſuetudinem eſt recurrendum, 1. diſt. conſuetudo. cum ſimi. ſic patet, quòd ſi ſpecialiter aliquid conceditur archidiacono Pariſien. ſpectat cancellario pariſien. Paduæ epiſcopo paduano. & ſic diuerſimode ſpectat priuilegio vel conſuetudine ad diuerſos hoc officium. ¶ Ad ſecundum non videtur, quòd ſecundum priuilegium aliquid conferat archidiacono, vltra quàm fuerit per primum

conceſſum,

conceſſum, immo de prima conceſſione aufert aliqd Archidiacono, & illud de nouo concedit epiſcopo, & capitulo: nam vigore primi poterat facere prædicta per ſe, vel alium, & in eius abſentia, cum prædicta ad eũ ſpectarent vigore dignitatis ſuæ Archidiaconalis: vnde alteri poterat committere, de offic. ord. cap. fina. Et quod ibi no. glo. quæ ponit exemplum iſto caſu, vt videtur ibi placere D. P. M. licet Hoſtien. ibi teneat contra. Et ſecunda conceſſio tribuit poteſtatem iſtam epiſcopo, & capitulo in abſentia Archidiaconi. Et licet quando eſt abſens pro euidenti vtilitate eccleſiæ poſſit prouentus percipere obuenientes ratione dignitatis: & forte etiam non obuenientes ratione dicti officii, & primæ prohibitionis additur exceptio, quæ non videtur ſecundam inſpicere. Tum quia ſecunda diſpoſitio nullam habet implicatiuam dictionem, per quã poſſit argui debere intelligi exceptionem, quo ad eam forte repetitam: tum quia non ſic faciliter clauſula præcedens reſpicit ſequentia, ſicut ſequens præcedentia, vt ponit Guil. in Spec. de inſtru. edi. §. nunc autem. verſicu. vnde excipe. de quo ſcripſi de appel. inquiſitioni. Principaliter tamen in hoc, & ſimilibus eſt conſiderandum, quòd ſecundum ſubiectam materiam, de qua eſt ſermo, debet fieri interpretatio, de reſcri. ſedes. & cap. cauſam de ſenten. excommunicatio. ſi ciuitas. libro 6. & quod ibi not. Ioan. mo. & quod no. Innocen. de offi. Archi. cap. fina. vnde ſecundum hoc eſt dicendum, quod prædicta exceptio ſolum reſpicit prohibitionem perceptionis prouẽtuum, cui immediate prænuntiatur, non autem prohibitionem commiſſionis officij, quod habet per primum priuilegium: nam & ſi de facto certos prouentus pro examinationibus, & licentijs, percipiat, hoc tamen non eſt de iure, de magiſ. in rubro. & cap. primo ſecundo & tertio, nec conſuetudo huic contraria valet, vt ibi: inſpecta ergo materia, de qua eſt ſermo, illa exceptio non poteſt reſpicere ſecundam prohibitionem: & per cõſequens ex quacunque cauſa Archidiaconus eſt abſens, epiſcopus & capitulum auctoritate ſecundi priuilegij habent expedire prędicta, quæ alias competunt Archidiacono vigore primi priuilegij. In contrarium tamen faciunt verba diſpoſitiua, quæ ſequuntur in dic[illegible] priuilegio, 2 hæc tamen dicta ſunt allega. ¶ † Ad tertium dubium, an clauſula non obſtante tollat iſto caſu conceſſionem epiſcopi, & capituli: dico, quòd non, nam quædam ſunt ſtatuta abſentibus prohibentia, vt nihil percipiant, & planum, quòd per dictas clauſulas non obſtantium, etiam generales talia tolluntur ſtatuta. Quædam ſunt ſtatuta, per quæ ordinatum eſt, quòd talis perceptio fructuum ſpecialiter ſpectet ad alium, qui de iure communi non ſuccedit in locum abſentis, ſed ex priuilegio, vel ſpeciali prouiſione, & talem ſpecialem prouiſionem obſtantia, talia non tollunt ſic generalia. Tum quia Papa non videtur talia cogitaſſe: ad hoc de conſt. cap. primo, libro ſexto. Tum quia ſpecialis prouiſio non tollitur per verba generalia: de præb. dudum. libro ſexto. licet ergo ſi talis perceptio conſecutiue ſpectaret ad epiſcopum, vel capitulum per ſtatuta, vel priuilegium tolleretur per dictam gratiã conceſſam pro abſentibus cum clauſulis generalibus nõ obſtantium: non tamen quando nõ conſecutiue, ſed, ſpecialiter prouiſum eſt, quod aliter ſpecialiter talis perceptio competat. Et hoc bene probatur de conſue. ca. fin. libro ſexto, vbi huiuſmodi non obſtantia ſtatutum, per quod eſt prouiſum ſpecialiter, quòd beneficium, quod alias includebatur in gratia impetrantis, alteri debeantur, non tollunt. Ad idem de reſcrip. ſi propter. libro ſexto, quæ loquitur in priuilegio, quod tanquam fauorabile alias recipit largam interpretationem. Et tamen ſtatutum, per quod alteri ſpecialiter eſt prouiſum de beneficio, & fructibus, non tollitur per dicta non obſtantia in priuilegio etiam fauorabili poſita: & lecturam Archidiaconi ſequendo videtur ibi caſus huius quæſtionis: ſed & hæc concluſio ibi probatur, ſequendo lec. glo. Et maxime procedit, quod dixi, quia non poteſt negari, quòd talia non obſtantia non ſint odioſa: ideo ſtricte interpretanda, de regu. iur. odia. cum concor. libro ſexto. Et quia quæritur de iure ſpeciali alterius, cui non debet de facili derogari, de maiorita. & obedient. cum inferior, etiam per reſtrictionem, de reſcrip. quamuis. libro ſexto. Præterea tenor priuilegij conceſſi legato eſt, quòd illi recipiunt beneficiorum fructus. Nec ſolet fieri mentio de officij executione, quòd talis clericus alias haberet, ſed dictum priuilegium concedit epiſcopo, & capitulo executionem officij, & perceptionem fructuum. Et ideo conceſſio facta vno caſu per ſpecialem indulgentiam, non habet locum in alio, maxime de quo ſpecialiter eſt prouiſum, de offic. ordi. dilectus. de preben. cui de non. & capitu. cum in illis. libro ſexto, vnde caſus ſimpliciter omiſſus a concedente videtur relictus diſpoſitioni iuris communis. ff. de libe. & poſthum. commodiſſime. & capit. ſuſpectum, de reſcrip. libro ſexto. Sed hic tantum eſt expreſſum de perceptione fructuum in indulgentia legati: & ſic de executione officij nihil eſt mutatum, ſuper qua erat facta ſpecialis commiſſio: immo quia epiſcopus, & capitulum officium retinent, ergo fructus eius occaſione obuenientes. Nam adempta libertate, quæ prius erat legata, non eſt propter hoc adempta hæreditas: immo nec libertas, quia hæres ſine libertate eſſe non poteſt: & ſic propter non ademptum, quod ſpecialiter erat prouiſum retinere etiam ademptum, quod accedit non adempto: ita legitur ff. de libe. & poſthum. l. illud §. regula. cui optime eſt ſimile de præben. ſi is cui. ſecundo reſponſo. libro ſexto, vbi reuocatoria non reuocat, ſi expectãs habet dignitatem cum canonicatu conſueto conferri habenti dignitatem, non tollit ius, quod habebat ad præbendam, quam is expectat, quod tamen fuiſſet ſublatum per reuocatoriam, de conceſſio. pręben. capitu. fina. libro ſexto. Et ita propter non ademptum retinetur id, quod videbatur ademptum: ita eſt in caſu iſto. Ad idem quod dicit lex, quòd vſufructu fundi legato, licèt iter vel vſus adimatur, non adimitur legatum etiam quo ad iter, vel vſum, ff. de adim. lega. l. tertia, §. ſi loci: facit eodem titu libro primo. Prędictis non obſt. quòd videatur plus voluiſſe conferre apponendo clauſulam non obſtan. quia illa clauſula plus non confert, quàm gratia facta concedat, ſed ſolum illius gratię remouet impedimenta. Non enim apponuntur ad gratiam augendam, vt in clemen. prima. de præben. & cap. non poteſt. §. fina. eodem ti. libro ſexto. ¶ Ad quartum dico, quòd Archidiaconus in tali caſu licite exercebat officium per alium, & emolumenta percipiebat ratione iuſti timoris. Nam talis caſus non includebatur in priuilegio concedentis epiſcopo, & capitulo poteſtatem, ſed habet locum illa pars priuilegij, per quam Archidiaconus abſens ꝓ negocijs, & euidenti vtilitate eccleſiæ officium executionis poteſt committere, & fructus percipere: vnde illa conceſſio habet locum etiam iſto caſu. ad hoc de cler. non reſi. ad audientiam. vbi per ſtatutum ſoli infirmi, & exiſtentes in Papæ ſeruitio excipiebantur a perceptione fructuum in abſentia: & tamen ibi declaratur, quòd etiam duo exiſtentes in ſeruitio epiſcopi percipiant fructus. Eſt autem ponderandum, quod ibi diſponitur per viã declarationis, non nouæ prouiſionis, ſecundum Hoſt. vnde licet non ſpecificarentur abſentes in ſeruitio epiſcopi, tamẽ quia ita eſt de iure cõmuni, eo. ti. de cętero. ſic debet intelligi exceptnatione adiuta prohibitione, ſic erit hic, licet nõ exceptuetur caſus neceſſarius, tamen idem eſt vbi ſubeſt iuſta rationabilis neceſſitas, vt patet de cler. non reſi. cap. j. lib. 6. Et fa-

cit optime, quod ibi no. de milite rapto. & de expulſis de ciuitatibus. Et ex his patet, quòd licitum fuit Archidiacono vſque ad reconciliationem talia per alium exercere. & percipere, ſed poſt reconciliationẽ non, cum ſtatim potuerit redire. & ſic epiſcopus, & capitulum non ſpoliauerunt eum, cum poſſint ſtatim hoc facere auctoritate priuilegij: & ſic iuſte inceperũt poſſidere, 14. q. 5. dicam. de verbo. ſig. ius dictum. cum infinitis ſi. & ſic non competit Archidiacono poſſeſſorium recuperandæ.

Ioan. de Cald.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio in priuilegijs quibus ſignificetur verbis.*

CONSILIVM II.

1 PER quem modum loquendi verba importãtia † exemptionem in priuilegijs expreſſa, illa probent? Dico, quòd Papa in pręſenti materia poteſt loqui tripliciter. Narratiue, aſſertiue, & diſpoſitiue ſeu conceſſiue. Per primum modũ certum eſt, quòd exemptio non inducitur, de priuile. ſi Papa. libro ſexto. Immo nec inducta probantur, vt no. Innocen. eodem titu. recipimus. Talia enim verba narratiua modicum operantur, vt l. ſcripta. C. communia vtriuſque iud. in ſecundo caſu communiter putо, quòd docto. dicerent ſecus, ſed ſaluo meliori iudicio poſſet dici, quod vbi aſſertio fieret per modum determinatum in dicto capi. ſi Papa. §. ſi autem. videlicet ſuper exemptione ſententiando, vel firmando ſeu aſſerendo, cum de exemptionis negocio ageretur, tunc bene iudicaretur exempta, alias autem aſſerendo tantum non videtur probari exemptio. Et hoc etiam videtur velle ille tex. no. Idem bene probat tex. 3. q. ſexta hoc quippe. cum glo. ſua aſſerendo dicit Papa: ipſe n. eſt Metropolitanus tuus, omneſque epiſcopi regni ſui ſuffraganei ſunt ſui, ſicut conſcriptiones prędeceſſorum meorum euidenter oſtendunt, &c. Et tamen illa glo. & alij dicunt, quòd niſi aliter doceatur, illa verba non probant illum fuiſſe Metropolitanum: & redditur ratio, quia non omnis vox, & c. C. de ſentent. & interlocu. omnium iud ex ſtipulatione. bene facit cle. ſi ſummus. de ſent. excommu. Ad idem, ff. de legat. 3. Lucius. §. quiſquis. vbi per aſſertiua verba teſtantis etiam cum cauſæ expreſſione non probatur debitum id, qđ per ipſum eſt aſſertum debitum eſſe, nec tanquam debitum illud peti poteſt, niſi aliter doceatur: ad hoc L. non nudis. C. de proba. vbi tex. dicit, ſi vterque conſentiat, non probatur quem filium eſſe. licèt ego aſſeram illum meum filium, & ille idem dicat; niſi aliter probetur. Nec obſt. quod not. Innocen. in dicto capitu. recepimus, quia illud intelligo ſecundum determinationem poſitam in dicto capitu. ſi Papa. ſcilicet, quando de exemptionis negocio agebatur. Nec obſt. clemen. prima, de proba. cui ſaluo meliori iudicio poteſt reſponderi, quòd ad hoc, vt aſſertioni Papæ ſtetur, requiruntur duo, videlicet vt huiuſmodi aſſertio ſeu narratio conſpiciat ipſum narrantis factum, ſecundum quod ſuper eo fundetur intentio ipſius aſſerentis, vel narrantis: fateor, quod gloſſ. ibi aliter ſentire videtur. Tertio modo planum eſt, quod ſi loquitur per verba diſpoſitiua, inducit plenam exemptionem, & probationem, vt d. c. ſi Papa.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Papa dicens, quòd clerici ſoli ſuo ſuperiori ſubſint, an eos eximat.*

CONSILIVM III.

1 EXprimit Papa in priuilegio, quòd clerici eccleſiæ † nulli alij, quàm magiſtro ordinis ſui præſtare obedientiam compellantur. An hæc verba inducãt exemptionem? Videtur, quòd ſic, quia obedientia denotat ſubiectionem, quam quilibet ſubditus præſtare debet ſuo ſuperiori ſaltem in licito, 11. q. 3. ſi dominus. 23. q. j. quid culpatur. de maio. & obe. quaſi per totum In contrarium facit ca. nullus. de iureiur. vbi etiam ſubditi nõ compelluntur ad obedientiam, niſi his, quibus eccleſiarum regionis &c. Et ſic non facit hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, de transla. præla. c. 2. 2. q. 5. conſuluiſti. So. aliud eſt præſtare iuramentum de obedientia ſeruanda: & iſtud iuramentum non omnes tenentur præſtare: & nõ præſtantes per hoc non ſunt exempti: & hoc probat ratio, quam allegat: ſed illi tantum, quibus eccleſiaſtica adminiſtratio committitur, vt ibi, aliud eſt, an quilibet ſubditus teneatur obedientiam præſtare prælato: & certe ſic, de maio. & obe. legebatur. & c. pi. per tuas. Excluſio ergo iuramenti de obedientia pręſtanda nõ excludit ſubiectionem, ſed excluſio obedientiæ bene excludit ſuperioritatem, & ſubiectionem, & ſic per cõſequens quantum ad ordinarium exemptionem probat: probatur hoc in capitu. venerabili: de verb. ſigni. Ad prędicta facit de priuileg. ſi Papa. §. & eſt idem. vbi dicitur, quòd epiſcopus non habet poteſtatem impetrandi: per hoc probatur exemptio, ergo ſic etiam per iſta verba, quia ei cui imperatur neceſſe eſt obedire, 14. q. j. quod præcipitur. & quod ibi no.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus dicitur is, qui chriſma petendi, a quo maluerit epiſcopo, poteſtatem habet.*

CONSILIVM IIII.

1 COnceſſio poteſtatis petendi chriſma, † oleum ſanctum, conſecrationem altarium, a quo maluerit epiſcopo catholico facit exemptũ illum, cui conceditur. quia talia de iure communi debent poſtulari a ſubditis a ſuperioribus ſuis, 95. diſt. §. Chriſma & cap. ſeq. immo exempti debent a diœceſano talia ſuſcipere, arg. de pręſcriptio. veniens. facit de tempo. ordi. cum nullus. lib. 6.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus an dicatur, qui cenſum ſoluere cogitur.*

CONSILIVM V.

1 SI in priuilegio continentur aliquę † clauſulæ probantes exemptionẽ: poſtea ſubditur clauſula, ꝙ nullus eccleſiarum p̄latus a domib. ueſtris quicquam exigere, præterquam libram ceræ audeat, vel extorquere. An probetur per hoc illos exẽptos nõ fore? Et videtur, quòd ſic, quia ſolutio cenſus arguit ſubiectionem, de cenſ. omnis anima. facit eo. ti. cũ venerabilis. c. fi. de cauſa poſ. & proprie. 10. q. 3. illud. Sed dico, ꝙ dicta clauſula non obſt. quia cenſus præſtatio eſt ſignum ſubiectionis, quando apponitur, vt ſubiectionẽ ſignificat. Nã quãq; pręſtatur rõne conuẽtionis, 18. q. 2. ſeruitium. quãdoq; ex pacto in fundatione appoſito, 18. q. 2. Eleuterius. quandoque eſt ſignum protectionis, de priui. recepimus, vt not. in d. c. fin. de cã poſ. nõ. n. facit hoc eſſe, qđ p̄ter hoc eſſe contingit, 18. di. q̃ epiſcopis. j. q. j. cõcuſſionis. de teſti. cũ tu. cum ſi. Voluit

ergo

ergo dicta clauſula, quòd ſi quando in fundatione eccleſiæ faciendæ de nouo, de qua ab Epiſcopo licentia eſt petenda etiam per exemptos, de conſecr. diſt. 1. nemo. & de priuil. auto. lib. vj. ipſi Epiſcopi ſi vellent ſibi aliquem cenſum retinere poſſint, vt d. cap. Eleuterius. ſed non vltra vnam libram ceræ. Et quòd hæc ſit mẽs Papæ, probatur ex eo, quòd Papa ſibi cenſum reſeruat ad indicium perceptæ libertatis. Et quòd ſpecialiter iure beati Petri exiſtat: ne ergo in priuilegio ſit contrarietas manifeſta, quòd ſit exempta, & non exempta, oportet ſic intelligere, 9. diſt. ego ſolis.

Ioannes Calderinus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium eccleſiæ loci, in quo duæ ſunt eccleſiæ, datum, vtri concedi dicatur.*

CONSILIVM VI.

1 APPARET priuilegium conceſſum † eccleſiæ ſancti Venantij. Et in eodẽ loco duæ ſunt eccleſię ſic vocatę. An per tale priuilegium probetur exemptio alterius illarum eccleſiarum? Et dicitur, quòd ſi aliter per circunſtantias expreſſas in priuilegio non apparet, de qua intellexerit, ex quo eſt incertitudo, nulla eſt probatio. Nã cum ex pluribus eiuſdem nominis vnus liber iuſſus eſt eſſe, nullus erit liber, ff. de ma. teſta. cum ex pluribus. ad idem ff. de teſta. tu. duo ſunt Titij. de proba. in præſentia. de condi. app. per tuas. Et maxime iſto caſu, in quo ad inſtantiam priuilegiati fuit conceſſum priuilegium, contra quem in dubio fit interpretatio, vt in regula, contra eum. cum concor. lib. 6. & ſtricta debet fieri interpretatio, cùm agitur de ſubiectione & præiudicio ordinariæ poteſtatis, de priui. paſtoralis. cum ſimi.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Imperator ante coronationem priuilegia concedere poteſt.*

CONSILIVM VII.

1 DVBITATVR, an Imperator poſſit † priuilegia concedere ante coronationem? Et licèt hæc quæſtio ſit multum trita, inſtandum non eſt in ea, ſed tenendum quòd ſic, vt bene probatur 23. di. legimus. & quod ibi not. & in cle. Romani. de iureiuran. §. porro. & ibi not. per Cy. poſt Iac. de Are. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. per Gulie. in Spec. de reſcrip. præ. §. fi. verſi. Item quod eſt obtentum.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium prælato factum, vt eccleſiæ bona in emphyteoſim dare poſſit, an ſit reale.*

CONSILIVM VIII.

1 CONCESSVM eſt priuilegiũ nouiter † electo ad eccleſiam nouiter in cathedralem erectam, vt poſſit hominibus terrę cõcedere in emphyteoſim, & permutare bona & iura dictæ eccleſiæ: Quæritur, an dictum priuilegium ſit reale, ita vt ſucceſſores poſſint illam conceſſionem facere? Et dicitur quòd ſic, quia verba ſunt intelligenda ſecundum materiam ſubiectam, de reſcr. c. ſedes. & c. cauſam quæ. de priui. vt priuilegia. cum ſi. Sed ſuper permutatione facienda data fuit poteſtas, quæ de ſui natura ſapit realitatem in ſe, ff. de re. permu. l. j. de re. ecc. non alie. nulli. ergo nec iſto caſu expreſſio proprij nominis facit conceſſionem perſonalem: patet in l. legatis. ff. de an. le. l. annua. §. j. ſecundum veram lecturam: facit de teſta. requiſiſti. Et idem in donatione, vt probatur de inſti. cum veniſſent. Item ex iſto priuilegio Papa voluit prouideri illi eccleſiæ nouæ, ſed eccleſia nunquam moritur, 12. q. 2. liberti. de reſcri. ſi gratioſe. li. 6. & communitati illius loci, quæ communitas nunquam moritur, ff. de iud. proponebatur. facit quod not. Guli. in Spe. de inſtru. edi. §. nunc autem. verſi. Item quod fuit conceſſum.

Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Prædicationis Crucis tempore cæteri quæſtuarij debent ceſſare.*

CONSILIVM IX.

1 FACTA eſt conceſſio priuilegij prędicationis † Crucis contra rebelles eccleſiæ, in quo continetur clauſula, quòd durante tempore huiuſmodi prædicationis, alij quæſtuarij eleemoſynarum debeant abſtinere ab eleemoſynis ſeu quæſtibus in ciuitatibus, vel alijs locis, vbi ſit dicta prædicatio. Dubitatur, an ſolum compręhendat prohibitionem illius inſtantis temporis prædicationis, an totum tempus continuum, quo illi prædicare poſſunt. Et ſuper hoc dico, quòd dicta ſuſpenſio debet intelligi tantum illa hora, qua ponitur verbum crucis. Et hoc probatur ex propria ſignificatione verborum dicti priuilegij, quæ eſt ſequenda, 28. q. 2. ſi eam. de deci. ad audientiam. ſed verba ſunt hæc, ne durante verbi crucis propoſitione tẽpore &c. quæ apertè important, quòd tempore propoſitionis verbi crucis ibi, in quo proponitur verbum crucis iſtud mandatum tantum ſe referat. Nam propoſitio verbi crucis vocem infert ſonantem: ad quod facit, 43. di. ſit rector. ibi, vtilis: in verſi. ne vt proferat tacenda. & ea. di. §. fi. ibi, volat irreuocabile verbum. & 22. q. 2. is autem. ibi, verba propterea ſunt inſtituta, vt eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat: & ea. cauſa. quæſtione 5. humanæ aures. ibi, qualia verba foris ſonant adinuicem. de offi. ordi. inter cętera. ibi, pabulum verbi Dei. Ex quibus patet, quòd verbi ſignificatio proprie eſt, cum ipſum verbum proponitur, ita quòd ibi ſit vocalis ſonus. Sed ſi referamus prædicta verba, ne durante &c. ad aliud tempus, quàm ſit illud, in quo prædictum verbum crucis non eſt, tunc ſonus ſiue vox, ergo propria ſignificatio non patitur, ꝙ ad tempus aliud referatur, ſed ſolum ad illud, in quo ſonat vox proponentis. Idem probatur attenta cauſa dicti priuilegij, quod fieri debet, 22. q. 5. humanæ. 22. q. j. paratum. de ver. ſig. intelligentia. cum ſi. ſed cauſa dicti priuilegij eſt, vt eſt melius. & vt vberius ſine diſtractione aliqua intendatur ad crucis publicationem & aſſumptionem contra rebelles: primum reſpicit proponentem ſiue prædicantem: ſecundum reſpicit perſonas audientes & ibi exiſtentes. Et hæc ſimul iuncta, vt verba ꝑdicta volũt, illud ſolũ tempus propoſitionis ſiue ꝑdicationis important: illi vero, qui alio tempore inſtant eleemoſynis ſiue quæſtibus, vel ſeruant, quod alias ſoliti ſunt ſeruare, non propter hóc impeditur vel turbatur dicta crucis prędicatio vel aſſumptio. Et iſta etiam fuit mens concedentis, quæ potius debet attendi quàm verba, 1. q. j. Marchion. de verbo. ſig. intelligentia. cum ſi. Item priuilegium cõceſſum quæſtuarijs eſt fauorabile propter animarum ſalutem, quam ſalutem procurare omni tẽpore eſt commendabile, 76. di. vtinam. de conſe. di. 5. nunquam. de fer. c. fi. cum ſi. fauore autem fidei concedens voluit derogare illis priuilegijs, ſed intelligi debet ſolummodo de tempore prædicto, aliàs nõ pręſtat

impedimentum ipſi fidei: debet ergo ad illud tempus, quo proponitur verbum crucis, dicta derogatio reſtringi. vt ſic fauori operum miſericordiæ ſtricte, & nõ late derogetur, ne graue damnum alteri inferatur, de ecc. ędi. enim dicat. & ca. ad audientiam. 2. debent ergo quæſtuarij abſtinere tantum illo tempore, quo verbũ crucis populo exprimitur: & hoc probatur optime in extrauag. Bonifa. ſuper cathedram hodie: de ſepul. dudum. in clem.

Ioan. Cald.

CONSILIVM X.

SVPER intellectu priuilegij conceſſi epiſcopo Feſulano in eccleſia ſanctæ Mariæ in campo poſita in ciuitate Floren. vide ſupra, de dona. conſi. ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Sorores ſanctæ Claræ collectas, vel decimas non debent ſoluere.*

CONSILIVM XI.

1 HAbet ordo ſanctæ Claræ priuilegium † cle. 4. in quo eſt expreſſum, vt vos ſeu veſtrum aliqua ad exhibendum procurationes aliquas legatis, vel nuncijs apoſtolicę ſedis, ſiue ad prętandam ſubuentionem quamcunque, vel contribuendum in exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidijs aliquibus dictæ ſedis, ſeu legatorum, ſeu nunciorum ipſius, ſeu rectorum terrarum, ſeu religionum quarumcunque, nec ad id cogi, &c. niſi de indulto huiuſmodi, & ordine veſtro plenam, & expreſſam facerent mentionem &c. Et idem Nico. 4. ponens in fin. quòd debeat fieri mentio in literis pręfatis de ipſo ordine ſanctæ Claræ, & de nomine Cardinalis, qui pro tempore ſit protector ordinis minorum ſanctæ Claræ. idem Bonifa. 8. addens, quòd ad præſtationem decimarum de quibuſcunque poſſeſſionibus, & alijs omnibus donis, quæ impræſentiarum habetis, & iuſtis modis acquiſieritis, in futurum minime teneamini. Et ad id cenſura &c. idem Bonifa. xj. dicens, quòd cum de prædeceſſoribus tam de ſubſidijs, & procurationibus non fiendis legatis, & nuncijs apoſtolicis, quàm de decimis, dicens inter alia ſic: Vobis auctoritate præſentium indulgemus. vt ad pſtationem decimarum de quibuſcunque poſſeſſionibus, & alijs omnibus bonis veſtris, quæ impręſentiarum habetis, & acquiſieritis, in futurum &c. ſubdit, vel etiam ad dandum procurationes aliquas legatis, vel nuncijs apoſtolicæ ſedis, ſiue ad decimam, vel aliam portionem aut ſubuentionem aliquam de veſtris prouentibus cuiquam exhibendam. Deinde Ioan. 22. donauit, & incorporauit eccleſiam ſancti Martini de Piſis cum omnibus poſſeſſionibus, & iuribus ſuis abbatiſſæ, & ſororibus ſanctæ Clarę: Quæritur, an dictæ moniales, quæ ſtant in dicta eccleſia ſancti Martini, teneantur pro dicta eccleſia ſoluere procurationes legatorum: &c. vel decimam collectoribus Papæ. ſi clauſulæ non ſunt inſertæ, quæ tollant dicta priuilegia? Et dicitur, quòd non, niſi fiat mentio de dicto ordine, & Cardinali protectore, vt dicunt eorum priuilegia, quia voluntas Papæ ſic diſponentis eſt ſeruanda, 25. q. 2. capi. primo, & de priui. porro. & capi. recepimus. Item verba priuilegiorum debent aliquid operari, de priui. ſi Papa. lib. ſexto. Sed ſi non fit mentio de Cardinali, & eorum ordine, illa clauſula nihil operaretur. Item pro hoc facit ſtylus curiæ, qui habet, quod exprimat aliquos ordines de priuilegiatis, quando vult eis derogare, & iura prædicta, & plura iura, & rationes poſſent allegari, quæ ponit Io. An. in c. j. de exceſ. præla. li. 6. Et per Dyn. in regula. quod ſemel. de reg. in. lib. 6. per Arch. de pręb. et eccle. cum eo. li. & de reſc. ſi Papa. per Io. mo. eo. tit. & li. cum aliquib. Idem in his terminis cõſuluit D. P. M. Non ob. ſi dicatur, ꝙ in priuilegiis legatorum conſueuit apponi clauſula ſpecificans aliquos de priuilegiatis cum clauſula generali extẽdenti ad omnes alios priuilegiatos, qui tunc videntur incluſi, per ca. ꝗ ad agendum. de proc. lib. 6. quia reſpondetur per c. fin. eodem ti. & li. & cle. non poteſt. eodem tit. quia etiam expreſſis quibuſdam ſpecialibus clauſula generalis grauiora, vel maiora expreſſa non includit. Nam iſtud priuilegium requirit ſpecialiter multas expreſſiones, ſcilicet ordinis, & Cardinalis protectionis. Nec obſt. ꝙ priuilegians non potuit legem imponere ſucceſſori, de elec. innotuit. de reſcrip. c. fin. lib. 6. quia decet tam ſucceſſorem ſeruare, quod per prædeceſſorem ſtatutũ eſt, & per priuilegium conceſſum, 25. q. 3. c. j. & 2. illud ergo non pręſumitur tollere, niſi exprimat expreſſe: licet ergo illud poſſit tollere, non præſumitur, niſi conſtet, & tunc conſtat quando verba acta profert, de reſcri. c. j. & c. cæterum. de confir. vti. bonæ. Nec ob. quòd difficile foret exprimere omnia priuilegia habentia tales clauſulas: quia non puto, quod alia priuilegia habeant talem ſpecialem clauſulam de protectore Cardinali, nec magnum ſpatium occuparet facere mẽtionem ordinis ſanctæ Claræ, & Cardinalis protectoris. Nec obſt. quòd ſufficiant generales clauſulæ ad tollẽda priuilegia, de ſepul. clemen. dudum. & clem. prima, de teſta cum ſim. quia differentia eſt inter reuocationem, quæ fit per ius commune, & illam, quæ fit per aliud priuilegium: quia tunc ſufficiunt generales clauſulæ in primo caſu, ſed non in ſecundo, & ibi loquuntur illa iura. Et ita tenet Pau. in d. capi. primo, de exceſ. præla. lib. 6. & quod ibi no. Ioan. And. in verſi. de priui. Nec ob. de offi. del. ex parte. 2. quia fateor, quòd per verba generalia poteſt intentio principis exprimi, quando ſunt acta negocij, de quo agitur: ſed in caſu noſtro propter priuilegium conceſſum ordini ſanctæ Claræ clauſulis generalib. non exprimitur intentio Papæ, quia illa non ſufficiunt, propterea negari non poteſt
dubium eſſe, an dictum priuilegium ſit reuocatum, 2
vel non, ſed in caſu dubij potius debemus præſumere, quòd non ſit reuocatum, vt no. 26. q. 2. in fin. ſum. Item priuilegium ſororum eſt certum, & clarum, ſed
an per literas legatorum ſit ſublatum, eſt dubium, vnde 3
potius debemus tenere certũ, 2. q. prima, Deus omnipotens. de pęni. diſt. 6. nullus. maxime ſi ſunt in poſſeſſione non ſoluendi, donec de intentione principis aliud appareat, de of. ord. ver. ſi vero. lib. 6. Et hanc partem tenet Cy. C. quando Imperator inter pupillum, & viduam. l. j. quæſtio. 5. Circa dubium decimæ debet cõſiderari priuilegium collectorum, quia ſi ibi dicitur, ꝙ leuet decimam de ſingulis poſſeſſionibus ſingulorum perſonarum ſeu eccleſiarum, planum, quòd obſtante priuilegio earum, ad dictam ſolutionem non tenentur, quia in hoc ſunt expreſſe priuilegiatæ, ſed ſi
onus eſt commune, puta cleri Piſani, qui tenentur ad 4
certam ſummam taxatam puta mille: tunc videtur, ꝙ incorporatio dictæ eccleſię ſancti Martini non liberet eas a pręſtatione talium per cle. j. de cenſi. quia licet talis conceſſio intelligatur facta ſine præiudicio tertij, vt
ra ſunt no. & dicta clem. reſeruat priuilegia exemptio- 5
nis, & alias cauſas legitimas. Priuilegia autem exemptionis non vult extendi ad eccleſias poſt quæſitas, ſed vt ibi dicitur, non habet locum in priuilegijs acquiſitis poſt ante dictum concilium: ſed iſtæ habent priuilegium Ioan. 22. qui fuit poſt illud concilium, vt patet ex no. in prin. cle. & de priuilegijs iſtarum minoriſſarum aliquid ibi Guil. de Mon. Laud.

Gaſp. de Cald.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus potens ædificare eccleſias in ſuis fundis, an poſſit capellam in fundo poſt priuilegium adepto conſtruere ſine diœceſani licentia.*

CONSILIVM XII.

1 LATERANEN. eccleſia habet priuilegium, † vt i ſuis fundis poſſit ædificare eccleſias & capellas cum altari, & celebratione diuinorum. Acquirit nouum fundum poſt priuilegiū: quęritur ibi, an poſſit ædificare ſine licentia diœceſani & parochialis presbyteri? Et dicitur quòd non, cùm in talibus requiratur auctoritas diœceſani: de conſecratio. diſtinct. j. nemo. & c. ſequen. & c. clericos. 16. quæſtio. 2. quidam. de priuileg. patentibus. & c. cum olim. & eo. titu. auctoritate. lib. 6. per quem text. probatur. quòd priuilegium exemptionis non tollit iura prædicta, vnde priuilegium prædictum debet intelligi, vt ædificet ſine alterius præiudicio, & maxime iuris parochialis, 24. q. 5. denique. 22. q. 2 pretium. de ma. & obe. cum inferior. de viu pal. ex tuarum. & de priui. paſto. & c. dudum, & c. in his. vbi eſt expreſſum. Idem quod dicitur in priuilegio in veſtris fundis, debet intelligi de his, quos habebat tempore priuilegij, non de poſtea acquiſitis: probatur, quia ſecundum materiam, de qua fit ſermo debet fieri interpretatio, j. q. j. c. j. & c. nūquam. 37. diſt. c. vnico. cū ſi. ſed hic ſermo eſt in materia, quæ eſt contra ius commune, di. 3. priuilegia. ideo ſtricta eſt faciēda interpretatio, dummodo aliquid conferat 2 contra ius, de ver. ſi. abbate. igitur quo ad fundos. quos habebat eccleſia Lateran. tempore conceſſi priuilegij, intelligi debet conceſſum huiuſmodi priuilegium, nō quo ad poſtea acquiſitos, vt probatur ff. de contrahē. empt. l. lege. ff. de leg. 3. l. vxori §. j. de iureiur. c. penul. & cle. fin. de reſcrip. & cle. j. de cenſi. ad idem de priuil. cū capella. & quod ibi not. Et per præmiſſa reſpondetur ad l. ſi. C. quæ res pig. ob. poſ. quæ loquitur in obligatis, per quam ſi ad futura extenditur præiudicium non accreſcit obliganti, vt ibi no. Et per prædicta reſpondetur ad c. quia circa. de priul. quod loquitur, vbi nō exprimitur id, quod de ſui natura habet reſpicere tempus præſens vel præteritum tantum, non futurum, ſed ſit locutio indefinita, quæ poteſt reſpicere omne tempus. Item ibi fuit interpretatio contra concedentem, hic quæritur de præiudicio tertij. Ioan. Cald.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſuper re in ſua diœceſi ſita, vndecunque litigantes fuerint, iudicabit.*

CONSILIVM XIII.

MONASTERIO Nonatulano fuerūt cōceſſa priuilegia per Ro. Pont. & Imperatores, per q̄ illi donantē caſtra, villæ ſiue terræ & loca quamplurima, in quibus priuilegijs tam in locis quàm perſonis prædictis videtur conceſſum abbati merum & mixtum imperium, & ordinaria plene & epiſcopalis vel quaſi iuriſdictio. Quidam 1 non exiſtentes de dictis locis contendant ſuper precaria conceſſa per dictum abbatem vel ſuper emphyteoſim prædiorum ſitorum in dictis territorijs. Quæritur, an dictus abbas poſſit de hac cauſa cognoſcere, & an 1 poſſit pronunciare, an ſua ſit iuriſdictio? Et ad primū dicitur quod ſic, quia dicto abbati eſt conceſſa pleniſſima iuriſdictio caſtrorum omnium perſonarum dictorum locorum; quæ omnia per Gregorium Papam ſunt confirmata & eximuntur a communi iuriſdictione ſpirituali & temporali quorūcunque. Et conceditur dicto abbati merum & mixtum imperium, & iuriſdictio ordinaria in monaſterio membris & locis prædictis parochijs & parochianis ipſorum. Quæ verba ita plenam iuriſdictionem inſinuant, quod non ſit neceſſe gl. Ad quod accedat quod not. 6. q. j. ſi omnia. & c. per venerabilem. in ſi. qui ſi. ſint le. conſtat enim, q̄ ſi litigatur de re exiſtente in loco vel territorio iuriſdictionis alterius, ipſe, in cuius territorio res eſt ſita, cognoſcere poteſt, & eſt iudex competens, 63. di. Ludoui1 cus. de foro compe. ſane. & c. ſi. † Item quando contēditur de his contractibus, diœceſanus, in cuius diœceſi hæc ſunt ſita, eſſet iudex competens: quia iudex eſt ſuper re ſita in diœceſi, vndecunque ſint litigantes, 11. q. j. de perſona. de foro compe. cum contingat. ſed dictus abbas parificatur diœceſano per dictum priuilegium: ergo &c. Nec ob. ſi dicatur, quòd ſit iudex in cauſa ſua, contra id. 4. q. 4. nullus. de ver. ſig. forus. quia hæc lis nō eſt cū abbate, ſed inter partes, inter quas iuriſdictionē hēt per priuilegiū: & licet agatur de re, ſuper qua habet dominium: tamen cauſa non eſt ſua, ſicut dicitur de domino feudi, qui eſt iudex competens, cū quæſtio eſt inter vaſallos ſuper ipſo feudo, vt in li. feu. per Fede. imperialem. § præterea. de iudi. cęterum. de fo. compe. verum. Et ſi hoc poteſt dominus feudi, qui nullo modo eſt iudex, fortius poterit abbas, quando quæſtio eſt inter duos contendentes de re, ſuper qua iuriſdictionem habet. Item ſicut epiſcopus eſt iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ, 23. q. 4. Guiliſarius & 7. q. j. ſicut. & not. 2. q. 7 ſi quis erga. cum ſi. Ita abbas eſt iudex cō2 petens in dicta cauſa, etiam ſi dicatur ad mona. pertinere, quia (vt dixi) parificat iuriſdictionem cuilibet diœceſano. Per hoc non ob. not. per Innoc. in c. ex parte. el j. de ver. ſig. & de cenſi. venerabili. quia illa procederēt, ſi abbas hic faceret partem in cauſa vel lite. Et per hoc remanet ſoluta ſecunda quæſtio: quia quilibet ordinarius poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quæſtione vertente inter partes. ff. de iudic. ex aliena. Et idem poteſt delegatus, de reſcrip. ſuper literis. & c. dilectus. de offi. deleg. ſignificantibus. de præben. dilectus. el 2. bene facit quod no. Guli. in Spec. de compe. iudi. adi. §. j. ver. quid ſi cōuenitur: ſatis enim eſt, quod alias ſit iudex abbas, de cuius iuriſdictione contenditur, vt poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, vt no. Inno. de dila. c. 2. in magna gloſ. ver. hic etiam. de ver. ſig. ex parte. el j. ſuper ver. fecerunt. verſi. ſed dices nonne. & quod no. Hoſtien. in ſumma. de ſen. prola. §. quis debet. verſi. ſed ſi ſit caſus. Et D. P. M. in c. ſuper literis. de reſcriptis.

CONSILIVM XIIII.

CLERICVS exemptus deliquit in loco exēpto: habet tamen beneficium nō exēptū, cuius nō ſū poſſeſſionē habuerat: an epiſcopus poſſit eū punire de tali crimine attēto beneficio nō exēpto? Vide ſupra de foro cōpeten. conſi. 13.

De pęnis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ſtupri quando ſit infamis.*

CONSILIVM I.

1 AN damnatus de crimine ſtupri † ſit infamis? Gl. in l. infamē. ff. de publi. iudi. dicit, quòd condemnatus de publico iudicio, ſiue ſit actum ciuiliter, ſiue criminaliter, eſt infamis: tamen videtur eſſe caſus, quod ſi per viam inquiſitionis actum

actum ſit ex officio iudicis, non efficitur infamis, C. ſi tutor vel curator. l. 4. & not. ff de ſuſpec. tu. l. 3. §. præterea. & l. fi. C. de ſuſpe. tu. vbi per Dy. & hoc ſequitur Cy. & hoc communius & benignius: licet quidam velint ſimpliciter ſequi illam gloſ. ſed illa intelligatur, quando ordine iudicario, ideſt ordinario iudicio actum eſt. Ex quo infertur, quòd ſi actum ſit per viam inquiſitionis, quod eſt iudicium extraordinarium, vt no. de proba. quoniam contra. & facit quod no. de ordi. cogni. c. 2. quod taliter condemnatus non efficitur infamis: & hoc ſequendum, vt mitius in pœnis agatur, vt in regula, in pœnis. de regu. iuris. lib. 6.

Pet. de Ancha.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a ſe condemnatum in centum quando poſſit compellere ad ſoluendum.*

2 *Curatus parochialis eccleſiæ ſi intra annum ad ſacerdotium non promoueatur, ſuo iure priuabitur.*

CONSILIVM II.

1 CONDEMNAT iudex pro delicto, vt † ſoluat centum intra menſem ſub pœna quarti: an iudex poſſit illum compellere durante menſe ad ſoluendum centum? Quidam videtur dicere quòd ſic, vt dilatio menſis videatur data tantum euitationi quarti, non autem ſolutioni ſortis: ſed hoc eſt falſum, quia verba ſententiæ, per quam eſt cõceſſa dilatio, reſoluuntur in hunc modum, videlicet, dictam condemnationem ſolui mandamus intra mẽſem, & ſi intra menſem non ſoluerit, tunc eum condẽnamus in quarto pluri. Et eſt ſingularis glo. quæ non eſt alibi, ff. de pac. l. reſcriptum. §. ſi pacto. vnde illa verba ſub pœna notant tempus geminatum, ſ. vnum tempus reſpectu ſortis in condemnationẽ deductæ, aliud reſpectu quarti. Et non eſt reperire tertium, quid cui tempus geminatum deſeruiat: oportet ergo neceſſario, quòd intelligamus, vt vnum tempus deſeruiat præſtationi ſortis, aliud tempus deſeruiat euitationi quarti. Et hoc probatur per caſum l. vbicunque diſpoſitio incipit etiam a præcedenti conditione, ſi conditio dependet ex poteſtate obligati, non poteſt agi ad ſortem ante conditionis exiſtentiam, etiam ſi certum ſit conditionem non poſſe exiſtere, vt in l. illa, cũ q. calendis. ff. de verb. obliga. quia tota diſpoſitio in diem & ſub conditione collata videtur: & pondera ibi tex. qui dicit, tota: & ſic non ſolum reſpectu pœnæ, ſed etiam reſpectu ſortis: ita eſt in caſu noſtro, quia cõditio de ſoluendo eſt poteſtatiua, ergo interim ad ſortem agi nõ poterat. Nec ob. l. hoc iure. eo. ti. vbi dicitur, quòd ante exiſtentiam conditionis & diei agitur ad ſortem: quia ibi conditio non erat in poteſtate obligati. Et ita Bar. ibi ſoluit iſtud contrarium. Item ex forma ſententiæ reus, ſi vult intra menſem non ſoluere, habet poteſtatem, vt incurrat pœnam quarti: ſed ſi diceremus, quòd pendente iſto termino poſſet fieri executio, iudex priuaret eum poteſtate ſibi conceſſa per ſententiam, vt poſſit in quartum incidere, quod ius ſibi auferri non poteſt, ex quo iam ſibi per formam ſententiæ eſt acquiſitum tale ius, ff. de reg. iur. ius noſtrum. Et de hac quæſtione videtur caſus in l. fi. ff. de vſur. rei iud. Nam ibi dicitur, quòd ſi non ſoluet ſortem intra tempus quadrimeſtre, incurrerit vſuras centeſimas nomine pœnæ. Et tamen ibi dicitur, quòd pendente tempore quatuor menſium, non poteſt fieri executio ſortis nedum cõtra principalem, nec etiam contra fideiuſſorem. Frãciſ. de Rampo.

2 † Per hoc habemus textum clarum de iure canonico: Nam ſi quis non facit ſe promoueri ad ſacerdotiũ intra annum, priuatus eſt ipſo iure eccleſia parochiali: durante autem anno, non poteſt ſibi auferri eccleſia etiam ſi tranſiuerit tantum de anno, quòd nullo modo poſſet promoueri, vt eſt de hoc caſus de elec. commiſſa. §. j li. 6. vnde datur ſibi dilatio annalis ad certum quid faciendum, vt vides. Et ſi non fit, pœna adijcitur: certe debet expectari lapſus totius temporis, etiã (quod plus eſt) ſi id quod fieri debet non poteſt explicari in illo temporis reſiduo: vnde ſi eſſet tantum lapſum de tempore, quòd pecunia in reſiduo temporis non poſſit numerari, debet nihilominus expectari totus lapſus temporis, vt vult ille textus.

Dominicus de ſancto Gemi.

CONSILIVM III.

STATVTO imponitur pœna iudici adminiſtranti iuſticiam, qui iuſticiam non adminiſtrat: Quæritur, nunquid in pœnam inciderit? Et dicitur quòd non, quando per partem non fuit petitum, ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem iudicium. & de magiſtr. conueniendis. l. j. §. fi. in quibus dicitur, quòd vbicunque iudex aliquid tenetur facere ex officio, ſi non facit, non incidit in pœnã, niſi illud fieri ſit petitũ.

Fran. de Rampo.

De ſenten. excom. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio abſolutionem præueniet.*

CONSILIVM I.

1 MANDAT Papa, vt quis abſoluatur præſtita † ſatisfactione: quæritur, an primo debeat ſatisfacere, quàm abſoluatũ, an ſufficiat præſtare cautionem de ſatisfaciendo poſt abſolutionem? Et videtur, quòd ſufficiat ſatiſdare: quod probatur, quia reſcripta ſunt interpretanda ſecundũ ius, etiam ſi videantur diſcrepare a iure communi: quod patet de reſcrip. cauſam quæ. & c. ſuper literis. de offic. delega. ſuper quæſtionum §. ſi vero duo. Et ratio, quia reſcripta contra ius commune conceſſa non valent, 25. q. 2. reſcripta. Et probatur ex quæſtione dicenti, & c. imperiali, ideo in quantum fieri poteſt, ſunt reſcripta reducenda ad ius commune. Ad idem de reſcrip. ab excommunicato. ſed ius commune diſponit alternatiue ſuper abſolutione concedenda, an ille velit ſatisfacere, vel præſtare cautionem de ſatisfaciendo, de ſententia excommunicationis. ex tenore. & c. cum deſideres. & c. ſuper eo. & c. ſacro. & de ap. qua fronte. de ſen. excom. venerabilibus. §. porro, libro 6. vbi habetur. & in §. ſecus. diſtinguitur, an manifeſta ſit contumacia vel non, an dubia, vt primo caſu præcedat ſatisfactio, aliàs non, ſed ſufficiat cautio de ſatisfaciendo vel parẽdo. Et hoc fortius procedit, ſi excommunicatus petẽs abſolui dicat ſe ſatisfeciſſe: quia per talem negationẽ res efficitur dubia, C. qui ad liber. procla. non li. l. 3. & c. ſuper eo. de teſti. cog. nec poteſt dici manifeſtus cõtumax ille, cui poſt confeſſionem fit præceptum de ſoluendo, ſi excommunicatur, quia non ſoluit: quia debet etiam diſcuti, an fuerit manifeſtus contumax, vel non, vt no. gl. fi. in c. ex parte. de ver. ſig. el j. Nec ob. quòd forma reſcripti ſit ſeruanda, de reſcrip. cum dilecta. cum ſimi. quia mens ſcribentis eſt, quòd ſeruetur ordo iuris, vt dicto c. cum cauſam. Ioannes Calde.

CONSILIVM II.

AN excommunicatio obſtet petenti reductionem ad arbitrium boni viri laudi pronunciari, vide ſupra de arbi. conſilio primum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Abbas excommunicatus, an poſſit monachum recipere.*

CONSILIVM III

1 RECIPIT abbas excommunicatus † monachum: quæritur, an valeat, quia interim eſt ſuſpenſus a poteſtate adminiſtrãdi, 9. q.j. c.j. & c. ordinatis. de dolo. veritatis. de excep. pia. li. 6. & c. ſolet. de ſen excom. in 6. Et per conſequẽs interim excommunicatione durante non potuit recipere ad profeſſionem. & ideo tunc ſpectaret receptio ad conuentum, ſi ſimul ad vtroſque ſpectaret, talis receptio, vt no. Io. mo. de regula. c. ſi. lib. 6. Ioan. Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Sacerdos parochialis coram homicida celebrans, an efficiatur irregularis.*

CONSILIVM IIII.

1 SACERDOS parochialis celebrauit † miſſam coram duobus, qui publicè interfecerant ſacerdotem in quodam caſtro, quos tamen ſi voluiſſet, non potuiſſet expellere de eccleſia. Tamen ſacerdos iſte non erat de caſtro, nec rector illius eccleſiæ tẽpore interfectionis: Quæritur, an ſit irregularis? Planum, quod ex illa ſola celebratione non eſt irregularis, vt eſt caſus de ſen. excom. is qui. li. 6. j. reſponſo. tamẽ dicit ibi gl. 3. quod talis caueat ſibi, quia proximus eſt irregularitati, cum ſit ſibi interdictus ingreſſus eccleſiæ, vt in c. epiſcoporum. de priui. li. 6. Et talis ſic interdictus poſtea celebrans irregularitatem incurrit, vt in c. is cui. de ſen. excom. eo. li. vnde ſi iſte poſtea celebrauit, eſſet irregularis. cum illi interficiẽtes eſſent excommunicati. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſed aduertendũ, quia ca. epiſcoporum, prohibet celebrationem corã excommunicato publicè. Item quando ſcienter ſic celebrat, alias non. Ex quo infero, quòd licet in his, quæ publice fiunt, non præſumatur ignorantia, de poſtu. præla. c. j. tamen aliquæ circunſtantiæ ſuadere poſſunt probabilem ignorantiam, ſicut de iſto ſacerdote dicitur, quòd non erat tunc temporis in terra: ad quod de clan. deſpon. cum inhibitio. & qui ma. accu. poſ. cum in tua. Item poſito, quòd non ſit probabilis ignorãtia, ſi reuera ignorabat, etiam excuſatur, ar. no. in cle. eos. de ſepul. in gl. ad hoc. Dixi ſecundo, quòd requiritur quòd ſcienter celebret, quæ ſcientia includit dolum, 34. q. 2. in lectum. de reſti. ſpol. ſæpe. 2. q. j. in primis. non ergo incurrit pœnam ceſſante dolo. Item & per conſequens & contemptum, vt eſt expreſſum 11. q. 3. ſicut apoſtoli. ibi, aduertendo regulas: & exponit gloſ. 1. contemnendo: vbi etiam dicit gloſ. quòd celebrans miſſam. ſi ſuperueniet excommunicatus, non deſiſtet. Cõtemnere dicitur. quando quis legi vel iudici non vult ſubijci: vnde ſi ex paſſione concupiſcentiæ vel iræ aliquid fit, non dicitur contẽnere. vt probatur ex no. 2. q. 3. ſi quis iratus. 2. q. 7. metropolitanum. & de cle. excom. mini. c. 2. & c. illud. & per Stepha. in dicta cle. eos. ſed in themate ponitur, quòd ſi voluiſſet, illos non põtuiſſet expellere. ergo &c. Ad prædicta facit quod dicunt doc. de elec. quæ ſit in præſentia excommunicati, quòd propter hoc non eſt nulla, ſi ille idem non poteſt expelli, vel fieri timetur proteſtatio: de elec. illa. Et forte poſſet dici decre. epiſcoporum. locum habere, quando celebrat de mandato vel auctoritate excommunicati. licet enim in eius præſentia non ſit orandũ, de ſen. excom. nuper. tamen ſi excommunicatus non autorizat, celebrans non incurreret forte pœnam dicti cap. epiſcoporum. ſicut dicitur de clerico præſente, quando latro ſuſpenditur, qui licet non debeat intereſſe, tamen non incurrit irregularitatem, iuxta not. ne cleri. vel mo. ſententiam. per Io. An. Et dixi forte, quia c. epiſcoporum. ſimpliciter loquitur: ſed fortius hoc procederet tenendo dictum Ioan. mona. qui tenet, quod habeat locum in exemptis tantum. Ex his igitur concluditur attentis præmiſſis iſtum non eſſe irregularẽ. Gaſp. de Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus a ſententia, quam tulit, abſoluere quando poſſit.*

CONSILIVM V.

1 DATA diffinitiua ſentẽtia, appellatum † fuit: & poſtea iudex excommunicauit, quæ appellatio poſtea fuit deſerta per lapſum anni: Quæritur, an delegatus, qui protulit illam ſententiam, poſſit abſoluere? Et dicitur quòd nõ, quia ſi appellatio fuit recepta per ſuperiorem, ipſe ſuperior abſoluet, vel ille, cui commiſerit: de offi. ordi. paſtoralis. §. præterea. vnde poſt annum excommunica non poterat abſoluere, vt not. Innoc. de reſcrip. ab excommunicato. in gloſ. commiſſio. Et facit quod ipſe no. de offi. lega. prudentia. §. ceterum. in gloſ. quòd ſi fuerit. Et quod no. Io. An. de ſen. excom. ad hæc. Nec ob. quod no. Inn. de præben. pro illorum. Imo facit pro prædictis. vbi dicit, quòd poſt diffinitiuam iuriſdictionem non habet niſi vſque ad annum: hæc ſunt vera, præſuppoſito quòd excommunicatio tenuerit: ſed ſi excommunicatio non tenuit, quia iſti erant intra tempus appellandi, quando fuit lata excommunicatio, & poſtea ex legitima cauſa fuit appellatum, tunc excommunicatio fuiſſet nulla. de offi. deleg. cum contingat. de ſen. excom per tuas. vnde illa ſententia excommunicationis non conualeſcit ex deſertione, de ſententia excõ. licet. libro ſexto. Si ergo iſte vult euadere quod dicitur in d. c. licet. ſcilicet vt non euitetur, petat declarari dictam ſententiam nullam tanquàm latam poſt appellationem legitimam. Et iſtud poteſt peti coram quocunque iudice competenti, vt no. Ioan. And. in dicto capitu. licet. ſuper verſi. allegato. Gaſ. de Cal.

S V M M A R I V M.

1 *Apoſtatans ab ordine abſoluetur a ſuo ſuperiore.*

CONSILIVM VI.

1 APOSTATAVERVNT duo religioſi aſſumendo † publice habitum ſecularem, propter quod incurrerunt excõmunicationem, c. vt periculoſa. ne cle. vel mo. lib. 6. Et habent religioſi conſtitutionem, vt tales incurrant excommunicationem, quæ conſtitutio eſt confirmata per Papam, an ſuus ſuperior immediatus poſſit eos abſoluere? Et dicitur quod ſic, quia ex quo conditor canonis ſibi non reſeruauit abſolutionem, ille ordinarius poterit abſoluere, de ſen. excommuni. nuper. & facit quod not. Ioan. And. de inſti. ex frequentibus. & no. in dicto c. vt periculoſa. in gloſ. fina. hæc vera, niſi conſuetudo habeat poteſtatem reſeruari magiſtro ordinis vel alteri capitulo generali vel prouinciali: quia in his operatur conſuetudo, de foro cõpe. cum cõtingat. Gaſ. de Calde.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus clericum in ludo niuis ad terram deijciens, an ſit excommunicatus.*

CON-

CONSILIVM VII.

1 CLERICVS clericum percutit in ludo †,ninis, eum deijciendo ad terram, ita quòd ſanguis aliqualiter ex eius ore exiuit. Et dicitur quòd eſt excõmunicatus, quia aut dicimus, quòd talis ludus eſt prohibitus clericis, aut permiſſus. Si eſt prohibitus, tunc eſt planum, quòd in culpa fuit ſic ludendo, & ſic talis percuſſio non fuit facta leuitate iocoſa: ad hoc optime de homi. continebatur & quod no. in ca. ſequen. & talis videtur eſſe huiuſmodi ludus, ex quo ſolent ſequi rixæ & mali rumores: quis enim ludum appellat, vnde crimina oriuntur. in prin. ff. §. pe. & ludus noxius eſt in culpa, ff. ad l. aquil. nam ludus. ad idem, 32. q. 3. recurrerit. de præſum. ca. j. & actus iudicatur ſecundum id, quod ſolet accidere: ad hoc e. de ſiracuſanæ. & dictum c. continebatur. 28. diſt. de cleri. coniug. diuerſis. de ſenten. excom. ad hoc. Si vero dicatur talis ludus licitus, idem eſt dicendum, quia non ſteterunt in finibus ludi: quia ex quo proiecit illum ad terram, & ſanguis de ore exiuit, & quòd inter ſe verba odioſa dixerunt, ſequitur quòd fuit violentia in hac iniectione manuum, & ſic non deficiunt verba canonis, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. iniurioſa, quæ committitur quotieſcunque quis pulſatur vel verberatur, ff. de iniur. l. lex Cornelia. & hoc eſt ſatis quo ad mentẽ canonis, de ſenten. excom. contingit. vel ſaltem non poteſt negari, quin ſint temeraria, quod ſufficit vt ibi, & eo. tit. nuper. primo reſponſo. ad prædicta facit quod not. in dicto ca. ſi quis ſuadente. in glo. item ſi. & quod ſuper ca no. Archi. poſt Ber. Iſa.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium prælato factum, vt eccleſiæ bona in emphyteoſim dare poſſit, an ſit realis.*

CONSILIVM VIII.

1 EPISCOPVS interdicit eccleſiam parochialem, †eo quia rector noluit aſſignare dimidiã fructuum ſuæ eccleſiæ fabricæ eccleſiæ cathedralis: Quæritur, an ſit nullum, cum videatur latum contra diſpoſitionem extrauagantis, prouidè attendentis. Et dicitur quòd non, quia non ponitur, quòd fuerit latum pro pecuniario debito, vel pro monetæ ſeu pecuniæ exactione, prout loquitur dicta extrauagans, ſed veritate inſpecta propter contumaciam illius. Eſt enim iſto caſu reperire cauſam remotiſſimã, ſcilicet pro quã fuerat excommunicatus, quia noluerat ſoluere, & remotam ſiue mediam, quia fuit excõmunicatus. Et propinquam, ſcilicet perſeuerantiam ſiue obſtinationem, & pertinaciam, & propter iſtam fuit latum interdictum: quando autem aliquis effectus reſpicit cauſam propinquam, tunc quantum ad illam remota & multominus remotiſſima non eſt attendenda, de homi. de cætero. & probatur eo. tit. exhibita. & apertè de conceſ. præben. quia diuerſitatis. & facit quod no. Compoſtel. de elec. cũ in cunctis. & Dyn. de reg. iuris. quod ob gratiam. lib. 4. Et per id reſpondetur ad id, quod ſolet dici, quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa effectus vel creati: facit de iniur. ca. fina. illud etiam producit in eſſentialiter ordinatis: dicta autem extrauagans habet locum, cum cauſa interdicti ſupra proxi. eſt pecuniarium debitum, vel quantitatis pecuniæ ſeu monetæ, vt ibi patet: ergo non habet locum in caſu iſto. Et licet hoc ſit veriſſimum, tamẽ iſto caſu non ponitur, quòd pecuniarium debitum ſiue quantitas pecuniæ vel monetæ in ſpecie peteretur primo a dicto presbytero, ſed fructus &c. qui hac appellatione ſtricte ſumendo non continentur, licèt ſic ex larga ſignificatione, j. q. 3. totum. Ioan. Caldc.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio aduerſus monachos decimam non ſoluentes, an liget.*

CONSILIVM IX.

1 COLLECTOR † papalis decimæ excõmunicauit priorem cuiuſdam monaſterij ordinis camaldulẽ. eo quia decimam non ſoluebat, ipſo allegante non teneri, quia ex prouẽtibus dicti prioratus non poterant ſuſtentari fratres dicti monaſterij, niſi victum quærerent etiam per quæſtum. Et allegabat quandam declarationem Io. 22. dicentis, quòd regulares perſonæ, quarum redditus & prouentus eccleſiaſtici ſunt adeo tenues & exiles, quod de illis ſuſtentari non poſſunt, ſed pro habenda vitæ ſuæ ſuſtentatione neceſſe habent publice mendicare, & eleemoſynas publice petere, dictam decimam non perſoluant: Quæritur, an dicta excommunicatio ſit nulla? Et dicitur quòd eſt nulla, quia lata a non ſuo iudice, 3. q. j. in primis. de conſue. c. 3. de ap. dilectis. nam vt patet per dictam declarationem iſti excluduntur a ſolutione decimarum: ergo non includuntur iſti ſub talium collectorum iuriſdictione, quæ non extenditur niſi ad perſonas expreſſas, vel ſaltem ſub generalitate compræhenſas, de offi. del. P. & G. multominus ad exceptas, vt ſunt iſti: & ſic patet, quòd iſte præcipiebat id, quod ad ſuum officium non ſpectabat, vnde prior nõ tenebatur parere, imo quod fecit, ſubiectis viribus nõ ſubſiſtit, ff. de iur. om. iu. l. fi. de conſti. c. 2. li. 6. de pœ. indulgẽtiæ. eo. li. optime ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. itẽ collector talis non habebat poteſtatem excommunicandi, niſi contumaces & rebelles, vel eum impedientes in officio ſuo, de offi. dele. c. j. ſed iſte prior non fuit talis, quia ex quo non habebat parere, vt eſt dictum, qui denegat procurationem, quam prælatus petit vltra numerum in Lateranen. concilio conſtitutum, vt patet de exceſ. præla. cum ad quorundam. ita & multominus tenet lata in perſonam non ſubditam, imo exceptam per declarationem prædictam. Item illa ſentẽtia lata fuit contra mentem imponẽtis decimam, qui non intendebat aſtringere exceptos prædeceſſores ſuos: quare nõ valet, de præben. c. fi. Certum eſt enim, quòd declaratio Papæ ius facit quo ad omnes, C. de le. l. j. & fi. 11. q. j. §. ex his. de ſen. excom. inter alia. de re iu. in cauſis. & potiſſime procedunt præmiſſa, quia dicitur quòd prædictus prior coram collectore præfato dictã exceptionem ſic iuſtam propoſuit: quare ex hoc conſtare debuit collectori ſe in priorem prædictum, qui ſuum priuilegium allegauit, quantum ad hoc nullam poteſtatem habere, & ſic eum excommunicare non poſſe, quod ſi fecit non valuit ſententia, vt eſt expreſſum de appel. ſi duobus. Ioan. Cald.

CONSILIVM X.

AN valeat excommunicatio lata per abbatem in monachos ſuos? Vide ſupra, de reg. conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab epiſcopi delegato, quòd decimas non ſoluerit, a quo abſoluendus.*

CONSILIVM XI.

1 EPISCOPI delegatus excommunicauit vnum decimam non ſoluentẽ, qui † a Papa impetrauit

delegatum

delegatum ſuper excommunicatione lata contra eũ per epiſcopum, vel eius vicarium: Quæritur an ille poſſit ab excommunicatione tali abſoluere? Et dicitur q̃ non, quia poteſtas delegati ex forma reſcripti ſumit, de reſcr. ſciſcitatus. & c. ſuper literis. & ca. cum dilectis. cum ſi. Sed in reſcripto non fit mentio de excommunicatione delegati epiſcopi, ſed de lata per epiſcopum vel eius vicarium: ſed clarum, quòd alia eſt ſententia lata per delegatum epiſcopi. & alia lata per epiſcopũ, vel eius vicarium, qui ordinarij ſunt: de epiſcopo patet, 11. q. j. de perſona. de of. ord. per totum. de vicario patet ex plene. no. de of. vic. c. 2. lib. 6. ergo alia ſententia fuit expreſſa, quàm ſit illa, de qua quæritur, cum diuerſæ ſint huiuſmodi iuriſdictionum ſpecies, vt per ſe patet, & ex diuerſitate titulorum, de of. or. c. pe. Expreſſio autem vnius cauſę, vel ſpeciei maxime in reſcripto delegati non includit aliam, imo potius excludit aliam, de of. del. cum olim. el j. de of. or. dilectus. ff. de iud. ſolemus. §. latrunculator. de reſc. ſuſceptum. lib. 6. ſed q̃ ille, qui protulit excõmunicationem, fuerit delegatus, patet, quia erat officialis foraneus, iuxta not. in cle. & ſi principalis. de reſcr. vbi patet, q̃ habent delegatam, & non eſt idem conſiſtorium cum epiſcopo: ſed de ipſo ad epiſcopum appellatur, vt no. Inn. de off. or. Romana. in prin. li. 6. Et ſic clare patet, q̃ dicta excommunicatio in reſcripto non includitur: & p̃ hoc reſpondetur ad motiuum conſulentium in cõtrariũ: quia diſtinctio c. ſuper literis. de reſc. non habet locum in diuerſitate perſonarum, vel cauſarum actoris, vel rei, licet ſuper tacito ſic fuiſſent datæ literæ, ſi expreſſiſſet. de reſc. ſignificante. & quod ibi no. Io. An. & etiam ceſſat aliud, quod dicunt hic non fuiſſe omiſſum aliq̃d de ſubſtantialib. ſed ſolum de circunſtantijs: ſed hoc falſum, quia expreſſio rei, ſuper qua impetratur, eſt de ſubſtantialib. vt per prędicta probatur. & no. Hoſtie. in ſumma de reſc. §. quæ poſſunt. ver. idem eſt ſi erretur.

Gaſp. de Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnitentiarius Papæ ab excommunicatione à canone lata, an poſſit abſoluere.*

CONSILIVM XII.

1 AN pęnitentiarius Papæ inferior poſſit abſoluere ab excommunicatione † canonis Papæ non reſeruata? Et licèt curia hoc melius noſcat, tamen videtur hoc poſſe iure probari, quia epiſcopi poſſunt hoc caſu abſoluere, de ſent. excom. nuper. ergo ipſi pęnitentiarij minores, quia puto eos in abſoluendo habere poteſtatem illam, quam habent de iure cõmuni epiſcopi, quia ex generali poteſtate Papæ eis conceſſa vicem gerunt Papæ. In hoc tamen curia Romana declaret.

CONSILIVM XI.

AN fratres de pœnitentia tertij ordinis ſancti Franciſci gaudeant priuilegio canonis, ſi quis ſuadente? Vide ſupra de foro comp. conſi. 7.

De verborum ſignifica. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Ablatiuus effectiuus conditionem prætendit.*

CONSILIVM I.

1 ABlatiuus ſapit conditionem: † vnde ſi in inſtrumento dicitur, ipſo Titio attendente, & obſeruante, & approbante: illi ablatiui conditionem inducunt, ff. de vſuris. cũctis. ff. de cond. & demon. à teſtatore. facit vt lite non conteſta. quoniam. §. porrò. Ex quo infertur, quòd dicta conditio debet primo purificari, ff. de cond. & demõ. qui heredi. §. ſi. de voto. licet. de ſpon. c. j. lib. 6. & clem. cum ei quem. de conceſ. præb. Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Vt, dictio, diuerſorum uarium effectum producentium eſt coniunctiua.*

CONSILIVM II.

1 VT, de ſui natura copulat † diuerſa, & diuerſum effectum producunt copulata, ff. de lega. 3. ea tamen adiectio. C. per quas pſonas nobis acquiri. lib. 12. q. 2. ſine exceptione. coniuncta decre. cum apoſtolica. de his quæ fiũt a prælа. & de elec. eccleſia. el 2. quod eſt verum, niſi verba diuerſa referantur ad eundem effectum, quia tunc copulatiua nihil addit, nec diuerſam diſpoſitionem inducit: ad hoc 13. diſt in ſynodo. ibi, conſtituimus, firmamus & corroboramus. 23. diſt. in nomine domini. ibi, decernimus. & ſtatuimus. 23 q. 5. quid ergo, & c. ſi non licet. & cle. j. de magiſtr. cum multis ſi. verſi. copulantur verba plura: & tamen nullam diuerſitatem in effectu important. Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Præſertim, pro tantum, & pro maxime poſitum.*

CONSILIVM III.

1 PRæſertim impropriè ponitur pro † tantũ, ſed propriè ponitur comparatiue pro maxime: de cler. coniug. diuerſis. de his quæ fiunt a prælato. cum apoſtolica. de homi. ex literis.

Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Iurium nomine quæ comprehendantur.*

CONSILIVM IIII.

1 REliquit teſtator † iura: quid contineatur ſub illo vocabulo? Et videtur, quòd ſolum incorporalia, per l. j. § j. de rerum diuiſione. & melius Inſti. de re. corpora. & incorpora. in prin. in gl. ſuper hoc prædicabili iura. facit etiam text. q̃ ſint diuerſa a corporalibus, in c. 2. in princ. de reb. eccl. non alienan. libro 6. ibi, immobilia ſeu iura: & dictio, ſeu, eſt augmentatiua, vt l. ſi ita ff. de auro & arg. leg.

Ioan. Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Præcedentia ſequentium contentiua.*

CONSILIVM V.

1 HOC amplius: videtur includere † ſequentia eiuſdem conditionis, quibus erant incluſa pręcedentia, vt quæ in præfationibus dicuntur, & in ſequentibus repetita intelligantur, vt l. auia. de condi. & demon. & l. libertis omnibus. eodem tit. & l. cum ſeruis. de condit. & demonſtra. & l. libertis omnibus. eodem ti. & l. cum ſeruis. de cond. inſt. circa finem. In quibus omnib. fit mentio de oratione, hoc amplius: quod procedit, niſi forte propter impoſſibilitatem conditiones repetitæ vitiarent

CONSILIVM VII.

1 CLERICVS clericum percutit in ludo † ſinis, cum deijciendo ad terram, ita quòd ſanguis aliqualiter ex eius ore exiuit. Et dicitur quòd eſt excõmunicatus, quia aut dicimus, quòd talis ludus eſt prohibitus clericis, aut permiſſus. Si eſt prohibitus, tunc eſt planum, quòd in culpa fuit ſic ludendo, & ſic talis percuſſio non fuit facta leuitate iocoſa: ad hoc optime de homi. continebatur & quod no. in ca. ſequen. & talis videtur eſſe huiuſmodi ludus, ex quo ſolent ſequi rixæ & mali rumores: quis enim ludum appellat, vnde crimina oriuntur. in prin. ff. §. pe. & ludus noxius eſt in culpa, ff. ad l. aquil. nam ludus. ad idem, 32. q. 3. recurrerit. de præſum. ca. j. & actus iudicatur ſecundum id, quod ſolet accidere: ad hoc e. de ſiracuſanæ. & dictum c. continebatur. 28. diſt. de clerici. coniug. diuerſis. de ſenten. excom. ad hoc. Si vero dicatur talis ludus licitus, idem eſt dicendum, quia non ſteterunt in finibus ludi: quia ex quo proiecit illum ad terram, & ſanguis de ore exiuit, & quòd inter ſe verba odioſa dixerunt, ſequitur quòd fuit violentia in hac iniectione manuum, & ſic non deficiunt verba canonis, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. iniurioſa, quæ committitur quotieſcunque quis pulſatur vel verberatur, ff. de iniur. l. lex Cornelia. & hoc eſt ſatis quo ad mentẽ canonis, de ſenten. excom. contingit. vel ſaltem non poteſt negari, quin ſint temeraria, quod ſufficit vt ibi, & eo. tit. nuper. primo reſponſo. ad prædicta facit quod not. in dicto ca. ſi quis ſuadente. in glo. item ſi. & quod ſuper ea no. Archi. poſt Ber. Iſa.

Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium prælato factum, vt eccleſiæ bona in emphyteoſim dare poſſit, an ſit realis.*

CONSILIVM VIII.

1 EPISCOPVS interdicit eccleſiam parochialem, † eo quia rector noluit aſſignare dimidiũ fructuum ſuæ eccleſiæ fabricæ eccleſiæ cathedralis: Quæritur, an ſit nullum, cum videatur latum contra diſpoſitionem extrauagantis, prouidè attendentis. Et dicitur quòd non, quia non ponitur, quòd fuerit latum pro pecuniario debito, vel pro monetæ ſeu pecuniæ exactione, prout loquitur dicta extrauagans, ſed veritate inſpecta propter contumaciam illius. Eſt enim iſto caſu reperire cauſam remotiſſimã, ſcilicet pro qua fuerat excommunicatus, quia noluerat ſoluere, & remotam ſiue mediam, quia fuit excõmunicatus. Et propinquam, ſcilicet perſeuerantiam ſiue obſtinationem, & pertinaciam, & propter iſtam fuit latum interdictum: quando autem aliquis effectus reſpicit cauſam propinquam, tunc quantum ad illam remota & multominus remotiſſima non eſt attendenda, de homi. de cætero. & probatur eo. tit. exhibita. & apertè de conceſ. præben. quia diuerſitatis. & facit quod no. Compoſtel. de elec. cũ in cunctis. & Dyn. de reg. iuris. quod ob gratiam. lib. 4. Et per id reſpondetur ad id, quod ſolet dici, quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa effectus vel creati: facit de iniur. ca. fina. illud etiam producitur eſſentialiter ordinatis: dicta autem extrauagans habet locum, cum cauſa interdicti ſupra proxi. eſt pecuniarium debitum, vel quantitatis pecuniæ ſeu monetæ, vt ibi patet: ergo non habet locum in caſu iſto. Et licet hoc ſit veriſſimum, tamẽ iſto caſu non ponitur, quòd pecuniarium debitum ſiue quantitas pecuniæ vel monetæ in ſpecie peteretur primo a dicto presbytero, ſed fructus &c. qui hac appellatione ſtricte ſumendo non continentur, licèt ſic ex larga ſignificatione, j. q. 3. totum. Ioan. Calde.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio aduerſus monachos decimam non ſoluentes, an liget.*

CONSILIVM IX.

1 COLLECTOR † papalis decimæ excõmunicauit priorem cuiuſdam monaſterij ordinis camaldulẽ. eo quia decimam non ſoluebat, ipſo allegante non teneri, quia ex prouẽtibus dicti prioratus non poterant ſuſtentari fratres dicti monaſterij, niſi victum quærerent etiam per quæſtum. Et allegabat quandam declarationem Io. 22. dicentis, quòd regulares perſonæ, quarum redditus & prouentus eccleſiaſtici ſunt adeo tenues & exiles, ꝙ de illis ſuſtentari non poſſunt, ſed pro habenda vitæ ſuæ ſuſtentatione neceſſe habent publice mendicare, & eleemoſynas publice petere, dictam decimam non perſoluant: Quæritur, an dicta excommunicatio ſit nulla? Et dicitur quòd eſt nulla, quia lata a non ſuo iudice, 2. q. j. in primis. de conſue. c. 3. de ap. dilectis. nam vt patet per dictam declarationem iſti excluduntur a ſolutione decimarum: ergo non includuntur iſti ſub talium collectorum iuriſdictione, quæ non extenditur niſi ad perſonas expreſſas, vel ſaltem ſub generalitate comprehenſas, de offi. del. P. & G. multominus ad exceptas, vt ſunt iſti: & ſic patet, quòd iſte præcipiebat id, quod ad ſuum officium non ſpectabat, vnde prior nõ tenebatur parere, imo quod fecit, ſubiectis viribus nõ ſubſiſtit, ff. de iur. om. iu. l. fi. de conſti. c. 2. li. 6. de pœ. indulgẽtiæ. eo. li. optime ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. itẽ collector talis non habebat poteſtatem excommunicandi, niſi contumaces & rebelles, vel eum impedientes in officio ſuo, de offi. dele. c. j. ſed iſte prior non fuit talis, quia ex quo non habebat parere, vt eſt dictum, qui denegat procurationem, quam prælatus petit vltra numerum in Lateranen. concilio conſtitutum, vt patet de exceſ. præla. cum ad quorundam. ita & multominus tenet lata in pſonam non ſubditam, imo exceptam per declarationem prædictam. Item illa ſentẽtia lata fuit contra mentem imponẽtis decimam, quĩ non intendebat aſtringere exceptos prædeceſſores ſuos: quare nõ valet, de præben. e. fi. Certum eſt enim, quòd declaratio Papæ ius facit quo ad omnes, C. de le. l. j. & fi. 11. q. j. §. ex his. de ſen. excom. inter alia. de re iu. in cauſis. & potiſſime procedunt præmiſſa, quia dicitur quòd prædictus prior coram collectore præfato dictã exceptionem ſic iuſtam propoſuit: quare ex hoc conſtare debuit collectori ſe in priorem prædictum, qui ſuum priuilegium allegauit, quantum ad hoc nullam poteſtatem habere, & ſic eum excommunicare non poſſe, quod ſi fecit non valuit ſententia, vt eſt expreſſum de appel. ſi duobus. Ioan. Cald.

CONSILIVM X.

AN valeat excommunicatio lata per abbatem in monachos ſuos? Vide ſupra, de reg. conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab epiſcopi delegato, quòd decimas non ſoluerit, a quo abſoluendus.*

CONSILIVM XI.

1 EPISCOPI delegatus excommunicauit vnum decimam non ſoluentẽ, qui † a Papa impetrauit delegatum

delegatum ſuper excommunicatione lata contra eſt per epiſcopum, vel eius vicarium: Quæritur an ille poſſit ab excommunicatione tali abſoluere? Et dicitur quod non, quia poteſtas delegati ex forma reſcripti ſumit, de reſcr. ſciſcitatus. & c. ſuper literis. & ca. cum dilectis. cum ſi. Sed in reſcripto non fit mentio de excommunicatione delegati epiſcopi. ſed de lata per epiſcopum vel eius vicarium: ſed clarum, quòd alia eſt ſententia lata per delegatum epiſcopi. & alia lata per epiſcopū, vel eius vicarium, qui ordinarij ſunt: de epiſcopo patet, 11. q. j. de perſona. de of. ord. per totum. de vicario patet ex plene. no. de of. vic. c. 2. lib. 6. ergo alia ſententia fuit expreſſa, quàm ſit illa, de qua quæritur, cum diuerſæ ſint huiuſmodi iuriſdictionum ſpecies, vt per ſe patet, & ex diuerſitate titulorum, de of. or. e. pe. Expreſſio autem vnius cauſę, vel ſpeciei maxime in reſcripto delegati non includit aliam, imo potius excludit aliam, de of. del. cum olim. el j. de of. or. dilectus. ff. de iud. ſolemnus. § l. atituinculator. de reſc. ſuſceptum. lib. 6. ſed quod ille, qui protulit excõmunicationem, fuerit delegatus, patet, quia erat officialis foraneus, iuxta not. in cle. & ſi principalis. de reſcr. vbi patet, quod habens delegatam, & non eſt idem conſiſtorium cum epiſcopo: ſed de ipſo ad epiſcopum appellatur, vt no. Inn. de off. or. Romana. in prin. li. 6. Et ſic clare patet, quod dicta excommunicatio in reſcripto non includitur: & per hoc reſpondetur ad motiuum conſulentium in contrariū: quia diſtinctio c. ſuper literis. de reſc. non habet locum in diuerſitate perſonarum, vel cauſarum actoris. vel rei, licet ſuper tacito ſic fuiſſent datæ literæ, ſi expreſſiſſet: de reſc. ſignificante. & quod ibi no. Io. An. & etiam ceſſat aliud, quod dicunt hic non fuiſſe omiſſum aliquid de ſubſtantialib. ſed ſolum de circunſtantijs: ſed hoc falſum, quia expreſſio rei, ſuper qua impetratur, eſt de ſubſtantialib. vt per prędicta probatur. & no. l. Hoſtië. in ſumma de reſc. §. quæ poſſunt. ver. idem eſt ſi erretur.

Gaſp. de Cald.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnitentiarius Papæ ab excommunicatione à canone lata, an poſſit abſoluere.*

CONSILIVM XII.

1 AN pęnitentiarius Papæ inferior poſſit abſoluere ab excommunicatione † canonis Papæ non reſeruata? Et licèt curia hoc melius noſcat, tamen videtur hoc poſſe iure probari, quia epiſcopi poſſunt hoc caſu abſoluere, de ſen. E. excom. nuper. ergo ipſi pęnitentiarij minores, quia puto eos in abſoluendo habere poteſtatem illam, quam habent de iure cõmuni epiſcopi, quia ex generali poteſtate Papæ eis cõceſſa vicem gerunt Papæ. In hoc tamen curia Romana declaret.

CONSILIVM XI.

AN fratres de pœnitentia tertij ordinis ſancti Franciſci gaudeant priuilegio canonis, ſi quis ſuadente? Vide ſupra de foro comp. conſi. 7.

De verborum ſignifica. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Ablatiuus effectiuis conditionem prætendit.*

CONSILIVM I.

2 † & ex cõicatione alicuius lucri non concluditur ſocietas omnium bonorum, ſed illius tantùm negotiationis vel actus, in quo datur lucri hincinde cõicatio, arg. de tri. actuq; pri. l. 1. §. Iulianus ait. ad hoc ff. p ſoc. l. ſi vnus. §. 1. & l. ſi fratres. ſic no. Bar. in l. Titium. §. altero. ff. de admi. tut. l. ſi patruus. C. commu. vtri. iudi. vbi autem ſunt ſocij omnium bonorum, vt hic præſumo, ex præſumptione, quia omnia lucra communicabant, iam puto q impenſa filiarum erat de cõmuni facienda, ſicut & commoda communicabant, ad hoc l. ſi ſocius p filia. vet. verũ. ff. pro ſocio. ad hoc l. ſocietatis vniuerſarum. in fi. ff. eod. Nec ob. d. l. ſi ſocius pro filia. in fin. & quod ibi in glo dicitur, quòd intelligi debet, quando ſocietas iam erat finita. Ex quibus quò ad primũ
a concludo, de communi pecunia [a] in dubio dotem traditam fuiſſe, & ſic in diuidenda hæreditate rationem dotis datæ filiæ non haberi, ſed reputari [b] de bonis vtriuſque fore ſolutam. Si autem apparere poſſet eos fore & fuiſſe tantùm ſocios negotiationis, vel aliquarum negotiationum; dos filiæ alteri data ante omnia detrahi debuiſſet, quia non reputatur facta de communibus, cùm tales ſocij talia communicare non debeant, quæ extra negotiationem geruntur.
3 † Ad ſecũdum dubiũ, in quo quęritur, an dẽat hẽri rõ exercitij Petri, q fuit filius Angeli: Dico

ꝙ ſic, quia in ſocietate qui plus operę aut indu-
ſtriæ contulit, maiorem partem viri boni arbi-
trio cōſequi debet. ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatē me-
cū. non peccarēt tamen arbitri, ſi pro rata fratris
alterius in alimentis aliquam leuē admitterent
compenſationem: in quantum autem nō poſ-
ſet bene determinari, hoc arbitrandū eſt ex qua
litate induſtrię ipſius Pe. & modo operandi.

c Ad tertium dubium, an ᶜ fructus † dotis do-
4 minæ Margaritæ vxoris Angeli &c. & dico ꝙ
non: Nam pro rata, qua onus matrimonij ſuſtē
tatum eſt, planum eſt: nā n. ex hoc in ſocietate
peruenit, & omnia dotalia ſunt, vt patet ex in-
ſtrumento. Item nec pro rata vltra onera, quia
ex quo omnium bonorum tacita ſocietas præ-
ſumitur, lucra omnia cōmunicanda ſunt, vt d. l.
ſi ſocietatem vniuerſorum.

Ad quartū dubiū, an mater dictorum fratrū,
quæ in cōione bona tenuit poſſit fructus repete
re. Vr ꝙ nō, ex quo nō proponitur ipſam inter-
pellaſſe In contrariū, quia a tpe diſſoluti matri-
monij fructus debentur, vt l. vnica. §. exactio. C.
de rei vx. ac. Dico, ꝙ ſi fructus non excedunt ali
menta matris, nihil deducere debet: ad hoc gl. ff.
ſol mat. l. diuortio. Si autem excedant, & extant
fructus, reſtituēdi ſunt: ſecus ſi ſunt conſumpti,
ex quo mater permiſit, non ſunt malæfidei poſ-
ſeſſores. Si, tamē ex fructibus apparet euidens lo
cupletatio filiorum, & de illa conſtare poſſet, &
eſſe non modicæ quantitatis pupillorum ratio-
nem habendam, per no. per Bar. in l. fructus. &
in l. ex diuerſo, ff. de rei ven.

Ad quintū dubiū, an pro captura Ang. dū eſ-
ſet officialis, debeat aliquid detrahi de eo, quod
ſolutū eſt pro redēptione. Dico ꝙ nō, imo ten-
d dit ad damnum ᵈ ſocietatis, ff. pro ſocio. l. cum
duobus. §. quidam. co. ti. l. ſi inter fratres. §. per
contrarium.

Ad ſextum patet reſponſio ex prædictis, quia
e non debet deduci impenſum ᵉ pro eūdo ad San
ctum Iaco. cūm omnia lucra & damna quęcun
que contingentia dolo ceſſante communican-
da ſint, ex quo omnium bonorum ſocij ſunt, ff.
pro ſocio. l. ſi igitur, in fin. & d. l. ſi ſocietatem
vniuerſorum.

Et ita dico & conſulo ego Anto. de Butr. da-
tum fuit iſtud conſilium M. cccci. de menſe De
cembris in die ſanctæ Luciæ in ciuitate Bono-
niæ, & miſſum in montem Policianum.

ADDITIONES.

a *DE COMMVNI PECVNIA] Refert & ſequitur hoc cōſ. Dec. in auth. quod locū. nu. 9. eo. ſi. C. de col la, ſecundū quā opinionem bis conſuluit, vt patet conſ. 66. & 68. quem ſimpliciter ſequitur Aym. conſ. 123. in fi. & conſ. 159. nu. 9. Rui. conſ. 101. nu. 16. & conſ. 104. lib. 1. & alij plures, quos citat Mod. Apoſt. ad Alex. conſ. 154. lib. 2. ſed in contrarium eſt communis & vera ſententia, quam tenet Iaſ. in d. auth. quod locum. col. 3. Anca. conſ. 102. in fi. Corn. conſ. 52. lib. 3. conſ. 38. lib. 4. Pract. Papien. in for. libel. act. ſoc. verb. vndecunque queſita, Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratr. par. 6. q. 9. poſtquam latè vtrinque diſputauit & replicauit, dicit vtramuis opinionē ſine peccato teneri poſſe: quod valde pudendum eſt. Quòd imputetur patri filia in diſſolutione ſocietatis, optimè probat tex. in d. l. ſi ſocius pro filia. ſi non cauilletur, & ita aliàs bis iudicatum vidi, & pro ea opinione pluries conſului, vt patet in conſ. meo 38. vbi ſatis ſuperque intellectum d. l. exagitaui, reſpondendo Dec. inductionibus, quem cùm hic margo non caperet, ad d. conſ. me remitto.*

b *MAIOREM PARTEM] Non eſt dubitandum ſtantibus operis & laboribus ipſius Petri, quòd tempore diuiſionis uidetur, quòd aliquid plus de acquiſitis percipere debeat diuidendo lucrum pro rata capitalis, vt latè Corn. tradit conſ. 24. lib. 1. conſ. 58. col. 3. verſ. & ex his aliàs. lib. 4. Quod. n. ex ſuis laboribus acquiſitum fuit, ad alios non debet transferri, l. cùm oportet. in prin. C. de bon. qua lib. & §. quod autem. Inſt. per quas perſ. nob. acq. Dec. conſ. 21. in fin. verbis. in l. illud. in fi. C. de colla.*

c *AN FRVCTVS] Adde Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratr. in 4 par. q. 5. verſ. quaro quid de fructibus. Bar. in l. fundus. 2. ff. fam. ercíſ. Bal. conſ. 172. Super prædictis punctis. lib. 5. Aym. conſ. 159. nu. 5 Sed dubium eſt de lucro dotis, quod facit maritus mortua vxore ex forma ſtatuti vel conſuetudinis vel pacti, an illud teneatur communicare ſocietati? Dec. conſ. 560. nu. 5. tenet quòd ſic, ſed malè conſuluit, vt ibi annotauit Mod. Apoſt. Videntur conferre ad hoc, quæ ponit Alcia. in tract. præſum. reg. 1. præſump. 25.*

d *DAMNVM] Præſuppoſita ſocietate vniuerſali, expenſa factæ extra cauſam ſocietatis ſocietati imputantur, ſicut etiam acquiſita extra cauſam ſocietatis ipſi ſocietati acquiruntur, vt latè Soc. tradit conſ. 291. col. 1. in fi. verſ. facto iam igitur fundamento. & col. ſeq. lib. 2.*

e *IMPENSVM] Allegat & ſequitur hoc conſ. Dec. in l. fi. num. 4. C. de collat. vbi plura doct. conſ. nuncupatim citat. Certum eſt, quòd ſi bona fide expendit, ſocietati imputatur, vt per Soc. d. conſ. 291. lib. 2. Aym. d. conſ. 159. nu. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio cum his verbis, ex voluntate & pleno iure &c. dicitur, ad vſumfructum etiam extendenda.*

2 *Nomen debitoris generaliter & ſpecialiter obligari poteſt, etiam creditori creditoris.*

3 *Cedens iura, dicitur nihilominus apud ſe retinere directam actionē, qua poteſt experiri.*

Conſilium VIII.

TAM copioſè & eleganter ſupra
allegatum eſt, adeo vt ſola con-
firmatione ſubſcriptionis ege-
ret, ſed vt aliquid vidiſſe circa
hoc oſtēdatur, rogatus vt adde
rē, vbi nō oportet, nutu parebo.
Conſultationis dubium namq;, ad quod hæc
queſtio reducitur, in breuibus eſt, in quo & qua
lis fuerit miſſio facta pro iure Ioan. Piperaræ in
domo, qua proponitur tunc temporis fuiſſe do
minæ Vliſię filiæ Anto. Secūdò, an reſolutione
voluntaria renuntiationis actu tacito, ſaltem ex
conſenſu adhibito donationi cauſa mortis per
filiā factæ, in aliquo præiudicetur iuri hypothe
cæ generalis, & conſequenter factæ miſſioni ad
1 commodum Io. Piperaræ creditoris dicti Ant.
a † Pro cōſtanti enim habeo, cōſenſum ᵃ in dona-
tione

118

tione adhibitum, cum verbis, pleno iure, ex voluntate. ſe extēdere ad vſumfructū patris, omiſſis canonibus: quia in puncto ciuili ſum, ne legibus iniuriam inferam, adduco tex. in l. generaliter. ff. qui & à qui. l. hæres pecuniam. & l. ſi dari. §. 1. ff. de ſta. lib. ff. de neg. geſ. l. diuortio. & melius tex. cum glo. ff. de vſufruc. accreſcen. l. ſi proprietas. iuncta l. inde Neratius. §. non ſolum, eo. ti. & pro certo etiam habendum ſecundum Azo. quia in poſſeſſione eſt, & poſſidentē legitimum fore contradictorem, C. vbi in rem actio. l. 2. C. ſi per vim vel alio modo. l. ſi. potuiſſetq; à tenentibus vt dominum in iudicio nominari. Clarum igitur eſt, quæſtionis huius punctū ad ius hypothecæ & miſſionem factam per Ant. tantū modo reduci. Ant. autem, ſi ius competebat in domo, erat ius vſusfructus, vt in bonis aduentitijs filiæ per totum titulum de bo. quæ. li. iure ergo pignoris, cùm à perſona ſit inabdicabile, ſola acquiſita eſt vtendi cōmoditas, quæ non eſt ius per ſe, ſed ius fundatur tantummodo ſuper vſusfructus ſubſtātia, ab illoq; depēdens & inſeparabile, vltra allegata eſt tex. ff. de iure dotium. l. ſi vſusfructus, & vſufructu quomodocunq; extincto, cōmoditas hæc vtendi, vt accedens illi extinguitur, vſusfructus ſubſtantia euaneſcente. Miſſio autē fieri potuit, & ſic factā interpretor reſpectu cōmoditatis vtēdi: & quia pro cōmoditate vtēdi perſonales habebat actiones. ex præcepto cōductoribus facto ſatis patet factā miſſionem in nominibus debitorum, C. de præto. pig. l. 1. pro hac vtendi cōmoditate conſiſtente in nominum pro penſionibus exactione.

Hæc autē tota reducitur hæſitatio ad vim rēnūciationis prædicti Anto. ſiquidem volūtas nō deeſt renunciandi: & ſic filiæ cōſtituendi, vt donet cauſa mortis, vt notum eſt hìc pleniſſimè allegatum; nec eſt poteſtas, vbi alteri non præiudicaretur, totum dubium vigeret, non videri poſſe renunciationē præiudicare iuri quæſito prædicto creditori, ſufficiat regula, res inter alios acta &c. cùm talis reſolutio iuris non trahat originem ab aliqua cauſa antiqua, vt l. lex vectigalis. de pig. & Inſti. de actionib. in §. rurſus. c. 1. quibus mo. feu. amit. ne antiquo domino præiudicetur in iure liberalitatis renunciandi, & per vaſalli renunciationem quærendam, quod ius ſic conditionatum tranſiuit in vaſallum, ex priſtino & antiquo dominio concedentis propter conditionem iuris vaſalli, quod ius non habet filius in patrem, ad quem extenditur vſusfructus, vel liberè quicquid renunciando filio conſolidetur. Innouatio igitur hæc, & ex cauſa noua renunciatio iuri iam alteri quæſito præiudicium non debet afferre, cum ius penès ipſum iam liberum exiſtat.

2 † Quid enim, ſi facta in nominibus miſſione, vel nominis obligatione, debitum acceptilatione tolletur, debitore certificato, iā pignus remaneret? vt l. nomen C. quæ res pig. ob. poſ. tamen ius videtur extinctum ex toto. Re vera oppoſitum eſt de iure: pignus enim reſpicit ſolum vtendi facultatem, nec ex eo facultas tollitur circa proprietatem vſusfructus diſponendi, ff. de pign. l. 1. §. cùm prædium quæ cauſa pignoris ab intentione domini vſusfructus eſt ſeparata: non impedit enim corruptionem vſusfructus ex renunciatione, maximè cùm nec reſpiciat ſubſtantiā ipſam vſusfructus pignoris cauſa, ſed commoditatem quandam extrinſecam vtendi. Sicut enim pignoris cauſa non impedit alienationem proprietatis, ſic nec alienationem, ex qua ſequatur corruptio rei in pignus: non enim principaliter tollitur pignus, ſed corrumpitur res, in conſequentiam pignus euaneſcit.

Hæc autem clariùs procederēt, ſi teneremus patri vſumfructum non quæri, antequàm apprehenderet, vt ſic repudiatio potiùs foret, non agnitio: ſed hæc auſus dicere non ſum, quia iura & rationes ſeruiunt in oppoſitum, per hoc ceſſant iura, quæ allegari poſſunt.

3 † In nomine enim pignorato vtilis actio imprimitur creditori, quæ nō corrumpitur ad corruptionem directæ, niſi ſecundū l. 3. C. de noua-
b tio.[b] & regulariter etiam corrupta ſubſtantia nominis actu voluntario, etiam ſi tale pignus extingueretur, quod etiam facit pro: hæc autem commoditas vtendi non eſt ius ſeparatum ab vſufructu, ſed commoditas tantum vtendi, & facultas omnino inhærens ſubſtātiæ vſusfructus, qua corrupta & ipſa non ſubſiſtit. Eſt enim ius in corpore, quo ſublato, neceſſe eſt & ipſum tolli, l. 2. ff. de vſufructu. iuncta l. ſi vſusfructus. de iure do.

Maior autem poſſet eſſe dubitatio de nominibus illis conductoris, in quibus facta videtur immiſſio. Verùm, quia illa reſpicit tempus futurum, debitores obligantur, in quantum duret locatio Ant. & non in plus: recipit enim conditionem miſſio in nominibus ex debito futuro, vel pro tempore futuro, in quantum remaneāt debitores: extincto autem iure vſusfructus, cuius prætextu facta eſt locatio, ſi conductores vſ ab eo non tenent, non obligantur pro tempore futuro: & ſic ceſſat miſſionis effectus, ex quibus ſecūdum Azo. potiora videtur habere iura.

Et ita dico & conſulo ego Anto. de Butr.

Datum M.cccexcij.

ADDITIONES.

a CONSENSVM] *Hac filia conſenſu patris donauit cauſa mortis bona aduentitia, in quibus pater habebat vſumfructum, his verbis inſertis in inſtrumento, cum pleno iure Ex quibus colligit But. quòd dicta donatio includit vſumfructum etiam patri debitum, quia ſibi præiudicare potuit pater: at ſi de intereſſe tertij, puta creditoris ipſius patris, nullum ex illis verbis fit præiudicium, quia licèt quis poßit renunciare fauori ſuo, l. pen. C. de pact. non tamen renunciare poteſt fauori tertij. Abb. conſ. 61. col. 5. lib. 2. Aym. conſ. 80. nu. 9. ego quantum ad præiudicium patris etiam ſubſiſto. Nam aut illa verba (pleno iure) ſunt poſita in executiuis inſtrumentis, & non alterant, cle. 1. de præb. Curt. Iun. conſ. 3. Aut in diſpoſitiuis, & idē uidetur dicendū. Conſenſus. n. patris ſecundū receptiorem ſententiam requiritur, etiā quando filia donat cauſa mortis bona aduentitia, in quibus patri non quæritur uſusfructus. Rom cōſ. 502. Quod primū. col. 1. uerſ. fallit ſecūdò in aduentitijs. Cuma. in l. ſāis. §. 1. ff. de do. cau. mor. Pau. de Caſt in l. ſeniū. C. qui teſ. fa. poſ. ubi Iaſ. col. 8. uer. hinc eſt q̄ hodie. & idē Iaſ. in l. nemo. col. pen. uer. retenta cōmuni ſententia. eo. tit. Aym. conſ. 92. col. 1 unde ſi pater conſenſum præſtat, quando habet uſumfructum, nō debet inter-*

pretatio ſumi, vt ille conſenſus duplicem operetur effectum, alterum ad integrandam perſonam filiæ, vt donare poſſit; alterum, vt pater cenſeatur remittere vſumfructum, & verũ ſit, quòd officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, l. ſi quis ex ſignatorib. ff. quemad. teſta. aper. Non obſtant illa verba (pleno iure) quia poſſunt intelligi & operari etiam, quòd non extendantur ad vſumfructum, quod ſatis eſt, l. ſi quando. ff. de leg. 1. Nam uidemus, quòd ſi maritus promiſit reſtituere integram dotem, quòd per hoc non cenſetur renunciaſſe lucro dotis. Dec. conſ. 402. num. 6. Idem dicitur de hærede, qui grauatur reſtituere totam & integram hæreditatem, quod per illa verba non cenſetur prohibitus detrahere trebellianicam. Dec. conſ. 495. num. 23. videtur tamen pro Butri. facere, quia illa verba (pleno iure) idem important, ac ſi dictũ fuiſſet, non ſolum in proprietate, ſed etiam in vſufructu conſentio. Bal. in l. mater. nu. 2. C. ad Tertull. Alex. conſ. 56. nu. 2. lib. 3. Dec. conſ. 498. nu. 8. Ego tamen hoc dictum intelligerem, quando pater ex certa ſcientia conſenſit, quo caſu apparet, quòd voluit donare, ex quo cogitauit de tali uſufructu, l. cuius per errorem. ff. de reg. iu. qua tamen certa ſcientia nõ præſumitur, & ideo requiritur quòd exprimatur, vt not. per glo. in c. ſtatutum. in verb. literarum. de reſcrip. in 6. in clem. & ſi principalis, in glo. fin. de reſcrip. tradit Alex. conſ. 28. col. 2. lib. 4.

b L. iij. C. DE NOVA.] Ad illius l. exornationem vide Iaſ. in l. ſi cum emptore. colum. fi. ff. de pact. Soc. Iun. conſ. 48. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 Verbum poſteritatis, & ſexus, cuius ſit comprehenſionis.

2 Bona filij in poteſtate præſumuntur ex bonis paternis profecta.

3 Legitima habetur tanquam ſucceßio inteſtati.

4 Qualitas verbo iuncta, intelligenda eſt ſecundum tempus verbi.

5 Statuti mens quo ad dotis conditionem qualiter ſit adaptanda.

6 Caſus dantes actionem repetitioni dotis, aut conſolidantes dotem mulieri dotatæ, vel patri dotanti, qui ſint.

Conſilium IX.

De conſtitutionibus.

CASVS Talis eſt. Bertol. Bondorij de Piſtorio honorabilis & prudens ciuis, fecit teſtamentum ſuum iuridicè & benè, in quo teſtamento inter alia inſtituit Colſinum filium ſuũ hæredem vniuerſalem cum hac conditione, quòd non poſſet de bonis immobilibus alienare vſque ad tempus decem annorum ex eo, quòd voluit, quòd bona ſua prædicta perueniãt ad poſteros ſucceſſores ſuos; vnde voluit quod dictus Colſi. moriendo ſine filijs, teſtari vſque ad quantitatem mille poſſit.

Modò contingit, quòd dictus Colſi. mortuus eſt adita dicti ſui patris hæreditate, & reliquit Laza. ſuum filium legitimũ & naturalem, & reliquit Ange. & Marga. filias ex domina Magda. filia legitima & naturali dicti Colſi. & vxore olim Io. Simo. de Forteguerris, quæ Magda. fuit dotata à d. Colſi. in quantitate quadringentorum florenorum, ſine aliqua ſtipulatione dotis reſtitutionis prædicta fienda d. Colſi. ſiue dictæ dominæ Magda. & hoc tempore promiſſionis dotis antedictæ, tempore autem traditionis Colſi. ſtipula. fuit ſibi reſtitui talem dotem, & inter tempus promiſſionis dotis & traditionis fuit interuallum temporis octo menſium, ſed etiam poſt alio tempore per plures annos, Colſinus fecit talem ſtipulationem, quòd volens meliorare conditionem dictæ dominæ Magda. abſente dicta Magdale. promiſit notario publico recipienti nomine dictæ Magdalenæ, quòd reſtitutio dictæ dotis volebat, quòd fieret ſibi in caſu, in quo prædecederet dicta Magdalena, & ipſe Colſinus viueret; in cæteris caſibus voluit peruenire dictam dotem ad dictam Magda. & ad hæredes ſuos; & ſic contingit, quòd Io. prædictus moritur relicto Colſi. & d. Magdalena, alio die moritur dicta Magdalena relictis quinque filijs, videlicet, quatuor maſculis & vna fœmina, & prædictis Angela & Margarita, & relicto Colſino patre ſuo: & inſuper mortuus eſt Colſinus relicto dicto Lazaro & dictis Angela & Marga.

Modò quæritur de duobus infraſcriptis, quid iuris ſit tam ex forma iuris communis, quàm etiam ex forma ſtatutorum Piſtorij. Viſo ſtatuto Piſtorij, ſub Rubrica, de muliere ſuccedente ab inteſtato. quorum ſtatutorum verba ſunt ſpecificè infraſcripta, videlicet: Item quòd mulier nulla, ſeu natus ex linea fœminina poſſit ſuccedere ab inteſtato patri, auo, vel proauo ſuo, exiſtente aliquo filio maſculo nato ex defuncta perſona, de cuius hæreditate agitur, vel aliquibus nepotibus vel pronepotibus ex filio vel filijs maſculis natis; ſiue conſtet tales filios nepotes vel pronepotes adiuiſſe hæreditatem talis patris, aui, vel proaui, ſiue non, ſed poſſint & debeant tales mulieres, ſi non fuerint dotatæ, conuenienter dotari de bonis dictorum patris, aui vel proaui & aliorum deſcendentium: & interim, donec nuptui tradentur, debeant habere alimenta de bonis patris; pro quibus alimentis & dote conſtituenda vel danda, bona defuncti, de quibus alimentari & dotari intelligantur, ſint obligata tali mulieri. Si tamen tales mulieres inueniantur fuiſſe dotatæ vel à matre, auo vel proauo, vel aliter vndecunque & qualitercunque, nihil ab inteſtato. occaſione dotium ſuarum vel quacunque alia de cauſa poſſint participare vel habere de bonis patris, matris, auiæ, proaui vel proauiæ, exiſtente aliquo filio vel nepote ex filio, vel aliquo ex prædictis, de cuius hæreditate ageretur.

Modò quæritur de duobus infraſcriptis.

Primò, vigore teſtamenti Bertoldi an prædictæ Angelina & Margarita poſſent ſuccedere in hæreditate dicti Bert. cum d. Lazaro, cum repræſentent de iure perſonam matris ipſarum, quæ erat ſoror carnalis dicti Lazari, & habeantur loco poſterorum & ſucceſſorum. & pro hoc facit quod habetur in l. immunitatis, de iure immuni. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. ſtatutum non excludit fœminam, niſi ab inteſtato, & dotatam.

Secundum dubium eſt, nunquid domina Magdalena prædicta, & dotata à Colſino in quadringentis florenis, in dubio præſumatur dotata de bonis dicti Bertq. vel de bonis dicti Colſini filij dicti Berto. Et dicitur, quòd præſumitur de bonis Ber. quia quicquid filius habet, præſumitur fuiſſe patris, niſi aliud ex induſtria filij appareret, iuxta glo. 2. Bar. & Cy. in l. cum oportet. C. de bo. quæ libe.

Tertium dubium eſt, nunquid vigore ſtatuti prædicti dos Magdalenæ, cùm prædeceſſerit Colſino patri ſuo, impediat cõſolidationem in perſonam dicti Colſini, ita quòd tranſeat ad

hæredes

hæredes dictæ dominæ Magdalenæ duntaxat ; Ad hoc dici-
tur, quòd dicta dos efficitur propriũ patrimonium filiæ, cùm
ipſa non ſolum priuatur legitima propter iſtam dotem, ſed pri
uatur omni alio peculio aduentitio, iuxta formam ſtatuti præ
dicti, in omni tempore ſuæ vitæ. Et quia ſtatutum diſponit
etiam formam in caſu viduitatis, quæ ſeruanda eſt, licèt in-
ter patrem & filiam non cadat obligatio ciuilis, naturalis ta
men, l. frater à fratre. de condi. inde. ff. quæ obligatio impedit
repetitionem, multò magis obligatio ſtatuti.

Quartum dubium eſt, nunquid vigore vltimæ ſtipulatio-
nis inualidè factæ reſpectu perſonæ Colſini, & validè reſpe-
ctu Magdalenæ & ſuorum hæredum, videlicet ; quando di-
xit, in certis verò caſibus ſit data dos dictæ Magdalenæ &
eius hæredi: impediatur conſolidatio in perſonam dicti Colſi-
ni, & tranſeat dicta dos ad hæredes dictæ Magdalenæ? Et
videtur quòd ſic, quia in dote eſt ſpeciale, quòd non relinqua-
tur caſus inualidus iuri communi, ſed uideatur pater donare,
ut dicit Bar. in l. ſi cum dotem, ff. ſol. mat. & maximè, quia di-
ctus Colſinus prouidit de ipſo uiuente, & Magdalena, &
conſolidatio non habet locum hîc, niſi præmoriente Magda-
lena Colſino; & etiam quia dicta conuentio eſt perſonalis in
perſona Colſini, iuxta formam thematis non tranſit ad hæ-
redes.

Quintum dubium, præſuppoſito quòd in dubio Colſinus ui-
deatur dotare de bonis Berto. quæ bona ſubiacent reſtitutio-
ni; nunquid talia bona impediant conſolidationem in perſo-
na Colſini, præſuppoſito quòd ſi eſſet dicta dos de perſona
Colſini, non impediret conſolidationem? Videtur quòd ſic,
iuxta theoricam domini Cy. & Bar. in l. ſi. cum auth. ſua. C.
communia de le.

Sextum dubium eſt, nunquid, præſuppoſito quòd hæredes
dictæ dominæ Magdalenæ non poſſent dictam dotem habere,
quia ſunt filiæ legitimæ & naturales, poſſint legitimam ha-
bere in bonis Colſini patris dictæ dominæ Magdalenæ, &
aui dictarum filiarum, non obſtante prædicto ſtatuto?

Ad hoc dicitur, quòd ſit ratio, quia in dubio lex non de-
bet intelligi captioſè, ut l. penult. ff. ad exhiben. ſed captioſum
eſſet, quia mater, quæ in effectu remaneret indotata, eſſet
cauſa, quòd filiæ & filij ſui priuarentur legitima ab auo &
auia materna, contra l. maximum uitium: igitur &c. alia ſup
pleat excellentia & conſultoris prudentia.

VISO puncto & quæſitis ſupradi-
ctis, quanquàm quæſtio ad bre-
uiora puncta reduci valeret &
quæſita, nihilominus, vt quæren
ti ſatisfaciam, ſuccinctè cuilibet re
ſpondebo. Tota autem quæſtio
reducitur ad partem hæreditatis Berto. ex iuri-
bus ſubſtitutionis factæ Colſino; & ad dotem
datã Magdalenæ, an in aliqua parte, an in tota
dote aliquo iure filiæ Magdalenæ ſuccedant: pri
mum autem quæſitum reſpicit hæreditatem &
vltimum, cætera autem dotem. Procedam de-
cidendo ſecundum ordinem quæſitorum.
1 † Circa primum notãdum eſt, quòd quicquid
a ſit ex vi vocabuli, poſteritatis [a] verbũ (ſexuum
reiecta differentia) promiſcuè omnes compræ-
hendit deſcendentes, ff. de le. 3. l. qꝫ his verbis. ad fi.
iuncta l. cognoſcere. §. 2. ff. de ver. ſign. de pœ. c.
in quibuſdam. iuncta glo. & quod gl. ſcribit de
hær. c. ſtatutum, lib. 6. in verbo, manc. ex mente
tamen iuris ſecundum alteram & alteram natu
ram materiæ ad ſolos reſtringitur ex maſculis
deſcendentes, vt de pœ. c. vbicunque, li. 6. niſi ali
ter à iure decernatur, de hæreti. c. ſtatutum. eo. li.
In immunitatibus munerum, ff. de iure immu
b l. 1. §. 1. de [b] mu. & hono. l. vacatio. in priuilegijs.
vt ſcribit Dy. ſuper regula, priuilegium. de reg.
iu. lib. 6. & Bar. in d. l. 1. §. 1. Ex quibus concludi-
tur, quòd quicquid ſonat vocabuli proprietas,
verbum deſcendens, compræhendit & ex mari-
bus & fœminis, ſecundum quòd mẽtem impel-
lit & declarat natura ſubiectæ materiæ, ar. ff. lo-
cati. l. ſi vno. & de vſuris. l. ſi ſtipulatus. cum ſimi-
libus. In propoſito autem, ſi teſtatoris verba re-
gulantur à iure, quod eſſe debet, ff. de lega. 2. l. ne
mo poteſt. de mi. teſt. l. ſi ita fuerit. §. ſed ſi ancil-
la. Poſteritatis verbum, ex maribus & fæmellis
deſcendentes, promiſcuè extenderetur, cum ho
die à iure ſexuum ſublata ſit differentia, in Auth.
de hæred. ab inteſt. §. ſi vero. & §. is igitur. coll. ix.
in auth. in ſuc. & in auth. poſt fratres. C. de legit.
hær. & in auth. defuncto. C. ad Tertul.
In contrarium eſt, & hoc credo verius, patriæ
conſtitutum differentiam faciens ſexuum, pro-
c poſitum vſitatum etiam loci, ſecundùm loca [c]
Italiæ, quæ præferunt ex maſculis deſcenden-
tes excluſis ex fæmellis deſcendẽtibus, vt nomẽ
eorum in hæreditatibus conſeruetur, & ne con-
tingat hæreditates ad extraneos ſtipites euagari.
d Verba autem plus ex communi vſu [d] loquendi
exaudiuntur, quàm à vocabuli proprietate aut
iuris intellectu, ff. de euic. l. ſi fundus, de fundo
inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam. de leg. 1. l. ſi
ſeruus plurium, cum ſimilibus. & l. Labeo. de
ſup. leg. l. quòd ſi nolit. §. ſed ſi aſſidua. ff. de ædil.
edicto. Ex quibus deciditur primum quæſitum,
vt in verbis illis: quia volo ad poſteros & ſucceſ-
ſores &c. ex Magdalena filiæ aut filij nullatenus
compræhendantur. quæ abſq; ſcrupulo proce-
dunt, ſi verba illa, poſteros & ſucceſſores coniun-
ctim intelligerentur, & non diuiſim; ſi ſimul exi-
geretur, vt ſubſtitutus valeret admitti ad has
duas qualitates, in eò cõcurreret, vt ſimul de po-
ſteris eſſet, & ſucceſſor cum deſcendentibus,
& Magdalena ex ſtatuto excludatur: quòd an
ſic debeat intelligi, ad præſens omitto velut
non opportunum. Et hæc ſufficiant ad pri-
mum.
2 † Secundum autem rectè decidit allegans: præ
ſumuntur enim omnia quæ habet filius in pote
ſtate, alio nõ apparente, habuiſſe ex paternis bo-
nis & profectitijs. vt in iuribus ſupra alle. in quæ-
ſito: per hoc tamen non vitiatur dotis conſtitu
tio quò ad obligationem, cum filiusf. valeat o-
bligari, ff. quod cum eo. per totum.
Ad tertium, dotis conditionem ex ſtatuto fæ
minas excludere non puto alterarum pro caſ.
vitæ patr. dotantis filia prædecedente: pater. n.
non dici poteſt dotem in vita appropriatam fi-
liæ ex eo, qꝫ poſt mortem patris contenta dote
3 ab hæreditate paterna excludatur, tamen † quia
iura de legitima loquentia illam attribuunt ad
caſum præcedentem mortis paternæ, de cuius
agitur hæreditate, & ad illud tempus tantũ men
ſuratur, cùm moderetur ad inſtar ſucceſſionis
inteſtati. vt in auth. nouiſſima. C. de inoffi. te. vn-
de in vita filiæ iure legitimæ aut altero iure pro
prium ſibi vendicat hæreditatem paternã, quan-
quàm quaſi domina dicatur, ff. de lib. & poſthu.
in ſuis, etiam ſibi hæc dos loco legitimæ eſt ſub-
rogata,

rogata, filiæ appropriabitur pro tempore vitæ
patris, nec in eum cõſolidationis ius impeditur: d
tum etiam quia quanquàm a iure dos in legiti-
mam computetur, C. de inof. teſtam. l. quoniam
nouella. in fi. & per hoc nullus dixerit dotis cõ-
ditionem alteraſſe pro tempore vitæ patris filia
ꝑ decedente, & ſic caſu non eueniente, quo legi-
tima debeatur: tum etiam quia ſtatutum ſim-
pliciter fęmellas excludit a ſucceſſione, ſola do
te reſeruata, & ſub nomine dotis, & dotem ſolũ
præſeruat in caſu ſucceſſionis inteſtati; ergo pro
nullo caſu & pro nullo tempore tãtum alterat
dotis conditionem, quę dotem aſſignat & non
4 pro alia: † qualitas enim iuncta uerbo intelli-
gitur ſecundum tempus verbi, ff. de noxalibus,
l. in delictis. §. ſi extraneus. præſeruat etiam ſibi
ſub nomine dotis, ergo cum qualitatibus & cõ-
ditionib. dotis, ſaltem pro tempore vitæ patris,
quo ceſſat neceſſitas dotem alterandi. Statutũ
enim loquens in materia iuris, & per verba iu-
ris, omnes recipit iuris conditiones in materia
illa à iure datas, l. 1. §. in lege falcid. ff. ad l. falc. de
cle. non reſi. c. cum dilectus. & c. ad audientiam.
Item ſtatutum expreſsè non corrigit iura, quæ
hanc materiam imprimunt dotis, igitur &c. C.
de appella. l. præcipimus. de teſta. l. ſanci. de elect.
c. cum expediat. li. 6. non enim alterat naturam
ſuam dicta dos, vt approprietur pro tempore vi-
tæ patris, & non remanet cõitas &, ius conſoli-
dandi ex eo, quòd à ſtatutis aduentitijs alijs hæ-
reditatibus priuetur, à quocunque & qualiter-
cunque dotata reperiatur: non enim fuit in-
tentio ſtatuti ob hoc, quòd quò ad alterum pri
uetur hæreditate aduentitia, inferre præiudiciũ
patri dotanti: ergo dotantis conditiones, cùm
à ſtatutis ſemper tertij præiudicium intelligatur
exceptum, extra de conſuetu. c. cum dilectus. l.
2. C. de noxa. & quod not. ff. de iuſti. & iur. l. om-
nes populi. ſicut & in priuilegijs, l. 1. §. ſi quis à
principe. ff. ne quid in loco publ. extra, de dona.
c. paſtoralis. de offi. dele. c. ſuper eo.

5 † Item ſtatuti mens ordinatur, in quantum
eſt poſſibile, ſalua honeſtate viuendi, ad reſtrin-
gendam deriuationem bonorum paternorum
in fæmellas & deſcendentes ex eis; & hoc, ne hæ
reditates ad diuerſos ſtipites euagentur, vt eſt di
ctum, & ne exeant nomen parentelæ. Inquan-
tum ergo pro vita patẽtum habilitetur, poſſent
eſſe dotatę cum conditionibus dotis commu-
nibus, non eſt dicendum ſtatutum voluiſſe ad
incommodum parentum dotantium reſtringe
re, & viam aperire, vt dotes ad alios euagentur:
compararetur enim ſtatutũ ſeu traheretur ad
oppoſitum finis eius, quod non eſt dicendum,
ff. ſi certum pet. l. non omnis. ff. de leg. 1. l. legata
inutiliter, & de adi. leg. l. legata. Hæc ſunt, quæ in
tertio ſenſi.

Ad quartum, prima facie videtur conſolida-
tionem in perſonam Magdalenæ locum habe-
re: caſus etiam expreſſus ad commodum patris
eſt caſus mortis Ioannis, Coſſino ſtipulante &
Magdalena viuente, & hoc quanquam inutilis,
vt de ſe patet. In caſu omiſſo tacitam inducit re
nunciationem, l. ſi cum dotem, & quod ibi. Bar.
ſcribit. ff. ſol. matr. hic enim quanquàm inutilis,
in caſum omiſſum ſupponit validam volunta-
tem, ff. de lég. 1. l. planè. in prin. hæc enim uolun
d tas eſt æquè principalis, de lega. 1. l. ſi fideiuſſor,
oriente ergo caſu mortis filię, ſcilicet Magdale-
næ, ex quo ſibi hoc caſu non prouidit, remane
bit conſolidata dos filiæ, l. rem in pręſenti. §. vi-
deamus. C. de rei vxo. act.

Nec obuiat, ſi dicatur; eo quia abſens fuit fi-
lia tempore pacti, cum contingat hæc renuncia
tio conſolidationis tacitæ temporis futuri, hãc
renunciationem non ualere, ff. de acquir. hære.
l. in plurium. no. C. de pac. l. ſi. quod decidit Bar.
in l. ſi conſtan. ſolu. matri. in ſecunda principali
quęſtione, quæ incipit, quintò, quid ſi mulier.
e ex cuius determinatione hæc quæſtio ſopita vi
detur; quia hic multum aduerto, ſtipulationẽ
factam fuiſſe à notario vt publica perſona reci-
piente nomine Magdalenæ: vnde omnia expreſ
ſa & tacita pacta, & renunciationes ex pactis cõ-
ſecutiuæ, tacitè vel expreſsè transſeunt in pactũ
propter præſentiam pro alio recipientis & reci-
pere uolentis, ut l. Caius. ff. de vſur. & rem pu. ſal.
for. l. non quaſi. no. Inſtit. de inuti. ſtipu. §. ſi quis
alii. & l. ſtipulatio. §. ſi inſulam. de uer. obl. ex qui-
bus ergo pactum præiùdicabit in iure futuro, vt
d. l. 1. cum materia ſua.

Hic aduertẽdum, quia factum mihi non pro-
ponitur certum, ſed tempore primæ ſtipulatio-
nis patris poſt dotem promiſſam matrimoniũ
nondum fuiſſet contractum, quanquàm ex in-
teruallo facta fuiſſet prouiſio, valeret ſtipulatio
in patrem, vt l. adoptiuum. ff. de iure dotium. &
not. in l. quoties. ff. ſolu. matr. cùm a patre depen
deat reſoluere ſponſalia, quod ſine dubio non
foret de iure cano. per c. præterea requiſiuit. &
c. ex literis. de ſpon. Sed modo tranſeundo cum
legiſtis eſſet dubium, quia ſequens inutilis ex to
to prouiſio, quanquàm in caſu omiſſo, tolleret
diſpoſitionem; ſed quicquid ſit, imò forte tolle-
ret, cum in ſequenti caſu omiſſo ſurgat tacita
donatio & renunciatio, quæ concludit ad iuris
& hominis prouiſionem. Fortius remanet du-
bium, quomodò prouiſio prima foret inutilis,
vt quia facta poſt dotem promiſſam & matri-
monium inde ſecutum, & ex interuallo, & hoc
caſu quicquid allegando dixerim, puto patrem
habere dotem ſibi præcipuam caſu ocurrente,
vt proponitur, quòd filia patre ſuperſtite præ-
deceſſerit.

6 † Aduertendum enim eſt, quòd in hac mate-
ria concurrunt caſus locum dantes actioni de
dote; concurrunt etiam caſus conſolidantes.
Caſus locum dantes actioni de dote erant olìm
tres, caſus inopiæ, vt l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. &
l. vbi. C. de iure dot. caſus mortis alterius coniu-
gum, aut diuortii, vt l. ſi cùm dotem. & l. 2. ſolu.
matr. hodie procedunt duo primi caſus de iure
etiam canonico. de dona. inter vir. & vxo. & de
dote poſt diuor. reſti. c. per veſtras. Item diuortij,
& in caſu religonis ingreſſus, aut in caſu adulte-
rii. de adult. per totum, & extra de diuor. c. ſigni
ficaſti. de iureiur. c. quemadmodum: vt lit. non
conteſta. c. 1. Sunt & caſus conſolidantes com-
munitatem actionis de dote, & conſolidatio oc
currit a iure, vt ſolidet filiæ aut morte patris, aut
emancipatione, vel ſi aliter ſit ſui iuris effecta,
vt l. rem in præſenti. §. videamus. C. de rei vxor.
act. &

act. & an tunc ſtipulatione conſolidante impediatur, diſceptatur plenè ff. ſol. mat. l. poſt dotē. Caſus patris conſolidātis eſt mors filiæ: ad eum liberè de iure dos reuertitur abſque neceſſitate dotandi, etiam liberis excluſis, & de iure & conſuetudine hoc caſu: tamen cùm proponatur, filiam poſt viri mortem deceſſiſſe, l. dos a patre
f profecta, f & quod ibi no. & plenè in d. l. poſt dotem. Quò autem ad appropriationem actionis de dote occurrunt caſus dantes locum actioni de dote, & non caſus conſolidantes concurrere in dando locum actioni de dote: ſufficit ergo patribus prouidere in caſib. dantibus actionem de dote, vt actio ſit propria, & in illum caſum, qui euenit, ſibi prouidiſſe, quanquàm omittat caſus conſolidantes, vbi conſolidantes non concurrunt in danda actione de dote: quia eo quòd ſibi prouidit in caſum, qui dat locum actioni de dote, actio propria eſt effecta, & eueniente caſu conſolidationis, remanet vt propria: & ſic debet intelligi l. ſi conſtante.

Pone enim, patrem ſtipulatum in caſum diuortij, & in caſum mortis mariti dotem effectam propriam, cum caſus extiterit, dans locum actioni de dote, illam patris remanere præcipuam inuita filia, & ea ante ſecundum matrimonium mortua, liberam abſque onere apud patrem remanere, hoc non negat l. ſi cum dotem. Si autem caſus ſic occurriſſent, vt quia morte vxoris & filiæ ſolutum eſſet matrimonium, patre ſibi prouidente: in caſum diuortij, & non in caſum mortis: tunc benè foret fatendum, cùm caſus omiſſus non ſit tantum conſolidans, ſed dans locum actioni de dote, illo caſu dotem ad liberos tranſire, vt in puncto mortis propria effecta mulieris. Inſpicimus enim caſus dantes locum actioni de dote, quia eo tempore prouidendum, quò datur locus actioni: vt ſi ex toto ceſſet prouiſio, communitas detur actioni; ſi detur prouiſio in omnibus, propria eſt in omnibus; ſi in altero, in illo appropriatur prouidenti: in omiſſo, illi pro quo datur, quicquid de caſibus conſolidantibus occurrat. Nec obſtat mihi, quòd in caſum expreſſum, qui euenit, inutiliter prouideretur: quia inutilis prouiſio non tollit ordinariam prouiſionem iuris, imò illam magis roborat, C. de rei vxo. ac. l. rem in præſenti. circa princ. & quod no. in l. 2. C. de iure emphi. & Bar. met tenet in l. ſi cum dotem ff. ſol. matr.

Ad quintum autem dubium, ſatis puto conſolidationem non impediri in perſonam Colſini, ſi aliud non obijci: imò dos ad eum reuertitur cum onere dotandi, & cum onere fideicommiſſi ceſſante neceſſitate. vt hic fuit morte Magdalenæ, vt ſentiunt Docto. in d. auth. res quæ. & an in filiam conſolidationem impediret, ſi caſus dediſſet locum conſolidationi pendente fideicommiſſo, non proſequor, quia caſus non dedit; licet quæſtionem reputem ſopitam per l. ſi mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad trebel.

Ad vltimum dico, neptes prædictas, etiam ſi dotatæ non ſint, ex diſpoſitione ſtatuti habere ius dotandi legitimæ loco, ex quo ſuperuixit pater Magdalena præmortua: quia, cùm ſubrogentur in iure rumpendi, vt Inſti. de exhære. li. §. natre. & no. in l. poſthumus. in prin. ff. de inoffi. teſt. ita & ſubrogantur in iure dotandi, quod loco
g legitimæ g ſubrogatur à ſtatuto.

Ex quibus concluditur, liberos Magdalenæ, præterquàm ad ius dotandi, non habere recurſum nec ad dotem, nec ad bona materna, nec ad bona Bertholdi, vel Colſini. Redditum die 17. menſis Februarii, M. CCCCII.

ADDITIONES.

a *POSTERITATIS] Hoc conſil. nuncupatim citat Dec. conſil. 527 num. 6. Cuius poſteritatis nomine veniunt deſcendentes tam ex maſculis quàm fœminis. ita concludit Paul. de Caſt. in l. 1. col. 1. C. de cond. inſt. vbi aſſerit ſe pro hac parte conſuluiſſe, & quòd iſta eſt veritas, & ſic etiam reperitur conſuluiſſe conſi. 313. Suprafcriptus D. conſultor. in nouis. idem Imol. conſil. 62. Poſt exhibitum conſilium. Soc. conſi. 25 lib. 1. Corne. conſil. 223. lib. 4. Dec. poſt Butr. in c. nouit. nu. 3. de iud. Tiraq. de retrac. prox. §. 1. glo. 9. num. 238.*

b *L. 1. §. FIN.] Vbi habetur, quòd priuilegium datum alicui & poſteris ſuis circa immunitatem, ad eos, qui nati ſunt ex fœminis, non pertinet. Alexan. in l. quia perſonale. ff. ſolu. matr. Alex. conſil. 160. num. 2. lib. 2. Dec. in l. fœminæ nume. 58. vbi Butr. hoc allegat ff. de regul. iu. vbi Dec. num. 60. reſtringit illum tex. vt procedat ſolum in priuilegio immunitatis, quod eſt contra vtilitatem publicam. idem Dec. conſil. 223. Corn. conſi. 219. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 73 nume. 4. latè Tiraquel. de retract. proxim. §. 1. glo. 9. num. 230.*

c *LOCA] Statuta, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, per Italiam frequentia ſunt. Et ſunt fauorabilia propter conſeruationem agnationis & familiæ, quæ diuitijs ſplendeſcit. Vnde Ariſto. in Ethicis dicebat: Vix præclara agi poſſunt ab eo, cui facultates deſunt. Vnde in Topicis dicebat: Oportere prius ditari, & poſtea phyloſophari. Vide de hoc Dec. in l. venia. C. de in ius voc. ubi Alcia. Tiraq. de retract. proxim. in præfa. nume. 65. late Bru. in tract. quòd ſt. in maſc. fœm. non ſucc.*

d *COMMVNI VSV] Qui communis vſus præualet etiam propriæ verborum ſignificationi. glo. in l. librorum. §. quod tamen Caſſius ff. de lega. 3. de quo habetur in l. vt Alphenus. de verb. ſig. Dec. conſ. 472. Alex. conſi. 9. lib. 1. col. 2. & conſil. 131. nu. 4. lib. 7. & conſi. 211. lib. 6. qui attenditur etiam in ſtatutis ſecundùm Alex. & Bulg. in l. 1. ſi cer. pet. vbi Alex. col. 10. & 12.*

e *NOTARIO] Notarius alteri abſenti & ignoranti ſtipulari poteſt; & quæritur ius & actio abſque ceſſione, vt docet Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. vbi omnes ſequuntur. ff. de verb. oblig. per l. non aliter ff. de adop. l. 1. §. eligere. ff. de mag. conu. l. 2. C. eo. idem concludit Bar. in l. vet. ti. §. nec earum, verſ. quæro vtrum quid tabellio. ff. de adop. in l. 2. ff. rem pup. ſal. for. idem tenet Bar. in l. Caius Seius. verſi. vlt. per illum tex. ff. de vſu. ſiue in iudicialibus, ſiue extraiudicialibus. & idem decidit conſil. 63. Verba Cyni, lib. 1. Addit Bald. in d. l. Caius, quòd iſtud approbatur per praticam totius mūdi, & ante eum hoc ſcripſit Alb. in d. l. non aliter, in princip. quod totus mundus ſeruat, quòd tabellio poſſit alteri ſtipulari; & citat glo. Accurſ. vbique. Et Bal. conſil. 146. Præmiſſis verbis, in fi. dicit, quòd hæc conſuetudo ſeruatur per totam Italiam. Bald. in l. 1. §. exigere. in verb. ſeruus. ff. de mag. conuen. idem Saly. in l. 2. C. de adop. Et notarium poſſe alteri ſtipulari, latè tenet Bald. in d. l. non aliter. Rom. conſil. 513. In caſu propoſito, Bertrand. conſil. 12. Quilibet. lib. 2. Et eſt ratio, quia inquantum eſt ſeruus publicus, cenſetur habere*

mandatum à lege, vel ab ipſa vniuerſitate ad acceptandum & ſtipulandum pro quolibet de vniuerſitate. Idem tenet Ruy. conſil. 119. num 6 cum ſeq. lib. 1. conſil. 126. num. 10. conſi. 172. nu. 16. cum ſeq. eo lib. conſi. 41. num. 5. & conſi. 47. lib. 2. vbi oppoſitum dicit eſſe ſomnium; loquitur autem de opinione Dec. in l. 1. nu. 22. C. de pac. in l. contractus, nu. 16. & 17. ff. de reg. iu. conſi. 226. conſ. 246. cum ſeq. conſil. 242. in fi. conſi 464. conſ. 131. in fi. & conſi. 598. in fi. quicquid etiam dixerint Pau. conſil. 196. Viſis his quæ narrantur lib. 2. Bertrand. conſil. 116. in fi. lib. 2. & in conſ. 304. Donatio lib. 3. Hanc opinionem confirmat Bald. in l. cum in ſocero. C. de iu. dot. Guid. Pap. q. 49. Corn. conſi. 60. Videtur in hoc. col. 3. cum ſeq lib. 1. & in conſ. 2. col. 1. lib. 4. Tiraqu. de conſtit. poſſeſ. limit. 30. Et hæc eſt communis, & vera opinio. Secuta tamen ratificatione Dida. in rub. extra de teſta. in 3. par. nu. 13. Rot. Podem. deciſ. 33. vbi relatis vtriuſque opinionibus cum Scrib. aſſertionibus aſſerit, Senatum ſolitum ſequi opinionem affirmatiuam, quòd acquiratur abſque ratificatione ius agendi, non autem dominium vel poſſeſſio. Fallit tamen fauore donationis, quæ ſtipulatione notarij ius efficaciter acquiritur abſenti, & dominium vtile transfertur abſque ceſſione, l. quoties. C. de don. quæ ſub mod. Dec. conſi. 239. num. 7. & 8. Caſſan. conſ. 53. nume. 53. cum ſeq. Aym. conſ. 19. nume. 9.

f L. DOS A PATRE] *Aduertas ſecundum Pau. de Caſt. conſ. 372. quantum ad illam partem in fi. lib. 1. quando dos conſtituitur filiæ pro omni iure, quod habere poſſet in bonis patris, dicitur habita dos loco legitimæ: ideo quæritur ſoli filiæ, & in ea ſuccedunt hæredes filiæ, id eſt, liberi ab inteſtato, nec habet locum d. l. dos à patre. C. ſolu. matri. nec etiam capiunt liberi illam dotem tanquam ex conſuetudine Martini, refert & ſequitur Aym. conſ. 83. nu. 5.*

g LEGITIMAE] *Quando filia à ſucceſſione excluditur, dos loco legitimæ ſuccedit & ſurrogatur, vt not. tradit Pau. de Caſt. conſi. 129. Licet iſta. volum. fi. Alexan. conſil. 209. vbi Mod. Apoſt. lib. 6. Deci. conſi. 106. nu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia parochialis non debet priuari canonica portione propter electionem alienæ ſepulturæ à parochiano facta.*

2 *Simplici appellatione an ſuperior contineatur. & nume. 4.*

3 *Detractio ſeu portio funeralis eccleſijs debita diuerſimodè venit in iuribus conſideranda.*

5 *Priuilegium non debet plus operari quàm ius commune in eodem caſu.*

Conſilium X.

CASVS Talis eſt: Quædam generoſa domus ſeu parentela, quamquàm ſit ſubiecta eccleſiæ matrici ſeu cathedrali Arimin. ciuitatis quantum ad diuinam perceptionem ſacramentorum & ad alia iura parochialia; eſt tamen de ſepultura fratrum minorum dictæ ciuitatis. Contingit, quòd quidam venerabilis vir dictæ domus & parentelæ promotus eſt ad dignitatem epiſcopalem ciuitatis Piſaurenienſis, & poſt aliquos annos translatus eſt ad dignitatem epiſcopalem dictæ Arimin. ciuitatis, ipſo autem reſidente in dicta dignitate ac permanente in dicta ſua diœce. Ariminenſi, ex ſingulari ſuo priuilegio obtento à ſede Apoſtolica in infirmitate, de qua deceſſit, condidit teſtamentum ſuum, in quo teſtamento ſic diſponit: In primis enim diſpoſuit & mandauit corpus ſuum ſepeliri in eccleſia ſancti Franciſci de Arimino in loco ordinato per eum ad capellam ædificandam ſeu fabricandam eius nomine, diſpoſuitque & reliquit, quòd omnes expenſæ pro dicta ſepultura & funere deberent fieri per fratres conuentus fratrum minorum dictæ ciuitatis: pro quibus expenſis fiendis reliquit dicto conuentui ducatos 100. auri: qui fratres teneantur deferre corpus ſuum à loco, in quo deceſſerit, ad locum prædictum ſuæ ſepulturæ; & voluit & mandauit, quòd de dicta ſumma debeant & teneantur dicti fratres indui facere de panno nigro omnes de familia dicti teſtatoris. Præterea dictus teſtator facit alia legata dictis fratribus. Petunt canonici epiſcopatûs dictæ ciuitatis Arimin. ratione eccleſiæ cathedralis, quæ eſt parochialis eccleſia dictæ domus, & dicti teſtatoris habentis palatium ſuæ reſidentiæ epiſcopalis penès dictam eccleſiam cathedralem, quartam portionem, tam de prædicto legato centum ducatorum, quàm etiam de funeralibus ipſius ſepulturæ, & de alijs legatis dictis fratribus factis. Reſiſtunt fratres, dicentes ſe non debere quartam talem ſoluere, ex eo, quòd Epiſcopus nullo modo poteſt cenſeri parochianus ſuæ eccleſiæ cathedralis, cùm ſit principalis prælatus ipſius eccleſiæ, & ipſa eccleſia in eo, ſcilicet Epiſcopo per obedientiam & ſubiectionem, et & ei etiam ſub eſt tanquam membrũ capiti. Replicant canonici prædicti, quòd ratione iniuriæ eis & ſuæ eccleſiæ factæ ex eo, quòd dictus teſtator elegit ſuam ſepulturã alibi quàm in eccleſia ſua parochiali, debetur eis quarta prædicta; & dato quòd viuente dicto Epiſcopo ipſe ſit caput eccleſiæ ſuæ parochialis, tamen ipſo moriente non tollitur ius eccleſiæ ſuæ parochialis in dicta quarta de iure eis in dictis legatis debita. Modò quæritur, quid iuris, & vtrum clem. dudum. de ſepul. habeat locum hoc caſu.

a VISO puncto[a] & quæſitis excludendo non dubia, in quantum expenderint fratres de legatis centum tam in ſumptibus funeris fratribus non applicabilibus, quàm pro indumentis nigris familiæ. Certum eſt quartam non deberi, quæ tantummodo debetur de obuenientibus fratribus, quæ obuenire non cenſentur in quantum expẽduntur ad commodum defuncti tantum, vt in clem. dudum ver. verum. de ſepul. In quantum vlterius aliquid commodi fratres conſequentur, idem quod ſtatim dicetur de alijs legatis: & punctus non eſt tactus per antiquos ſcribentes, nec eſt abſque dubio. Quòd autem cathedralis eccleſia detrahere non poſſit de talibus relictis quartam, patet primò, quia verba omnium iurium ad talem nõ aptabilia ſunt. † Dicunt enim
1 ab eccleſia parochiali detrahendam, vbi parochianus alibi eligit ſepulturam. Epiſcopus autem non eſt parochianus cathedralis eccleſiæ; imò caput & prælatus. Non poteſt ergo parochianus dici: talia enim correlatiua ſunt, rector & parochianus, quæ eodem reſpectu non poſſunt eſſe in eodem, 35. q. 5. c. 1. 24. q. 1. c. didicimus. de conceſ. præben. c. poſtulaſtis. de inſt. c. ad noſtram. ff. de offi. præ. in illis ver. ult. ergo. Secundò, quia

nedum

dum verba, ſed nec cle. ratio adaptatur, cùm fa-
cta ſit ad ſedandas diſcordias inter rectores ec-
cleſiarum parochiales & fratres: de cathedrali
bus autem detrahere volẽtibus, nihil loquitur:
ſuum ergo caſum velut exorbitans non egredi
tur. Item iura de materia loquentia in quarta
detrahenda ſimpliciter loquuntur, nihil de Epi
ſcopis exprimunt, non extenduntur ergo ad
Epiſcopum: quia, quæ ſpeciali nota ſunt digna,
non tranſeunt ſub genere, ff de iniu. l. apud La-
beonem. §. ſi quis virginem. de ſent. excommu.
a c. quia periculoſum. lib. 6. † Non enim ſuperior
ſimplici appellatione comprænenditur, de præb.
c. fi. 25. di. c. nos conſuetudinem. 63. di. §. ex his.
de verb. ſign. c. cum clerici. l. di. c. apoſtolica. de te
ſta: c. requiſiſti. nõ enim appellatione membro-
rum capita continentur, de præſcrip. c. cum non
liceat. 12. di. c. non licet. Item talis quartæ detra-
ctio cauſatur à retributione oneris curiæ: ipſe
b autem Epiſcopus totius dioece. curatus [b] princi-
palis eſt, de offi. ord. c. in pleriſq;. & c. quoniam.
& preordinator in cũctis. 25. di. c. perlectis. ipſius
ergo curam nõ habet alius, aliàs ſuperior foret
& ſubiectus eodem reſpectu: non ſubeſt ergo,
qui curam in eo exerceat, qui ſua non exerceat
auctoritate, & in cuius exercitio ipſe ſicut alius
non grauetur, cum nõ ſubeſt: ergo quartam ne
mo poteſt detrahere, quæ cauſetur à retributione
oneris curæ. pater 13. q. 2. §. ſed & aliud. verſic. &
ſecundum Leonem. de ſepul. c. 1. & ſi quem ha-
bet curãtem Epiſcopus Archiepiſcopum, habet
à quo ceſſantibus priuilegijs ſacra percipere de
bet, de pœ. & re. c. ne pro dilatione. Si quis ergo
detrahere deberet, foret Archiepiſcopus, qui
eum cæleſti reficit pabulo, de ſepult. ca. 1. & c. de
his. Item pro magnificandis ſepulturis iura per-
mittunt ſimpliciter aliquid per Epiſcopum con
tribui abſque diminutione, 12. q. 2. c. bonæ rei.
de his quæ fi. à prælat. capitu. penult. de donatio.
capit. apoſtolicæ. Et ſi hoc permittunt in rebus
eccleſiaſticis, fortiùs in patrimonialibus hoc.
poterunt. Item permiſſio hæc, vt poſſit Epi-
ſcopus teſtari. vt aliquid contribuat, refertur ad
bona eccleſiaſtica, vel dubia ſaltem, & quæ ec-
cleſiaſtica præſumuntur alio non apparente,
de pec. cle. capitu. inquirendum: capi. inueſtigan
dum. & c. quam. de teſta. c. offic. ſurrogatur er-
go hæc loco conceſſionis pro magnificandis ſe
pulturis. Sicut ergò in illo nihil detrahitur, ita
nec in iſta aliquid minuitur, ff. ſi quis cau. l. cum
qui. §. iniuriarum. & vt lite pen. c. eccleſia. cum
ſimi. quinimò tales conceſſiones ſubintelligun
tur abſque diminutione, vt eſt caſus 10. q. 1. c. qa
Ioannes. Item quia tales indulgentiæ ſunt lariſ-
ſimi iuris, C. de conſti. princ. l. 2. de dona. c. cum
dilectus. cum ſi.
3 Ad declarationem huius aduertendum, iura di
uerſimodè loqui de eccleſia extrahere debente,
& de perſona, cuius relicta defalcantur. Quan-
doque dicunt detrahi a rectore parochiano, vel
eccleſia parochiali nominatim à parochiano,
vt de ſepult. c. in noſtra. in pluribus locis. & c. cũ
ſuper. & dicta cle. dudum. ver. verum. Aliqui di-
cunt detrahi ab eccleſia, in qua cæleſti reficitur
pabulo, de ſepult. c. 1. & c. de his. Alia dicuntur
inde detrahi ab illa, vbi decimæ ſoluuntur, quia
ibi ſepeliendum erat, 13. q. 2. ca. vbicunque. ad fi.
Aliqua, quòd ſolui debent eccleſijs, à quibus
corpora aſſumuntur, vt d. c. de his. & ca. certifi-
cari. Aliqua, quæ debentur eccleſijs ad quę per-
tinet, de ſepult. c. relatum. Aliqua, vbi audit diui
na, & percipit eccleſiaſtica ſacramenta, de ſepul.
c. cum quis. lib. 6. Nulli dubiũ aũt eſt, verba ho-
rum iurium poſſe verificari in Epiſcopo quò ad
cathedralẽ eccleſiã ad Epiſcopũ ptinere: quia in
ea eſt, & ipſa in eo, 8. q. 1. c. ſcire. nec conſequen
ter dubium Epiſcopum aſſumi de eccleſia ca-
thedrali, in qua domicilium habet, & in qua
c reſidere [c] tenetur, vt eius ſponſus & curator, de
cle. non reſi. c. conquerente. c. ex geſtis. & c. qua-
liter. Item & illi ſoluit decimas, Inn. & alij de de-
cimis c. nouum genus. Item ibi cæleſti pabulo re
ficitur, ſaltẽ in auditu diuinorũ, cùm quotidiè
non celebret, de conſe. di. 2. c. quotidie. 12. diſt. c. il
la. & non decet tranſire diem, quin dicat vel au-
diat miſſam, de priuile. c. fi. lib. 6. & quanquàm
ex priuilegio vbilibet poſſit percipere ſacramen
ta, veriſimilius eſt, eum ab eccleſia propria rece-
piſſe. Item & inquantum ibi celebrat, etiam ec
cleſia ipſa ſuſtinet onera ſacramentorum, à quo
nutritus. & in cuius ſortẽ eſt aſſumptus, de præ-
ben. c. cum ſecundum. 21. diſt. c. cleros. & ſine ea
diu eſſe non poſſet, 1. q. 3. c. ſi quis obiecerit. Itẽ
& in eccleſia cathedrali ſepeliendus eſt. Inde er-
gò aſſumitur, quos vnicum coniunxit coniu-
gium, coniũgit & vnicum ſepulchrum, 13. q. 2.
c. Ebron. in fi. & quorum vna mens in donuno,
eorum corpora ſepultura non ſeparentur, c. q.
c. ſoror Benedicti. Abſurdum enim foret in ſe-
pultura parentum ſepeliendum: forte enim cõ
tingere poſſet, ſepulturam fore extra eccleſiam
maiorem, & Epm̃ non decet extra eccleſiam ſe-
peliri, 13. q. 2. c. nullus. Item ſi coniunctio in tali-
bus operatur, quibus magis coniunctus Epiſco
pus quàm eccleſiæ, quæ ipſum Domino ſociauit,
quorum cor vnum & anima vna. 8. diſt. in prin.
de teſtam. c. requiſiſti.
Ex quibus cõcludo, cùm plurima iura in ver-
bis aptentur ad caſum & mẽtem, quanquàm aliqua
iura exemplariter loquãtur de parochia & paro
chiano, non per hoc alia excluduntur, & plura
ad caſum adaptabilia.
Indubitabile enim eſt, ius vnum ab alio ſup-
pleri, ff. de leg. non eſt nouum. & exempla expreſ
ſa ratione frequentiæ caſus non reſtringunt di-
ſpoſitionem, ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabini.
quãquàm enim fateor rõne ſolius iniuriæ quar
tam non detrahi, aliàs deberetur eccleſię maio-
ri, vbi alibi recepiſſet ſacramenta, de ſepul. c. cũ
quis. lib. 6. Negari non poteſt deberi ex quadam
ingratitudine non remunerati laboris in ſacra-
mentis & diuinis, vt conſolationum ſint parti-
cipes, qui & paſſionum in vita fuerunt, de ſepult.
c. 1. Quę aũt parochia plus grauata, & quę maior
ingratitudo prælati & Epi alibi eligentis ſepultu
rã, ſi quartã non hẽret ſua ppria eccleſia, quæ eũ
nutriuit & ſuſtẽtauit vltra pabulũ cæleſte, eius pa
rochiani alibi eligẽtis ſepulturã parochiali dere-
licta? Ex his aũt multa in contrarium allegata
tolluntur, & ne deſit auctoritas ad ſalutem.
Iſta quæſtio eſt deciſa per Bertran. antiquum
curiæ aduocatum & doctorem ſacri palatij au-

ditorem,vt ſcribit Paulus ſuper cle.ne Romani. de ele.in verbo, certo loco. & quanquàm clem. dudum. quæ in propria materia non loquitur, niſi de parochiano & rectore, ſua intentio non eſt reſtringere ius antiquū aut corrigere,in quātum ad Epiſcopum poſſit adaptari:potius enim egit ampliare contra eos ius quartæ detrahendæ,quàm reſtringere, vt euidenter patet. Et ratio de ſedanda diſcordia fuit impulſiua,quæ nō facit ea ceſſante ceſſare diſpoſitionem l. 1. §. ſoxum. ff. de poſtu.no.de renun. c.poſt tranſlationem,& de parochiano & rectore loquitur,quia caſus in talibus frequentius contingit. Item illa cle. quæ venit ad interpretationem & limitationem iurium antiquorū,debet intelligi ſecundū iura interpretata,vt in Auth.de fi.inſtr.ante dota.inſt.§.1. & videtur glo. in cle.ſtatutū. de elec.

4 † Non ob. quòd ſimplici appellatione non cōpræhendatur Epiſcopus:quia hoc in via periculoſa & multum exorbitanti, vbi materia eſt differens in Epiſcopo; aliàs cōpræhenditur,vt not. glo.in d.c.quia periculoſum. Nō obſtat 12. q.2. c bonæ. cū ſimi. quia loquitur in datis inter viuos,in quibus non eſt locus detractioni quartæ, de ſepul. c. de his. & c.relatum. & clem. dudum. ex natura enim materiæ, & ex titulo intelligitur, ff. de in diem adiectione. l.Imperator.

Item iura alia loquuntur in datis eccleſiæ, in qua priuilegiata ſuper quarta non detrahenda retinet priuilegium,de quibus de teſta. c.de his, de verb. ſign. c. ex parte. Nos autem in minoribus talibus priuilegiis non vtentibus; pro hoc tex.t 3. q.2.c.quia ioannes. vbi talia indumenta vult eſſe,inquantum inter viuos debeantur, ſecus autem in morte,vt ibi dicit litera in fin.quæ mirabiliter facit pro hac parte. quanquàm faciliùs de bonis eccleſiæ conceditur tam in vita quàm in morte, vt no.de offi.or. c.præſenti.lib. 6. Et fortè pro magnificandis ſepulturis dari non liceret in morte de bonis eccleſiæ, quanquàm ſic in vita.

Per hoc reſpōdetur ad id,quod dicitur de priuilegio hoc ſurrogato loco quinquageſimæ:qā tunc cùm illa datur in vita,hæc in morte,ſufficit autem hoc cautum non reperiri, illa in morte non dari. cum regula dandi prohibitiua ſit prælato,de dona.c.cæterum. Item dato,quòd priui-
d legium teſtandi [d] concedatur, non eſt latiſſimè interpretandum ad preiudicium tertij,quia tūc exoſum eſt, de verb. ſign. c. cum olim. & quod ibi no de tranſl.e.prælat. c.licet.de reſcrip. c.cauſam.& quod ibi no.Inn.de conſue.c.cū dilectus. de offi.dele.c.ſuper eo.l.2. §.ſi quis à principe.ne quid in lo. pub. ſufficit enim, quòd habilitet ad teſtandum de bonis eccleſiæ,vbi aliàs non poterat,& vltra non operabitur.ſed reducit eum ad limites teſtantium de patrimonio ſuo iure cōmuni,C.de inoffi.teſta.l.ſi quando no.glo.de reſcrip. c.

5 † Item plus non debet operari priuilegium, quàm ius commune operaretur eodem caſu,de iureiu.c.venientes.de priuile. c.j.li. 6 facultas autem teſtandi intelligeretur de iure cōmuni,defalcata quarta, ſic & priuilegiū: quinimò priuilegium diſponens in materia iuris, limitationes & detractiones recipit, l.1. §.in l.falcidia.ff.ad legem falcidiam.l. 2.de noxali.c.cum dilectus. & c. ad audientiam. de clericis non reſiden. poterit tamen teſtari de bonis eccleſiæ, dum tamen ſecundum iura cum defalcatione eccleſiæ debita. Si enim defalcat patrimonialia, fortiùs & propria ad hunc actum loco patrimonialium ex priuilegio ſurrogata.

Ex quibus omnibus concludo, quartam detrahendam; hoc autem maximè iuuat & confirmat originalis & antiqua cauſa, cùm originalis fuerit parochianus antiquæ eccleſiæ cathedralis,& ex quo accidentalis concurrit cum naturali, non ex toto naturalis confunditur nec eius virtus. ff. de liberis & poſthumis. l.filio quem pater.C.de adoptio.l.cum in adoptiuis.ff. de iure fiſci l qui habet.& quia duo vincula fortiora ſunt quàm vnum,C.de le.hæredi. l.poſtu. de vſu pa. c. ex tuarum. de præben. c. non poteſt. lib. 6.

ADDITIONES.

a *V ISO] In hac eadem facti ſpecie contrarium conſuluit Anca conſi. 186.*

b *CVRATVS] Cura animarum propriè & plenè ſolius Epiſcopi eſt, in cuius ſignum ipſe ſolus eſt eccleſiæ ſponſus, reliqui autem ſunt adiutores Epiſcopi ad curam animarum Alfon. Alua.in Spe. ſum. Pont. c. 9 nu. 17.*

c *RESIDERE] Inquit D. Thomas, 2.2.q.185. quòd Epiſcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad reſidendum perſonaliter in ſuo Epiſcopatu. Vide Abb. in capitu. magnæ. de voto.*

d *TESTANDI] Romanus Pontifex licentiam teſtandi clericis de bonis acquiſitis eccleſia intuitu concedere poteſt, & hanc eſſe communem opinionem aſſerit Dec. conſi. 512. cui Socyn. Iun. ſubſcripſit in conſil. 89. lib. 1. eamque vſus Chriſtiani orbis recepit, vt teſtatur Didac. in c. cùm in officijs nu. 7. de teſta.*

SVMMARIVM.

1 *Prothocollum quo caſu reddatur imperfectū & nullum: & an dici poſſit publica ſcriptura.*

2 *Contrahentium deciſioni detrahitur nihil, dummodo prothocollum magis ſubſtantialia contineat.*

Si in prothocollo de ſubſtantialibus aliquid omiſſum eſt, addere necubi licet. ibidem.

3 *Subſtantialia in prothocollo omiſſa, an incontinenti vel ex interuallo poſſint addi.*

4 *Locus & dies, omniaque comitantia inſtrumento neceſſariò poſſunt ſuperaddi.*

5 *Quomodo depræhendatur notarius ex certa ſcientia aliquid in inſtrumento addidiſſe, vel detraxiſſe.*

6 *In inſtrumento quando apparet quicquam ſuperadditum poſt confectionem, notarius auditur in teſtem, ſi ſe negat interfuiſſe.*

7 Diuerſitas

7 *Diuerſitas atramenti indicat correctionem alicuius inſtrumenti.*

8 *Raſura reddit inſtrumentum ſuſpectum, ex quo non publicat, & ex hoc publica ſcriptura non dicitur.*

9 *Prothocollum in ſui parte vitiatum, non poteſt ad dictam formam redigi, niſi teſtes aliud accreſcant.*

Conſilium XI.

1 EST † aduertendum, quòd pro-
a thocollum [a] eſt aliquãdo imper
fectè ſcriptum erga intẽtionem
ſubſtantiæ contractus, quia ap-
paret ex eis plus fuiſſe de inten-
tione contrahentium apponi,
& prothocollum nihil probat, nec in publicam
formam eſt redigendum tanquam imperfectũ,
ff. de teſtam. ſi is qui teſtamentum. & quod ibi
Bartol. ſcribit, niſi ibi eſſet dictio, &c. [b] & ſimilis,
qua oſtenditur plus dictum & minus ſcriptum,
quo caſu extendi poteſt: & qualiter & p quẽ, re
currendum ad notata per Dynum & per alios in
l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liberis & po-
ſthumis. & quæ ſcribit Hoſtienſis extra, de fide
inſtrumentorum. c. cum P. tabellio. & Specula-
tor in Speculo, de inſtrumentorum editione. §.
oſtenſo. verſi. quid ſi abbreuiatura. Hæc ſunt,
quæ voluit dicere Hoſtien. in præallegato capi-
tulo, cum P. quòd deciſioni contrahentium vix
2 aut nunquam detrahi poteſt, quãdo prothocol
lum notarij non deficit in recitatione ſubſtan-
tiæ voluntatis contrahentium, ſed in aliquibus
ſolennitatibus, quæ exiguntur in publico inſtru
mento, vt in die & conſule, nomine notarij, aut
ſigno. gloſſa in Specu. tetigit hoc dubium in l. 1.
C. de nouo codice componendo, in §. adiſcien-
tes. in gloſſ. quæ incipit, conſueuit. quæ fuit ad-
ditio; & reſidet, quòd dato quòd notarius recor
detur, ex poſt facto nihil poſſet ſuperaddi, quia
tale ex poſt facto præſumitur machinatum, vt
in Authen. de æqualitate dotium. §. demum. fa-
cit quod de teſte dicitur de teſtibus cogendis. c.
præterea. & nota. de teſtibus, c. cùm clamor. & c.
per tuas. Hoc dubium diffusè proſequitur Spe-
culator & Ioannes Andreas in additionibus Spe
culatoris, in tit. de inſtrumen. editio. §. inſtru-
3 mentum. verſic. ſed nunquid confecto. † Ex quo
rum dictis concludo, quòd ſi in prothocollo
omiſſum eſt aliquid de ſubſtantialibus, vt nu-
merus teſtium, nec incontinenti, nec ex inter-
uallo licet addere prothocollo, vt ibi firmat
4 Ioannes Andreas. † Si autem aliquid additur,
c quod omiſſum [c] eſt de comitantibus inſtrumẽ-
tum, vt locus & dies: quia ſi factum fuit inſtru-
mentum, neceſſariò fuit aliquo die vel aliquo
loco: & talia poteſt ſuperaddere notarius, ſi re-
cordatur: & de hoc, an fuerit confectum, inter
partes in dubium non reuocaretur, aliàs talis ad
ditio etiam fieri non poteſt, niſi iudicis auctori
tate, qui in hoc habet examinare qualitatem
perſonæ, an omiſerit ex certa ſcientia vel ex er-
rore, & an prothocollum dicatur factũ de pro-
ximo vel longinquo. Et ſi de hoc non eſſet du-
bium inter partes ſecundum Ma. poſſet ſibi no-
tarius prouidere nouum faciendo prothocol-
lum vel inſtrumentum, quod melius eſt quàm
corrigere, ex quo poſſet aliqua haberi ſuſpicio,
C. de teſtamentis. l. finali.
5 † Ex quibus hucuſque concludo, quòd cùm
d additio [d] ad prothocollum fuerit circa nomen
notarii apposita de nouo, & quòd fuit rogatus,
& nõ eſt de conſecutiuis, ſed ſubſtantialibus in-
ſtrumenti, illa non potuit apponi, quia ex certa
ſcientia omiſit; tum quia circa ſubſtantialia ad
inſtrumentum; tum quia ex interuallo: tum
quia præter iudicis auctoritatem, vt patet ex ſu
pradictis, nec verbo ſuo hoc atteſtanti credi vi
detur, vt ibi tenet Speculator, allegat in Authen.
de hæredi. & fal. §. ſi verò. de arbitris. l. ne in arbi
tris. de probationibus, c. quoniam contra. de te-
ſtibus. cap. à nobis. licèt contra ſentiat Ioannes
Andreas in additionibus Speculato. §. ſuper his
autem conſideratis, recitat Odoffredum hoc
6 tenuiſſe: † quod dictum intelligo, quando ap-
paret deſcriptum in inſtrumento, & negatur
interfuiſſe. tunc enim quoad addiuuandam ſcri
pturam bene admittitur in teſtem: qui caſus nõ
eſt noſter. Ex quibus ad primum vitium allega
tum concluditur, illud impedire publicationẽ.
Nec obſtat, quod idem notauit in additioni-
bus Speculatoris, & in Specul. de inſtrumento-
rum editione. §. item. verſi. & nota quòd tabel-
liô: quia id non puto. & l. ſi quis. C. de fal. cum
gloſſ. non repugnat: atteſtari enim poteſt, quę
ſunt voluntatis contrahentium, ſed non ſolen-
nitatis, vt ibi dicit glo.
7 † Ad ſecundum autem ex dictis concluditur;
quia rogatio teſtiũ noniter fuit appoſita, quod
ſatis patet ex diuerſitate atramenti, de fide in-
ſtrumentorum. inter. de falſis. c. licet.
8 † De tertio autem abſque dubio raſura [e] red
e dit ſuſpectum, vt l. fina. allegata per prius conſu-
lentes. & not. gl. ff. de edendo. l. prima. cùm enim
prothocollum aliter non publicatur, publica
ſcriptura non cenſetur nec probat, vt pleniſſimè
per Cynum, ff. de fide inſtrumentorum. l. con-
tractus. Ioannes Andreas in additionibus Spe-
culatoris, in Specu. de inſtrumẽtorum editione.
§. videndum. in principio. tamen oportet illud
eſſe nõ abolitum vel vituperatum, quia ad eius
fidem recurritur pro confirmanda aut detrahẽ-
da fide exemplati, vt de probat. c. quoniam con
tra. 9. diſt. c. vt veterum.
Item ad illam recurſus habetur, vt in dicta au
thentica, exempletur partibus, ergo patefacto
prothocollo nec ab ipſo nec ab alio eſt authen
ticum ex illo ſumendum, cum non ſit omni ſua
parte integrum; quinimò ſuſpectum, & in loco
valde ſuſpecto, de fide inſtrumento. c. ſi. & eod.
tit. c. cùm P. tabellio.
9 † Ex quibus vnà cum doctoribus prædictis
de iure videtur, niſi aliud teſtes accreſcerent, di-
ctum teſtamentum & prothocollum ad dictam
formam non fore redigendum.

ADDITIONES.

a PROTHOCOLLVM] *Prothocollum dicitur inſtrumentum notarij non extenſum. Bar. in l. chirographis. in prin. in 2. not. ff. de adm. tut. Anchar. conſil. 432. Præmiſſa ſine allegationibus. in princip. latè Deci. conſil. 447. Quod prothocollum habere debet omnes ſolennitates requiſitas ad inſtrumentum publicum, aliàs ex eo inſtrumentum ſumi non poteſt Bal. in l. Lucius. ff. de teſtamen. milit. Ange. conſi. 220. Paul. de Caſt. conſi. 195. Viſis quæ narrantur. col. 2. poſt med. lib. 2. Alex. conſi. 153. col. 2 verſicu. confirmantur prædicta. lib. 2. Corn conſ. 191. col. 2. lib. 1. conſi. 226. col. fi. conſi. 316. col. pen. verſi. & eſt aduertendum. lib. 3. conſil. 70. colum. 2. conſi. 14. & conſi. 98. col. 2. lib. 4. Dec. c. 1. colum. 5. verſi. & tale ſignum. de fide inſtrumē. Quamuis prothocollum notarij non reperiatur, inſtrumentum leuatum fidem non perdit. Bald. in rubri. C. de fide inſtrumentorum columna nona, Felyn. in capitu. cum P. Tabellio. colum. 1. de fide inſtrum.*

b DICTIQ &c.] *Hæc dictio abbreuiatè concepta ſolum importat ea, quæ deſunt ad complementum orationis, non autem ea quæ comprehenduntur ſub oratione ſeparata, Paul. de Caſt. conſi. 10. Si vera ſunt. colum. 3. lib. 1. Et quando inſtrumentum non exprimit conceptum & intentionem partium ad plenum, dictio &c. nihil operatur, nec nunc extendi poteſt. Calca. conſ. 48. col. 9. in prin. conſi. 70. col. 3. in fi. per tex. in l. ſi is qui. ff. de teſta. & in l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de lega. 3. Aym conſi. 34. col. fi.*

c OMISSVM] *Omiſſio ſolennitatis de conſuetudine requiſitæ vitiat inſtrumentum, ſicut omiſſio ſolennitatis iuris. glo. in Auth. vt præpon. nom. Imp. in verb. erit ergo. quam glo. pro not. refert & ſequitur Alex. in conſi. 166. col. pen. lib. 6. conſi. 37. col. 4. poſt med. lib. 3. Roma. conſi. 65. colum. 2. verſi. non enim ſolum Soc. conſi. 245. colum. fi. lib. 2. & in conſi. 2. col. 1. lib. 3. Idem econtra, quia non vitiatur inſtrumentum ex omiſſione ſolennitatis iuris, quæ tamen de conſuetudine apponi non conſueuit. Bald. conſi. 55. Anno Domini. colum. 2. lib. 2. poſt med. Valet enim conſuetudo vel ſtatutum diminuens de ſolennitatibus inſtrumenti, puta quòd nō apponatur dies vel indictio. Bald. conſil. 402. Super eodem puncto. col. 3. & conſi. 469. Duo ſunt ſtatuta. lib. 5.*

d ADDITIO] *Requiritur, an apoſtilla vt fidem faciat, quòd notarius rogatus de inſtrumento atteſtetur ſe feciſſe dictam apoſtillam in ſua ſubſcriptione. Iaſ. poſt Paul. de Caſt. in l. ſi vnus. in fi. C. de teſtam. Corn. conſi. 60. col. 2. verſi. nec obſtat quòd in margine. lib. 4. intellige, quando nō conſtat de manu illius notarij: ſecus, quando conſtat à quo factum fuerit, ita declarat Paul. de Caſt. conſil. 131. Dubium facit. col. 2. verſi. nec nocet quòd notarius. lib. 2. vt ſentis etiā Corn. d. conſi. 60. loco iam citato. Similiter apoſtilla, vt fidē faciat, debet habere omnes ſolennitates requiſitas ad inſtrumentum, in quo adiecta reperitur apoſtilla. Bald. & Paul. in dicta. l. ſi vnus. Socyn. conſil. 277. columna 5. verſicu. nec obſtat d. apoſtilla. lib. 2. Dec. conſi. 399. col. 3. poſt med. verſi. & augetur ſuſpicio falſitatis. Alex. conſi. 59. colum. 2. lib. 2. Nec uidetur permiſſum notario apoſtillas facere ad inſtrumentum propria auctoritate ſine licentia iudicis, ut habetur per Bar. in l. Imperator. ff. de ſta. hom. & in l. ſi librarius. ubi Dec. & Cagn. ff. de reg. iu. Non procedit tamen, quando talis additio fit de conſenſu partium. Aym. conſ. 88. nume. 5.*

e RASVRA.] *Quando raſura faciat ſuſpicionem contra inſtrumentum, uide Ancha. in conſil. 242. Prius de uribus. & conſi. 431. præmiſſa Ang. conſil. 341. Super primo. in fi. Corn. conſi. 38. lib. 1. & conſil. 118. lib 4. hoc conſi. Butr. expreſſim citat Dec. in l. fi. num. 38. C. de edic. diui Adr. toll. Et quando raſura eſt in loco ſubſtantiali, uitiat, aliàs ſecus, ut dicit tex in c. ex literis. de fide inſtrum. Alex. in l. ſi unus C. de teſtam. Corn. conſil. 28. colum. 2. lib. 2. conſil. 118. lib. 4. Alex. conſil. 118. 175. lib. 7. Iaſ. conſil. 47. lib. 1. Præt. Papien. in for. oppo. contra inſtr. uerſi. tum quia abraſum. & in libel. quo pet. hæred. ex teſtam. uerſi. non abolitum. Niſi tamen colligatur ex præcedentibus & ſequentibus, quòd ſcriptura & raſura ſic debeat ſtare. Roma. conſi. 170. Sciebant. Alexan. conſi. 14. lib. 6. Iaſ. conſi. 114. in fi. lib. 1. Bru. conſ. 95. Vide etiam Capol. conſi. 63. col. 4. circa med. Aym. conſil. 73. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas parentum ſicut eſt filijs debita, ita & econtra, contingente morte, naturæ turbato ordine.*

2 *Ius legitimæ detrahendæ menſuratur ad inſtar portionis detrahendæ, quam mater erat habitura ab inteſtato.*

3 *Petitor ſi venerit per viam condictionis ex legibus dantibus ius agendi ad ſupplementum, ſuccumbet.*

4 *Remedium inofficioſæ dotis quando & quibus competere dicatur.*

5 *Dos ad mulierem ſi reuertitur propter nuptias, ita & donatio ad virum vt propria.*

6 *Remedium non ſolum pro tota dote ſeu parte, ſed etiam pro diminuta tertia datur.*

Conſilium XII.

MVLIER quędam habuit ducenta in dotem, ueniens ad maritum ſuum condidit teſtamentum, in quo hęredem inſtituit matrem in dotem, & maritum ſuum uniuerſaliter; deinde deceſsit non extantibus filijs. Nunc mater uult agere ad ſupplementum legitimæ. Dubitatur primò, an poſſit. Secundò, dato quòd poſſit, quia uiget ſtatutum in ciuitate, quòd uxore prædecedente ſine liberis, uir lucretur dimidiam dotis & cōtradotis, an legitima debeat deduci de tota dote, an uerò de eo, quod ſupereſt, deductis lucro dotium & contradotium.

1 ABSQVE † allegationibus ſuperfluis, ſicut debita eſt filijs parentum hæreditas, ſublata differentia ſexus & cognationis, vt in authen. in ſucceſſione. C. de legi. hæredi. ita econuerſo contingente morte ordine turbato naturæ, ff. de inofficioſo teſtamento. l. nam & ſi parentibus. & ita etiam mater admittitur per ius rumpendi per

viam

viam inofficioſi, vt C. de inofficioſo teſtamento l. li
beris, §. ſi. & in auth. matri. & ad ius debitum conſe
quendi iure naturę, vt ibi, conſequenter ergo ad-
mittitur ad agendum ad ſupplementum cum om-
nibus, cum quibus ius querelandi competit, C. de
inofficioſo teſtamento l. ſi quando. & l. quæ nuper.
& l. omnimodo. in princi. cum ſimilibus. & de hoc
nulla eſt dubitatio.
2 † Ad ſecundum dubium, hæſitationem ingerit:
quia ad inſtar portionis, quam mater erat habitu-
ra ab inteſtato, menſuratur ius legitimæ detrahen
dæ, C. de inofficioſo teſtamento. authent. nouiſſi-
ma. & patet in l. quæ nuper. allegata ibi, quantæ par-
tis ab inteſtato ſucceſſ. &c. mater autem ex ſtatuti
viribus non habet niſi dimidiam ſucceſſionis inte-
ſtati, cùm ſtatutoria lex virum coniungit in ſucceſ
ſione pro dimidia: ergo illa idem in legitimæ ſupple
mentum videtur eſſe ſola tertia dimidiæ, & non di
midia totius.
3 † Breuiter puto benè aduertendum, qualiter ve
niat petens, ſi venit per viam condictionis ex legi-
bus dantibus ius agendi ad ſupplementum, ſuccũ-
beret: quia per hanc viam conſequi non poſſet, niſi
tertiam eius, quod habitura eſſet ab inteſtato, ſi ve-
niat intẽtãdo remediũ inofficioſę dotis: tũ ea dante
dotem iuxta diſpoſitionem ſtatuti, legitima minua
tur, poteſt eſſe dubitatio, quia remedium inoffi-
cioſæ dotis reperitur a iure conceſſum demum fi-
liæ & filijs, matre dotante: in filia dotante conceſ
ſum non reperitur.
4 † Item quia remedium illud competit, quando
dantur omnia bona in dotem, & ſic abſorbetur to-
ta legitima: non autem vbi minuitur, maximè cùm
a beitum ſit à ſtatuto diminui legitimam, [a] ſecũdum
omnes, vt not. Dynus in regula, indultum. de re-
gulis iuris, libro 6. per Ioannem Andream de teſta-
mentis. capi. Raynutius. & per Cynum in l. ſanci-
mus. C. de inofficio. teſtamen. & Barto. in l. Titio.
§. Titio. verſic. ſed cum ante. ff. de cond. & demon-
ſtration.
Hoc non obſtante, puto, quòd pro rata contra-
dotium, quas intelligo, id eſt, donationum pro-
pter nuptias, non debetur aliqua portio, ſi ſunt da-
tę à viro: quia vel mulier non lucrabatur ex pacto,
5 vel à lege: & † ſi dos ad mulierem, ita donatio pro-
pter nuptias reuertitur ad virum, vt propria, C. de pa
ctis conuen. l. ex morte. & authẽ. æqualitas. & extra,
de dona. inter virum & vxorem. c. fina. vel lucraba-
tur ex pacto vel lege, & quòd vno cõſeruato rema-
net ei primum, & ſic non defalcando: pro rata au-
a tem dotium habet remedium [b] agendi ad ſupple-
mentum ad tertium dimidiæ.
Item pro alia dimidia habet reſpectu tertiæ reme
dium l. 1. C. de inoffi. donat. non eſt enim dubium,
auctam legitimam parentum ſicut liberorum, in
Auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. colla. 2. vbi glo. Et tenẽt
c docto. in auth. nouiſſima. [c] & Iacob. de Belouaco
in dicto §. 1.
6 Nõ obſt. q̃ † remedium competat pro tota dote
& non pro parte: quia etiam illud remedium com-
petit pro diminuta tertia, vt ex donatione dotis, vt
d. l. 1. notatur, maximè per Bar. non obſtante, quòd
poſſet diminui per ſtatutum: quia eſt verũ, quando
expreſsè diminuit, & diminuere agit: hic non agit
diminuere, cùm ſtatuta de lucrando debeant reci-
pere interpretationes de inofficio. do. argum. l. 2.
C. de nox. & quod no. in l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iu.

ADDITIONES.

a LEGITIMA] *Quinimo ſecundum communem ſtatutum poteſt in totum tollere legitimam. Dy. d. c. indultum. Fed. de Sen. conſil. 21. col. pen. cir. med. conſil. 278. Factum ex quo. Old. conſil. 107. Paul. de Caſt. conſi. 175. Caſus præſens. ad fi. lib. 1. & in conſi. 348. Viſo caſu & allegationibus. colu. 1. lib. 2. Bald. Nouel. in tract. de dot. in 6. par. priuil. 17. Corn. conſil. 115. col. 4. cõſ. 123. col. 3. ad fi. li. 3. conſi. 1. col. 4. li. 4. Dec. cõſi. 19. col. pe nul. Intelligit hoc Curt. Iun. conſil. 10. col 3. in fi. ex cauſa, puta fauore agnationis & familiæ. Quòd poſſit ſolùm minui, hoc in dubium eſt, de quo late, Arelata ad Aicia. in tract. præſump. reg. 1. præſump. 8. Apoſt. ad Dec. in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iu. Breuis tamen veritas eſt, quòd licet poſſit quota variari, non poteſt tolli liberis, niſi ex cauſa ad exhæredationem iuſta. Capell. Tolo ſa. deciſ. 437. vbi Aufr. Ang. Aret. tract. teſtam. glo. in uerb. nolens decedere inteſtatus. col. fi. vbi dixi.*

b REMEDIUM] *In hac deciſione Butr. referunt & ſequũtur Soc. conſi. 288. col. 10. verſi. confirmatur ratione clara. lib. 2. Aym. conſil. 186. nu. 12. idem etiam ſenſit Corne. conſil 127. lib. 3. Sic tamen induceret: Quando agitur de computanda legitima matris in bonis filiæ, quæ deceſſit in matrimonio ſine filijs, de dote iſtius filiæ ante omnia detrahitur lucrum debitum marito ex forma ſtatuti, tanquam æs alienum. Ego alium fore ſenſum Butr. demonſtraui in conſi. meo 54. incip. Viſo teſtamento D. Blã ciflora. in quo conſului pro quadam mea matertera.*

c NOVISSIMA] *Vbi Iaſ. nu. 35. atteſtatur de communi. Aym. conſil. 110. nu. 3. qui alios allegat. Alexan. conſil. 168. num. 12. lib. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitute conceſſa, cenſentur & illa conceſſa, ſine quibus vti non poteſt quis ſeruitute.*
2 *Quæ ſpectant ad publicam vtilitatem, ex publico reficienda ac reſtauranda ſunt.*
3 *Expenſæ vel collectæ publicæ diuerſimodè veniunt conſiderandæ.*
Via dicitur & priuata, & publica, & vicinalis. ibidem.
4 *In cuius facie prius damnum infertur, is tenetur ad munitionem, ſi leuis expenſa exigitur: aliter non.*
5 *Natura vult, quòd qui participat commodum, etiam participet & incommodum.*
6 *Damnum & incommoditas ſi ex leui impenſa à principio diſturbari poterant, & ex non prouiſione ad magnam eſt deductum, imputari poteſt in cuius fundo caſus euenit.*

Conſilium XIII.

REquiſitus ego Antoni⁹ infraſcriptus à venerabilib. iuris defenſorib. oneris pro magnifico dom. Ioã. de Ben. D. Bononię, ſuper q̃one vergẽte inter vicinos cõmodum habentes cuiuſdam clauicæ vel cloacę, quę principium trahit à parte ſuperioris ciuitatis Bononiæ, diſcurrens per contratam Notadellæ, & in fine trahit curſum per hortum Chriſtophori de Zuntinis, & tranſit ſuper fundum riui in puncta morandi ſine flacacoli: pluries hincinde partibus auditis, ſcilicet, Chriſtophoro ex vna parte, ac magiſtris pro ſua parte productis, & alijs magiſtris

pro parte viciniæ, quis conferre debeat ad reparatio
nem muri ædificati & ripa manutenenda, ne foſſa-
tum cloacæ ad præiudicium publicum abſorbeat
aquam Nauigeni, & diffluere faciat ſubtus canale
ad flacacollum, vt conſulam quid ſentiam, pluries
rem oculis ſubieci: & quia in facto nec ex dictis nec
ex ſcriptis certificari potui, certum omnino nõ po-
tero dare reſponſum. Caſus tamen decidam circũ
ferentes. Ex quibus decidere habens, facto digeſto
& palpato decidere poterit quid iuris, præſupponã
aliqua in facto certa.
1 † Primò, quòd antequam Chriſtophorus domi
nus foret horti, vbi eſt foſſatum, & ibi ædificaſſet
filatorium, quod poſtea ædificauit, nunc dirutum,
dictum foſſatum ibi erat ad ſeruitium dictæ claui-
gę: an autem proprium, vel vicinale, vel publicum
foret, nihil in facto certum habere potui. Alterum
de duobus eſſe potuit, quòd foſſatum, prout in ter-
reno Chriſtophori protẽditur, erat proprium ſicut
terrenum quo ad proprietatem, ius autem ſaſtidij
& aquæ ducendæ, & ſic ſeruitus competens viciniæ
aquæ ducendę, & ſaſtidij per locum illum, tunc v-
2 ſus eſſet viciniæ proprius & ſeruitus, † & de iure re-
fectio ſpectaret ad viciniam, quia canale ad vſum
priuatæ viciniæ: debens enim ſeruitutem nihil age
re debet, niſi pati, ff. cõmun. prædiorum. l. refectio-
nis. de itinere actuque priuato. l. 3. §. penultimo. in
fi. de ſeruitutibus. l. ſeruitutes, alias l. quoties. §. ſer-
uitutum. ff. de riuis. per totum, & de cloacis, per to
tum. imo & vbi reficere velit vicinia, impediri non
3 poteſt à Chriſtophoro, vt iuribus præallegat. † Item
ſecundum eſſe poteſt, quòd cloaca ſecundum ter-
renum Chriſtophori ſit vt vicinalis, communis &
publica reſpectu totius viciniæ, ſicut & via dicitur
a priuata, & quædam publica & vicinalis, [a] l. 2. §. via-
rum, ne quid in loco publico. & in tali ędificium &
reparationem tenetur quilibet de vicinia, quatenus
protenditur in ſuo, & qui de illa commodum re-
portaret, vt eſt caſus in dicto §. viarum. in fin. & in
quantum protenditur in locum publicum, ſcilicet,
ſubtus terrenum Reni vel fundum, omnes ad illam
contribuere teneantur: & hoc eſt, quod declarat
ſtatutum, quod vidi, & ſic debet intelligi, in quantũ
loquitur de expenſa in publico, omnes contribue-
re debent pro rata, inquantum tranſit per loca pri-
uata, commodum habentes illi reficiant ſuis ſum-
ptibus, in quantum pertranſit eorum territorium,
hęc omnia vera ſunt, vbi agitur de expenſa clauigę,
& circa ſolum corpus clauigę, de qua hic non agi-
tur, vbi autem agitur de imminere aduerſus aliud,
clauigam damnificaret, vel de munimento aliquo
4 vel de clauiga damnum alteri inferat. † Dico, quòd
ſi leui expenſa potuit cloacam munire, debet & te-
netur ſolus ille, in cuius territorio aqua defluit, in
cuius facie damnum infertur, ſi magna exigitur
5 expenſa in alijs conuicinis tali non ſubſiſtente † pe-
riculo, quia ſecundum naturam eſt, vt ſicut parti
cipat commodum, ita & incommodum, de regulis
iuris. l. ſecundum naturam. ad hanc impenſam in-
quantum eſt exceſſiua, vicini cõferre tenentur om-
nes, C. de muni. vr. con. l. qui liberam. lib. 11. C. de
op. pub. l. omnes. ad hoc dicta Gui. C. de ſacroſanct.
eccleſ. l. neminem. & Bartol. in d. l. peruertamque.
6 iuncta l. ciues. de operi. publ. † Si autem leui impen
ſa à principio poterat prouideri. & non prouiſione
ad magnam deductum, ſi cauſa viſibilis erat, & ſic
negligentia aliqua potuit imputari non reficienti,
ſolus, in cuius fundo caſus euenit, ad expen. tenere-
tur, ff. de via pu. refi. l. ſi in agrum. §. qui viam. ſi ne-
gligentia non poterat imputari, omnes de vicinia
contribuere tenerentur. Hæc vera, niſi ex aliqua cõ
cauitate vel operatione cauſa damni fuiſſet is, in
cuius fundo defluit: quia adhuc ſolus teneretur, vt
d. §. qui viam. & idem ſi vicini cauſa fuiſſent huius.
Nunc autem patet, flumen Rheni, quod pu-
blicum eſt, deſtruxiſſe ripam, tranſitum faciens ſu-
per terreno Chriſtophori & ductum cloacæ, in tan
tum quòd alueo derelicto, magna pars aquę alium
locum quærit in damnum publicum molendino-
rum & aliorum ædificiorum ad aquam, & per do
minum noſtrum Ioan. de Ben. ripa nõ modico ſum
ptu refecta extitit. ad quos ſpectat hoc onus, & cui
attribui debeat illatio damni, periti in arte diſce-
ptant, aliqui Rheno, aliqui clauigę, & certè mixta
cauſa eſt clauigę in trahendo, & Rheni in ſequen-
do, cùm trahens ſit principium manens, hoc ſubti-
lius clauigæ puto attribuendum, l. ſi ex plagis. §. in
triclinium. ff. ad l. Aquil. l. damnum. §. Sabini de dã-
no infec. maximè cum ſic potuerit a principio mu
niri. & hoc contingeret in futurum: medium autẽ
inter clauigam & ripam fuit immediata cauſa dam
ni, ſi fulcita fuiſſet, hoc damnum non contigiſſet.
Nunc autem incurrit intermedia ripa fluminis, cu-
ius vſus eſt publicus de iure communi, ff. de re. diui.
riparum. & de flu. & l. flumina. Vnde cùm extremũ
ripæ fluminis fuerit immediatum, videtur expenſa
fieri debuiſſe de publico; ſed quia vſus ripę de facto
non eſt publicus, ad commune ſpectaret expenſa,
niſi aliud concauitatis factum fuiſſet, vel niſi ſic
cloaca in ſpondis muniri potuerit, & in territorio
Chriſtophori, quod potuit de hoc damnum dicere,
ne clauiga aquam adſorberet, quod clarè ſpectat
ad magiſtros. Poſito quòd ripa eſſet priuata, ſi te-
netur quod clauiga, inquantum protenditur per
locum Chriſtophori, eſſet priuata clauiga, quod
hic præſumuntur duæ opiniones: quia hoc factum
fuit ex ſtatuto abſque voluntate, & à principio nul
lum apparet cõmodum de mundo fore, imo potius
incõmodum illi territorio ex ædificio clauigę, ante
quàm Chriſtophorus aliquod ædificaſſet, non ap-
parente actu aliquo commodo, præſumo cloacã
fuiſſe priuatam viciniæ, & ibi habuiſſe ius aquæ du
cendæ, ar. l. 2. §. viarum. in fine. ff. ne quid in lo. pub.
vnde ante ædificium Chriſtophori, ſi caſus contigiſ
ſet, præſumendum fuiſſet æquè priuatam, & ſolam
viciniam teneri ad hanc refectionem: ſed facto ę-
dificio, proponitur in facto Chriſtophorum com-
modum habuiſſe dictæ Cloacæ, quia aqua, quam
ex Rheno deferebat ex clauigæ conductu, non ha-
buiſſet decaſum abſque illo ædificio cloacæ, & ma
ximè vltra alios de vicinia ex hoc commodum ha-
bebat. Et quanquàm hodie non vtatur, remanſe-
runt reliquię aquęductus, & de facili poteſt talis v-
ſus reſtitui ff. de ſerui. vr. pręd. l. 2. l. Aniicinus. Vnde
hanc vtilitatem habet potentialiter, & ex quo du-
rant reliquię, in dubio pręſumerem vſum commu
nem, & cloacam etiam eius & vicinalem: hoc etiã
arguit, quia & coactus fuit eam concauare, vt patet
ex pręceptis productis: & hoc tenendo, ſi probari
poteſt, Chriſtophorum feciſſe vel tenuiſſe aliquam
concauitatem, ex qua hęc facilius aqua cloacæ ab-
ſorberetur, totum damnum & expenſa eſt Chriſto
fori: ſi hoc non poteſt, & apparet, quod propter no
uam concauitatem cloacæ impellentibus vicinis
hoc dãnũ dederit cloaca, q̃ ſi ſtetiſſet in primo ſtatu,
non dediſſet, tunc tota expẽſa erit viciniæ: ſi hęc nõ
apparet, ſi ex modica expẽſa potuit occurrere Chri
ſtophorus huic dãno, ponendo ſolidum terrenum
ante faciem ripæ, & res fuerint ſic pares, quod ad-
ſcribi poſſit ad culpam Chriſtofori, Chriſtophorus
tene-

tenetur: ſi non potuit ſine magna expenſa prouidere, vel latens fuit caſus, ita quòd etiam diligentiſſimo occurriſſet, quem caſum non præuidiſſet, alıter omnes de vicinia contribuere tenentur, vt patet ex ſupradictis. declaratio autem in facto ſpectat ad magiſtros.

A D D I T I O.

a VICINALIS] *Vis uicinalis eſt priuatarum perſonarũ. Affl. deciſ. 62.*

S V M M A R I V M.

1 *Legata in teſtamento nullo an ſint valida.*

2 *Venditio bonorum facta concubinæ, an ſit tenenda.*

Conſilium XIIII.

1 PRIMA † facie videtur, legata non tenere defectu teſtamenti, quod nullũ videtur, in quo inſtitutus eſt ſpurius, & incapax, C. de na. libe. auth. licet, in fi. Item nec donationes effectualiter, & conſequenter legata valere videntur, quaſi datum ex turpi cauſa, ff. de condi. ob tur. cauſam. l. idem eſt §. ſed quòd datum.
2 ſaltim enim exceptione repellitur petens. † Idem videtur & de vẽditionibus, quaſi ſimulatę & in fraudem præſumantur ita, eo quòd in perſonam prohibitam ſit alienatio, at C. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi non veram. ff. eo. l. ſi ſponſus §. circa. de contrahen. emp. l. ſi quis donationis in fi. Item hodie per cano-
a nes damnatus eſt coitus concubinæ a filij: ergo ita omnino ſunt incapaces: ſic concubina, velut tur-
b pis perſona [b] & ex turpi cauſa quæſita repellatur: quod damnatus ſit, patet 32. quæſt. 1. c. 1.
Non obſtantibus his, puto legatum tenere: con-
c cubinæ c enim donari poteſt, ff. de dona. l. affectionis. & l. donationes in concubinam. & eſt expreſſum in legato ff. de lega. 3. l. ſi concubinam. ad hoc ff. de iis quibus vt indig. l. cum tabulis. §. 1. l. 2. C. de dona. inter vi. & vxo. per locum à ſpeciali, ff. eo. tit. l. hæc oratio §. 1. In his ergo legatis, in quibus eſt impieta conditio, non eſt dubium, locum habere prædictã, & donationes & legata & venditiones etiam valere, nõ obſtante quod coitus ſit damnatus: quia ſi pro coitu extorquendo donaſſet vel legaſſet, procederet obiectio: ſed potuit alia pietate moueri, forte vt illa nubat: quod & apparet ex vno legato, & ne malam vitam ſequeretur, ad hoc quod not. ff. de re iud. l. miles. Non obſtat primus defectus inſtitutionis: quia proponitur hunc legitimatum, & clauſula in fi. teſtamenti, ſi non valet, &c. illum tollit.

A D D I T I O N E S.

a CONCVBINAE] *Concubinatus prohibitus eſt etiam de iure ciuili, ut ſenſit Rip. in l. ex facto §. ſi quis rogatus. nu. 50 ff. ad Treb. uidetur hoc probare textũ ca. 1. de fil. nat. ex matr. ad morg. contra in feud. Dida. de ſponſ. in 1. par. c. 4. nu. 8.*

b TVRPIS PERSONA] *Concubinarij dicuntur turpes perſonæ, ut ſi frater inſtituat concubinarium, locum habeat querela, de qua in l. fratris. C. de inoffi. teſta. Decius conſi. 530. Iaſ. conſi. 71 lib. 1. Afflic. deciſ. 204. Ruy. conſi. 5 lib. 3.*

c CONCVBINAE] *Vide ad propoſitum plenum conſil. Aym. 229.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum filij, in quo relinquitur parentibus aliquo titulo, an ſit conſeruatorium.*

2 *In ſucceſſionibus æqualitas ſeruanda eſt quoad liberos & parentes.*

Teſtamentum nullum per defectum inſtitutionis, an validetur quoad ſubſtitutionem.

3 *Verbum, relinquo, bonorum vniuerſitati adiunctum, an trahatur ad hæredis inſtitutionem.*

Conſilium XV.

a
1 VISIS [a] themate † prolato, & dubiis elicitis abſque longa diſcuſſione. Ad primum videtur, matrem, ne rumpat teſtamentum, ſufficere habere aliquid quoquo relicti titulo, ſicut ſufficiebat iure Codicis, & Authenticorum aliquo tempore, vt in Authen. de trien. & ſemi. §. hæc vos. C. de inoffi. teſtam. l. quæ nuper. & l. quoniam. ad hoc, quia patrono ſufficit habere quoquo relicti tit. vt not. glo. de bo. lib. l. etiã. §. toties. & ad inſtar patroni regulatur debitum parentibus, vt l. 1. in princip. & quod ibi not. ff. ſi quis à patre fu. ma. Item, quia non reperitur in parentibus mutatum, igitur &c. de ap. l. præcipimus. C. de teſtam. l. ſancimus. C. de inof. do. l. 1. in Authen. quinimo. na. effi. ſui. §. tribus. Item non ſic parentibus ſicut liberis debetur hæreditas propter votum & naturalem erga filios charitatem, ff. de inoffi. teſtam. l. nam & ſi. Licèt ergo filijs debeatur iure inſtitutionis hodiè, vt in Auth. vt cũ de app. co. §. aliud quoque capitulum. colla. 8. ſufficiet parentibus habere quoquo relicti titulo. Ad hoc, quia glo. Io. & Azo, prout dicunt deberi iure inſtitutionis, non faciunt mentionem de parẽtibus, vt no. C. de inoffi. teſt. authẽ nouiſſima. & no. in d. §. aliud quoque. & hanc partem ſequi videtur Bar. in d. auth. nouiſſima.

Contrarium videtur veritas, quòd non ſufficit hodie parẽtes habere quoquo relicti titulo. Primò, quia liberi debent habere iure inſtit. ergo & parentes, propter regulam correlatiuorum, vt l. 2. C. de indic. vidu. Item maiori ratione debetur parentib. quia ex paucioribus cauſis poſſunt, quàm filij exhęredari, vt d. §. aliud quoque. Item quia idem honor parentibus debetur à filijs, imò maior, quàm econtrariò, ſed propter honorem filijs debetur titulo inſtitutionis, l. ſi filium. §. ſi legata. ff. de le. præſtan. ergo
2 & parentibus. † Item æqualitas in liberis & parentibus quoad ſucceſſionem ſeruanda eſt, in Auth. de triẽ. & ſemiſ. §. 1. col. 3. ad hoc tex. expreſſus ĩ Auth. vt cũ de app. co. §. & hoc qdẽ. vbi oĩa dicta in teſtõ parentũ quoad liberos extẽdit ad teſtamenta liberorũ quoad parentes, capitulis duntaxat exceptis, in quib. ſpecificè aliud diſponitur, vt patet ibi, & ecõuerſo proſpeximus de liberorum teſtamẽtis hæc eadẽ cum aliqua diſtinctione diſponere, & ibi, Oibus in huiuſmodi teſtamentorum prohibitione ſeruãdis, quæ in parentũ perſona diſtinximus, ad hoc e. Auth. §. cęterũ Et ꝓ hac parte decidit Ia. de Bel. ibi, ad hãc partem elegi poſtea conſulẽ dominum Mu-

 tinen.

tinen. & per hoc decidit Bar. in l. 1. ſi quis à pa. fu. ma. diſputando, vt not. in d. §. aliud quoque capitu. pro hoc communis opin. quia vt in pluribus, talia regulantur à pari, debitum parẽtibus & liberis, C. de inoffi. teſtam. l. quoniam. & patet in augmento legitimæ: quia ſic parentibus eſt aucta in trientem, ſicut liberis, vt no. in Auth. de trien. & ſemi. §. 1. & no. in dicta auth. nouiſſima. & vbi reperiuntur extrema communiter pariſicata, de vno ad reliquum fit extenſio, vt no. gl. de elec. cap. quàm ſit. lib. 6. ad hoc quod no. C. de fur. l. ſi quis ſeruo ff. de leg. quod verò. & in regula, quæ contra. de regulis iuris, lib. 6. Si quis tamen vellet contrarium tenere, faciliter reſpondet ad tex. in Auth. vt cum de app. cogno. quia nihil diſponit in ſpecifica materia de modo dandi, ſed de cauſis exhæredandi, & de præſeruatione legatorum; & cum proteſtetur ſe velle diſponere, videtur indiſtinctè voluiſſe, vt proteſtatur inquantũ omittit, talia relinquendo antiquæ diſpoſitioni: & prout dicit de prohibitione teſtamentorum, in omnibus huiuſmodi loquitur ſpecificè de prohibitione actus teſtandi ab homine, ita quod punctus nõ eſt abſque dubio, licet hæc pars mihi probabilis videatur.

3 † Sed poſito quod habere debeat iure inſtitutionis, an in propoſito habere cenſeatur? Et videtur
b quod ſic, quia verbum, relinquo, [b] iunctum vniuerſitati bonorum, trahitur ad hæredis inſtitutionem, vt l. his verbis. & quod ibi nota. ff. de hæredibus inſtit. & not. glo. in corpore, de hæred. & fal. §. ſi verò. In verbo, relictis. puto quod non ſufficiat verbum, relinquo, adiunctum vſufructui omnium bonorũ: quia per hoc non habet totam hæreditatem, ſed partem bonorum, & conſequenter abſque oneribus, l. ſubſignatum. §. bona. ff. de ver. ſign. ad hoc l. ſi ſeruum. §. ſi cum l. ſeq. ff. de leg. 2. & quod ibi no. & ad Treb. l. cogi. §. generaliter.

Ex quibus relinquitur, quod tenendo opi. quod non ſufficiat parentes hodie habere quoquo relicti titulo, teſtamentum eſt nullum quoad hæredis inſtitutionem. Quæ autem ex opi. verior ſit de iure, nõ diſcutio ꝑ præſenti, ſed poſita pro vera vltima opi. Reuocatur in dubium, an fideicom. factum de Agnete & Honeſta, conſeruetur per authen. ex cauſa. [c] & in Auth. vt cum de appe. cog. §. aliud quoque capitulum. Et veritas eſt, quod ſubſtitutio fideicomm. conſeruatur, vt in corpore vnde ſumitur authen. ex cauſa. ibi, legata & fideicom. &c. & quia talis ſubſt. fideicom. non impedit ſucceſſionẽ ab inteſtato, ad hoc ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. l. ſi ſeruum. §. 1. ad hoc gloſſ. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad treb. & ibi hoc tenet Bartol. & in auth. ex cauſa. C. de libe. præte. Relinquitur ergo breuiter concluſio, quod dato quod teſtamentum ſit nullum, valet fideicommiſſum, datum Agneti & Honeſtæ.

ADDITIONES.

a *VISIS] Hoc conſilium noncupatim refert & ſequitur Iuli. Clar. in §. teſtamentum. q. 38. verſi. ſed quæro, tu ſcis. Et eſt communis contra Bar. in auth. nouiſſima. nume. 4. C. de inoff. teſtamen. quam latiùs ibi exagitat Iaſ. num. 73. Guil. Benedic. in c. Raynutius, fol. 206. nume. 249. de teſta. Bertrand. conſil. 34. nume. 6. & 7. lib. 1. in 2. par. conſi 43. poſt nume. 1. lib. 3. in 2. par. Soc. Iun. conſil. 64. nume. 1. lib. 2. Io. Dilec. de ar. teſtan. titu. 3. car. 1. nume. 1. pro qua facit text. in §. aliud quoque, vt cum de appella. cogn. in Authen. dum vult, ea, quæ in filijs conſtituta ſunt, etiam in parentibus locum habere: & in practica nephas eſſet conſulendo aut iudicando ab hac opinione recedere.*

b *RELINQVO] Quamuis verbum, relinquo, iunctum vniuerſitati bonorum vel quotæ hæreditatis, alio non vniuerſaliter inſtituto, trahatur ad inſtitutionem, de qua per Alexan. in l. his verbis ff. de hæred. inſtit. conſi. 149. num. 2. lib. 1. conſil. 105. lib. 4. conſi. 125. lib. 6. tamen hoc non habet locum in filijs, & alijs, qui debent formaliter inſtitui. latè Guil. Bened. in d. §. Raynutius. verb. in eodem teſtamento relinquens. Moder. Apoſtil. ad Alexand. conſilio. 17. in fi. lib. 3. ubi citat hoc conſil. Butrij. Adde Didac. in d. capitu. Raynutius. §. 1. nu. 65. in fi.*

c *EX CAVSA] Fideicommiſſum conſeruatur per authen. ex cauſa, ubi Alex. colum. 7. dicit hanc eſſe communem opinionem. Anchara. conſil. 143. Præfatis nominibus, col. 1. Anan. conſilio 28. Viſis & ponderatis. colum. fi. Dec. conſi. 86. num. 3. ubi citat Butr. in hoc conſil. Iaſ. d. auth. ex cauſa. q. 5. Guil. Benedic. in c. Raynutius, uerſi. in eodem teſtamento relinquens, 1. nu. 237. de teſta.*

SVMMARIVM.

1 *Filio patruum inſtituente, an mater poſſit agere de inofficioſo teſtamento.*

2 *Mater an excludatur à ſucceſſione filij, exiſtente patruo, ſtante ſtatuto &c.*

Conſilium XVI.

1 VISO præſenti Statuto, quæritur, † nunquid prædicta Tadea mater prædicti Nardi ſuccedat in quarta parte, & in legitima, ſeu in aliqua parte prædicto Nardo eiuſdem filio, qui teſtamentum fecit & condidit, nec
a ipſam in aliquo inſtituit, [a] nec exhæredauit, vt prædictum eſt in primo folio præſentis quaterni: & in caſu, quo ſuccederet in aliqua parte, nunquid cõputari debent duo legata eidem relicta per dictum commiſſarium eiuſdem filium.

Per ſtatutum ſtante patruo mater excluditur à ſucceſſione, cùm ſit patruus intra quartum gradũ, & ſic ceſſat iniuria matris inſtituto patruo, ſub qua fundatur ius dicendi nullum & querelandi, & ideo non poteſt dicere nullum, nec querelare, vt not. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de libe. & poſthu. & ex
2 quo † mater a ſucceſſione excluditur, etiam à legi
b tima, [b] quæ menſuratur ad menſuram ſucceſſionis inteſtati, vt C. de inoffic. teſt. l. quæ nuper. & in authen. nouiſſima & ſic aliàs pluries conſului. Non obſtat ſtatutum ibi, ſi autem deceſſerit aliquis non extantibus &c. quia pars debet intelligi ſecundum præcedentia, & ſuppleri, quando etiam non extant agnati vſque ad quartum gradum: quia non eſt veriſimile, ſtatutum ſtatim velle corrigere, vt ff. de cõdit. & demonſt. leg. nam ad ea.

ADDITIONES.

a *INSTITVIT] Filius non poteſt præterire matrem ſine cauſa, neque à legitima excludere, ita communiter, ut dicit Guliel. Bened. in c. Raynutius. in 2. par. fol. 46. nu. 30. Aym. conſil. 62. Iul. Clar. in §. teſtamentum. q. 49.*

b *LEGITIMA] Mater excluſa à ſucceſſione, ſecundum magis communem & ueriorem opinionem, excluditur etiam à legitima: ſic in terminis conſuluit Deci. conſil. 299. nume. 5. Ang. conſi. 105. Statuto cauetur, colum. fi. Pau. de Caſt. conſil. 108. Super eo, de quo quæritur. in princ. & in conſil. 111. Super*

per primo quæſito, col. 2. verſic. ad ſecundum quæſitum, conſil. 131. Si dicta Cornelia. in princ. conſi. 254. Quoniam fundamentum, colum. 2. conſi. 173. in fi. lib. 1. Cuma. conſi. 20. Dom. Antonius, conſi. 187. Spectabilis miles Alex. conſi. 68. lib. 4. Bald. conſil. 329. Circa primum dubium. lib. 3. conſil. 49. Statuto cauetur, quòd mater lib. 5. Alexan. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſthum. in conſil. 3. col. pen. conſil. 168. lib. 7. Socyn. conſil. 89. colum. fina. cir. medium. conſil. 127. colum. 2. cir. med. lib. 4. Corn. conſi. 316. lib. 1. conſi. 1. colum. pen. conſi. 107. conſil. 150. col. 3. lib. 2. conſil. 290. lib. 3. conſil. 2. colum. 4. Dec. conſil. 33. col. fi. Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter, col. fi. C. de inoff. teſtam. Brun. in tract. de ſtat. excl. fam. art. 9. q. 1. in 1. caſu, & art. 23. q. 3. col. 1. Goz. conſil. 43. colum. penul. Aym. conſi. 31. num. 13. Rui. conſi. 17. nu. 6. lib. 2. conſil. 27. lib. 3. Franc. in c. 1. de teſta. lib. 6. in fi.

De Vſuris.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia, quam recipiunt ciues ex dono à communitate propter mutuum communitati factum, an ſit vſuraria.*

2 *Amor proximi præferendus eſt lucro, & potius illi ſubueniendum eſt, quàm pecuniæ parcendum.*

3 *Lucrum ex pecunia mutuata quo caſu ſit licitum.*

4 *Obſequium illicitum an licitè poßit præmiari.*

Conſilium XVII.

OCCVRRENTIBUS Neceſſita-
a tibus a ciuitas ciues compellit ad
præſtandam † pecuniam ſecundũ
1 æſtimationem bonorum cuiuſque ciuis: quæ ſolutiones vulgariter (impreſtita) vocantur, ſub ſpe reſtitutionis eorum, quę exſoluuntur: quia niſi ciuitas repararet, remittentes pro minori quantitate anxietate repræſentandæ pecuniæ vel neceſſitatis cauſa aut aliter lucrantur in plus, vel timentes caſum nõ reſponſionis de vtilitate pecuniæ propter guerras quantitatis reſtituendæ; & aliquando compenſat in condemnationibus creditorum declinantium annuatim, aut ciuitas pro ciuibus prædictis ſub nomine doni ſeu remunerationis reſpondet ad rationem quatuor pro centenario, & pro ſolutione iſtorum quatuor grauatur ciuitas in introitibus ſuis, & gabellis nouiter imponendis.

Et nunc quæritur, an cum bona conſcientia ſit licitum dicta quatuor recipere.

Scio multos magiſtros & doctores cõtraria ſcripſiſſe, & multotiès requiſitus, vt ſcriberem, deſtiti, ne fortè labore multorum conſcientias offenderem; tanta autem inſtantia à tali & pro tali requiſitus (ſalua conſcientia) denegare nõ potui, quin calamum aſſumerem ad ſcribendum, quæ ſenſerim nudis ſermonibus abſque iurium probationibus, & inquantum aſſumentes vtilitatem illam aſſumerent ſolum ad ratam debiti conſequendi; & hac intentione & non vltra, hoc pactum non agnoſco: vbi autem aliquid vltra debitum, hic dubi[illegible]o exiſtit. Primitiua regula, quemlibet ciuem naturali iure & diuino obligatum ex præcepto, Diliges proximum; ad ſubueniendum proximo & ciuitati, in qua propria charitas & multorum proximorum exercetur, dum tamen iuſta ſit guerra vel neceſſitas ciuitatis.

Secundo, quòd quanquàm ad modicum ſperare etiam ſub ratione doni, quod remuneratione exercitij charitatis ex pacto vel ſtatuto in peccatum tranſeunte, vt oppoſitum debitæ charitati eſt peccatum; quia contra id Diliges proximum.

5 † Tertio, quod omiſſo quolibet lucro, vel lucri
ſpe à fratre requiſitus in neceſſitate poſito, quanquam pecuniam ocioſam non habeat, ſed ex ea lucrari conſueuerit, quis quocunque lucro reiecto & poſthabito debet illi pręferre lucrum retentionis proximi à neceſſitatibus ſuis, aliàs peccat contra Dei præceptum. Plus ſe aut temporale lucrum diligere quàm proximum.

Quartò, quòd quãquàm quis inuitus compellatur ad mutuum & ad ſubuentionem fratris neceſſitatis, videtur aliquid ſemper inferre, vt volũtas inuita aliquo ſubleuetur; non eſt licitum, imò dupliciter peccat. Primò, inquantum inuitus ſubuenit neceſſitati. Secundò, inquantum eius voluntas in ſe actionem habet annexam, lucri ſpecie ad conſolidandam voluntatem compulſi: nulli enim dubium, tales forę & militare contra charitatis exuberantiam.

Quintò præmitto, dicta præſtita, ex quo aliqua ſubeſt ſpes reſtitutionis aut compenſationis, ſtare loco mutui, nec loco doni, nec irreuocabilis tranſlationis in fiſcum.

3 † Sextò, quòd licitum eſt mutuanti, ſi ex mutuo
aliquid maius vel ęqualiter ſentit damnum in perdendo de ſuo, quod eius proximus ſentiret ſi non mutuaret, eſt licitum à pacto & proximo mutuãdo ſuſcipere, paciſci de illo damno, prout eſt in perdẽdo non in defectum lucri: arctatur enim ad proximi dilectionem æqualem ſibi, vt ibi. Diligas proximum ſicut teipſum. Ideo ſi proximus abſque mutuo meo eſt perditurus centum, ego centum vel ducenta mutuando poſſum licitè aliquid paciſci de illo damno abſq; peccato: ſi autem proximus eſt fame periturus ego pecuniam perditurus prædiligere debeo proximi ſubuentionem, & de damno paciſci in caſu potentiæ proximi compenſabiliter cum damno non reputo vſuram.

Septimò, quòd quicquid iura præſumunt, ſi mẽs proximi, cui in neceſſitate ſubuenio, eſt aliquid dare loco doni vel remunerationis, vel quacunque cauſa, hoc caſu ſpe à mente deficiente mutuantis, ſi in remunerationem recipit donum, hoc non eſt vſura nec peccatum: puto tamen, quòd fortè remuneratur æternò, quia temporalem pro æterna recipit remunerationem, cùm in ſua ſit facultate non recipere: ſi autem detur voluntas mutuantis annexa ſpei doni, & mera & libera voluntas in accipiente mutuo donandi, hoc eſt peccatum ex parte mutuantis. quia voluntas eius annexam habet mixtam & voluntatem oppoſitam charitati; ſed non eſt vſura, licèt multi teneant contra, quòd ſit vſura: vnde hoc peccatum contritione deletur, nec ad reſtitutionem tenetur, ex quo libera eſt, & punitur donantis voluntas: quanquàm enim hoc fuerit cum peccato quæſitum, & in licito quærendo ſit annexa mala voluntas, cauſa im-
4 mediata quærendi iuſta eſt liberalitas, ſ. donãtis † Nec
ob. quod dici pôt de meretrice recipiente ſub dono à meretricantibus: quia in ea foret dicendum idem, ſi omnino donans reſpectum non habeat ad remunerationem turpitudinis, quod difficile eſt aliter

eſſe: ideo conſulitur, quòd expendat in pauperes. & ſimili modo eſt difficile ſeparare voluntatem donantis à remunerationis actu, ex quo mutuum præceſſit, & ſolus ipſe donans & Deus noſcere poteſt: & ideo non eſt tutum ſe huic opponere incertitudini.

Ex his deciduntur quæſita, ſi ciuitas reſtituere poteſt: quia ceſſat neceſſitas, & non reſtituit, & ſic eſt in mora, licet recipere aliquid ſub loco intereſſe: quia ex hoc habet damnum culpa ciuitatis, & finita eſt neceſſitas ſubueniendo. Si ciuitas non habet facultatem reſtituendi, ſi particulares ciues habent damnum euidens, quia tantum expenderunt de ſuo, quantum recipiunt in ſuſtentanda familia condecenter ſub vſuris, hoc etiam eſſet licitum: rationem autem lucri facere poſſent, durante neceſſitate Communis, non eſſet licitum recipere, & quod reciperetur, eſſet vſura: aliàs vſurarij omnes ad modicum mutuantes excuſarentur ab vſura: quia pauci ſunt, qui tantum non lucrentur. Hæc vera, niſi conſtaret mutuantibus de omnimoda liberalitate ciuitatis donare volentis, quo caſu ſi non habet animum recipiens aliquid habendi, gratis tamen datum recipere poſſit abſque peccato: ſi haberet vel habuiſſet animum aliquid ſuſcipiendi, etiam ſub nomine doni à Communitate liberè donantis, hoc peccatum delebitur contritione, ſed quæſitum licitè tenet. Sed quia in veritate ciuitas liberè hoc non facit, vel ſaltem difficulter conſtare poteſt de liberalitate, quia hoc fit ad conſolidandam voluntatem ciuium, quia ad hoc liberè venire deberent, non video quin hoc lucrum ſit illicitum, & Communitati reſtituendum dico, ſi tamen daretur hoc certum, quòd liberè ciuitas donaret, illicitum non eſt lucrum, licèt aliquod detur peccatum in ſuſcipiente habente animum aliquid recipere ſub nomine doni tempore mutui, vel pendente mutuo. Ideo ibi conſulerem vt meretrici, quòd hoc in aliquod opus pium expenderetur: in dubio in perſona mutuantis præſumetur potius, quod animo remunerationis mutuaret, quod declarat voluntaria ſuſceptio poſt ſecuta, quàm quod non.

ADDITIO.

a NECESSITATIBUS] *Adde Feder. de Sen. conſilio 303. Quæſtio vertitur inter ciues. Paul de Caſt. conſilio 289. Præſens dubium, lib. 1. Anchara. diſputa. incipien. Antiqui. Lauren. de Rodul. in tract. de vſur. quæſt. 14. & in q. Montis Archiep. Flor. par. ſecunda, titu. 1. capitu. 11. dixi Milleloq. 302.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens poſt deſertionem appellationis agi poſſe de nullitate, an tribuat poteſtatem agendi pro expenſis in lite factis contra deferentem, proceſſu priori exiſtente nullo.*

2 *Iudicium cum adulta intentatum, nullum redditur per curatoris dationis nullitatem.*

3 *Statutum non patitur abſurdum intellectum.*

Conſilium XVIII.

1 IN queſtione prędicta abſque longo
verborum diſcurſu dubiũ faciũt,
† quia ſi quid poterat in iudicio allegari, & quaſi in contractu iudiciali à curatore nomine adultę agitato, illud ſublatum eſt, tum ex ra-
a tihabitione [a] patris appellantis, ff. rem ra. ha. l. 3. §. fi-
lius. tum ex tranſitu in rem iudicatam ſententiæ cõ-
tra pupillum latæ, quæ ſententia tranſiuit in rem iu-
dicatam ex diſpoſitione ſtatuti, & iudicium validũ
b fingit, nec admittit ad dicendum de nullitate, [b] vel
ad probandum, & ſic aliquid fingit ab initio ex de-
ſertione appellationis, quæ retrotrahitur, ff. de his
qui no. infa. l. furti. cum ſi. tum etiam ex tacita pro-
c nũciatione ſuper legitimatione [c] perſonarum, quæ
quò ad iudicij validitatem fingit perſonas fore le-
gitimas, quę in iudicio egerunt contra omnem defectum & quò ad omnem effectum. Ex quibus concluditur tenuiſſe etiam quò ad adultam, & conſequenter quò ad fideiuſſores adultæ. Item dato, quòd quò ad adultam ille quaſi contractus rõne iudicij non teneret, cuius prętextu fideiuſſores intercedũt: iam hoc eſt ex ætatis minoris imperiali priuilegio, quod non extenditur ad fideiuſſores, ff. de except. l. exceptiones. C. de fideiuſſor. l. j. in regula, priuilegiũ. cum concor. de re. iur. lib. 6.

Aduertendum eſt, cuius reſpectu fideiuſſores interceſſerunt, an contemplatione curatoris, an adultæ: Si contemplatione adultæ interceſſerunt, quod imaginor ex ſtatuto tranſmiſſo, à quo mulieres arctantur ad ſatiſdandum, & ſic contemplatione quaſi contractus iudicialis adultæ, cuius nomine agebatur, fideiuſſores proponuntur in facto interceſſiſſe: quo poſito, dico non teneri fideiuſſores, nec aliquatenus pro expen. poſſe conueniri. Primò, quia datio curatoris ad litem pupillæ in ſacris patri exiſtenti ipſo iure non tenuit, cum exiſtenti in patria poteſtate tutor aut curator litis aut bonorum dari non poſſit patre volente ſe adminiſtrationi ingerere: quod in dubio præſumitur, niſi declaret oppoſitum. C. de bon. quæ libe. l. fina. §. 1. ff. de tut. l. muto. §. fina. & l. 1. Inſtit. de tute. in princip. in Authen. vt liceat ma. & auiæ. in princip. ff. ex qui. ca. ma. l. ab hoſtibus. §. 1. ff. de cura. fu. l. ſi. in principio. ſolo enim caſu ſubſiſtentis impedimenti vel abſentiæ curator datur aut liti aut bonis, vt patet ex iuribus prædictis, & not. gloſſ. ff. de iudic. lege, ſi longius.

2 † Concludo, quòd cùm non tenuerit curatoris
d datio, iudicium eſt ipſo iure nullum [d] cum adulta
intentatum, C. in qui. cau. reſtitu. in integ. non eſt ne. l. ſi tutor. & de tu. & cu. da. ab his qui ſa. non de. l. 2. & l. in dubiũ. nam datio curatoris nulla eſt: ex ea ergo non integratur perſona adultæ, nec ex perſona patris, qui non conſenſit, ſi teneatur opi. glo. quòd iudicium ſit nullum, ex defectu non integratur perſona filiæfam. & idem ſi teneatur, quòd exigatur patris conſenſus in ſignum repudiationis, vt tenui in l. cum non ſolum. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. vtrobique iudicium nullum, & ſic quaſi contractus, cuius prætextu interceſſit fideiuſſor.

Hoc ſuppoſito, ceſſant obiecta non ob. ratihabitione patris. Primò, quia non potuit ratificare iudicium nullum, vt dicit gloſſ. in dicto §. neceſſitate, quam tenuit Dyn. quia alius ſubeſt defectus, quàm conſenſus, ſcilicet inhabilitatis perſonæ.

Item

Item quia conſenſus patris exigitur certo & determinato tempore, ſcilicet in ingreſſu iudicij, vt dicto §. neceſſitate. iuncta l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquirenda hæredita. & l. quid ergo. in prin. de his qui not. infam. ad hoc de electio. capit. auditis. quod puto abſque dubio, niſi conſtet patrem agnouiſſe vſumfructum in bonis, ſuper quibus eſt litigatum cum pupilla, vt Ioan. And. tenet poſt Oldra. in additio. Spec. in tit. de acto. verſic. ſed pone quòd lis, vbi autem non cognouiſſet vſumfructum, vel eſſet dubium, opin. ſunt, quas ad præſens non decido, an potuerit ratificare, de quibus in dic. §. neceſſitate. & in prçallega. additio. Sed quicquid ſit, appellando non ratificauit, cum fuerit appellatum, & de nullitate dictum, vt habet communis practica, non obſtante deſertione appellationis: quia talis negligentia non potuit præiudicare fideiuſſoribus, qui non appellauerunt, nec in iudicio fuerunt: vnde cũ iam liberati eſſent, vt per prius loquar, a principio non tenerentur, cauſa noua ſuperueniens ſuſcitans obligationem quò ad principales non poteſt fideiuſſori abſque facto ſuo prçiudicare, ff. de arbi. l. ſi cùm dies, in princi. & ff. locati. l. item quæritur. §. qui impleto.

Item deſertio appellationis validans iudicium nullum contra ius commune & exorbitans habet reſtringi ad perſonas principaliter litigantes, quibus adſcribi poteſt negligentia non proſequendi: ad hoc optimè de officio delega. capit. ſuper eo. vbi appellationis excluſio ex reſcripto pr̃iudicat ſolùm principalibus litigantib.

Nec obſtat, quòd allegatæ deſertiones præiudicarent fideiuſſoribus: quia id procedere poſſet in deſertionibus, quæ de iure concludunt ad inſtantiam, & non ad nullitatem hic in exorbitantibus: quia & præiudicium reſtringi debet ad ſolos negligentes, quia ſtatuti non fuit intentio, actum nullum validare ad præiudicium illorum, qui negligentes non fuerunt in appellatione proſequenda: nec puto hanc deſertionem retrotrahi ad validandum actũ, cuius iam nullitas finita eſt medio tempore, de ſenten. excommunic. capi. licet, lib. 6. & quod not. ſuper gloſſ. de eo qui mit. in po. capit. cùm veniſſent, & de appel. cap. ſæpe, non obſtante pronunciatione ſuper legitimitate perſonarum ex viribus ſtatuti, quia talis ficta pronunciatio vt exorbitans habilitat perſonas quò ad validitatem iudicii quò ad principales perſonas, ſcilicet quò ad pupillam & curatorem: quantum tamen ad fideiuſſores non, quorum obligatio a principio fuit nulla: & quia natura regularis iudiciorum eſt ſolis principalibus præiudicare, & ſic credendum eſt exorbitans ſtatutum voluiſſe. Item ſi hoc non placet, ſtatutum vt exorbitans alteri præiudicans reſtringi debet ad vias iuris. C. de noxal. l. 2. de conſue. c. cum dilectus. & ſic ſit ſtatuti intentus, firmare iudicium non oppoſita exceptione quando iudicium non eſt nullum, ſed aliquod, licèt exceptione elidibile.

Non obſtat exceptio, quæ fit de falſo, per quam regula firmatur etiam in exceptionibus nullitatem concernentibus: quia ſtatutum exorbitans non excludit alias exceptiones, quæ tacitè a iure ſupplentur, ne ius commune lędant, vt eſt caſus extra. de cler. non reſid. cap dilectus, qui ad hoc eſt bonus caſus. Item ſtatutum hoc pronunciationem fingẽs debet adaptari ad poſſibiles & veriſimiles pronunciationes de iure. l. filius. ſi cer. petat. cum ſimil. Sed quòd detur curator patrem habenti eſt impoſſibile de iure: ſufficit enim adminiſtratio paterna, ff. de tu. & cu. da. ab his. l. muto. in fi. de cura. fu. l. fina. in princip. cum ſuperius allegatis, & in d. l. cùm non ſolùm. §. neceſſitate. ergo refertur ad tales pronunciationes iniuſtas & abſurdas. † Abſurdus enim intellectus à ſtatuto excludendus eſt, & non benigna interpretatio, aliàs enim fingeret ſtatutum patrem habenti curatorem datum pronunciari validè datum ſcienter: & talis pronunciatio impoſſibilis & iniuſta; vel fingeret validè datum ignoranter, & adhuc malè, contra l. tutor ſi peritus. ff. de tu. & cu. da. ab his.

3 (margin note at: ſtas & abſurdas. † Abſurdus enim intellectus à ſtatu-)

Non obſtat ſi dicatur, fideiuſſores interceſſiſſe reſpectu promiſſionis de ſoluendis expenſis factis à curatore, qui potuit naturaliter & ciuiliter obligari: quia proponitur in facto ſe obligaſſe contra curatorem & nomine pupillæ quod in dubio cenſetur, ex quo pertinet ad pupillam, ff. quando ex fa. cu. l. ſi poſt mortem. niſi aliud appareat ex verbis eius: ergo obligatio, quæ ab eo vt curatore facta eſt, qui curator non eſt, ipſum nullo modo obligat, ideo

c nec fideiuſſores tenentur, vt d. l. 1.

Nec obſtat ſi dicatur, ex quo ſe curator liti obtulit, in eum ergo facienda eſt executio, & iudiciũ tenuit quò ad eum, arg. ff. de procurato. l. Plautius, & l. 4. ff. de re iudica. quia tutor & curator, ex quo à iudice decretus eſt, non videtur ſe liti offerre, vt d. l. 4. vbi tutor vel cura. quicquid ſenſerit gloſſ. in l. ſi tutor. in quib. ca. reſtitu. in integ. non eſt neceſſ. ad hoc l. 1. C. quando ex facto tut. & l. fina. & d. l. poſt mortem. Aut enim errauit in facto, credens adultam auum non habere, & excuſatur legitima ignorantia facti. & tamen curator obligauit ſe iuſtè eredens ſe curatorem vel errore iuris, & ſatis adhuc eſt excuſatus, quia authoritate iudicis, qui petitus eſſe debuit, datus eſt, ſicque ſatis peritiorem conſuluiſſe dicitur. nec ad aliud arctatur, maximè cùm hoc nõ ſit notiſſimum ius cuique vulgari, an debeat dari curator habenti patriam vel auitam poteſtatem.

Ex quibus (ſaluo ſemper ſaniori conſilio) mihi concludendum videtur, fideiuſſores prædictos nõ teneri ad expenſas prædictas, cuius concluſionis æquitatem fouet, quod audiui condemnationem iudicis inaduertentiam immoderatam vltra modum fuiſſe.

ADDITIONES.

Ratihabitione] *Vide quod dicit. Afflict. deciſio. 180 Filius fam.*

b Nullitate] *Statutum prohibens dici de nullitate non procedit in nullitate euidenti, quę ex actorum lectura apparet: quia nunquam illa cenſetur reiecta à ſtatuto, & ita iurium interpretes intelligunt communiter. Bartol. in extrauag. ad reprim. verb. ſummariè, colum. fina. verſicu. quędam ſunt. Paul. de Caſt. poſt Bald. in authenti. quæ ſupplicatio. nume. 3. C. de prec. impe. off. Abb. conſil. 64. colum. 3. verſicu. nam quando. lib. 1. Alex. conſi. 91. num. 1. & ſeq. lib. 6. Iaſ. conſi. 44. in prin. lib. 3. Fely. in c. inter cæteras. num. 10. & ſeq. de re iudi. Guid. Pap. q. 50. Boer. deciſ. 247. nu. 12. latè Rip. in l. 4. §. condemnatum, nume. 15. cum ſeq. de re iud. & ibi Iaſ. col. 1. Ruy. conſil. 196. nume. 13. lib. 1. Natta conſil. 173. nume. 3. & ſequen. Affl. deciſio. 285. nume. 1. & 2. Grat. conſil. 80. num. 8. & 9. libro 2. Neuiz. conſil. 41. nume. 44. Rebuf. de lit. ciuil. glo. 3. Rot. Pedemon. deci. 177. num. 43. Quæ notoria nullitas ſemper opponi poteſt contra tres ſententias conformes, contra clem. 1. de re iud. Huius opinionis auctores ſunt, Old. conſ. 106. Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouo. Card. in d. cle. 1. Franc. in c. dilecto. q. 52. de app. Corn. conſi. 208. lib. 1. Rom. conſ. 24. & deciſ. 95. colum. 1. Iaſ. conſil. 44. col. 1. Grat. conſil. 72. conſil. 80. & conſil. 85. colum. 1. lib. 2. ext. optimus & ibi Fely. in d. c. inter cæteras. Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. de no. oper. nunc. in l. ſi is ad quem. colum. 3. ff. de acq. hæred. Curt. Sen. conſil. 59. col. 6. Curt. Iun. in l. ſub prætextu. C.*

de tranſa. Aym. conſil. 3. colum. 3. Ioan. de Ami. conſil. 128. & hanc communem doct. opinionem appellat Dida. lib. Prat. q. c. 26 num. 2. Portius Imol. conſi. 209. Quod procedit, etiam ſi ſtatutum intra certum tempus permitteret agere de nullitate, vt poſt dictum tempus elapſum poſſit dici de nullitate. Abb. conſil. 55 lib. 2. Ancha. conſi 311. Gozad. conſil. 72. num. 12. Barbat. conſil. 38. lib. 2. Ruy. conſil. 37. nume. 7. & 15 lib. 5. quicquid in contrarium ſenſerint Alex. conſi. 105 num. 4. & 5. lib. 5. Curt. Iun. conſi. vlt. poſt nume. 4. verſicu nec obſtat. Rot. Pedem. deciſ. 22. num. 14. Calca. conſi. 16. Soc. conſil. 123 dub. 1. lib 3. de quo latè dixi ad conſlit. Aegid. lib. 6. c. 1. glo. 2.

c LEGITIMATIONE.] *Adde, quòd in quocunque iudicio etiam ſummario legitimanda ſunt perſonæ, l. 2. C. de edic. diui Adr. toll. & ibi Bartol. colum. fi. l. ſi quæramus, ff. de teſtamen. Aym. conſil. 104 in princip. Mar. in l. ſi quis nec quæſtio. num. 5. & ſequen. ff de quæſt. Alex. conſi. 77. in fi. & conſi. 147. num. 1. lib. 6. Dec. in l. fi. nu. 47. C. de edic. di. Adr. toll. Maran. in Specu. 4. par. diſt 9. num. 38. & diſt. vlt. nume. 16. & in 6 par. memb. 9. in prin. & num. 3.*

d NVLLVM.] *Proceſſus agitatus cum minore indefenſo eſt nullus, reparari tamen poteſt, ad quod vide Afflict. deciſio. 262. Dec. conſi. 549.*

e FIDEIVSSORES.] *Exceptio competens principali competit fideiuſſori, l. omnes exceptiones. ff. de excep. Alexan. conſil. 66. colum. 3 lib. 4. Dec. conſi. 25. colum. fin. Neuizan. qui alios allegat, conſil. 51. nume. 27. Intellige, niſi competat principali ex priuilegio inuita perſonæ. Rom. ſing. 627. Nunquid Fideiuſſor. Affl deciſio. 206. penes. Marſi. in rub. de fideiuſſ. quæſt. 42. Soc. in leg. & ſi fideiuſſor. ff. de re iud.*

De offi. ordi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis iuriſdictio in tres partes diuiditur.*
2 *Reſtitutionis natura eſt per omnia in priſtinum ſtatum reducere.*
3 *Priuilegij uerba nō debent eſſe vana vel ocioſa.*
4 *Specierum enumeratio poſt uerba generalia poſita, an genus reſtringat.*
5 *Verba iſta, omnia & ſingula & quæcunque etc. quid importent in priuilegijs inſerta.*
6 *Iura debent in maioribus ciuitatibus legi, ne vileſcant.*
7 *Papa an poſſit diſponere, vt percutiens clericum non excommunicetur.*
8 *Verbum, forus, à quo dicatur.*
9 *Verba quæcunque generalia in priuilegiorum materia non referuntur ad difficulter conceſſibilia inconſueta.*
10 *Adæquatio abbatis ad poteſtatem Epiſcopi qualiter ſit intelligenda.*
11 *Verba ambigua, & de quibus dubitatur, an ſint vel ampliatiua vel reſtrictiua, debent ampliari.*
12 *Benedictionis actus quibus competere poſſit.*
13 *Conſecrationis actus quibus competat.*
14 *Appellatione fori eccleſiaſtici comprehenditur forum pœnitentialis.*
15 *Abbates Epiſcopalem iuriſdictionem habentes, quos ordines poſſint conferre, & quibus.*
16 *Abbas an poſſit criſmare, aut oleum pro criſmate benedicere.*
17 *Abbates cuius poteſtatis ſeu iuriſdictionis ſint capaces.*
18 *Poteſtas deponendi ab officio, an per verba generalia priuilegij transferatur in priuilegiatum.*
19 *Hoſpitalia & ſimilia loca cuius fori ſint, & ſub cuius iuriſdictione.*
20 *Priuilegiorum uerba quantucunque generalia aut ſpecialia, non ſunt in præiudicium tertij retorquenda.*
21 *Conceſſio indulgentiarum an per adæquationem ad Epiſcopum transferatur ad abbatem.*

Conſilium XIX.

IN nomine Patris & filij, & Spiritus ſancti, Amen. Quia hic agitur de poteſtate Epiſcopali & articulis eius, an ad inferiorem ex verbis & mente priuilegij huius transferantur; quanquàm antiqui poteſtatem huiuſmodi reduxerunt ad duo tantum principia, ſcilicet, iuriſdictionis, & legis diœceſiani, vt patet ex no. 10. q. 1. in ſumma, de offi. ord. c. dilectus. per Inno. de ſta. mo. c. 1. quam doctrinā infallibilē aſſerunt doc. & quæ originē habent à tex. 10. q. 1. c. 1. & 16. q. 1. c. cum pro vtilitate. Sequendo in parte Hoſt. de offi. arch. c. fi. de exceſ. præla. c. accedentibus. omiſſo modo antiquorum, vt non bene doctrinali; 1 † dico; Epiſcopalem iuriſdictionem totam reduci ad tres partes: quia quędam ſunt Epiſcopo competentia, quæ ſunt ordinis: quædam, quæ iuriſdictionis: & quædam, quæ ſimplicis poteſtatis ſeu dignitatis. Omnes autem caſus, de quibus quæritur, redigūtur ad hæc tria principia. Veniendo ergo ad priuilegium huic abbati conceſſum, ponderandum, quòd in narratione querela ſola inducitur contra Epiſcopum Caſtelli propter occupationem iuriſdictionis, occaſione maximè à quadam compoſitione facta: & querela ſola prædicta applicatur ad iuriſdictionalia, & hæc circa partem narratiuam ſupplicationis, ad quam dirigitur conceſſio priuilegij: patet ibi, in quaſi poſſeſſione audiendi omnes & ſingulas cauſas tam vſurarum & matrimonialium, quàm alias quaſcunque cauſas ad forum eccleſiaſticum pertinentes, & etiam exercendi omnem iuriſdictionem eccleſiaſticam in Burgo &c. In diſpoſitione autem ſui habet duas partes: vnam reſtitutoriam, & aliam habet nouiter conceſſam: procedam hoc ordine: Primò eligam partem ad omnia, de quibus quæritur, in abbatem transferri vel ſaltem reintegrari. Secundò allegabo in oppoſitum. Tertiò concludam quandam doctrinam, ex qua ſequetur deciſio communiter caſuum: deinde adaptabo ad caſus particulares ſolutionem, vel doctrinam, de quibus quæritur in themate.

2 Primò enim videtur, iura omnia, de quibus conſtare poteſt ad abbatem anteà ſpectaſſe, fore integraliter reſtituta: natura enim reſtitutionis eſt per omnia

omnia in priſtinam cauſam reponere & ſtatum, 2.
q.3.c.indulgentia.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de
mino patet in reſtituto à deportatione.l.1.in fi.C.
de ſen.paſ.ff.de verbo.ſignifi.l.princeps.Inſtitu.qui.
mo.ius pa.po.ſol.§.reſtituti. C.de bo.vac.in l.1.lib.
10.In reſtitutione natalium,ff.de na.reſti.l.2.C.de iu
re anu.au l.1.Verbum enim,reſtitutio, latiſſimè pa
tet ff.de verbo.ſignific.l.reſtituere. & l.cum prætor.
§.1.de vſuris.l.videamus.§.infamia.not.de officio
delega.c.venerabili.in uerbo,plenariè.de reſti.ſpo.
c.pitanis. Omnia igitur iura & quaſi poſſeſſiones,
quæ anic qnomodocunque conſtat abbatem vel
conſtare poteſt cum habuiſſe ante dictam compoſi
tionem, videntur reſtituta: per quod maximè con-
cluditur deciſio ad antepenul.quæſitum, & hoc cō
firmant verba illa priuilegii, Plenè & integrè reſti-
tuimus,reponimus,& etiam reintegramus, talia .n.
verba ampliſſima ſunt, & maximè verbum, reinte-
gramus.3.q.1.c.reintegranda Item inquantum pri-
uilegium eſt nouiter conceſſum, videntur omnia
prædicta comprehendere, primò enim inſtit. con-
cernendo reſtitutionis actum, ac conceſſiones per
reſtitutionem iuriſdictionalia reintegrantur; vt er
go aliquid operetur conceſſio, referri debet ad alias
3 partes Epiſcopalis poteſtatis, † quia verba priuilegij
ſic intelligi debent, vt aliquid operentur, de verbo.
ſignificatio.capi.abbate.de lega.1.l.ſi quando.cum
ſimilibus.

Secundò, ſola verba conceſſionis ponderando
aduertendum, quòd nō videtur abſque miniſterio,
quòd Papa præmittit exceptionis actum, & ſubne-
ctit conceſſionem, & facit conceſſionis verba latius
ampliari, cum conceſſio, præcedente exemptionis
actu, tangit præiudicium ſolius concedentis, vbi ſi
non præcederet, tangeretur tertij preiudicium pro
pter illa, quę dicam infra. Et vt clarius apertiorique
via procedam, ſubijciam priuilegij verba, ſuper qui
bus cadit hæc interpretatio: verba autem ſunt hæc:
Poſſit, &c. omnia exercere liberè & licitè in omni-
bus & per omnia, ſicut verus Epiſcopus & ordina-
rius tam iuriſdictionis, quàm alia quæcunque ad
forum eccleſiaſticum ſpectantia, velut verus ordi-
narius vel diœceſanus in ſuis locis poteſt de iure
quomodolibet exercere &c, de priuilegijs Papę ni-
hil vacare debet, & omnia verba geminata alicuius
debent eſſe importantiæ, 19.di.ſi Romanorū. l. quo
ties.de leg.1.l.ſi quando.de inoffi.teſtam.de priui.c.
3.lib.6.C.de theſau.l.1.lib.10.& l.1.in fin.ad muni-
cip. cum ſimi. In priuilegio autem adiiciuntur ver-
ba, omnia & ſingula, quæ vniuerſalia ſunt, & exigūt
concurſum ſingulorum, quæ apta ſunt compræhē
di.de re.du.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de pig.ac.
l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.19.di.ſi Romanorum.C.
mand.l.à procuratore.de ma.& obe.ca.ſolitæ.cum
ſi. Idem in diſtributiuis & collectiuis quibuſcūque,
l.hoc articulo, quiſque.de hæred.inſt.ibi, in omnib.
& per omnia &c. Item ſecundò, natura adæquandi
ad aliud ſe habet, vt per omnia vnum attrahatur ad
alterius iura, & maximè quando annectit vltima
verba vniuerſalia, in omnibus & per omnia. l.3.ff.
de leg.1.l.3.C.com.de le.l.vnica.de rei vxo.ac.de
ſeruis non ordinandis, c.miramur. de regularibus.
c.non ſolum.lib.6.& not.in regula, quæ contra.de
reg.iur.lib.6.& l.2.§.in l.fal.ff.ad l.fal. Cùm igitur p
omnia in priuilegio adæquetur abbas Epiſcopo or
dinario & diœceſano, omnia, de quibus quæritur,
quæ ſine dubio pertinent ad diœceſanum, conce-
dere videtur. In verbo enim, Epiſcopus, includere
intendit quæ ſunt ordinis. Hoc enim verbo non cō
præhenditur electus ante conſecrationem, in quo
ordine ſunt imprimuntur, de elect. c. tranſmiſſam.
& ea. ſicut, & no de renun.c.niſi.de reli.do c.1.In
verbo, ordinarius q̄ ordinis & q̄ iuriſdictionis ſunt,
propriè notat verbum ordinarius. de offic. ord. per
totum. in verbo, diœceſanus. quæ poteſtatis ſeu di-
gnitatis ſunt, ar.de ord.ab epiſcopo, qui epiſcop.re.
c.1.ne igitur verba inculcentur, nec vacent, & fru-
ſtra membranas occupent, neceſſariò verba illa ad-
æquant abbatem, ac in eum tranſlata ſignificant
omnes tres partes integraliter atque principia epi-
4 ſcopalis dignitatis. † Item tertiò, quando verba vni
uerſalia ſequitur ſpecierum enumeratio, maximè
vbi eſt dictio, tam, quæ ſonat in ampliationem, enu
meratio ſpecierum genus non reſtringit præcedēs,
ſed ad dubitationem tollendam emanaſſe cenſen-
tur, l.quæſitum.§ ſecundum.ff.de fun.inſtr. & inſtr.
le.& eo.tit.l.ſi mancipia. Cenſetur ergo ex verbis il
lis conceſſiſſe omnia & ſingula, quæ poteſt Epiſco-
pus ordinarius & diœceſanus; & quæ poſtea ſequū-
tur, tam ad iuriſdictiones, quàm ad alia quæcunque
ad eccleſiaſticum forum ſpectantia, adiecta cenſen
tur hic non ad reſtringēdum, ſed ad ampliandum,
vel ad dubitationem tollendam: & ſic prima vni
uerſalis vaga remanet vt ante, maximè, quia ſi ali-
ter intelligeretur verbum, & alia quæcūque, ſuper-
flueret; ſi determinatiuè, reſpiceret illud genus, om
nia & ſingula, quod procedit. Item verba hęc, velut,
ſicut, & ſimilia ſimilitudinem notant omnimodā,
de ver.ſig.c.olim.ff. de fal. ſi quis obrepſerit. Sed ſi
debet habere vt Epiſcopus, omnia poterit. Item in
præcedente exemptione conceſſio tangit ſolum
præiudicium Papæ, & non alterius: hoc autem ca
ſu præcipuè priuilegium eſt latiſſimè interpretan-
dum, de dona. c. cum dilectus. imò verbis impro-
priatis ampliatur ad illius prę iudicium, vt ibi, de
verb.ſign.c.olim.ff.de conſt.prin.l.fi.de donat.c. cū
dilectus. & maximè in donatione principis, cuius
5 immenſitas eſt menſura. † Item verba iſta, omnia &
ſingula & alia quæcunque &c. æquipollent iſtis,
omnimodam iuriſdictionem, per quam non ſolū
quæ iuriſdictionis ſunt, ſtrictè transferuntur, imò
quæ meri & mixti imperij, vt patet ex glo. in clem.
1.in verbo, omnimodam, de fo. compe. Item & ſa-
tis æquipollent iſtis, pleno iure, quo caſu merum &
mixtum imperium imprimitur. vt eſt tex.cum dictis
doc.de fo.compet. c. conqueſtus. Si igitur totalem
iuriſdictionem illa verba, quæ ſequuntur, compræ
hendunt, & alia quæcunque ad eccleſiaſticum fo
rum &c. importent alias partes Epiſcopalis poteſta
tis, ne inculcentur aut ſuperfluant; verbum enim, fo
rum, latum eſt, & poteſt compræhendere poteſta-
tes qualcunque epiſcopales, quæ rediguntur ad fo
rum aut pœnitentiale aut contentioſum, volunta-
riæ aut neceſſariæ iuriſdictionis. Item talis habet ne
ceſſario Epiſcopalia iura exercere, tales autem exē
pti apponunt manus ad illa, quæ ſunt omnino Epi
ſcopalia, vt no.de priuilegiis.c.cum & plantare.§ 1.
& no.in clem.1.de re.ec.non alie. & no.Fed. de Se.
in opere ſuo conſilio.

Ergo & caſus omnes, de quibus quæritur, com-
præhendit. Item de ſacris & poteſtate ad tales ordi
nes promouendi, in ſpecie patet 15.diſt. c. peruenit.
vbi reperitur quandoque inferioribus talia conceſ
ſa. videtur expreſſum de priuileg.cap.abbate, lib.6.
vbi illam non recipit poteſtatem quo ad ſacros, niſi
aliud compeiat ex pleno Sedis Apoſtolicæ priuile-
gio: plenius autem eſſe non poſſit, niſi ſpecificè om
nia concederentur, quam eſt dictum ex forma præ
cedenti; igitur conceſſum intelligatur. Item videtur
quæſtio determinata ex dictis Inn.de dona.c.paſto-
ralis.

ralis.quod approbat Io.An.poſt eum in verbo reli-
gioſis. vbi dicit, quòd ſi Papa eximet eccleſiam, vt
donet abbati, videtur illam abbati ſubieciſſe quò ad
omnia, tam quæ legis ſunt diœceſanæ, quàm iu-
riſdictionis, ad quæ duo principia tota redigitur
poteſtas epiſcopalis; ſubdens, quòd omnia tran-
slata videntur, quæ numerantur de offi. or.c. con-
querẽte:& c.dilectus,& aſſignat cauſam. quia cùm
hæc exempta fuerit, vt abbati concederetur, Papa
poſſet de cupiditate notari, ſi aliquid ſibi retineret,
C.de bo.va.l.ſi quando.lib. 10.& talia procedunt &
transferuntur in ſimplici conceſſione, quanto for-
tius in tam lata, in qua in omnibus & per omnia
adæquantur Epiſcopo ordinario & dięceſano. Et
hæc pro hac parte ſufficiant.

In cotrarium eſt, primo, quia ſi ponderentur ver
ba narratiua & ſupplicatoria, ad quæ referri debet
ſimplex conceſſio, illa diriguntur ſolum ad iuriſdi-
ctionalia. vt patet ex his. quæ ibi narrantur, quæ &
poſui ſupra iuxta prin. Ad illa ergo reſtringenda eſt
cõceſſio, ſi poteſt ſalua ratione recti ſermonis: ſicut.
dicimus in trãlactione, de tranſac c.1.& 2. C.de tran-
ſac. l. ſi de certa. ſicut & in ſententia, quæ in dubio
refertur ad petita. Et quia reſponſiones adaptantur
ad quæſita.& ad talia reſtringuntur,& ex præceden
tibus datur intellectus ad ſequentia, l. Titia. §. 2. ff.
de verb. obl. cum ſi. Item negari non poteſt, talia pri
uilegia inquantum l.priuat attribuendo ſuperiori
competẽtia. quæ ſunt ſuperiorum, cùm a iure exor-
bitant communi, & quia odioſa ſint inquantum
grauia, quæ ſuperioribus ſunt relinquenda, de elec.
c.quamuis.rediguntur ad inferiores & inquantum
in talibus exercendis poteſtas Epiſcopalis redigitur
ad humiles & pannoſos, de reſcri.c.ſtatutum. §. 1.
maximè cum nedũ à poſitiuis legibus, ſed Actibus
Apoſtolorum & ſanctorum Patrum antiquorum
6 deuiet. † In hoc enim ſui numeroſitate vileſcunt
dignitates Epiſcopales, ſi ad tales pręſidentes redi-
gantur: ad hoc enim ſtatutum eſt gubernacula Epi-
ſcopalia non niſi maioribus populis & frequentio-
ribus committi, 80. di. c.Epiſcopi.& non caſtris &
villis, vt ibi, & in c.ie. de priuilegi. c. 1. ſic & in maio-
ribus ciuitatibus iura legi debent, ne iura vileſcant,
vt in prooemio ffforum. Item ſi paſſim abbati tran-
slata intelliguntur, vt conſecrandi actus, & ordinan-
di, & ſimilia. Iam ſtatus eccleſiæ & decus non mo-
dicũ læderent. In talibus aũt Papa aut non põt, aut
nõ eſt permittendũ vt diſpenſet, ex quibus decolora
tur ſtatus eccleſiæ vniuerſalis, no. Inn. de contu.c.
quanto Ioan.7.q.1.c.nos autem.8.q.1.c.apoſtolica.
7 & c.ſe.25.q.1.c.ad perpetuam. † Hinc eſt, quòd tol-
lere non poſſet illud ius, quo percutiens clericum
eſt excommunicatus: quia tangit ſtatum eccleſiæ,
vt no. Ioan. An. de ſent. excom. c. nulli. in verbo, pri-
uilegio In dubio ergo verba generalia reſtringi de-
bent & intelligi, vt ſalua ſit honeſtas loquentis, & ta
lia compręhendere interpretandum, quæ honeſtè
fieri poſſunt, de iureiuran.c.1.lib.6.ff.de cond.inde.
l. ſi procurator.l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis in ius
vo.non ie. de ele. c. ſi compromiſſarius.lib 6. item
vbi præcedente genere ſubſequuntur verba neceſ-
ſaria ſpeciem ſub genere compræhendentia, genus
reſtringitur ad ſpeciem ſubſequentem, & verba re-
ſtrictiuè intelliguntur, maximè quando materia eſt
exoſa, vt eſt hæc ad hoc ff. pro ſocio. l. ſi adiiciatur.
& maximè quãdo in vna oratione compręhendun
tur & reſpiciunt idem verbum: quia ratione proxi-
mitatis reſtrictiuè intelliguntur, vt ibi & quod not.
maximè Oldra. in l. quæſitum. §. ſi fundus. ff. de fun.
inſtru.le. Intentus ergo eſt, dum dicit, omnia & ſin-
gula, quæ poterit Epiſcopus, iuriſdictionalia & ad
eccleſiaſticum forum ſpectantia; cui cõſonat odiũ
materiæ, & conſonat narratio. quæ eſt ſuppoſita,
ad quæ dirigebatur ſupplicatio, ſcilicet ob iuriſdi-
ctionalia tantum. verbum autem, iuriſdictio, quæ
8 ſunt ordinis, non eſt aptum cõpręhendere, † quin-
imò nec verbum, forus, quia à fundo dicitur, aut à
Foroneo rege: vnde talia non compręhendent, quę
contentioſè non expediuntur, ſed in quiete. Verba
enim talia ſunt apta compręhendere iuriſdictiona-
lia tãtum, vt patet ex rubris & nigris de ſor. compe.
In quibus ſubnectitur ſola materia cõtentioſa, nec
ſuperfluunt verba: quia iuriſdictio refertur ad illa,
quæ ſunt iuriſdictionis, quæ ſunt fori, compręhen-
dunt meri & mixti imperij. Item ſi ſic latè priuile-
gium interpretaretur. vt epiſcopalia poſſet. hic inci-
pit eſſe corepiſcopi: & habens inter Epiſcopum &
presbyterum medium, & ſic pullularet poteſtas co-
repiſcoporum damnata à ſanctis Canonibus: quia
vltra duos ordines non fuerunt inter Apoſtolos &
Diſcipulos Chriſti, ſcilicet 12. Apoſtolorum, & 70.
duorum Diſcipulorum, primi locum Epiſcoporũ,
alij locum presbyterorum ordinum obtinent. Et
ideo in eccleſia Dei pullularet tertius ordo, & ſic ſe-
queretur confuſio decoris & ſtatus eccleſiæ indu-
cti ex ritibus Apoſtolorum, & ſic vt cor epiſcopi ta-
les forent ab eccleſia delendi, 68.di.c.eccleſia. quã-
uis corepiſcopi cum Apoſtolis, non ergo præſu-
mendum eſt in dubio, nec interpretandum, Papam
ad talia voluiſſe manum apponere. Item alia reſer-
uata ordini Epiſcopali ſic inſtituta fuerunt ex ritu
Apoſtolorum, vnde talia, quæ maiora ſunt, ponti-
ficibus reſeruata ſunt, 96. di. c. legimus. 80. di. c. in vr-
bes. & c. nullus. 68. diſt. c. quamuis, & c. corepiſcopi.
imo & corepiſcopi habentes in aliquo maiorem
poteſtatem, quàm abbates, talia non potuerunt, vt
ibi, minus ergo credendum Papam contra ritum
9 Apoſtolorũ concedere voluiſſe. † Item verba quæ-
cunq; generalia non referuntur ad difficulter con-
ceſſibilia, vel quæ maxima cauſa cogente cõcedun-
tur, nec inconſueta, de procur. c. qui ad agendum.
li.6.eo.ti.c.non poteſt.eo.ti c.fi.lib.6.de offi.deleg.c.
quia translationem. poteſtas autem ordinis inferiori-
bus prælatis permiſſa à canonibus. non reperitur,
niſi ad hoc maxima cauſa intercedente, ſ. pro ma-
ximo ſcandalo vitando, & tunc toleranda, non cõ-
ceſſa, 95.di.c.peruenit. no. de conſue. c. quanto. ta-
lia enim difficile conceſſibilia ſunt, vt dicit Ioan. an.
ſuper 2. gloſ. de excel. præla. c. accedentibus. nõ er-
go trãſeunt ſub inuolutione verborũ generalium,
quæ ſi in ſpecie cogitaſſet, in confuſione eccleſiaſti-
cæ poteſtatis non feciſſet, talia etiam non ſunt dele
gabilia, de conſe. eccl. vel altа. c. aqua. ergo nec pri-
uilegio conceſſibilia, procedit arguendi modus, per
no. Ioan. And. in d. c. accedentibus. quæ enim ſpe-
ciali no. digna, ſub verborum inuolutione non trã-
ſeunt, de iniur. l. item apud Labeonem. §. ait prætor.
Item tali ſpeciali nota digna non tranſeunt ex po-
teſtatum adæquatione. Nam ſi procuratorem cõ-
ſtituo, vt poſſit per omnia, quæ ego pręſens facere
potuiſſem. nõ per hoc poteſt exigentia ſpeciale man-
datũ: not. Io. An. de dila. ca. expoſuit. licèt contra
10 velit Archi. de reſcri. c 1. lib. 6. † Item adæquatio ab-
batis ad poteſtatem Epiſcopi intelligi debet & re-
ferri ad illa. quorum eſt capax abbas, & in ſibi pro-
portionabilibus, & dicit litera de ſtat. mo. c. ea quæ.
talia autem, maximè quę ordinis ſunt, non ſunt
abbati proportionabilia ſecundum ritum Apoſto-
lorum, nec canonum cenſuram, igitur. ad hæc de
verbo. ſign. c. olim. vbi canonicus abſens per omnia
adæqua-

adæquatur alijs canonicis, non tamen adæquatus
cenſetur quò ad quotidianas diſtributiones. Item
ſpecialiter non transfertur actus benedicendi, ar.
de priuil. c. abbates. lib. 6. primò, quia talis ſolennis
benedictio exigit ſpecialem expreſſionem, ibi, niſi
expreſsè priuilegio apoſtolico. expreſsè enim fieri
dicitur, quod ſpecialiter & nominatim fit, de reſcr.
c. paſtoralis. §. 1. de ſen. excom. c. ad eminentiam. ad
hoc de elec. c. vt circa. lib. 6. in verbo, omnia & ſin-
gula. & eo. tit. cle. conſtitutionum. Item ſi conceſſa
ſpecialiter poteſtate benedicendi non venit benedi
ctio ſolennis ſuper populum, vt ibi, multo minus
nullatenus expreſſa per verba generalia.
Mihi videtur, quod quædam ſunt ordinis, vel or
dini connexa, & talia, quantumcunque generaliter
intelligatur exemptio & conceſſio, non credo tranſ
ferri: quia de difficili inferiori conceſſibilia, & non
ſine maxima cauſa, & per rationes plurimas proxi-
mè allegatas, & maximè ſi illa verba, tā iuriſdictio-
nis &c generaliter prolata reſtrictiuè intelligantur:
quia abbatem adæquant ſolū Epiſcopo in iuriſdi-
ctionalibus, & quæ fori ſunt eccleſiaſtici, in qui-
bus non comprehenduntur, quæ ſunt ordinis, cū
nec iuriſdictionalia ſint, nec fori: quia nec diffini-
tionibus iuriſdictionis vel fori congruunt, vt patet
in ſumma Azonis de iuriſd. om. iud. & patet in ſum
mis Azo. & Goff. de fo. compe. nec etiam alluſioni
vocabuli proportionantur, quæ in talibus attendi-
tur, 21. diſt. c. cleros. & de preben. cum ſecundum. l. 2.
§. appellata. ſi cer. pet. l. 2. ff. de tute. & l. ſi idem. de re
ſta. cum ſi. illuſio autem & determinatio vocabuli
iuriſdictio de ſe eſt, id eſt dictio iuris, l. penulti. ff. de
iuſti. & iure. & vbi forus nullam habet ordinatio-
nem cum ordine, vel illius egeat adiutorio: quia
nec talia transferuntur per iam allegata: & quia ta-
lis miſtura attrahitur ad maius, ff. de ſta. ho. l. quæri-
tur. de conſec. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. quæ-
dam autē ſunt ſimplicis dignitatis epiſcopalis, quæ
non ſunt nullę iuriſdictionis neque ordinis, & in tā
talibus oportet neceſſariò videri intellectum illorū
verborum, tam iuriſdictionis, quàm alia quæcun-
que ad eccleſiaſticum forum ſpectantia. an ſtent re
ſtrictiuè, an cauſa dubitationis tollendæ: & ſi atten-
ditur theorica glo. in l. quæſitum. §. ſi fundum. ff. de
fun. inſtr. & inſt. leg. quam ſequitur Dy. in regula,
generi per ſpeciem. de reg. iuris. libro 6. an verba in-
11 telligi debeant reſtrictiuè: † dicit enim, quòd vbi
eſt dubium, an reſtrictiuè, an ampliatiuè intelligan
tur, vel cauſa dubitationis tollendæ, in dubio de-
bet intelligi ampliatiuè, quando poſt genus adijciū
tur verba, quæ ſapiunt in genere comprehenſum,
ff. de fun. inſtr. l. quæſitum. §. ſi fundum. quę propriè
loquitur in caſu dubio. Puto, quòd hæc verba re-
ſtrictiuè & deſtructiuè in dubio prolata intelligan-
tur, intantum quod determinent illa verba, omnia
& ſingula: quia immediate ſequuntur, tam iuriſdi-
ctionis actus &c. & ſub eadem clauſula verborum
non dato ſpecifico verbo de per ſe in oratione enu
merato, illa coniungitur generi præcedenti, arg. ff.
de fun. inſtruct. & inſtrum. le. l. cum de Lanionis. §.
cum quidam. 2. l. Seia, in prin. & quod ſcribit Bar. in
dicto §. qui fundus, ad hoc l. ſed ſi adijciatur, pro ſo
cio. Ita quòd deciſio omnium dubiorum, de qui-
bus quæritur, refertur ad interpretationem illo-
rum verborum, iuriſdictiones & ad eccleſiaſticum
forum ſpectantia. Proſequor ergo ſingulos caſus.
12 † Ad primum, an poſſit populum benedicere.
& videtur quòd ſic: actus enim benedictionis infe
rioribus competit, 21. diſt. c. denique. 95. diſt. c. ecce
ego. glo. in ſalutatione Sexti, in verbo, benedictio-
nem. quæ innuit, hunc actum competere prælatis:
ergo & inferioribus, cum ſimpliciter loquatur. Itē
hic actus videtur iuriſdictionis præeminentiæ, & ta
lia transferuntur in abbatem ex priuilegio, vt ſupra
dixi. Puto hanc non poſſe abbatem, quia depen-
dentiam habet ab ordine, nec transfertur ſola con-
firmatione, de ſup. ne. prælato. c. 1. ideo Epiſcopi nō
conſecrati non benedicunt. Hinc eſt, quod iura ta
lia dantur Epiſcopis, 26. quæſt. 1. c. miniſtrare. 68. di.
c. corepiſcopi. Item quia in tali poteſtate ſolenniter
benedicendi exigitur ſpeciale priuilegium, quod
hìc non eſt, de priuilegijs. ca. abbates qui lib. 6. ad
hoc irrationabile reputant inferiores inſignia Epi-
ſcopalia attentare, cuiuſmodi eſt actus benedictio
nis ſolennis. Vnde non eſt per inferiorem præſcri-
ptibile, licèt poſſit transferri priuilegio, vt d. capit.
abbates.
13 † Ad ſecundum, cùm conſecrationis actus natu
raliter ordinis ſit, non puto ex verbis illis transfer-
ri: tum quia de difficili conceſſibile: tum quia cor-
epiſcopi, quibus hi compari poſſunt, non ſuſci-
piebant hanc poteſtatem, 68. diſt. c. in eccleſijs, &
c. corepiſcopi. Quod autem conſecratio depen-
deat ab ordine, patet de elec. ca. tranſmiſſam. & in
d. c. quamuis. & c. accedentibus. de excel. prælato. de
conſec. eccl. vel al. c. j. quo ad talia autem, quæ natu
raliter ordinis ſunt, non adaptatur priuilegium,
nec eius verba per iam dicta.
Ad tertium quæſitum dubium faciunt, quia illa
verba, ad eccleſiaſticum forum ſpectantia, reſpiciūt
iuriſdictionem, & quæ ſunt fori contentioſi, ar. de
ver. ſig. c. forus. & de fo. compe. per totum. & quia
ſufficit priuilegium quantumcumque minimum
operari, & in eo ſumit vires extenſiuas, de fo. com-
pe. c. dilecti, & quod ibi no. ſatis puto, quòd de caſi-
bus Epiſcopo reſeruatis abſoluere poterit vt Epi-
14 ſcopus, † quia appellatione fori eccleſiaſtici com-
prehenditur forus pœnitentialis, de pœni. ca. ſuper
eo. & per Goſ. in ſumma, de pœnit. de ſen. excom. c.
à nobis. Item ex communi ſtylo & loquēdi ſaltim
vſu, ſub appellatione eccleſiaſtici fori tranſit forus
pœnitentialis, qui ſtylus & loquendi vſus attenden-
dus eſt, ff. de ſuppel. leg. l. ꝙ Labeo. de fun. inſtru.
& inſtr. le. cum de Lanionis. §. aſinam. de præben. c.
præſenti §. loca. lib. 6.
15 † Ad quartum patet reſponſum negatiuè, per di-
cta circa ſecundum, & per eadem iura ad hæc in ſpe
cie: quia abbates Epiſcopalem iuriſdictionem ha-
bentes (vt reputo iſtum habere) talia non poſſunt,
ſed tantum ordines minores conferre poſſunt, &
in monaſterijs ſuis, vt d. c. abbates. ad fi. puto tamē,
quòd minores in quolibet de diſtrictu Burgi con-
ferre poſſit: quia hic habet quaſi Epiſcopalem
iuriſdictionem in toto Burgo & diſtrictu, & in lo-
cis, vbi habet Epiſcopalem, minores cōferre poteſt,
vt d. c. abbates. ad hæc finis, qui poteſt per hunc ca-
ſum exemplificari, vt poſſit extra monaſterium,
quando habet hoc ex pleno indulto Apoſtolico, vt
plenum dicatur, quādo habet in toto territorio iu-
riſdictionem Epiſcopalem.
16 † Ad quintum dico, quòd chriſmare non poteſt
nec oleum cum chriſmate pro extrema vnctione
benedicere: quia talia ordinis ſunt, 95. diſt. ca. per-
uenit. & c. presbyteros. de conſec. diſt. 5. c. manus,
& c. de his. de preſcri. c. veniens. ver. chriſma. 95. di. c.
illud, & c. presbyteri. & hæc per iura pro hac parte al
le. & maximè in ſecundo quæſito.
17 † Ad ſextum, de poteſtate vniendi, dico, quòd
talis vnio potiùs eſt iuriſdictionis, quam ſit me-
re Epiſcopale, de excel. pręla. c. ſicut vnire. 10. q. 3. c.
vnio.

vnio. nec de iure competit inferioribus, vt not. in d. c. ſicut vnire. Hinc eſt, quòd ad abbates non ſpectat etiam in eccleſijs pleno iure ſubiectis, vt not. glo. in clemen. ſi vna. de reb. ec. non alie. in verbo, antecedat. & de ſta. monaſte. in cle. attendentes. in verbo, ordinarios. vbi dicit, quòd iuriſdictionis eſt: vnde ſatis puto, quòd hæc poteſtas deuoluatur in capitulum vaçante ſede. Hinc eſt, quòd tranſit in inferiores, & conſuetudine eſt ſic tranſibilis: vnde cum talia ſpectant ad iuriſdictionem vel forum eccleſiaſticum, ſatis concluduntur in verbis priuilegij.

Ad ſeptimum patet ex prædictis reſponſum, quia dico, quod clerici & eccleſiæ ſubiectæ ſunt abbati, quo ad iuriſdictionalia, non quo ad ea, quę ſunt ordinis, vel illi annectuntur de facili, maximè non cõceſſibilia, de quibus ſupra dixi: quia dato, quod priuilegium non faciat mentionem de eccleſijs, ſatis tranſeunt in generali diſpoſitione, de iure pat. c. cũ ſecundum, & c. ex literis.

Ad dubium autem de cenſu, videtur cenſum nõ deberi Epiſcopo, ſed debetur Papæ: quia nec ſimpliciter, nec ex toto eccleſiæ ſubijciuntur abbati, imo quo ad nudam iuriſdictionem & exercitium fori tam contentioſi quam pœnitentialis, niſi ſolueretur tempore viſitationis: quia vt ſubrogatum loco procurationis debetur, ex quo (vt puto) ad dictum abbatem tranſit ius viſitandi.

Nec obſtat, quod not. Innoc. de dona. c. paſtoralis. & quod ſupra pro prima parte allegando dixi: quia dictum Innocentij benè habet locum, quando inferiori prælato ſimpliciter ſubijcitur eccleſia, hìc non ſimpliciter, ſed ſolum quò ad illa quæ ſunt iuriſdictionis, cùm illa gratis impendere debeat, de vi. & ho. cle. c. cùm ab omni. In contrarium, quia in dubio tales cenſus ſurrogantur loco iurium decimarum & oblationũ & aliorum redditnum, quos Epiſcopus percipere debet ab eccleſijs inferioribus, de teſta. c. requiſiſti. 10. q. 1. c. antiquos. 12. q. 2. c. conceſſio. & c. quatuor. de deci. c. quoniam: de ſepult. c. 2. cum ſi. & quòd loco illorum in dubio ſurrogari cenſeatur cenſus, facit de reli. do. c. conſtitutus, de priui. c. ex ore. Vnde inquantum abbas, participat de onere curæ: quia aliqui, qui ſunt ordinis Epiſcopalis, remanere videntur Papę, & illo reſpectu ad Papam tales cenſus pręſtari debent: ſed ſatis æquè puto, cenſum iſtum ſpectare ad abbatem: Papa autem ex toto eximendo à ſe abſque dubio ad cenſum reuocauit, quia cenſus, qui præſtatur ordinario, incompaſſibilis eſt cum plena exemptione & illi contraria, de priuileg. c. dudum. Ne igitur de auaritia notetur ex ſubiectione quo ad iuriſdictionalia, & ea, quæ fori ſunt pęnitentialis, & ſic maiorem partẽ curæ habet, cuius reſpectu talia præſtãtur: & vt largiſſimè interpretetur conceſſio, cùm de exemptore & eius præiudicio tantum agitur, per dicta Inno. in d. c. paſtoralis. & ar. de dona. c. cum dilecti. & quod not. Innoc. de priuile. cap. dudum. in verbo, poſſeſſiones, ver. & habet hic locum. quanquàm nõ crederem, abbatem peccare, ſi aliquam partem Papę tribueret, vbi eſſet cenſus non modicæ quantitatis, vt ſic inter ſe diſtribuerent pro rata honoris curæ. & in ſimili no. Io. An. in addi. Spe. in tit. de deci. §. ſuper 2. libello. & poſuit Hoſti. eo. ti §. 2. vbi perſonales decimas diuidi dicit inter parochialem eccleſiam, vbi ſunt prædia, & baptiſmalem, quia ambæ curam ſuſtinent: ad hoc quod no. Ioan. And. de ſepul. c. de his. ſuper glo. 2. Inquantum autem ſub illo ſeptimo quæſito de poteſtate viſitandi, corrigẽdi, & amouendi quæritur, puto talia poſſe vi priuilegij: quia non eſt dubium, talia ad forum eccleſiaſticum, & ad iuriſdictionem ordinariam pertinere, de offi. ordi. c. licet. & habet illam etiam quò ad laicos in caſibus eccleſiæ ſubiectis, vt in ſpiritualibus & connexis, matrimonialibus & ſimilibus ad inferiores tranſmiſſibilia, de exceſſi. prælato. c. accedentibus. de reſtit. ſpo. c. literas. & quod ibi not. de præſcrip. c. auditis. de conſangui. & affi. c. 1. Item vbi Epiſcopus in laicos caſualiter iuriſdictionem ſibi vendicat, de quibus 6. q. 1 in ſumma, de iud. c. nouit. de fo. compet. c. licèt. De poteſtate autem deſtituendi quo ad beneficium, puto quòd habeat ex vi priuilegij: quia illa iuriſdictionis eſt & tranſmiſſibilis in inferiorem: quod puto etiam in curatis, quia quanquàm non competat inferioribus, tranſmiſſibilis eſt in talem exemptum, & iuriſdictionis eſt, & fori eccleſiaſtici. Nam tranſit quandoque ad inferiores habentes pleno iure eccleſias ſubiectas, ſi populus eſt exemptus, vt colligitur ex glo. de capit. mo. c. 1. lib. 6. & ex his quæ no. de præbend. ca. de monachis.
18 16. q. 2. in ſumma, & c. viſis † Poteſtatem autem deponendi ab officio non credo in abbatem tranſire, quia illa annexa eſt ordini, & ponderoſa poteſtas, quam nec poteſt Epiſcopus confirmatus ante conſecrationem, vt no. de elec. c. tranſmiſſam. Ideo nõ tranſit ſub verbis generalibus quantumcunque latis, & quia indecens foret, eum, qui non poteſt ordinare, poſſe ab ordine deſtituere, & fortiùs idem de poteſtate degradandi.

Ad octauum, quo quęritur de cenſu monialibus quæſito, eſt aduertendum, quòd hic cenſus non poteſt deberi Epiſcopo de iure cõmuni vt Epiſcopo: quia monaſteria à talibus ſunt exempta, 10. q. 1. c. 1. 16. q. 1. c. cum pro vtilitate. 18. q. 3. c. abbatibus. & c. luminoſo. & quaſi per totum. not. de offic. or. cap. dilectus. de ſta. mo. cap. 1. licèt aliquo iure ſingulari deberi poſſit ex pacto in fundatione vel ex antiqua cõſuetudine, vt patet 18. q. 2. c. Eleuterius. & c. ſeruitium. Ideo cùm Epiſcopo ſingulari iure debeatur, non in reſpectu ad ordinem habet ſuperioritatem, non puto in abbatem transferri, ſed aut erit Papæ, aut Epiſcopi, vt ante erat: ponderanda tamen foret multùm cauſa debendi, de qua nihil conſtat.
19 † Ad nonũ, benè conſiderandũ foret, qualia forent oratoria & hoſpitalia. Nam ſi eſſent priuata, quia non haberent altare, nec campanas publicas, nec eſſent conſecrata autoritate Epiſcopi, vel aliud ſignum non haberent eccleſię, quòd cognoſcatur ex his, quæ no. de reli. do. c. inter quatuor. de cenſi. c. ſi. & de dona. c. inter dilectos. & non probent aliquam poteſtatem. Sed proponitur, quòd ſint ſub obedientia Epiſcopi, & ex his ſoluit cenſus. Vnde ex hoc ſatis iudico ipſa publica: fraticelli autem ibi ſtantes, ſi ſunt vt hæremitæ, quorum vita eſt approbata, vel etiam ſtatu pœnitentis, vt ſunt nũc fratres Ieſuati, qui & ſtatum pœnitentium & heremiticam vitam ducunt, tales ſunt & eſſe debent ſub obedientia Epiſcopi, 10. q. 1. c. aliud. & digni ſunt conuenienti honore, 16. q. 1, c. qui verè & purè. & not, gl. de exceſ. præla. c. 1. lib. 6. quanquàm quidam dicunt eos locuſtas, id eſt, ſine capite, vt dicit glo in d. c. qui verè. Sed veritas eſt, quòd ſunt ſub Epiſcopo, & reputantur eccleſiaſticæ perſonæ, & gaudent priuilegio eccleſiaſtico, vt d. c. qui verè. & ibi glo. ad quod 92. diſt. c. nulla ratione. 11. q. 3. c. ſi autem. & no. Io. An. de ele. c. cum monaſterium. nec ad aliud caput vel ſuperiorem compelli poſſunt, quia Chriſtum habent in caput & Epiſcopum ſuum, & Papam & parochianum, in cuius parochia ſunt. Fateor, quòd quò ad iuriſdictionalia habent nũc abbatem loco

Epiſcopi,

Epiſcopi, quò ad forum pœnitentię etiam ſunt ſubco, ſicut ſuberant Epiſcopo: quò ad cenſum per omnia dico etiam quod dixi ſupra reſpondẽdo ad ſeptimum.

Ad 10. videlicèt, de eccleſia ſanctæ Luciæ, in qua tria quæruntur. Primò de reintegratione iuris patronatus, & an nouus ibi eligi poſſit rector per monaſterium ac confirmari. Secundò, de cenſu, qui ſoluebatur Epiſcopo: an debeat ſolui abbati. Tertiò, an abbas poſſit eos corrigere & viſitare tãquàm in alijs eccleſijs. Circa primum, oportet quòd ponderetur priuilegium, inquantum reſtitutorium eſt, & abbas reintegretur, facit latitudo verborum reſtitutionis, & reintegramus, de quibus dixi ſupra allegando.

Non obuiantibus illis, de iure puto ex hoc nullũ præiudicium inferri fratribus ſanctę Marię, ſed ſi quod ius habet abbas, gerere poteſt ſua via: nam ex viribus priuilegij habet modicum fundamentum.

20 † Primò cum proponatur ex conceſſione Epiſcopi, eos fore in quaſi poſſeſſione illius eccleſiæ, non fuit intentio Papæ ex conceſſione priuilegij & reſtitutionis inferre præiudicium tertio poſſidenti: quia de poſſeſſione colorata nulla facta eſt mentio, ar. de priuilegijs. c. dudum. & quod ibi not. de conceſſ. præben. c. literas, & c. cum noſtris. tum quia hoc priuilegium, ſi verba eius omnia narratoriã dirigitur, & querelam porrigunt ad Epiſcopum, nec in aliqua parte priuilegij nominati ſunt fratres Seruorum ſanctæ Mariæ, & talia priuilegia nullo modo trahenda ſunt ad præiudicium tertij, imò ſemper excluſum & exemptum cenſetur præiudicium tertij, l. 3. §. & merito. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in lo. pub. C. de emancipa. li. l. nec auus, de offic. deleg. c. ſuper eo. de offi. or. c. licet, de priuil. c. paſtoralis. cum ſimi. quæ vera ſunt, inquantum priuilegium reſtitutorium eſt, de reſcri. c. quamuis. lib. 6. Item quia talia priuilegia exorbitantia, & tollentia iura & poſſeſſiones aliorum parte non vocata & abſque cognitione cauſæ de ordinaria poteſtate Papæ ſine magna cauſa non conceduntur ex ſtylo curiæ, patet de ma. & obe. c. inter quatuor. Ad talem ergo intellectum non ſunt ſimplicia verba trahenda, maximè cum nec reſcripta ad lites referantur ad perſonas non nominatas in reſcripto, vt patet de offi. deleg. c. P. & G.

Ad ſecundum de cenſu dico, quòd ſi cenſus præſtatur à prędictis fratribus Epiſcopo, & antea pręſtabatur, hoc debetur iure ſingulari Epiſcopo: vnde vel Papæ dabitur, vel Epiſcopo, ſufficit abbati, quòd ſibi non debetur, vt dixi ſupra circa moniales: & ſi fratres altero reſpectu exempti eſſent, hoc planius eſt, quòd abbati non debetur, quia non egit Papa contra exemptionem aliorum, de qua nõ fecit mẽtionem, vt ſubijcere.

Et ex hoc patet, quid dicendum de tertio: quia ſi fratres Seruorum ſunt exempti altero reſpectu, nõ videtur Papa nunc eos ſubijcere voluiſſe, de eorũ priuilegio nulla facta mentione, & ſic abbas nec viſitationem habet, ſi nõ eſſent exempti, & ius corrigendi haber, & ius viſitandi eos, ſicut in alijs monaſterijs habet diœceſanus: quia à talibus monaſteria non ſunt exempta, de præſcrip. c. cum non liceat. de offi. ord. c. licet. 18. q. 2. c. abbatem, & c. abbatibus. & in multis cap. illius quæſtionis. & in c. viſitãdum. & cap. nec ſemel. de cenſib. c. ſopitæ. de præſcr. c. cum ex officij. duntamen abſtineat ab illis, quæ ordini ſunt annexa Epiſcopali, vt dixi ſupra.

Ad penultimum quæſitum reſponſio patet ex ſupradictis: quia inquantum archipresbyter conferebat ipſi vt tertio, non præiudicatur inquantum Epiſcopus conferebat, & ſimiliter prout quæritur de poteſtate inſtituẽdi in eccleſijs, puto quòd hoc viribus Priuilegij transferatur in abbatem, inquantum illa poteſtas conferendi & inſtituendi cõpeteret Epiſcopo de iure communi, quod in dubio prę ſumo, ar. de inſti. c. ex frequentibus, & c. autoritate, & quod ibi no. de offi. archi. c. cum ſatis. quia inſtitutio iuriſdictionis eſt. Hinc eſt, quòd deuoluitur in capitulum vacante ſede, de ma. & obe. c. cum olim. & quanquàm ius conferendi non ſit propriè iuriſdictionis, ſed accidentalis poteſtatis, vt no. de foro compe. c. verum. de elec. c. quanquàm. lib. 6. tamen imprimitur tempore quò ad iuriſdictionalia, de elec. c. trãſmiſſa. & c. noſti. Ideo communiter gl. attribuunt illud ius iuriſdictioni, vt not. glo. de conſue. c. cum dilectus. de conceſ. pręben. c. quia diuerſitatem. de exceſ. prælat. c. tanta. Ex quibus concludo, ius conferendi ſaltem eccleſiaſtici fori, & iuriſdictioni annexum. Inquantum Epiſcopo competeret vt Epiſcopo, & non alio ſingulari iure, quod in dubio præſumo, in abbatem ea verbis priuilegij transferri: & idem de iure inſtituendi inquantum plebano competebat, illi remanet intactum & illæſum.

21 † Venio ad vltimum de conceſſione indulgentiarum: puto illud ius in abbatem non transferri, per ſuperius alleg. quod licèt quidam dicant illud eſſe iuriſdictionis, & per hoc transferri ſolo actu confirmationis, tamen opi. communis habet, quòd ordinis ſit & Epiſcopalis. Hinc eſt, quòd in eo non ſuccedit capitulum vacante ſede, vt plenè articulus hic diſputatur de exceſ. præla. cap. accedentibus. ad quod accedit quod no. de hære. cle. 2. in gl. quæ incipit, hæc litera. Hinc eſt, quòd iura de indulgentijs loquentia, talia attribuunt Epiſcopo, de pœ. c. quod in te. Et ſic quæ loquuntur de conſecratione, vt no. glo. in ſalutatione Sexti. & de relig. do. capit. 1. Nec obſtat, quòd actus indulgentiæ comprehendi poſſit ſub foro pœnitentiali; quia talis actus indulgentiæ naturaliter attributus ſit ordini Epiſcopali, vt d. c. accedentibus. Vnde quidam ſunt fori pœnitentialis naturalis, pertinẽtis ordini Epiſcopali; & ſic quæ ſui origine pertinent ad inferiores, vt eſt abſoluere à peccatis quibuſcũque, in quibus aliqua ſunt, quæ reſeruata ſunt Epiſcopo hodie, & talia tranſeunt in inferiorem. Quædam ſunt quæ non naturaliter & originaliter, ſed per accidens inhærent ordini epiſcopali, vt indulgentias concedere: & talia licèt ſint de foro pœnitentiali, ex verbis generalibus non trãſferuntur in inferiorem, & ſic nec in abbatem: quia adęquatio poteſtatum etiam per omnia intelligi debet ad metas ordinis, quæ habet abbas, qui in poteſtate adęquatur Epiſcopo: refertur enim ad illa, quorum abbates ex ordine capaces ſunt, nec tranſeunt talia ad inferiores abſque ſpeciali expreſſione, de priuil. c. abbaté, lib. 6. & hoc ex cauſis ſupra tactis.

Reſpondere reſtat ad obiecta: ſed quia prolixus fui, ne prolixior fiam, & intelligenti patet reſponſio, pro nunc omittam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſionibus maſculis exiſtentibus, qualiter ſit interpretandum.*

2 *Verba ſtatuti dicuntur ponderare ueram exiſtẽtiam, non modum fictum exiſtendi.*

Conſilium

Conſilium XX.

Tenor ſtatuti.[a]

Nvſq. & Mulier poßit ab inteſtato ſuccedere filijs &c. & quòd quælibet mulier, &c. eius deſcendentes poßint ab inteſtato, ſuccedere matri ſuę præmortuæ, ſi eidem matri non extarent hęredes uel filij maſculi, uel alij maſculi deſcendentes ex eo uel ex eis.

1 AEQVITAS † valdè ſuggerit pro parte, vt ab hæreditate fœmina nõ excludatur, quaſi dictum ſtatutum in excluſionem filiarum non videatur ponderaſſe momentaneum hæredem. Nam cum momento fecit, & momento finitur, & feciſſe videtur non ſimpliciter, ſed quò ad tranſmiſſionis actum, & ſecundum fictionem, & non ſecundum veritatem; coniectura autem ſtatuti excludendo filiam videtur ponderaſſe, vt exorbitans veram hæredis exiſtentiam. Item duraturam & effectualem, vt in ipſo nomen matris memoretur in filium matris durante hærede. Item hęredem ſimpliciter & plenariè non ſecundum quid, vel ad aliquem certum actum ponderaſſe videtur hæredem exiſtere, quod non eſt.

Huic concluſioni tamen in iure aſſentio prolatæ per patrem meum dominum Petrum de Anchara. Simpliciter enim factus eſt hæres à lege in actu mortis, quia vt aditam tranſmittit, & ſic quia lex defert, vt aditam tranſmiſit. Simpliciter ergo factus eſt hæres à lege, & dico verus hæres & non fictus: quia lex fingendo, vel per verba fictionis loquendo in actu pendente à poteſtate legis, verè facit & non fictè, & no. ff. de adult. l. maritus. § fi. & in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucapio. dare autem hæreditatem legis eſt, l. lege obuenire ff. de verbo. ſignifica. quanquàm modus deferendi per l. ſit fictus: & hoc important illa verba in l. ſi infanti, ibi, quaſi quæſita, &c. tamen ipſa vt delata facit verum hæredem, ſi qui poſſeſſio, quam acquirit, ad quam & verba ſta-
2 tuti de poſſeſſione loquentia extendi debent. † Ponderant enim verba ſtatuti exiſtentiam, quæ vera eſt, non modum exiſtendi, quem fictum fateor, ad hęc l. certè §. ſi procurator ff. de precario, & no. in d. l. ſi is qui pro emptore. & quæ allegantur per primos, inquantum facere hæredem alium non excludat, ſubſtitutum ab homine, non faciunt ad rem: quia ſumus in terminis, quando factus eſt quis hæres à lege ex ſe, & quia ipſe hæres alium fecit. Inquantum ergo mulier, de qua agitur, vellet venire vt hæres matris ex capite, quia mater in aliquo prætenderet ſe vt heredem a domina Iſabetta, venire non poteſt, & ſic remanet prædicta concluſio vera. Et ſic mihi videtur Anto. de Butr.

ADDITIO.

a STATVTI.] *Statutum, quòd maſculi ſuccedant excluſis fœminis, intelligi debet, ſi maſculi ſint hęredes. Bald. in l. in ſubſtitutione verſi. & facit ad ſtatutum. Alex. conſilio 69. in princip. lib. 1. Io. Aret. & alij in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, circa ꝓ ff. de libe. & poſthum. Soc. conſil. 35. colum. penul. lib. 4. Corne. conſil 312. in prin lib. 1. conſil 48. lib. 2. conſil. 206. colum. 2. lib. 3. conſi. 42. colum 4. & conſil. 61 colum. 1 lib. 4 & eſt communis ſententia. Dec conſi. 505 num. 4. & alibi. Et talis excluſio videtur perpetua, quia licèt filius maſculus poſt excluſionem fœminarum moriatur, filiæ tamen, quæ fuerunt excluſæ, ſuperuenientes non admittuntur, ut not. Bald. in authen. ſed & ſi quis. colum. 5. verſi. & per hoc infertur, C. de ſecun. nupt. idem Bald. in l. quibus, colum. 2. verſi. ſed hic occurrit. C. de nupt. & in c. 1. §. 1 not. 2. per illum tex. in tit. Epiſ. vel abbat. refert & ſequitur Dec. conſil. 414 num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Ceßio bonorum cauſa donationis facta, præſumitur ſimulata.*
2 *Facultas apprehendendi, & pro debito retinendi, dicitur facti puri.*
3 *Domicilium alicuius quem locum præſupponat, & quis propriè dicatur ciuis.*

Conſilium XXI.

1 VISO † puncto & quæſito prædictis, primò aſpectu videri poteſt Ioannem tadeum ex perſona Petri Boni non habere effectuale ius agendi contra Hemirardum vt hæredem Io. de Beninuento non ex perſonali aliqua actione, tamẽ ſi qua quæri potuiſſet ex conuentione habita in teſtamento Petri boni, in quo contrahi potuit, ff. de lib. agno. l. conſignare & l. hæredes palàm. §. fi. & ibi glo. per Dyn. in regula, quod ſemel. de reg. iur. lib. 6. & Cy. de teſt. l. cum antiquitas illa ſublata ſit, vel ſaltim eliſa per liberationem poſtea factam in codicillis, in qua liberat dictus Petrus Bonus dictum Ioãnem, quinimò & eo præſente confitetur ſe non habuiſſe animum eum obligandi. Similiter nec realis: ſi quam enim actionem habere poteſt, eſſet hypothecaria, & hanc ſi habuiſſet, illa eſt extincta per liberationem factam à perſonali, vt l. ſoluitur, in princ. & §. 1. ff. qui. mo. pignus vel hypo. ſol. & l. ſi tibi. § de pignore cum glo. ſua, ff. de pactis.

Non obuiantibus his, de iure puto dictum Hemirardum vt hæredem Ioannis, ac dictæ hæreditatis olim Philippi de Cardino poſſeſſorem, vt patet ex confeſſione ſua, in qua (vt proponitur) confitetur, ſe poſſeſſorem, poſſe condemnari & debitè.

Circa quod eſt aduertendum, quòd in facto proponitur, bona hæreditatis dicti olim Philippi iuſtis ex cauſis à domino Duce fuiſſe occupata: quorum vna exprimitur in reſcripto: quia ex forma legis decedentis abſque deſcendentibus maſculis bona deuoluuntur ad cameram, nec de hoc credo dubium fieri, iuſtè fuiſſe occupata. Ex quibus concludo, Ducem potuiſſe illa vt propria alienare, & alteri obligare. Et ſic in dubio iuſtè fuiſſe occupata. Ex quibus concludo, Ducẽ potuiſſe illa vt propria alienare, & alteri obligare. Et ſic in dubio iuſtè fuiſſe occupata præſumendum eſt, ex quo aliud non apparet. Vbi enim aliqua per medium poteſtatis etiam extraiudicialiter geruntur, iuſtè geſta præſumi debent in iudicio, ſi aliud non apparet: de eo qui fur. or. re. cap. innotuit. per Inno.

Secundo præmitto, quòd dominus Comes & & Dux obnoxia eſſe voluit Ioanni de Beninuento pro quantitate duorum millium florenorum, ac expen. in hæreditate faciendis, donec a ſuccedente quanti-

quātitas illa ſolueretur, & patet ex forma ſupraſcri-
pta reſcripti.
Tertio præmitto, quòd in teſtamento quantita-
tem petitam Ioannes de Benuenuto confeſſus eſt ſe
recepiſſe à dicto Petro Bono pro recuperanda præ-
dicta hæreditate. Et quanquàm ex forma confeſ-
ſionis teſtamenti concluderetur Ioannes perſonali-
ter obligatus, tamē codicillis liberatur & Ioannes
acceptando liberationem cum omnibus conditio-
nibus ſuis, vt in dictis codicillis acceptauit, & requiſi-
uit, vt fieret tacitè conſenſus, vt dicta bona forent
obnoxia & obligata dicto Petro Bono, quam ex
nunc acceptando & allegado, eam ſimiliter appro-
baſſe videtur. vnde bona ſibi obligata obligauit di-
cto Petro Bono. & conſequenter caſus hic decidit,
ipſum poſſe & potuiſſe & cōſequēter hēs eius agere
potuiſſe hypothecaria, per caſus l. ff. de pigno. l gre-
ge. §. cum pignori. & de pigno. ac. l. debitor. & in l. 1.
& 2. C. ſi pignus pig. da. ſit. & ſic habet ſaltim in ge-
nere eandem hypothecariam, quam habuit Ioan-
nes, ar. eorum quæ no. in l. Ariſto. ff qui po. in pign.
hab & l. 1. C. de his qui in prio. credi. loco ſucce. vel
habebit ſaltem hypothecariam tacitè conceſſam ex
illa conuentione, vt obnoxia ſint & obligata omni
iure & modo, quo poteſt, & accedit prima hypothe
caria ad obligationem ex negotio geſto hæredita-
te iacente, vt l. 1. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. quam
acquiſiuit Ioannes recuperando hæreditatem no-
mine hæredum, qui ſuccedere poterant. quam etiā
acquiſiuit Petrus Bonus ſoluendo pro recuperatio
ne hæreditatis, vt patet ex acceptatione cōfeſſionis
factæ per Petrum tam in codicillis. quàm in teſta-
mento, quam non poteſt hæres Ioannis negare, ſi-
cut nec defunctus potuiſſet, ff. de re iu. l. ex qua per-
2 ſona. † Item ſaltem negari nō poteſt, Ioannem fuiſ
ſe obligatum Petro Bono. & conſenſiſſe, vt in eū
facultas retinendi transferretur. & quanquàm hæc
facultas appræhendendi & pro debito retinendi ſit
puri facti, vt l. ſi non ſortem §. ſi centum. ff. de con-
di. inde. & l. 3. C. de pignor. hoc tamen ius in alterū
b eſt ceſſibile,[b] vt no. in l. 1. in fin. ff. de no. ope. nunc.
& poteſt ſe quis ad hanc facultatem obligare, vt ibi,
ad hoc l. 2. C. de priui. fiſc. & de iure reipu. l. 2. lib. 11.
Ex quibus concludo dictum Hemitardum condē-
nari debere ad dimittendum, & relaxandum dicta
bona hæreditaria dicti quondam Philippi de Cardi-
no, d. Ioanni Tadeo, vt eſt petitum.
Ad ſecundum quæſitum eſt aduertendum, quia
ſi Hemitardus fundat ius agendi ex cauſa confeſſa
c ta illa non probatur ex confeſſione,[c] ex quo non
eſt iurata, l. cum quis decedens. §. codicillis, de leg.
3. & quod ibi nota. extra. de ſuc. ab inte. c. fi. & auth.
qđ obtinet. & vnde ſumit. C. de prob. Sed p̄ſuppon ē
do q agat ex confeſſione vt diſponente, vel forte
3 quia producit literas cambij. † Surgit dubium ſu-
per exceptionibus, quòd confeſſio fuerit facta à fo-
renſe, abſque dubio obſtat ſtatutum, præſupponen
do (vt proponitur) quod Tadæus origine ſit Vene-
tus. Nec obuiat, ſi probetur, ipſum ex aui origine
aut patris fuiſſe Veronen. quia non quo ad omnia
poteſt dici inde ciuis, vt no. ff. ad municipa. l. aſſum-
ptio. in fi. Et licèt Doct. aliud dicant, credo quòd o-
piniones Accurſ. ſeruantur in loco ex inſpectione
ſtatuti, & ſtatutum intelligitur de ciue ſimpliciter,
& non ſecundum quid, quia in ipſis verba propriè
intelliguntur. Item ſtatutum prædictum declarat,
ciuem appellari in ſimili, qui ſubit onera & factio
nes, quod iſte non facit. Quid plura? in verbis ſta
tutorum domicilij vel ciuitatis appellatio in dubio
refertur ad ciuitatem domicilij, & non originis, gl.
eſt ſingularis de reſcrip. c. ſtatutum. §. cum verò. in
glo. olim dicebamus. in fi. & fuit dictum Compo. de
reſcrip. c. nonnulli in glo. Et Spec. tit. de citatione.
§. 1. circa prin. Item hæc ceſſio eſt ſimulata, quia fuit
facta ex cauſa donationis, & tamen ceſſionarius ſe
obligauit ad dandam quantitatem actionis ceſſę,
quod patet ex conſeruatione indemnitatis, quo ca
ſu abſque dubitatione ceſſio eſt ipſo iure nulla, vt
apertè dicit ſtatutum tranſmiſſum. Ex quibus quò
ad ſecundum petitum dico dictum Ioannem Ta-
dæum abſoluendum. Ita dico & conſulo.
Anton. de Butr.

ADDITIONES.

a CESSIO] *Donationis cauſa facta ſi ſummam quingentorum aureorum exceſſerit, non minus inſinuatione egebit, quàm qualibet donatio. Curt. Iun. conſil. 126. ad fi. vbi de communi teſtatur.*

b CESSIBILE] *Plures caſus, in quibus ceſſio tenet, refert Ayn. conſil. 191. col. 2.*

c CONFESSIONE] *Adde authent. quod obtinet. C. de prob. quod dicitur de iuramento, extendit Abb. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. num. 19. quòd ſi confeſſio a defuncto emanauit, parte præſente, vel notario acceptante, idem ſit. Adde Fely. in cap. ſi cautio. colum 7. verſi. tertia declaratio. de fid. inſtrum. Dec. conſilio 184 num. 11. Emanuel Suar, in theſ. recept. ſent. verb, confeſſio. nu. 239.*

SVMMARIVM.

1 *Alienans rem emphiteuticam, an ipſo iure cadat à iure ſuo.*
2 *Emphiteutam propter dolum in re emphiteutica commiſſum cadere à iure ſuo, vel ſtare in eo eſt in arbitrio domini, & ipſius diſpoſitione.*
3 *Dominus emphiteuticarius recipiens penſionem ab emphiteuta, qui à iure ceciderat, an cenſeatur primum contractum reſirmare.*
4 *Renouatio emphiteuſis amiſſæ diuerſimodè venit conſideranda.*
5 *Venditor an teneatur emptorem defendere contra tertium impedientem retentionem rei venditæ.*

Conſilium XXII.

Viſis punctis & queſitis propoſitis,
ac dubiis maturè elicitis, dubita-
tio tota reducitur ad effectū dua
rum conceſſionum in fauorem
M. quarum vna principium tra-
ait in perſona Ioannis patris M.
& tertiæ in fauorem A. & cuiuſli-
bet, aut duarum primarum in fauorem M. vel alte-
rius tantum, nul litate ſuppoſita, potior eſt M. quia
a qui prius[a] eſt tempore potior eſt in iure, ff. qui po.
in pig. ha. l. potior. & l. creditor. & l. fundum. C. de
rei ven. de electi. c. capitulum, & c tibi qui. lib 6. cum
regula, qui prior. & cum concor. ſuis, de reg. iuris.
eo. lib Suppoſita autem nullitate perſonarum, po-
tior eſt A. de his quæ fi. à præla. ca. continebatur. de
ele. c. conſideramus, & c. congregato. de verb. ob. l.
ſi dari, & l. ſi ſtipuler. cum regula, non preſtat. de re-
gu. iur. lib. 6.

† Reſtat

1 † Reſtat ergo dubitatio ſuper conceſſionibus in
fauorem M. vna in perſona patris eius, altera in per
ſona M. contra quos opponitur, videlicet, contra
b primam, illius reſolutio ex alienatione [b] facta per
Io. contra ſecundam allegatur, ſtante reſolutione
primæ, illam ſecũdam non valere vt erroneam, aut
conſecutiuam ad primam nullam.

Nam prima nulla videtur, cùm alienatione rei
emphiteuticæ cadat alienans à iure ſuo: & quan-
quàm poſſit dubitari de text. l. fin. C. de iure emphi.
quia loquitur in futurum, cadit ar. gl. l. ſi quis in tan
tam. C. vnde vi. & in l. 1. C. de his qui poten. lib. 10. &
in leg. in criminali, de iuriſdi. om. iudi. de foro com
pe. c. ſi diligenti. gl. tamen Accur. per neminem re-
c probata, dicit, quòd cadit ipſo iure, [c] & no. in d. l. fi.
quòd lex canonica de loca. c. potuit. amplecti vide-
tur inquantum verba ſola facti executiua refert ad
alienantem iniuſtè potuiſſe expelli, & ſic notant ſo
lum factum executiuum. Supponunt enim priua-
tionem iuris ipſo iure, vt dicit tex. cum gl. de renũ.
c. quòd in dubijs. & ibi Hoſt. de poſtu. c. ñ. in verbo,
ſpec. & no. de iurepa. c. quia clerici, in verbo, ſpolian
do. de reſtit. ſpo. c. conquerente. Io. An. in verbo, ſpo
liaſti. Nec reperio gl. in d. l. fi. in dubium reuocatã,
d quanquàm opin. ſint de non ſoluente [d] canonem,
de quo per glo. & Cy. & alios, C. de iure emphiteuti-
co. l. 2. & per glo Inno. & alios de loca. ca. potuit. &
Archi. 10. q. 2. c. hoc ius. ver. qui rem, & ad ſaturitatẽ
in Spe. de loca. §. nunc aliqua. verſic. 47. Quando au
tem alienatur res domino irrequiſito, non ſit du-
bium. an cadat ipſo iure, quanquàm fiat dubitatio
e de ingreſſu [e] poſſeſſionis, an liceat propria autorita
te, de quo in locis allegatis.

Ex quo concludo, alienantem priuatum ipſo iu-
re emphi. quanquàm facto exiſtente dubio, declara
tio exigeretur, per decretalem, cum ſecundum, de
here. lib 6. & de homi. ca. pro humani. ad fi. eod. li.
vbi per Arch. & de pe. c. fœlicis. & de offi. ord. c. j. lib.
6. Io. And. in Nouella in verbo, conferantur. & de
præbend. cap. cum qui. in verbo, eo ipſo. in Nouella.
2 † Puto tamen, quòd licèt cadat à iure ſuo alienans
quantum ad ſui præiudicium: In quantum tamen
capitulum vel eccleſia vellet ſtare contractui anti-
quo, nec vellet ipſum reſcindi, & hoc declararet ta
citè vel expreſsè, valeret contractus, ſicut in contra
ctu dolo dante cauſam contractui bonæ fidei dici-
tur, ff. de dolo. l. eleganter. Et vt in re malè alienata,
12. q. 2. c. ſi qua de rebus. & ibi Archi. & glo. ne ſe. va.
c. 1. in gl. in verbo, vacante. per Hoſt. de his quæ fi. à
ma. par. ca. c. 1. & c. cum nos. reſciſſio enim contra-
ctus huius fit à iure & ad commodum eccleſiæ. Nõ.
ergo irritatur, eccleſia nolente ſtare contractui, &
ſic claudicat reſciſſio, ar. regulæ. quod ob gratiam.
de re. iur. in 6. & C. de legi. l. quod fauore. l. Iulianus.
§. ſi pupillo. de act. emp. Inſtitu. de aut. tu. in prin.
3 † Nunc ergo videndum, an aliquid interceſſerit,
ex quo eccleſia declaret, ſe velle ratum habere con
f tractum antiquum, & non admittere iuris [f] caducci-
tatem. Primo allegatur exceptio facta de cenſu: fa
ctum autem proponitur in dubio: non enim in cer
to proponitur, an eccleſia ſcienter, an ignoranter
receperit: & ſi quidem ignorans contractum alie-
nationis monaſterium ſuſceperit penſionem, non
confirmatur antiquus contractus, quem reſciſſum
ignorat, & vt perſiſtens in primo contractu recipit,
de coniug. ſer. c. propoſuit. eo. tit. c. ad noſtram. cum
glo. fi. ver. ſed pone de eo qui dux. in mat. cap. 1. cum
glo. 1. Item quia errans & ignorans non conſentit,
ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi per errorem. de cleri. exc. mi.
c. ad apoſtolicæ. Hoc tenet Cynus in terminis in l. 2.
C. de iure emphi. in 4. q Dyn. in l. Menius. §. duobus.
de le. 2. Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua, ver. 23. in fi. Et
idem repetit in ver. 36. ibi, quod intellige ſi ſcienter
factum eſt, ſecus ſi ignoranter vel ſub parte ſcientiæ.
Vbi autem monaſterium conſenſiſſet, quod intel-
ligo, ſcilicet prælatus cum conuentu, alter eorum
non ſufficeret. vt no. Ber. in d. c. potuit. & ſi ſcienter
recepiſſet penſionem, abſque dubio reformatus eſ
ſet contractus antiquus quo ad Io. qui ſoluit in vi
ta, & conſequenter quò ad M. ex vi Papalis priui-
legij potior eſſet M. nam per nouam conceſſionẽ,
quæ prius eſt reuocatio in M. non poteſt dici à pri-
ma conceſſione receſſum, cùm antiquæ innitatur
conceſſioni, & ſit ad ſolidandum antiquam contra
priuationem nouam, quæ ſurgere potuiſſet ex no-
uo priuilegio: recipiendo enim ſcienter improba-
uit, & improbaſſe videtur alienationem factam in
tertium, quam nec ratã habere potuiſſet monaſte-
rium, ex quo alienatio fuit vt propria, & ſic quò ad
directum dominium abſque debita ſolennitate, &
ſic hoc caſu potior ſit M. A. excluſo, niſi non inſub
tiliter diceretur, quòd cum Io. Andr. & M. ſemper
perſtiterint in pertinacia antiquæ alienationis, quo
tidie alienare videantur. Et ſic quanquàm monaſte
rium aliquo tempore ſcienter receperit penſionẽ
occurrente aliquo momento temporis quò ad ſo-
lutionem non recipiat vel recipere noluit, poſſit di-
cere hodie rem tenens alienatam, & quantum in
te eſt hodie alienas, hodieque cadis à iure tuo, vo-
lo vti remedio iuris, quanquàm in præteritum ap-
probauerim contractum ex hac cauſa recenti, ar.
in ſimili de offi. deleg. cap insinuante. iuncta glo. de
iudi. c. 1. quod enim ſemel conſenſu approbaui, poſ
ſum ex recenti cauſa reprobare. ad hoc de iureiur.
c. quemadmodum. l. fi. C. de ſpon. cum ſi. Sic & dici
mus de exceptione habente cauſam ſucceſſiuam,
vt pluries iterabili, quæ quandoque poſt quemcun
que terminum, ex quo ſurgit iudicis approbatio,
poteſt opponi, vt no. Bar. C. de adul. l. adulteram. &
Compo. de reſcrip c. dilectus filius L. ſarracenus. per
Arch. 1. q. 7. in ſumma. & de offi. deleg. ca. ſtatuimus.
lib. 6 & Spec. de appel § reſtat videre. circa fin. ver. &
no. & Pan. in clem. cauſam. de elec. in verbo, com-
putata. & quod no. de appel. c. ex parte. de excep. ca.
pe. & videtur quaſi caſus de loca. c. potuit. nam pœ-
g na imponitur, ſi celeri [g] ſatiſfactione ſibi non proui
deat: pœna ergo non ſolum ſurgit ex momento a-
lienationis, ſed ex contumacia, non prouidendo
contra alienationem: cùm ergo nunquàm proui-
deat, ſemper ſucceſſiuè durauit cauſa priuandi.
4 † Licèt ergo olim monaſterium approbauit con
tractum, & improbauit reſciſſionem, ex nunc recẽ
ti cauſa poteſt improbare contractum, & amplecti
reſciſſionem, & hoc referendo illa verba, niſi celeri
ſatisfactione &c. ad omnia premiſſa.

Non audeo tamen hoc aſſerere, quia glo. non hã
beo & doc. & clauſula illa, niſi celeri, referri poteſt
ad proxima, inquantum loquitur de non ſolutione
penſionis; aliàs ſequeretur, quod aduerſus maleſa-
ctum admitteretur purgatio, contra l. qui ea men-
te. de fur. & quæ not. de elec. c. quod ſicut. ad fin. Re-
ſidendum ergo, quòd poſita ſcientia monaſterij in
ſuſcipienda penſione, reſciſſio contractus, quæ fit
in momento alienationis tacitæ, videatur appro-
bata, & approbatus contractus antiquus ſimpli-
citer.

Sed poſito, quòd Io. eſſet excluſus à prima con-
ceſſione, & conſequenter nec per ignorantiam in
receptione penſionis fuiſſet confirmatus contra-
ctus, & antiqua conceſſio: nunc ſurgit dubium de
ſecunda

ſecunda renouatione facta papali implente priuilegio, quod ſi quidem conceſſio eſt facta ignorante eccleſia de alienatione, indubitatum eſt, hanc conceſſionem non tenere, nec impedire reſciſſionem cõtractus inſurgentem ex alienatione: quia ſuppoſita ignorantia cauſæ reſcindentis, reuocatio facta ad conſequentiam primi contractus, non vt noua conceſſio cenſetur, cum non cenſeatur ex antiqua cauſa & errore renouare, vt dicit glo. in dicto capitulo primo: de eo qui dux. in matrimo. & de coniugi. ſeruo. c. ad noſtram. Hanc enim renouationẽ intendunt tantum ad euitationem pœnæ nouiter à priuilegio inductæ, ſtante antiquo contractu & prima conceſſione: actus autem agentium &c. ff. ſi cer. pet. l. non omnis. intentus autem & conſenſus in rẽ non deſcendit ignorantia, ff. de pac. l. tres fratres. maximè quia renouans nititur expreſsè ex priuilegio, quod reſpicit renouationẽ ex cauſa antiqua, ſcilicet, ex conceſſione prima facta, ex qua renouatio, licèt non hoc tempore, quo data eſt, debita tamen fuiſſet aliquo tempore, ſcilicet de 29. annis in 29. annos, vt ex forma antiqui contractus patet, quę nunc ex priuilegio eſt accelerata. Item cum renouans remouet rem vt propriam renouãti, nullum ius agit transferre, ff. de acqu. poſ. l. ſi rẽ aliquã. de condi. ob cau. l. 3. §. ſubtilius. Vbi autem renouatio facta foret monaſterio alienationem ſcienti, & ſic de reſciſſione certificato, non eſt dubium, quòd valeret: quia quanquàm nunc renouet vt propriã, nec intendit nouiter ius concedere, cùm tamen renouatio priori contractu nitatur, ab eoque deſcendit & deriuetur, ex ea ſurgeret antiqui contractus approbatio l. 3. §. falſis. ff. rem ra. ha. l. 2. C. quod met. cau. l. pen. de condi. ob tur. cau. quod not. Innoc. de renun. c. ſuper hoc. habet enim ſe executiuè ad primum contractum, & ſic vitia purgat antiqui contractus. Excluſa igitur reſciſſione contractus, ſtabit antiqua conceſſio, vt nouo conſenſu approbata, quod fieri poteſt, vt ſupra dixi.

Nec obſtat quod priuilegium loquatur de poſſeſſorib. quia non fundabit ſe M. ſuper priuilegio, ſed ſuper antiquo contractu ex hac renouatione contra reſciſſionem iuris approbato, quanquam fuerit a priuilegio occaſionata, & quanquàm non facta in caſu priuilegii, ex quo proponitur certa ſcientia reſciſſionis contractus, vel cauſæ reſcindentis ratificationem primæ conceſſionis, operabitur.

Concluditur ergo, quod ſi in actu receptionis penſionis aut renouationis detur ſciẽtia alienationis quò ad monaſterium, M. habet potiora iura, & excluditur A. Si autem detur ignorantia alienationis vtroque actu, quod in dubio præſumitur, quia pendens in facto alieno, l. fi. pro ſuo, de reſcrip. c. ab excõmunicato. A. potior eſt in hoc iure. Laus Deo ſemper. Ita mihi videtur Ant. de Butr. vtriuſq; iuris doctori.

Sie etiam mihi Antonio de Butr. videtur de iure: Ideo ſcripſi & ſigillaui, ſaluo ſemper ſaniori conſi-
5 lio. † Nam licet venditor non arcteatur ex natura contractus ad hoc, vt defendat emptorem a violen-
h ta [h] prohibitione tertii, quominus habere liceat, C. de act. emp. l. fi. nec etiam ſi facto extranei impediatur, quominus habeat vbi de facto prohibet, l. ſtipulatio iſta habere licere. in princ. de verb. obl. & quod ibi no. tenetur tamen arcere inhibentes habere licere, quos prohibere poteſt, l. fluuius. §. quanquàm. ff. de dam. infec. & l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. obliga. & no. in d. l. ſtipulatio iſta habere licere. & l. emptorem. §. fi. de act. empt. Huiuſmodi autem ſtipendiarii proponuntur fore ſtipendiarij domini Malateſtæ, qui ſibi ſunt ſtipendio adſtricti, & vt communiter fieri ſolet debito iuramẽti, quos prohibere poteſt & debet, ne confœderatis aut ſubiectis damna inferantur, ff. de cap. l. non dubito. Culpa ergo denunciati venditoris (vt proponitur) minus peruenit ad emptores redituum, de quo venditor tenetur, ff. de hęredi. vel ac. ven. l. 2. §. non tantum. qui nimiò non implet contractum ex parte ſua, cùm culpa ſua res venditioni ſubiecta non perueniat ad emptorem, argum. l. Iul. §. offerri. de actio. empti.

ADDITIONES.

a QVI PRIOR] *Exornant pluribus hanc regulam Bartho. Caſſan. in catalo. glor. mun. cir. fi. Petr. Rebuf. ad cõſt. regias, tit. de cenſib.*

b ALIENATIONE] *Emphyteuta alienans irrequiſito domino, cadit ipſo iure a iure emphyteutico, l. fi. C. de iu. emph. dixi Milleloq. 212. Intellige non ex ſimplici contractu, ſed ex traditione facti, per text. in cap. imperialem. §. callidis. de prohibit. feud. alien. per Feder. & ibi ita tenent Andr. Iſern. Bald. Mar. Laud. Bal Alua. in c. 1. §. aut ſi libellario. quib. mo. feud. amit. Bal in c. Cumana. col. 2. de elect. in conſil. 276. Ad euidentiam. lib. 5. Alex. conſil. 30. colum. 6. lib. 1. Aret. conſil. 14. colum. 2. Guid. Pap. q. 162. Specu. in tit. de loc. §. nunc aliqua. verſic. 96. Alb. Sal. in d. l. fi. col. pen. & ibi Iaſ. q. 19. Saly. in l. fi. C. de reb. nõ ali. Cano in c. potuit. de loca. Alex. in l. ſi a me. in l. Statuliber. ff. ad l. Falc. in conſi. 133. conſi. 91. col. 2. lib. 2. conſil. 76. lib. 7. Negus. in tract. de pign. in 3. memb. 2. par. princ. Soc. Iun. conſil 70. num. 14. lib. 3. Curt. Sen. conſi. 8. nu. 10. Marſi. ſing. 412. Tiraquel. de retract. prox. §. 1. glo. 2. num. 43. aſſerens, quòd hanc opinionem tenet uniuerſa propè cohors Scrib. Cæpol. conſi. 8. col penul. ad fi. Aym. conſil. 312. num. 11. Dec. conſil. 160. Non tamen cadit in commiſſum per alienationem, ſi ignoret qualitatem rei cauſantem caducitatem. Bal. & alij in c. uni. de contr. int. dom. & emp. Caccial. in repet. c. 1. de feud. cogn. reg. 16. Dec. conſil. 238. Iaſ. conſil. 64. col. 3. lib. 3. Et dicitur probabilis ignorantia in hærede, l. qui in alterius. ubi Dec. ff. de reg. iu. Alex in l. cùm filius. §. in hac. ff. de uerb. obl. conſi. 45. lib. 6. Corn. conſi. 163. lib. 3. dixi in Milleloq. 94.*

c IPSO IVRE] *Nuncupatim referunt & ſequuntur hoc Butr. conſil Iaſ. in d. l. fi. nu. 104. Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 13. uerſi. adde.*

d CANONEM] *Licet propter non ſolutum canonem emphyteuta cadat ipſo iure, hoc intelligitur domino uolente: ita expreſſim tenet Cæpol. coonſil. 25. col. 2. in ciuil. Corne. conſi. 115. lib. 1. Dec. conſi. 138. colum. 2. dixi in Milleloq. 134. nec tunc requiritur aliqua iudicis declaratio. Iaſ. in l. 2. num. 12. C. de iu. emphy. Ruy. conſi. 153. num. 6. lib. 1. & conſil. 57. num. 2. lib. 4. Corne. conſil. 165. lib. 3. Alex. conſi. 106. lib. 3. num. 22. Dec. conſil. 146. num. 7. in fi. Clar. d. § emphyteuſis. q. 9.*

e INGRESSV] *Quòd dominus non poſſit ingredi propria auctoritate, ſed cum iudicis auctoritate, tutior & æquior eſt. Guid. Pap. deciſ. 107. Ceterum multi contrarium teſtantur. Alex. conſi. 107. num. 11. lib. 4. Corn. conſil. 271. lib. 3. Dec. conſi. 146. nu. 7. Vide Clar. in d. §. emphyteuſis. q. 11.*

f CADVCITATEM] *Prælatus, quando poſſit remittere caducitatem emphyteuta per receptionem penſionis, diſtinguitur per Clar. in d. §. emphyteuſis. q. 10. uerſicu. ſed nunquid. uide Alex. conſil. 5. nume. 18. lib. 5. Ruy. conſil. 70. nume. 14. lib. 5. Alex. conſil. 105. num. 15. lib. 3. Dec. conſil. 329. nu. 3. Iaſ. in l. 2. nu. 130. C. de iu. emphy.*

g CELERI] *Deciſio cap. potuit. de locat. procedit in emphyteuta eccleſiæ, quòd poſſit moram purgare intra breue tempus, in emphyteuta priuati habet locum l. 2. C. de iu. emph. ſine ſpe purgationis moræ, niſi de gratia domini, ita decidit Bald. in l. magnam colum. 4. & 7. C. de contrahen. & commiten. ſtipu. Imo. in d. c. potuit. in l. ſi inſulam. ubi Ang. Ale. & Iaſ. col. 14. idem uolunt ff. de uer. obl. Alex. conſil. 106. colum.*

5.lib.3. Capol.conſil.25.num.17 in ciuilib. Ang. Clauas. verb. emphyteuſis.§.19.Iaſ.d.l.2.q.29.num.79. Affl. deciſ.174. dixi in Milleloq.221.

b *VIOLENTA*] *Abb.in c.fi.num.7.de emp. & vend. Bar. in l.factum.§.non uidetur.ff.de reg.iur. Neuiz.conſi. 92. nume, 21.Bal.in l.non ſolum.§ ſi ſtatus.ff.de procur. Alex.conſi.137. colum. 2.verſi.tertiò etiam poſſet.lib.5.Goz. conſi.94.num.42. Ruy.conſi.212.num.10.lib.1.Natta conſi. 181. Ancha. conſil, 87.nu.3 Barba.conſi.62.lib.4.dixi in tract.de euict.§.5.in caſu 5.ubi allego hoc Butr. conſil.*

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuſis eccleſiæ non tranſit ad extraneum hæredem emphiteutæ.*

2 *Appellatione hæredum ſuorum, non comprehenduntur extranei.*

3 *Emphiteuſis conceſſa priuato, an poſſit per eum transferri in eccleſiam.*

4 *Eccleſia, quæ conſueuit locare in emphiteuſim, ſi poſtea transferatur per conductorem in extraneum, an tenebit talis conſuetudo?*

5 *Appellatione hæredum, an comprehendantur legatarij.*

6 *Emphiteuſis eccleſiæ an poſſit per viam legati transferri in extraneos.*

Conſilium XXIII.

IN facto fratrum montis Olineti
plura obſtant. Primò finis vitæ
emphyteuſis, & hoc dupliciter.
Primò ex iuris intellectu. Secun-
dò ex forma contractus emphy-
1 teutiel. † Emphyteuſis[a] enim ec-
a cleſię reſtringitur ad hęredes & de
ſcendentes, olim vſq; ad certum gradum, hodie in
infinitum quò ad deſcendentes, ſed non in infinitū
quò ad extraneos, quanquàm magna ſit coniectio,
vt ſic §.liceat.de alie.emphy.col.9.corrigit §. emphi
teuſim.& §.alienationis.in Auth.de non ali.aut per
mu.colla.3 Quò ad numerum deſcendentium nō,
quò ad qualitatem hæredum, & hoc confirmat Io.
An.de proba.c.in præſentia.& in addi. Specu. in tit.
de loc §.nunc aliqua.verſi.108.& ad hoc reducun-
tur varietates, de quibus in auth.perpetua.& in au-
thē.ſi quas C.de ſacroſan.eccl.& in auth. ingreſſi. &
in l.etiam.in fi.ff.ſol.ma.10.q.2.c.hoc ius, ver.perpe
tua.12.q.2.c.apoſtolicos. Ex forma contractus du-
pliciter, quia appellatione hæredum ſuorum non
comprehenduntur legatarij, vt ſunt iſti fratres, vt
2 de ſeparet. † Secundo, quia appellatione hæredum
ſuorū non comprehenduntur extranei, vt iſti ſunt,
Inſt.de hære.qua & differentia.§. ſui. de hæred. quæ
ab inte.§.cū aūt, ff.de inuf.teſt.l. ſi quis exhęredato.
§.1,& hoc in terminis decidit Io. An.in addi.Spe.in
tit.de loca.§.nūc aliqua.ver.113.Nec ob. ſi dicatur,
monaſterium haberi loco filij: quia nulla lex hoc
b dicit.§.enim. ſed hoc præſenti[b] in Auth. de ſan.epi.
habet alium intellectū hodie communem, vt not.
in auth.niſi rogati.ad treb.& c. in præſentia. non di-
cit, quod habeatur loco filij, ſed hæredis, & dato ꝙ
diceret haberi loco filij, ſolo caſu ingreſſus mona-
ſterii, fatendo opi.omniū, qui caſus non eſt noſter.
3 † Secundò obuiat, quia dato, ꝙ ad extraneum
& legatariū tranſire poteſt emphyteuſis, in propoſi
to facta eſt in perſonam prohibitam tam à iure, ꝙ
expreſſo pacto emphyteuſis, vt patet in iure; quia
hic eſt de perſonis prohibitis. cùm durior fiat con-
ditio cōcedentis in emphyteuſim, ꝙ tranſeat de pri-
c uato in eccleſiam, [c] vt patet; quia eccleſia nō cadit
in cōmiſſum, l.placet. C.de ſacroſan. eccle.16.q.1.c.
placet. no.de reli domi.c.conſtitutus per Io. An. &
alios, ꝗꝗ de hoc ſint opi. Et hoc expreſsè decidit Sp.
in ti.de loc.§.nunc aliqua.ver.106.ad hoc l. fi. C. de
iure emphy.multa enim habet priuilegia eccleſia, ꝗ
non habet priuatus, ad hoc de loca. c. potuit, & qđ
ibi no.licèt loquantur de emphyteuſi priuati, rōnes
pugnant etiam in emphyteuta eccleſiæ: expreſſum
pactum etiam (vt dixi) obuiat, quia ex forma con-
tractus emphyteuſis prohibetur alienatio in eccle-
ſiam vel monaſterium: talia autem pacta, ne in cer-
tū alienetur, valent, de pact. l.in traditionib. l. 1.§.ſi
quis.de aqua quoti.& ęſti.maximè quando pactum
apponitur ſeruato aliquo iure, ff.de diſtrac.pig l.cre
ditor.§ fi.no.ff.de pac.l.pen.C.de cond. ob cauſam.
l.ea lege.ff.de verb.obli.l.ſi ita quis.§.ea lege.

Tertio obuiat defectus ſolennitatis in alienatio-
ne: quia dominus non fuit requiſitus, vt oportet, vt
l.fi.C.de iure emphy.10.q.2.c.hoc ius, ver. perpetua.
de loca.c.potuit.& de feu. c.2.

4 † Puto, quòd ſi eccleſia de conſuetudine talia nō
conſueuit locare, ita vt tranſeant ad extraneos, ne
ſcirem defendere monaſterium fratrum mōtis Oli
ueti a prædictis, & maximè a pacto de non alienādo
in monaſterium, ſi eccleſia S. Ioannis ad montem
conſueuit locare, etiam vt trāſeat ad extraneos, tūc
attendetur conſuetudo eccleſiæ in re conſueta lo-
cari, vt eſt hic, de feu.c.2. nam in talibus plurimum
operatur conſuetudo, vt d.c.2.& no.in Spe.de loc.
§.nunc aliqua.ver.107. Informatio igitur habeatur
de conſuetudine: hoc ſtante, primum obiectum tol
leretur propter conſuetudinem, quia appellatione
hæredum comprehendi poſſent extranei, & con-
ſuetudo corrigeret §. emphyteuſim. & ſic habent
multæ eccleſiæ.

Nec tunc obſtaret forma contractus, quia dixit,
pro ſe & ſuis hęredib. ad quod facit quod no. Ioan.
An.poſt Vber.de Bo.in addi.Spe.in ti.de loca.§.nūc
aliqua.ver.116.in duobus locis: quia (non obuian-
tibus his) intelligerē contractū ſm conſuetudinem
eccleſiæ: & illa verba, ꝓ ſe & ſuis hæredib. intellige-
rentur de extraneis: & verbū, ſuis, non intelligitur
prolatū ad denotādū qualitatē hæredū, ſicut hodie
in inſtrũs apponuntur, & tū refertur ad extraneos.
Extraneus.n.mihi hæres meus eſt hęres, de vulg. &
pup.l.filio.& l.qui ex liberis §. hæc verba. licèt mihi
non ſit ſuus. ad hoc l.hæredes mei. ff.ad Trebel.

5 † Nec ob. ꝙ appellatione hæredum non comprę
hendantur legatarij: quia imò, exiſtente ad extra-
neos retrāſmiſſibili, vt l.in cōuentionib. ff. de verb.
ſig.ff.de vſuc.l. ad tēpus.in fi.de excep.rei iud.l.ſi à te.
in fi.de acquir.poſ.l.Pompo.§. ſi legatario. Et bre-
uiter ab omnibus aliis defendentur, preterquàm
quando alienatio eſt facta in perſonam prohibitā,
& ex iure & pacto expreſſo, & malè etiam defendi
poſſet, quòd hic non interuenit requiſitio & debita
ſolennitas, licèt Spe. variet, vt patet ex notatis in
præalleg.§.verſic.113.& verſicu.14.& nota.de loca.
cap.potuit.

6 † Bart. n. expreſsè firmat, emphyteuſim eccleſiæ
non poſſe alienari irrequiſito domino, etiam per
viam legati, licèt Cynus vacillet, C. de iure emphy.
l.fi.

l.ſi.& eſt caſus in l.2.C.ne rei do. vel temp. & ponit in d.l.ſi.& l.1.§.qui autem.ff. de ſuperfi.& in l.ſi ita quis, de verbo. oblig. & in l.in conuentionibus.de verbo.ſigni.

Satis tamen puto ſufficere conſenſum in traditione rei, licèt non interuenerit in actu legandi, argum. eius quod in ſimili dicitur in tranſlatione iuris patronatus per viam legati, de iurepa. ca. cùm ſecundum.

Concluſio igitur remanet contra fratres montis Oliueti, inquantum vellent habere emphyteuſim: inquantū autem vellent æſtimationem ſequi, an valeret legatum, non decido: quia iſta quæſtio eſt habenda cum hærede, & quę ſola decidenda eſt nunc inter monaſterium, aliquid tamen dicam infra.

Nec obſtat, ſi aliquid ſubtiliter diceretur, hìc in teſtamento non eſt emphyteuta ædificij, ſed ſuperficiarius, & emphyteuta ſolum terreni: Ideo liberè poteſt alienare ædificium, per l.1.§.qui autem.ff.de ſuperfi.& omnia ſupra alle.ceſſant. Primò, quia emphyteuta terreni eſt emphyteuta ſuperficiei: quia hęc inſeparabilia ſunt, vt decidit Bar.in l.1.§.ſuperficiem.ff.de ſuperfic. §.qui autem. debet intelligi in ſuperficie, quam emit à domino ędificij, qui nihil ſoluit, nec reſpectu ædificij. nec reſpectu terreni, vt ibi no.& ſic debet intelligi quod no.in l.in conuentionibus. de verb.ſig. Vnum tamen aduertendum, ꝙ ſuppoſito, ꝙ emphyteuſis tranſeat ad hęredem quanquàm extraneū a teſtatore inſtitutum, hoc eſt, quando conſueuit locare quò ad extraneos, vt dixi ſupra, quòd emphyteuſis non eſt finita, ꝙ quanquā fratres eſſent incapaces legati, vt ędificij emphyteutici, non forent pauperes Chriſti incapaces penſionis, quæ illis data eſt pro dimidia, & in qua fratres cenſentur executores.

Et ex hoc concluditur, ꝙ remanente emphyteuſi in perſona hęredis instituti, pauperes Chriſti deberent habere medietatem penſionis: quia huiuſmodi penſionis capaces ſunt hi, ad quorum commodum eſt legatum, ſcilicet pauperes Chriſti, licèt fratres ſint incapaces, hoc pauperibus non nocet, ar.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de leg.1.& l.auia.§.Titio.de condi.& demon.

Ex hoc autem decidetur, ꝙ non finita emphyteuſi, licèt valeret legatum emphyteuſis, valet vt ab hærede deberetur ęſtimatio, vt no.Io.An.de loca.c.potuit, ſuper glo.1.ad hoc de leg.1.ad hoc.de leg.1.l.filiusfam.§.ſi aliquid alicui.& in Spe.de loca.§.nūc aliqua.ver.107.& ſic alia dimidia penſione detracta, quę debetur monaſterio ſancti Ioānis, debetur fratribus montis Oliueti.

Habita autem informatione facti per literas Domini Stephani de Guiſilardis procuratoris ac ſindici monaſterij vtriuſque, quòd de conſuetudine tales locationes terrenorum ad ſuperficiem ædificandam in ædificata ſuperficie proprijs expenſis non tranſit ad extraneos hæredes, quod mirabile mihi videtur, ſi pro vno ſolido, quē debeo pro terreno, ædificium proprium non poſſum ad extraneos hęredes transferre, & quòd emphyteuſis reſpiciendo terrenum reſpiciat ędificium ſimul, aliud eſt actum vt ſit liberum, quanquam dicendum ſit ſicut iura volunt, eo quia ædificium cedit ſolo, maximè in bonis eccleſiæ.

Remanet concluſio, quòd monaſterium ſancti Ioannis in hoc præualet monaſterio montis Oliueti.

Aduertendum tamen, quia non quærebam informationem de bonis emphyteuſis ſimpliciter, ſed de terreno emphyteutico, ſuper quo factum eſt ædificium ab alio quàm ab eccleſia, & hæc ſunt diuerſa, vt patet ex dictis. Hoc dico, quia reſponſio tātùm informationis ſe refert ad emphyteutica ſimpliciter, de quibus non dubitabam etiam in facto, ideo benè habita facti notitia, iuris deciſio patet ex ſupradictis.

ADDITIONES.

a EMPHYTEVSIS] *Eccleſiaſtica ſui natura non tranſit ad extraneos hæredes, ita communiter a Doct.tenetur. Imo. in l.ex facto.num.14.in fi.ff.de hered inſt.. Ruy.conſi.23. num. 34.conſi 6 e.num 10.lib.5. Alex.conſi.23.num. 4.lib.5.conſi. 9.lib.2.conſi.38.nu.4.eo.lib.conſi.89.nu.1.lib.4.conſil.71.nu. 11.conſil.22.num 5.conſil.129.num. 1.lib.5.& in l.ſi patroni. in prin.nu.6.ff.ad Treb.Soc.conſil.121.nu 18 lib.4. Grat. conſi. 55.nu.8.lib.1.Ruy.conſil.48.nume.10.conſil.117.nu.1.conſil. 148.num.4.conſil.161.num.6.cum ſequen.conſil. num.11.conſil.68.num.2.lib.1.conſi.24.num.12. conſil.25.num. 12.lib.5. Rip.in l.cum bona num.14.ff.de priuil. cred. Goz. conſil.75.nu. 9.Riminal.Sen.conſil.437.nume 3.Soc.Iun.conſil. 11.nu.1.lib. 3.Dec.in c.in præſentia.poſt nu.48.verſi. ex ſupradictis. & Bero.num.366 de proba.Bertrand. conſil. 173.nume.47.lib.3.in 2.par.Aſſl.deciſio 100.nume. 1.Clar. poſtquam ſatis ſeipſum agitauit in diuerſam opinionem, cum hac communi reſides in §. emphyteuſis.q.28.verſic.quicquid tamen.*

b §. SED HOC PRAESENTI] *Huius §. intellectum retuli in Milleloq.q.471.*

c ECCLESIAM] *Idem uoluit Oldr.conſil.17.colum.13. verſi item emphyteuticariæ.Cald.conſi.2.ſub tit.de loca.Bar.& alij in l ſi ita.§.ea lege.ff.de verb.obl. Bal.in c. quæ in eccleſiarum.col.2.de conſt.in auth.niſi rogati.col.2.C.ad Treb. Ancha. Imo.Card.Abb.in c potuit.de loca. Alex. conſil.120.Super eo. lib.1.conſil.9.col.2.uerſ præterea.lib.3. Guid. Pap.conſil.139. Literæ Delfinales.dixi Milleloq. 164.*

SVMMARIVM.

1 *Facultati appellandi an pacto liceat renunciare. & numero quinto.*

2 *Iuramentum, quod abſque ſalutis interitu ſeruari poteſt, ſeruandum eſt.*

Dolus futurus non poteſt per pactum remitti.

3 *Iuramenta ſunt ad actus licitos reſtringenda.*

4 *In generali remiſsione non includitur dolus.*

6 *Arbitrator quo caſu præſumendus ſit doloſus.*

7 *Procuratores, aduocati, proxenetæ, & ſimiles perſonæ non poſſunt in facto proprio teſtificari.*

8 *Arbitratori & iudici debet fides adhiberi.*

Conſilium XXIIII.

1 QVeſtio† hęc dubia vulgaria habet. Primò vr̄ non admittendā reductionē ad arbitriū obſtante pacto, maximè iuro vallato: tū qa hoc ius eſt priuatū facultate reducēdi, quod pōt pacto tolli, ff.de ędi.edl. l.quęritur.§.ſi vēditor.l.pe.C.de pac. de epi.& cle.l.ſi quis in conſcribendo. cum ſi. Item

qnia non licet renunciare ſaltem vi pacti facultati
appellandi, ff. a quibus appel. non licet. l. 1. §. ſi quis
ante ſententiam. & l. fi. C. de tempo. appella. in fi. &
iuri reducendi, maximè iuramento firmante, quod
ſeruandum eſt, ex quo poteſt ſeruari ſine interitu
ſalutis ęternæ, & quandoque forma inualida & cō
tra legem, de iureiuran. c. cum contingat. de pact. c.
quamuis. lib. 6. de iureiur. c. licet. eo. li & c. ex reſcri-
pto. & c. ſi vero. quod me. cau. Abb. & quod ibi no.
Inquantum enim ordinatur ad priuandum quem
iure priuato, ſeruari poteſt abſque ſalutis interitu.
Nihil enim prodeſt, vniuerſum mundum habere,
animæ autem ſuæ pati detrimentum: nam & pri-
uat facultate repetendi proprium, in quo etiam re
tinendo fratris periclitatur anima, dum tñ ſua non
lędatur. de iureiur. c. debitores. Item cùm pactum
ſit ſimplex, & iuramentum ſit ſermone effuſo pro-
latum, iam refertur ad omne damnum, quod ſequi
poſſet ex petitione reductionis: quia iuramentum
omne cum ſcrutinio dependens, & facto iuramen-
to excludit tanquàm veriſimiliter cogitatum, ff. de
iureiu. l. ſi duo patroni §. nihil. & l. duob. §. ſi quis. &
§. colonus. Item quia alio modo oſtenſo de laudi
iniquitate, aut etiam præambula ſolēnitate, oīa ſo-
lenniter & iuſtè acta pręſumuntur, Inſti. de fideiu. in
fi. ff. de ver. ob. l. ſciendum. Inſti. de inuti. ſtip. §. ſi ita
ſcriptum. ff. de proba. l. ab ea parte. C. de contrahen.
ſtip. l. 1. maximè quando à perito in talibus, vt præ-
ſumitur arbiter, ex quo a partibus ēſt electus, C. de
vſuris. l. 1. de elec. c. cum in iure peritus. in Decre. de
offi. dele. c. cum in iure. Item quia boni viri commu
niter eliguntur. pro quibus pręſumitur, de oper. no.
nun. eo. lib. de proc. c. in noſtra præſentia. Item quia
pro ſententiis iudicum præſumitur, de elect. c. bonę.
1. de renun c. in præſentia. de re iud. c. ſicut. l. pe. ff. de
iuſt. & iur. & d. l. ab ea parte. Ita pro arbitris & arbi-
tratore, qui vt in pluribus, iudicibus æquiparantur,
ff. de arbi. l. 1. C. eo. l. j. hoc in terminis dicit & deci-
dit Dy. in q. quę incipit, Tholomæus. cuius ſenten-
tiam recitat Io. And. in addi. Spe. in tit. de arbit. §. ſe-
quitur. verſi. Item quid ſi actum, hoc confirmat at-
teſtatio arbitri in forma teſtis producti, cuius dictis
de act. credi debet, ſaltem ſemiplenè, vt alteri teſti:
non enim quia arbiter fuerit, repellitur à teſtifican-
do, nec de fide detrahitur, ex quo corā alio teſtifica
tur, vt patet ex no. C. de arbi. l. ne in arbitris. vbi gl.
ff. de teſt. l. ob carmen §. 1. vbi glo. & eo. tit. l. fi. de e-
lect. c. cum dilecti. de proba. c. quoniam contra. de
teſti. c. a nobis. de acc. c. dilectus, de exce. præla. ca. in-
ter dilectos. de pur ca. c. cum dilectus. 2. q. 6. §. item
quæritur. & c. ſtatuens Item in his, quæ agitantur &
non in figuram iudicij de ac. ſtatur dicto ſententiā-
tis, vt no. Barto. in authen. niſi breuiores. C. de ſent.
ex breui. re. vbi ad literam dicit de arbitratore. Item
ex quo per partes eſt conuentum, vt ſtetur eius ſim
plici verbo, fides eius dicto adhibenda eſt integrè:
poſſunt enim partes conſenſu non integram proba
tionem pro integra paciſci, ff. de dot. præ. l. Theopō
pus. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi cōuenerit. Item ex quo
eius fidem approbauerunt vt arbitri, non improba
bunt eius fidem vt teſtes, not. Inno. de exce. ca. cum
venerabilis Item cùm habeat facultatem proceden
di parte non citata, abſente vel præſente, iam po-
tuit ex cauſa multitudinis & præſentia procedere,
maximè cum partes conuenerint, vt ſtetur eius di-
cto: in talibus autem geſtis, vbi præſentia nō poteſt
adeſſe plurium, admittuntur teſtes non integri; &
& quales poſſunt haberi, de elect. c. cum dilecti. de
teſti. c. veniens. de prob. c. 1. vide Imo. in conſi. 45. in
fi. de dolo. c. cum dilecti, no. in l. ſi quando. C. vnde
vi. quod me. cau. c. fi. C. de repu. l. ex conſen. ff. de pb.
l. etiam mater. cum ſi. Ex quibus concludi videtur,
aptum fore laudum præſentium non reducibile: ta
men non eſt probata læſio nec defectus in laudo,
imò probatum eſt contrarium arbitri dicto & iu-
ris pręſumptione. Duo hic videnda ſunt.

a Primò, an data læſione a non modica, laudum
ſit reducibile, non obſtante pacto vel iuramento.
Secundò, an in propoſito de læſione conſtet, an
non.

Primum dubium pluries in iudicijs & ſcholis vē-
tilatum eſt, de quo per Guid. de Suz. in l. ſi qui ex cō-
ſenſu. de epi. audien per Guil. de Cun. ff. de pact. l. ſi
vnus. Dyn. in l. quidam cum filiū. de verborum ob-
liga. Butr. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſo-
cio. & Bar. in dicto § arbitrorum. Hoſtien. de arbit.
c. per tuas, & Innocen. Hoſtien. & Ioan. And. in cap.
Quintauallis. de iureiurand. diſputauit Calderinus,
cuius ſententiam ponit Ioan. Andr. in addi. Spec. in
tit. de arbitr. §. ſequitur. verſic. quid ſit compromiſ-
ſum. Et Franciſ. de Albergo. de Aretio in repetitio-
ne l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Fede. de Se-
nis ſuo conſi. 120. & 137. In hoc puncto recipiam di-
cta moderna, vt magis maturata ex viſu antiquo-
rum ſcriptorum.

Communis eſt ſententia, quòd ſi petitur reſciſſio
ſub ratione iniqui arbitramenti dolo arbitratoris,
non impediatur reductio ex quocunque latiſſimo
pacto aut iuramento, deficiente poteſtate paciſcen
tis ac voluntate, hoc tenet But. in l. ſi vnus. §. illud. ff.
de pac. quia futurus dolus remitti nō pōt per pactū
vt d. §. illud. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & hic
principaliter remittitur dolus non inconſequen-
tiam, & valeat, vt in paciſcendo de non agendo de-
poſiti. Item quia ſi agit remittere dolum futurum,
inuitat ad delinquendum, ff. de pact. dotal. l. conueni
re. cum ſimilibus. Item, quia ſic iuratur, & renun-
ciatur cum ſpe, ne ſic doloſè pronunciet: ad hoc
ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de verbo. obli
ga. l. quidam cum filium. de non nu. pec. l. fi. Dyn. idē
in l. quidam cùm filium. & in regula, ſcienti. per di-
ctas cauſas & rationes, hoc addito, quia a iuramen-
to excipitur cauſa legitima. l. fi. C. de iureiur. & eo.
titu. c. quanto. & quia iuramentum nititur in veri-
tate, cum iura non patiantur arbitramenta iniqua
ex propoſito, vt in §. arbitrorum. & C. de arbitr. l. ita
3 demum. † Item, quia iuramenta reſtringuntur ad
licitè facta, ff. de condi. indebi. l. ſi procurator. l. 3.
§. ſi procurator. quod quiſque iu. de elec. ca. quòd ſi
compromiſſarius. lib. 6. cum ſimilibus. Idem Io. An.
in addi. Spec. in loco præalleg. quia tacita ſubintel-
ligitur clauſula, ſi dolus abſit, per §. arbitrorum. &
per l. arbitrorum. C. eo. tit. & per l. ita demū. & l. nō
diſtinguemus. § cum quidam. ff. de arbit. l. ſi filius. &
l. ſi prætor. §. Marcellus. de iud. idem Butr. in §. arbi-
bitrorum; per rationes Guil. de Cun Item Guil. in
Spec. tit. de arbi. §. ſequitur. ver. item quid ſit com-
promiſſum. quia tale pactum eſt contra bonos mo
res, ff. de pact. l. iuregentium. §. prætor ait. & de pact.
c. fi. & per rationes Gui. de Cuneo aliis iuribus pro-
batas. Idem Io Cald. recitat Io. An. in addit. prædi-
ctis: quia inquantum hoc iuramentum extenditur
ad iniquitatem doloſam, remittendum eſſet, con-
tra bonum iuſtitiæ, cōtra bonos mores, & honeſta-
tem, de reg. iur. c. non eſt obligatorium. lib. 6. quia
hic non eſt caſus noſter.

Nam tollamus hic rationes oppoſitum ſentien-
tium. Si autem petitur reductio non modicæ
læſionis re ipſa, aut culpa arbitrorum, vel arbitra-
toris, Guil. tenet in d. §. illud. nec renunciationem,

nec iuramentum tenere, & ſic non impediri redu-
ctionem: quia ſufficit eam poſſe comprahendere
remiſſionem doli futuri, vt ex toto non teneat.idē
Dy.in l.quidam cum filium.quia ineſt conditio, vt
non reducatur, niſi ſubſit cauſa, quæ non ſubeſt ꝑ
enormi læſione, vt d.l.cum quidam. & l.quæro. §.
inter locatorem. Et dicit Butr. quòd hęc eſt multū
communis opinio.Idem But.in d.l.arbitrorum.per
leg.ait prętor. §.quæſitum.ff.de mino. & l.ſi ex cau-
ſa.in prin.eodem titu.& alleg.glo in leg. ſi de meis.
in §.recepiſſe.ff.de arbit.Idem tenet Hoſt.et.in cap.
Quintauallis. de iureiuran. quantumcūque ſint ver
ba lata, vt poſſit dare de iure partium & in modi-
ca & in magna quantitate, quod probat Butr.quia
exceſſus in magna quantitate facit præſumi dolū,
l.omnes. §. Lucius.ff. de his quæ in fraud. credit. &
4 no.in l.qui teſtamentum.de proba † Dolus autem
non venit in generali remiſſione. l. creditor. §. Lu-
cius.ff. manda.ad hoc alleg Fran.l arbitrorum.C. de
arbi.l.ita demum.& l.non diſtinguemus §.cum qui
dam.de arbi l.ſi prætor.§.Marcellus.ff. de iudi.& l.ſi
filius.l. Lucius.§.Imperator.ad mu.l.ſi procurator.
de cond.indeb.de elect.c.ſi compromiſſarius. lib. 6.
cum ſimilibus.Idem Franc.de Aretio in vlti. q. in l.
ſi quis arbitratu. quia conuentio limitatur ſecun-
dum naturam compromiſſi, cui ineſt, niſi modica
ibi læſio inferatur ff.de iurepatro.l. ſi libertus & l.
vnde & ſi Neruæ.ff.pro ſocio.de condi.indeb.l. fin.
Item quia verba generalia non portiguntur ad ius,
quod incipit poſtea competere, aliàs etiam, quia do
lus præſumitur, vbi eſt multum immoderata læſio:
quia ex malè acto non poteſt bonum præſumi, de
præſumptio.c.1.Butr.tenet ex læſione re ipſa renun
ciationem non valere, & renunciationem exclude-
re remedium reducendi: quinimò dicit, ꝙ ſine re-
nunciatione ſola læſione re ipſa non daretur redu-
ctio, non intercedente etiam renunciatione, & alle
gat § arbitrorum.Idem Gui.de Suza.vbi ſupra, & in
ſumma tit.eo. verſi. item quęro. vt recitat Io. And.
vbi ſupra.idem Iaco.de Are.in d. l. penul, quia hęc,
vbi compromiſſum alteratur à natura ſua, expreſſa
conuentione, ff.de verb.oblig.l.in conuentionalib.
& ſic arbitramentum tunc traheretur ad naturam
arbitrij, vt l.diem proferre.§. ſtatu.ita recitat Ioann.
Andr.benè diſputatum in additio. prædicta, vt verò
ratione non magnæ læſionis, non reducitur; ſicut
dicit Calde ad optimum finem diſputaſſe & deter-
minaſſe: quia arctatur iuramento, quia agitur tan-
tùm de præiudicio priuato: allegat de iureiuran.c.
quanto. & c cum contingat.de inſti.c.cum veniſſent.
de pac. c. quamuis. libro 6. Puto, quod ſi generalis
eſt renunciatio cum iuramento (vt proponitur) &
non aliter ſpecificata, non excludat remedium ra-
tione enormis lęſionis: hoc etiam tenet Calde. &
Io.And.in fi.addi.prędictę.Idem puto, ſi dicat, quòd
non petat reduci, vel iurat ratione læſionis magnę,
quia ſi ſit enormiſſima, quia talia nō videntur cogi
tata: ſed ſi dixiſſet rōne paruæ læſionis, & magnæ
& enormiſſimæ, & in quacūque quantitate, eſt hoc
dubium.Cal.dicit, quod non audiretur petitio re-
ductionis.Hoſt.contra, ſatis poſſet dici, quod tunc
impediretur reductio, non dico tamen decidendo,
quia non apparet: quia cum verba ſunt apta com-
prahendere, & quanquam ſidem non habuiſſet ar-
bitratorem hęc facere. in genere cogitauit, hoc cū
facere potuiſſe: & vbi fecerit, voluit obligari ex iu-
ramento ſaltem. Et hic ceſſat præſumptio tacitæ cō
ditionis, quia excipere voluerit enorme damnum,
cum verba ſunt aperta, in quibus interpretatio nō
cadat, ff.de legat.3.l. ille aut ille. l. continuus. §.cum
ita. de verbor. obligatio.

Nec obſtat, quòd hic adeſt dolus præſumptus:
qa ceſſat doli pſumptio, ex quo facit larga ꝯceſſio-
ne cōcedentis, volens oppoſitū tenere, hoc negabit,
cum compromittens hoc non veriſimiliter ſperās,
& in eo vt bono viro ſperans, tale non crediderat
quid euenturum, & eius commiſit arbitrio. Do-
lus ergo eſt ex parte ſui, qui excluditur à generali
remiſſione ex mente compromittentis. Et hoc ve-
rum puto, quia licèt Io.Cald. & Fran.de Aret. con-
trarium teneant & Fed de Senis, etiam quādo iura
mentum eſt ſimplex de non reducendo ad arbitriū
boni viri, etiam ſine tanta expreſſione, tutius tamē
puto, quod hoc vltimo caſu petat abſolutionem à
iuramento per c.debitores.de iureiur.& de arbi.c.2.
& ſubeat cauſa periē ſi, quia decepta eſt ſolida mēs
compromittentis, cum ad inſperatum læſio exten
datur.ad hoc de iureiur.c.veniens.de renun.c.ſanè.
talis enim tacita confidentia & mens iurantis limi
tat iuramentum, & vim iuramenti reſtringit, quan
quam verba forent diffuſa. ampliant enim confidē
tia verba quandocunque vltra mētem, vt in tex.ibi,
illud ſub tali confidentia præſtitiſſet: nulli enim du
bium, quod ſi crediſſet ſe in tantum lædi, talē ſer-
monem non effudiſſet: quicquid autem ſit de caſu
iſto, tā ſpecifica verba non proponūtur. ideo ſuppo
ſita enormi læſione audietur, vt ſupra concluſi.

5 † Ad motiua appoſita: Reſpondeo primò, non
obſtat enim, ꝙ renunciari pacto poſſit futuræ appel
lationi: quia in iudice maior induſtria, & ꝑ eo plus
præſumitur. Idem quia iurat, vt in Authen. iuſiu-
rand.quod præſtatur ab his. & eliguntur & appro-
bantur à ſuperioribus, & eorum poteſtas eſt de pu-
blico: vnde quicquid agāt, dolus non præſumitur,
vt dicit Guil.de Cuneo in loco præallegato: & ſi do
losè agerent, non reſtarent iuris remedia alia: hęc in
arbitratoribus ceſſant, & fortè non tolletur appella
tio pro enormi læſione, vel ſaltē reſtitutio ex clau-
ſula generali, vel doli, vel actio, vel exceptio, ff. de
dolo.l.cum a te.l ſi mater, in prin.de exce.rei indi.&
quod no.gloſ.in l.ſi fideiuſſor.§.in omnib. ff. man.
Guil. de Cu.in l. pen. ff. de iuſtitia & iure.& not. de
purg.vul.c.2.per Io.An.

Non obſtat de iureiur c.debitores. vbi valet iura-
mentum, quando quis ad priuatum commodum
ſe obligat ad ſoluendum, etiam cum pacto, & de
dolo ſuſcipientis. quia ibi loquitur in iuramento ſu
per certo, in quo nullam fidem ſequitur, aut ſpem
ſuſcipere debentis in non ſuſcipiendo. in quo incer
to & ſuper certo nulla cadit interpretatio; ſecus in
hoc de non reducendo, in quo habetur confiden-
tia iuſtitiæ eius, quem elegit, & bonitas, & ſub quo
dubio iuramenti, & iuxta ſperata fundatur mens iu
rantis, quæ excluditur, & ceſſat, ſi caſus contingat
inſperatus: ad hoc de pign. c ſignificante. in ratione
ſui.ff. de hęre.inſti.l.pactum cuius.

Ad alia non reſpondeo nec ad rationes Feder. in
conſilijs, vbi in his contrariū conſuluit: quia poſi-
to fundamento, de quo ſupra, cuilibet patet reſpō
6 ſio. † Et hęc ſufficiant de primo pūcto, in quo ſtat
concluſio ſecundum ea, quę proponuntur, data e-
normi lęſione, reductio ſit admittenda.

Nunc deſcendo ad ſecundum, an appareat huiuſ-
modi lęſio: & cum (vt proponitur) nulla appareat
petitio, nulla appareat directa probatio, nulla ha-
bita fides, quod probetur, iam appareat euidens
læſio, non modica, ſed totalis: quanquam enim ex
forma compromiſſi, & etiam de iure arbitrator
non arctetur ad acta conficienda, quia non ſer-
uat ordinem iudiciarium, oportet tamen acta pro

bari deciſoria, vt dictum teſtium, vel alia, ex quibus fides habuerit, vt dicit Butrig. in §. arbitrorum. & ibi no. Guil. Item quanquam ex compromiſſo poſſit procedere partibus nõ citatis nec requiſitis quò ad ſolennitatem: quò ad indagationes veritatis non eſt de mente contrahentium voluiſſe cauſæ cognitionem cum partibus excludere, nec veritatis indagationem, ex quibus dicit Fran. de Albergot. in l. ſi quis arbitratu. in fine repetitionis, quòd non eſt ſine dolo, ex quo poteſt peti reductio; arbitrator, q̃ condemnauit in non modica re, non factis probationibus aliquibus. nec aliqua fide ſibi facta de debito, cui concor. But. vt ſupra, dicit allegans, & hoc fundamentum eſt firmum. non obſtãte ſi dicatur, ꝙ pro ſnĩa præſumitur arbitratoris vt iudicis, vt ibi decidit Dy. & maximè, quia cauſæ cognitio præſumitur arbitratoris vt iudicis, & ibi decidit Dy. & vt ſcribit Barto. in l. prolatam. C. de ſenten. quia quanquam de hoc variè ſcribant doc. vt patet de elec. ca. bonæ. vbi Inno. de renun. c. in præſentia. ibi Com. de offi ordi. c. ad reprimendam. vbi glo. de offi. delega. c. cum in iure. vbi Inno. de re iud. c. ſicut. & capitulo, cum inter. vbi Hoſt. de proba. c. quoniam contra falſam. vbi Inn. & Io. An. de reſti. ſpo. c. cum ad ſedẽ. vbi Ioann. And. per Calde. in diſtinctionibus ſuis, in c. quoniam contra. in Spec. de ſen. prola. §. vt autem. ver. & no. & de inſtru. edi. §. reſtat. ad fin. vbi in ſumma per Federi. in conſilio 155. ver. aliud. de teſt. Ab. & per Inno. de eo qui fur. or. re c. innotuit. & per Guil. de Cun. in l. 2. ff. de in ius voc. quorũ dicta hìc tranſcribere plus foret laborioſum, quàm vtile. Nõ modicæ auctoritatis iuriſtæ, vt Guil. de Cu. Inno. & Ioan. Cald. & Federi. de Senis tenent, vbi ſententia lata eſt in abſentem etiam in iudice, nihil præſumi, niſi inquantum ex actis apparet, vt ſcribit in dicto c. quoniam. & Guil. in d. l. 2. Et tenendo iſtam opi. quæ ſopita eſt: non enim apparet ſententiam latã in præſentem, vt patet, nec vt in in præſentem lata præſumitur, vt dicit Inno. in d. c. cum in iure. Sentit tamen Spe. contrarium in vtroque in prima remiſſione ad Spe. vbi ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Item ſi teneatur opinio Hoſt. quòd in facto demum antiquato pręſumatur pro ſententia, adhuc ceſſabit hęc pręſumptio ſententiæ: quia eſt demũ, q̃n datur tranſitus in rem iudicatam, ideo ſi ſint apoſtolicè ſuſpenſæ, non pręſumitur: caſus eſt de reſtit. ſpol. c. cum ad ſedem. no. de proba. c. in præſentia, in d. c. bonæ. caſus etiam eſt in c. ſicut, de re iud. quia præſumptio ſurgit ex auctoritate rei iudicatæ, vt ibi. ſic dicit Specu. in loco pręallegato, quòd vbi eſt ſuſpenſa. vel nondum tranſiuit in rem iudicatã, non præſumitur pro ſententijs: quamcunq; ergo ſententiam ex his tribus amplectimur, præſumptio non eſt pro ſententia arbitratoris in propoſito. Et ſic conſtat de non modica læſione, ſi ſecus nõ oſtẽdatur. Item dato, quòd arbitramẽtum non ſpectat tranſitus in rem iudicatam, non eſt propriè ſententia, recurſio tantum & reductio pendens tollit omnẽ præſumptionem, ſi qua ſurgeret ex arbitramento, ſicut notabiliter dicit Inn. in ſententijs cenſurę, quę appellationem non ſuſpendunt, de appellat. c. præterea. ad hoc In c dilectus. appellatio. tamen tollit iuris præſumptionem, vt no. de elec. ca. bonæ de prob. c. quoniam contra. de ſenten. excommu. c. ſacro. ſic & hæc reductio pendens, etiam ſi non ſuſpẽderet arbitramentum habet ergo. ex quo non apparet aliquid probatum, illud iuſtificare ex dictis teſtium, velut Barto. dicit in §. arbitrorum. in q. illa, q̃ incipit, quęro vtrum arbitramentum poſſit detegi. ſurgit enim præſumptio, aut ex auctoritate rei iudicatæ, vt capitulo, ſicut. de re iudi. iuncto capitulo, cum ad ſedem. de reſtit. ſpo. aut acquieſcere ipſi ſententiæ, quaſi patiatur contradictionem volens aliquid contra ſe ſcribi, & conſequenter id approbare videatur, vt l. ſi. C. de arbit. & l. antiquæ. ad velle. quæ cauſæ hìc ceſſant, cum hic contradicant infra tempus petendo reduci, nec ſubſit hæc autoritas rei iudicatæ: quinimò attentari poſſet, quia pro arbitratoris dicto nihil pręſumatur: plus enim arbitramentũ accommodatur naturę contra quædam in auth. vt Dy. in d. §. ſi non contigerit. C. de iudi. auth. ſi verò. de pręb. c. niſi eſſent. de tranſact. c. ſtatuimus. no. Inno. de iureiu. c. Quintauallis. in contractib. aũt de ſolennitate aut requiſito extrinſeco non præſumitur; habere aũt fidem, non eſt interſertum ſnĩæ, ſed pręambulè requiſitũ, quod non præſumitur, ff. de publ. l. quęcunq;. C. de iurę fiſ. & iur. haſtę fiſca. l. 2. libro 10. & no. de ver. obl. l. ſciendũ. & per hoc ceſſant fundamenta Dy. Si. n. in actu ſententiæ aliqua ſolennitas intra ſententiam exigeretur, fatendum illam pręſumi, ſed non quòd pręambulè ante ſnĩam exigatur: de præambulis. n. renunciatio etiam notarij non facit pręſumi, vt no. auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & c. quoniam contra falſam. ſed ſola auctoritas rei iudicatæ, vt dixi, quæ hic ceſſat: tum quia eſt contractus & non ſententiatum: quia ſi aliquid haberet ſententiæ, reductio tollit & eius effectum. Aliæ autem præſumptiones ex bonitate viri ſunt, quòd coadiuuantes, ſed non ex ſe releuantes, vel transfundentes in alios probãdi onus.

Nunquid autem arbitratoris dictum in aliquo iuuet, eſt dubium diuulgatũ, quid in arbitro vel arbitratore, de arbi. c. 2. per Bart. in §. arbitrorũ. & cui poteſt accommodari, quod dicitur in iudice in l. fi. ff. de teſti. C. de arbi. l. in arbitris. Glo. Cy. Bu. & Bart. ponit Gratianus ſpecialiter 2. q. 6. §. quęritur. de quo in c. ſtatuendum. vbi Io. & Archi. 18. diſ. de conſilijs glo. & doc. de ele. c. cum dilecti. de prob. c. quoniam contra. doct. de accu. c. cùm dilecti. de pur. ca. c. cum dilectus. de exceſ. prælа. c. inter dilectos. de reſcri. c. olim. Spec. in tit. de teſt. §. opponitur. ver. item quòd fuit mea. per Arch. de elec. c. ſtatuimus. lib. 6. quanquam variè loquatur, communis opin. legiſtarum eſt, quòd inquantum atteſtãtur de iuſtitia ſnĩæ, nec iudici, nec arbitro, etiam in forma teſtis producto coram alio iudice creditur, vt dicit Cy. Bu. & Bar in l. ne in arbitris. C. de arbitris. & ad hoc 2. q. 6. ca. ſtatuendum. Et idem repetit But. in l. hoc carmen. §. 1. de teſti. & Gui. de Suza. in l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. fal. mo. dixerit. idem glo. 2. q. 6. c. ſtatuendum. & aſſignat cauſam, quia præſumptio eſt, ꝙ velit factum à ſe tueri. & idem Innoc. d. c. 2. † ad hoc quod dicitur de procuratore, aduocato, & proxeneta, þ qui in factis a ſe geſtis non poſſunt teſtificari, quia ſuſpicio eſt, ne affectionem habeant ad id, quod cõfecerant, in Authen. de teſti. §. ſunt res. & no. de teſti. cogendis. c. fi. in Spe. de teſt. §. opponitur. ver. quid ſi aduerſarius. & verſi. item quòd fuit. & Barto. in l. deferre. §. item decreuerunt. ff. de iure fiſci ad hoc dom. Io. And. in Spe. de teſt. §. opponitur. ver. item quid ſi adminiſtrator. vbi concludit, continuam & regularem doctrinam, non adhibẽdam fidem teſti deponenti de facto ſuo, quando ex eo laus aut vituperium poteſt atteſtanti aſcribi: ad hoc quod ſcribunt Domi. de rota, ſua concluſione 122. vbi dicũt, minimam fidẽ adhibendam procuratori ſuper geſtis, eo reuocato, ſi coram alio teſtificetur. Inquantum ergo communiter docto. dicunt, fidem adhibendam arbitris & iudicib. vbi ſunt plures, & coram aliis atteſtãtur, vt teſtis de actis coram ſe ab alijs, in quib. nec laus nec vitupe-

vituperium poteſt arbitris vel iudicibus aſcribi.

8 † Pro quo concludo, dicto arbitro inquantum atteſtatur, habuiſſe fidem vel probationem recepiſſe, fidem non adhibendam: tum quia eſt ſolus, & dictum vnius, dictum nullius: tum quia eius fidei detrahitur, cum atteſtatur de facto, pro quo laus & vituperium aſcribi poteſt, laus ſi receperit, & vituperium ſi non receperit probationes.

Non ob. dictum Barto. in authen. niſi breuiores. quia illud dictum oportet reſtringi ad cauſas leues, vt ibi dixit in iudice in talibus cauſis leuiſſimis: vnde bene creditur, vbi agit de præiudicio leui: ſed aliàs quantumcunque detur poteſtas arbitratori, vt procedat ſine ſcriptis, non per hoc ſtandum eſt in præiudicialibus cauſis dicto arbitratoris, vt patet ex eo, quod idem dicit Barto. in §. arbitrorum. vbi dicit, quod oportet quod hoc probetur per teſtes, licèt nõ exigatur ſcriptura. Item illud non dicit aſſertiuè: ad quod vide Imo. in conſi. 173. in ſecundo vol. & vide in c. 1. col. 22. extra, de prob. partes hoc videntur velle, vt dicto & aſſertioni ſtetur arbitratoris: & ratio eſt, & non concludens, quia nec illud videntur velle, quia poteſt adhibere teſtes, licèt ſcriptura non exigatur. Itẽ ex contrario daretur arbitro libera facultas alteram partem lædendi, aſſerendo ſe habere & vidiſſe probationes: & põt impediretur reductio, ſi data eſſet poteſtas ſine ſcriptis procedendi. Item cum de natura arbitramenti ſit, vt ſine ſcriptis procedatur abſque aliquo pacto, vt dicit Bar. in §. arbitrorum, omnis reductio penderet à poteſtate arbitratoris, quòd eſt abſurdum, vt reclamatio à ſnĩa ab arbitratoris pendeat poteſtate, de appellationibus. cap. legitima. libro 6. de offi. delega. c. ſuſpitionis. de appellatio. c. ex inſinuatione. de re iud. l. ſæpe. ad hoc quod ſcribit Bar in d. §. arbitrorum. vbi arbitris nõ vult credi, nec arbitratoribus, niſi ſint duo, & deſunt aliæ probationes.

Et ſi dicatur, ſi duobus creditur plenè, ergo vni ſemiplenè ſaltem. intelligo, quòd admittuntur in defectum probationum, quas hic deficere non præſumitur, cum teſtes habere nequeunt: non enim eſt actus laudi talis, qui occultè geri ſit neceſſe: vel quia communiter occultè geratur, ſicut electio & ſcrutinium, de quo loquuntur iura, quę Bar. allegat: nõ obſtante quòd partes conuenerint, vt ſtetur dicto arbitratoris: quia quod dicto vnius ſtetur, qui ex hoc inuitari poſſit ad delinquendum, vt in arbitratore, poteſt eſſe dubium, ſicut eſt dubium, an valeat conuentio de ſtando dicto partis, de quo per Cy. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de Epi. & cler. per Bar. in l. fi. C. de præto. ſtipu. per Io. An. de foro compe. c. ſi diligenti. in Spe. de prob. §. videndum. ver. quid ſi. Itẽ illa verba, dicto laudo vel arbitramento, non intelliguntur de dicto atteſtante de his, quæ arbiter geſſit, ſed de dicto deciſons quæſtionum: quaſi ſit ſenſus, ſiue arbitrator dicat, dicimus ſic faciendum, ſiue arbitramur, ſiue laudamus, volũt ſtare eius deciſorio dicto, vt patet ex verbis ſequentibus ſecum copulatis & coniunctis.

Non obſtant iura, quæ dicunt, teſtes recipi poſſe, qui recipiuntur, vbi alia non habetur probatio: c quia loquuntur tex. in actibus, in quibus habitu & actu, attento communi curſu, teſtes alii non habentur, vt qui communiter geruntur alijs ex cauſis. Sed vbi actus habitu communi curſu ſic ſe exhibet, quòd de eo poſſint alij teſtes haberi, licèt forte non habentur actu, tunc non recipiuntur teſtes nõ integri ad plenam fidem: aliàs ſemper teſtes adhiberentur, & probarent non integri: quia pars allegaret, ſe alios teſtes non habere. Item in talibus non admittuntur, vt plenè probent, ſed vt præſumptionem qualitercunque inducant, vt dicit glo. in lege, in noſtris. ff. de probat.

Ex quibus concludo, dictum arbitramentum, non obuiantibus, quę in puncto ſunt poſita, & ſecũdum ea, quæ in eo proponuntur, ad arbitrium boni viri reduci poſſe: quam concluſionem mouet naturaliſſima æquitas, quia minùs abſurdũ eſt, quòd iteratò diſcutiatur, quod eſt laudatum, quàm cum tam apparenti enormi damno pars lædatur, & ne in arbitrorum ſit poteſtate contra inſperatam fidem partes tam enormiter lædere abſque vllo remedio.

Vt ſuperius eſt ſcriptum, mihi Antonio vtriuſq; iuris doctori viſum eſt fore de iure.

Laus omnipotenti Deo & beatæ virgini Mariæ eius matri. Anno Domini, milleſimo quadringenteſimo tertio, die 18. menſis Ianuarij; Ferrariæ, in cauſa illorum de Pandan.

ADDITIONES.

a *LÆSIONE] Laudum iuramento non obſtante poteſt nihilominus reduci ad arbitrium boni viri, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, c. & ſi Chriſtus. de iureiur. & debet intelligi ſi æquè arbitratus fuerit, l. Quintanalis. de iureiur. & debet tamen impetrari abſolutio a iuramento, & poſtea nihil obſtabit, vt conſuluit Ana. conſil. 16. Viſo puncto. in fi. hoc docet Soz. conſil. 121. colum. 5. num. 5. lib. 3. Imò conſuluit Abb. conſi. 77. In quæſtione. in 5. dub. lib. 2. quòd ſi ſit enormis læſio, non requiritur diſpenſatio, per capi. veniens. de iureiur. tamen ſemper tutius eſt petere. Itaque nulla renunciatio reperitur, quæ impediat hanc reductionem, ſubſecuta enormi læſione, teſte Bald. in l. cum autem, colum. 3. C. de arb. Et iſtam eſſe communem opinionem & obſeruantiam dicit Dec. conſil. 11. colu. 4. num. 6 ubi alios allegat. conſil. 39. in fi. conſil. 60. colum. 3. dixi Milleloqu. 873. Boer. deciſ. 284. Ferrat. caut. 8. Alex. conſil. 139. lib. 7. Capel. Toloſ. deciſ. 268. Dec. conſil. 534. 587. in fi. 632. colum. 2. Et in vniuerſum conſtitutum eſt, quòd data enormi læſione iuramentum non obſtat, quia actus ille reſcindi poſſit. Ruy. conſil. 170. nume. 16. & ſeq. poſt plures citatos, lib. 1. Soc. Iun. conſil. 47. num. 31. cum ſeq. lib. 3. Abb. conſil. 77. nume. 21. conſil. 89. num. 5. conſil. 100. nume. 4. Aym. conſi. 11. nume. 12. Curt. Iun. conſi. 141. nume. 11. Gramma. deciſio. 103. num. 49. Capy. deciſ. 159. num. 34. Boer. deciſio. 100 nu. 18. Dida. in c. quamuis. in 3. par. §. 6. num. 7. Neuiz. late conſil. 22. num. 20. Et tantò magis ſtante enormiſſima læſione, Dec. conſil. 31. nume. 2. conſil. 38. 139. 176. 180. 181. 183. 203. 216. 479. colum. fina. 551. colum. 2. Guid. Pap. quæſtio. 519. Curt. Iun. conſil. 141. num. 8. Caſſa. deciſio. xx. de emp. & uendit. Iaſ. conſilio 133. num. 8. & 9. lib. 4. Dida. var. reſolu. cap. 4. nume. 5. Afflict. deciſio. 80. num. 5. 6. & 7. Neuizan. conſil. 21. nume. 5. & 15. & conſil. ſeq. num. 18. cum multis ſeq. Soc. Iun. conſ. 89. num. 20. 25. cum ſeq. lib. 2. Alcia. in c. cum contingat. nu. 77. & 85. de iureiur. Alba. conſil. 81. nu. 99. cum ſeq. Gramma. deciſ. 76. nu. 12. & ſeq. Rota Pedem. deci. 41.*

b *PROXENETA] Dixi in Milleloq. 253.*

c *HABITU.] Nuncupatim citat Butr. hic Dec. conſil. 342. numero 2. verſicu. uenio ad ſecundum. Adde eundem Butr. & Imo. in c. tertio loco. de probatio. Alexã. conſilio 152. colum. 5. libro 5. Iaſ. in l. fi. C. de his quibus ut indig. Stefa. Aufrer. in addit. ad q. Tholoſa. deciſio. 4. Socy. conſilio 17. libro 1. Marſil. ſing. 73. & 533. in l. infans. de ſica. Petras. ſingu. 24. Alcia. de præſumpt. regu. 1. præſumptio. 47. numero quinto, Rolã. conſilio 24. numero 67. lib. 1. Iul. Clar. in prat. crimina. quæſtio. 54. verſicu. ſciendum eſt.*

SVMMARIVM.

1 *Decedens condito teſtamento, ſed de iure nullo, an dicatur inteſtatus deceſſiſſe.*

2 *Teſtamẽtum vſurarij manifeſti filiam inſtituẽtis, nulla de reſtitutionib. facta mentione &c. an ſit validum.*

3 *Teſtamenta inter liberos non ſubiacent iuri poſitiuo, ſed naturali.*

4 *Primus ordo charitatis eſt diligere Deum: ſecundus diligere parentes: tertius diligere filios.*

5 *Statuta priuantia filios legitima & ſucceſſione paterna, an ſint valida.*

6 *Teſtamentum vſurarij an ob piam cauſam ſit validum.*

7 *Taciturnitas tempore 13 annorum an impediat ius dicendi teſtamentum nullum.*

8 *Teſtamentum nullum an tractu temporis conualeſcat.*

9 *Declaratio nullitatis teſtamenti vel alterius actus requirit officium iudicis.*

10 *Bona patris vſurarij per filiam an poſſint recuperari.*

11 *Legata ab vſurario in non pias cauſas facta, an teneant.*

12 *Legata in pias cauſas ab vſurario impœnitente, an teneant.*

Conſilium XXV.

1 AD † primum dubium, quanquàm plura poſſent hincinde allegari, nõ eſt diſputationi locus, vbi eſt caſus legis deciſorius, condito teſtamẽto in facto nullo quò ad iuris effectum dicitur & propriè inteſtatus deceſſiſſe, Inſtit. de hæredi. quæ ab inteſt. in princi. de verbo. ſigni. l. inteſtatus. de iniu. rup. & irri. teſtamento. l. 1. & clarior text. eſt de ſuis & legiti. l. inteſtatus. ibi, inteſtatus propriè dicitur deceſſiſſe. Statutũ ergo requirens ad excluſionem filiæ inteſtatum deceſſiſſe patrem, purificatur & verificatur in decedente inteſtato ipſo iure quò ad iuris effectum, quanquàm in rudi facto teſtatus deceſſit: & iura, quæ dicunt, ſufficere facto fieri: aut procedunt, quãdo verba ſolùm de facto intelligi poſſunt, aut quando ex mente ſolum factum eſt ponderatum, aut quando diſponentis verba ſe referunt ad nudum factum, vt quia profertur diſpoſitio per verba nudum factum importantia; quod hic non eſt, cùm verba à ſtatuto prolata ſunt per verba iuris, & à iure declinata, vt eſt verbum, inteſtatus, & in iuribus allegatis. coguntur ergo verba ſuſcipere intellectum, & ſic ſtatuens intellexiſſe videtur, ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. ff. de ma. te. l. ſi ita fuerit. ff. de teſta. li. l. Labeo. ff. de verbo. obligat. l. ſtipulatio iſta. §. his quoque. cum ſimilibus.

2 † Sola igitur relinquitur dubitatio, an inſtituta filia à patre vſurario manifeſto decedente, non cauente, nec alia mandante de vſuris reſtituendis, teſtamentum ſit aliquod quoad iuris effectum propter diſpoſitionem c. quãquam. de vſuris. lib. 6. ? Et videtur, quòd ſit aliquod (circumſcripta canonica lege) hoc teſtamentum, naturali æquitate inſpecta, ac inſpecto iure ciuili validum eſt, quantum de proprio vſurarius teſtatur, quia non deſtituitur teſtamentum ex habilitate perſonæ, cùm in iure ciuili non inuenitur hoc inter habilitates ad teſtandum, de quibus in tit. de teſta. ff. & C. qui teſta. fa. poſ. Inſti. qui. non eſt permiſ. fa. te. nec etiam inter ſolennitates iure poſitiuo datas in iure ciuili reperitur cautum eſſe de teſtamenti ſolennitate. Relinquitur ergo ſaltem ciuili & naturali iure teſtamentum aliquod eſſe quoad iuris effectum. & ſic nõ omnimodè dicitur inteſtatus, qui licèt vſurarius manifeſtus cum filia teſtari dicitur.

Item quia talis inſtitutio conſonat iuri antiquo, quod in filia ſuſcitatur, expreſſa teſtantis diſpoſitione, quòd filia vt maſculus ſuccedere debet, cùm iniquum & odioſum ſtatutum contra naturam accuſantis, quòd maſculo exiſtente agnato, filia à paterna naturali inſtinctu debita hæreditate excludatur, ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. ff. de inoffic. teſt. l. pater filium. cum l. ſequenti. iuncta l. maximum vitium. C. de libe. præt. vel exhæredatis. habet ergò ſua inſtitutio cõcurſum antiqui iuris, & validius operatur, ff. de pact. l. legitima. cum ſimilibus. † Item teſtamẽ-
3 ta inter liberos non ſubiacent iuri poſitiuo, ſed ſolum iure naturali ſubſiſtunt, l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt. & §. ſi quis autem. & auth. hoc inter liberos. & vnde ſumitur, ſcilicet in corpore de teſta. imperfec. vt l. fin. C. famil. erciſcun. Aut teſtamentum iure naturæ ſubſiſtit, quia talis inhabilitas aut ſolennitas eſt ſolius canonicæ legis: ergo. Item teſtamenta, in quibus naturalis & ordinata teſtantis affectio impletur, non ſubiacent legi poſitiuæ, ſed valent ex ſolis terminis legis naturalis, l. in teſtamento. ff. de fideicom. lib. Item pater in filiam teſtans implet debitum charitatis ordinem, quo ante
4 proximarum neceſſitati ſubueniendum eſt. † Eſt enim ordo charitatis, vt primò Deus diligatur: ſecundò, parentes: & tertiò filij, vt dicit Ambroſius de charitate, ſuper illo loco, ordinauit in me charitatem; vt recitat glo. 30. diſt. ſi qui filij Dei. ergo ſpiritu Dei plus, quam ſi pauperes, aut locum pium inſtituerit, eſt teſtamentum ordinandum in neceſſitatem filiarum: talis ergo voluntas, vt lex ſpiritus data non ſubiacet poſitiuæ legi, vt dicit Apoſtolus: Qui habent ſcriptam legem in cordibus ſuis. & alibi: Cum gentes legem non habent, ſi naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. & ibi: Et quæ ſpiritu Dei ducuntur, lege aguntur. quis eſt ergo, qui dignè poſſit ſpiritui Dei reſiſtere? & illud: Iuſtis non eſt lex poſita: & quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege, 19. q. 1. duæ ſunt. extra, de re iud. c. licet. de renun. c. niſi. §. propter conſcientiam. Inquantum igitur canonica lex ſoli charitati inſiſteret, iniqua lex eſſet: in talibus ergo à ſpiritu ductus ceſſat rigor poſitiuæ legis: hæc confirmant ſcripta Barto. in leg. 1. C. de ſacroſan. eccle. in q. fi. ſi enim legata ad pias cauſas non ſubſunt legi poſitiuæ, nec lex valeret, inquantum repugnaret voluntati completæ ex terminis in actum pium & religioſum, vt ibi concluditur: quanto minùs valebit, inquantũ repugnat voluntati inter liberos, quam ordo charitatis implet: præfertur ergo ordo charitatis voluntati in pios vſus. Nam patri non licet religionis occaſione

caſione derelinquere filium, vt filio patrem, 30. diſ. c.2. & c. ſi quis deliquerit.

Item nec conſuluit Auguſtinus patri, vt filio exhæredato monaſterium inſtituat, aut alium locum pium: quaſi hoc eſſet tranſgredi ac peruertere debitum charitatis ordinem, 17. q. 3. c. quicunque. no. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſ. & cler. Voluntas ergo in filios vt magis implẽs debitum & diſcretum charitatis ordinem, vt maiori ſpiritu Dei ducta, plus libera eſſe debet à lege poſitiua, quàm diſpoſitio in cauſam aliam. Item generalis diſpoſitio c. quanquàm. inquantum infringit teſtamenta, nõ licet inferri ad teſtamenta priuilegiata, ſed communia, & quæ iure communi cenſentur, arg. ff. de verbo. obl. l. doli. & l. ſanctio legum. de pœn. & de iuramen. calum. c. 1.

In contrarium eſt, quòd decre. quanquàm. loquitur indiſtinctè, & annullat teſtamenta aliter facta: ergo loquitur etiam, quando teſtatur cum filijs: aliès multum adſcriberetur ius & poteſtas illius Decreta. cum, vt in pluribus, contingat poteſtas inter filios teſtari. plus etiam ſuadet æquitas, teſtamentum non valere cum filijs, quàm cum extraneis: quia vt plurimum inordinata affectio filiorum eſt cauſa, quæ inducit patres ad vſuras expetendas. ad hoc quod dicimus de debito ex primipilari officio, l. fi. C. de primipi. & l. ſatis. C. in quib. cauſis pign. ta. oblig.

Item teſtamenta inter liberos non omnino regulari ab æquitate iuris gentiũ patet in §. ex imperfecto. & aute l. fin. C. familiæ erciſcundæ. nullus dixiſſet teſtamenta inter liberos valere abſque ſolennitate poſitiua, & li qua iura ſſorum hoc dixerint, addita fuerunt à compoſitoribus noui iuris, vt gloſſæ dicunt: nec aliquis negaret, quòd ſi hodie aliqua ſolennitas induceretur, illam ſeruari debere, ſi diſponeret in teſtamentis filiorũ: & eſt expreſſum in auth. quòd ſine. & vnde ſumitur, C. de teſta. & lege, hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. qui tex. loquitur

5 ſimpliciter de ſuccedentibus ab inteſtato. † Item valent ſtatuta, quæ liberos priuant legitima & ſucceſſione paterna, ut no. in regula, indultum. de reg. iu. lib. 6. & in l. ſancimus. & ibi per Cy. C. de inoffi. teſta. & per Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonſtra. no. extra, de teſta. c. Raynutius. quod non eſſet, ſi tacita uoluntas inteſtati decedentis foret in piam cauſam quò ad liberos: quia illa non eſſet lege ſubnixa.

Item ſaltèm caſu propoſito, cùm proponitur iſtũ deceſſiſſe teſtatum, & nõ cauiſſe, vel (quod plus eſt) mandaſſe de vſuris reſtituendis, & ſic impœnitentẽ deceſſiſſe, iam dici non poteſt voluntatem ſuam ſpiritu Dei auctam, imò ſpiritu mortis: & iam detegitur, ſpiritum non fuiſſe, ex dictis non adſiſtit: ergo lex priuata tali voluntate reguletur, ergo à poſitiua lege, quæ ceſſant rationes, quia talis voluntas relaxetur à vinculis poſitiuæ legis. Item inquantum pater in filios vltra neceſſitatem bene viuendi, & ex quo condecenter ſuſtentari poſſunt, relinquit, plus lege carnis dicitur, quàm lege ſpiritus: vel ſaltem inquãtum plus relinquit, non facit hoc ex lege illa priuata, ſed ex communi. Iura enim naturalia & diuina, quæ neceſſitant patrem, vt filios non derelinquat, omnia loquuntur reſpectu neceſſitatis victus, vt patet ex illo ca. ſi quis dereliquerit. Ideo non conſuluit Auguſtinus, nec alium conſulentem dicit Deo propitio inueniri, vt filium exhæredet, vt monaſteriũ inſtituat, ſed dat filiæ legitimã. & vñ ſuſtenietur, hoc & Auguſtinus conſuleret & q cũq;, vt d c. quicũque. 19. quæſtione ſecunda. & in auth. ſi qua mulier. & vnde ſumitur, C. de ſacroſanc. eccle. Inquantum ergo vltra ſuſtentationem & legitimam dat, non eſt in piam cauſam: quia ſi eſſet lex hoc permittens, non valeret, cùm pro magis pio habeatur diſpoſitio liberorum. Hic autem ex ſtatuto filia remanet condecenter dotata, ergo inquantum pater dat vltra dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ agnato exiſtente, non eſt in piam cauſam relictum, vt ſaltem valeat.

6 † Surgit determinatio iſta ex dubio, an teſtamẽtum vſurarij in piam cauſam relicti valeat: quia ſi teneatur opinio quòd non, vt vidi conſilia Franciſci de Aretio, & Lapi de Capell. & ſentire videtur Bart. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. Item iſta quæſtio eſt ſopita: ratio autem & eorum motiua, quia a lege poſitiua in relictis ad pias cauſas non creditur, niſi inquantum appareat canonica lege diſpoſitũ, vt in caſu c. cum eſſes. & cap. relatum. & videtur eſſe regula docto. ibi: nam ſi non valeret ad pias cauſas, non valeret inter liberos eadem ratione: quia nõ reperitur in lege canonica immutatum. Sed ſi teneremus opinionem, quòd in relicto ad pias cauſas valeat teſtamentum: de quo eſt plenum conſilium Anchara. 430. in quo iam conſului, & publicè diſputando tenui, quando teſtator pœnitens deceſſit, & mandauit vſuras reſtitui, licèt non cauerit tunc, ad caſum maior ingeritur dubitatio. tamen puto teſtamentum non valere in caſu noſtro, quia inquantum ſaltem teſtator diſponit in filiam vltra debitum neceſſitatis, quo etiam priuata eſt, & priuari poteſt per ſtatutum, non video, quòd voluntatem impleat lex ſpiritus, at priuat: ſuper quo eſt totum fundamentum doctorum in validando teſtamentum in relictis ad pias cauſas. Item quia iura fauent voluntati parentum, inquantum concurrit cum ſucceſſione inteſtati, vt in §. ſi quis autem. & l. ſi duobus. §. prius. ff. de contra tabu. & l. ſi filius, qui in poteſtate. de liber. & poſthum. & l. 2. & l. filio prçterito. de iniuſto rupto & irrito teſtamen. & l. poſthumus. §. idem circa. Inquantum ergo priuata eſt, non fauet lex, & per rationes pro hac parte allegatas. Conclude patrem inteſtatum deceſſiſſe per cap. quanquam. de vſur. lib. 6. & conſequenter omni iure teſtamentum eſſe nullum. quia in hoc leges canoni cedunt, de iudicijs. clementi. diſpendioſam, de operis noui nunciatione. capit. 1. & conſequenter locum fore ſtatuto, inquantum filiam excludit, & conſequenter agnatus proximior ad hæreditatem eſt admittendus ex diſpoſitione ſtatuti. Reſponſio autem ad obiecta facilis eſt ſubtiliter intuenti.

Iam ſic ſoluto primo dubio, & auctoritate domini noſtri domini Petri de Ancharano confirmata. Reſtat concluſio, quòd teſtamentum eſt nullũ, & datur exitus inteſtati quò ad omnia in teſtamento relicta alijs perſonis, quàm in cauſam piam: de quo quid ſentiam, infra dicetur.

7 † Venio ad ſecundum dubium, an taciturnitas temporum 13. annorum impediat ius dicendi nullum: quod non videtur. Nam a iure dicendi nullum excluditur quis tempore, l. 2. §. expectandi. ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tabulas. quinimò lapſu anni excludi videtur, vt leg. ſi quis impubes. §. fin. ad Carbonia. ad inſtar præteriti.

8 † Contrarium eſt veritas, quia teſtamẽtum nullum tractu temporis non conualeſcit, vt in regula, quod initio, ff. de reg. iuris. cum concordan. & in regula, non firmatur. de reg. iur. lib. 6.

9 † Item quia pro nullitate teſtamenti declarandi, vel alterius actus, communiter agitur offic. iudic. leg. 1.

leg. 1. cum gloſſ. ff. de fer. & l. ſi dolo. & in gloſ. C. de reſcin. ven. l. cętera. quando prono. non eſt neceſ. l. 1. §. 1. ff. quæ ſen. ſine app. reſcind. l. chirographis. §. 1. de admi. tut. no. Inno. de offi. iud. c. fi. Bartol. in l. qui ſub conditione. §. fi. de condi. inſti. de offi. iudi. vita communis eſt ſpacii 30. anno. l. ſicut, & l. omnes. C. de præſcript. 30. anno. ad hoc not. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſtamen.

Non obſtat, quod dicitur de pręterito: quia in illa ſunt opiniones, vt not. in l. filio. Item vbi ius dicendi nullum fundatur ſub fauore certæ perſonæ, quod non eſt maxime ſuccedentis abinteſtato, de quo agitur. Item ipſi poterāt infringere remedium nullitatis: eſt enim conforme, ſcilicet perpetuum, nec etiam approbatione venientis ab inteſtato validaretur, ſaltem ad præiudicium alterius eredentis, cum nullitas ſub eius fauore non fundetur: hoc coadiuuat ignorantia facti, quæ proponitur, cum communiter à die ſententię currat, l. 1. § dies. ff. quādo appell. ſit. l. annus. de calum. & c. quia diuerſitatem. extra, de conceſ. præben.

10 † Ad tertium dubium, an bona vendita per filiā poſſint recuperari ab emptoribus ante pręſumptionem completam vel poſt: & ſi quidem pręſcriptio non eſt completa, caſus eſt deciſus per duas ll. ſimul iunctas, per l. quòd ſi in diem. §. ſed & his. & l. ſed & lege. §. item ſi rem. ff. de peti. hęredi. & quod ibi notatur, ſi filia bona fide poſſidens alienauit, & expreſsè eſt facta locupletior, à ſe eſt electio hęredis abinteſtato, an eligat hęredem ſcriptum, & non poterit agere contra poſſeſſorē, an eligat poſſeſſorem ſeu emptorem, & non conſequetur reſtitutionem rei non obſtante aliqua exceptione. tutius tamen eſt, quòd ante agat petitione hęreditatis contra hæredem ad alia bona, quæ poſſidet hęres, quàm contra emptores, ne ſuſpendat iudicium particulare, eo quia ſperetur præiudicium petitionis hæreditatis intentandæ, eo. titu. §. ſi quis libertatem. Si autem filia hęres precium ſumpſiſſet, nec eſſet regreſſus, nec contra hęredem dari vltra, quàm fuerit locupletatus, præſupponendo filiam fuiſſe in bona fide: hæc vera, quando res ſunt venditæ iuſto precio, ita quòd non habeat cauſam lucratiuam vel quaſi emptor. Sed ſi forent venditę non iuſto precio, & ſic haberet cauſam quaſi lucratiuam, indiſtinctè poſſet agi contra emptores, vt l. nec vllam. §. ſed & ſi quis. alias incipit, etiam. ff. de peti. hæred. & no. in dicto §. ſed & ſi rem. Sed ſi præſcriptio ſit cōpleta, quod videtur inter pręſentes, cùm ſit elapſum decennium, de iure communi excluſus eſſet ſuccedens abinteſtato, non obſtante ignorātia, l. fi. C. de long. tempo. præſcript. ibi, nulla ſcientia &c. & l. ſicut. de præſcri. 30. annorum. ibi, nam fiſcus &c. hoc verum de iure communi: tenuit tamen Bartol. ex
a clauſula generali reſtitui ignorantem,[a] contra quē eſt pręſcriptum, vt no. in l. 1. §. ſi quis autem propter inundationem. de itine. actuq; priuato. & idem no. in l. Aemilius Largianus. ff. de minor. pro quo facit glo. in dicta l. ſicut, in verbo, militia. licèt multi hoc non teneant.

Aduertendum tamen, quia proponitur ab inteſtato ſuccedentem fore patruū dicti teſtatoris, qui veriſimiliter debuerit habere notam vitam nepotis, maximè cùm proponitur in facto quò ad vſuram manifeſtam, & in talibus manifeſtis, & maximè coniunctorum, quinimo vicinorum non datur tolerabilis ignorantia, de inſtito. l. ſi pupillus. §. proſcribere. de poſtu. prælato. c. 1. de ſponſa. c. non eſt vobis. l. tutela. C. de in integ. reſtit. mi. & l. octaui. vnde cognati. vnde nō bene video, qualiter concludi poſſit tolerabilis ignorantia, quæ ex clauſula generali habet reſtitutionem; vnde remanet, ꝙ præſcriptione completa, difficilis erit regreſſus. Et hæc ſufficiant ad tertium.

11 † Venio ad quartum quæſitum de legatis factis in teſtamento: Dico illa nulla, quantum ad non pias cauſas ſunt relicta: quia totum conquaſſatur teſtamentum, nec legatum præſeruatur, per c. quanquam, vt ſit in præterito: & hoc, quia annullandi cauſa non concernit ſolùm hęredis inſtitutionem, ſed omnia, quæ in teſtamento relinquuntur: de relictis ad pias cauſas (vt dixi) iam conſului, & diſputaui publicè, teſtamentum quò ad illa valere, inquantum decedat pœnitens teſtator, licèt morte præuentus non cauit: ſed inquantum nihil mandat reſtitui, & decedit non contritus, & aliquid habet in bonis vltra quæſita per vſurariam prauitatem, Bar. ſentit, quòd non valet teſtamentum in piam cauſam, in l. 1. C. de ſac. ſan. eccle. quę opi. mihi non placet, quia talis voluntas non ſubiacet legi ſpiritus, cùm impœnitens decedat: fauor ergo piæ cauſæ non faciet valere teſtamentum, quod excluditur a poſitiuo iure propter ſolennitatem non regulatam a iure poſitiuo, vtpote ſubiectam maiori legi, ſcilicet ſpiritus, vt dixi in primo puncto. Itē quia talia ſunt ab eccleſia reſpuenda, de vſuris. c. quia in omnibus. Item quia ceſſat cauſa legandi, ſcilicet pro anima; vt dicit: quia ꝓ talib. non orandum, nec orationes proficiunt in aliquo. ex quo deceſſit impœnitens, 88. diſt. c. fi. cum glo. pen. 13. q. 2. c. obeuntibus. 21. q. 3. cap. Cyprianus. 23. q. 5. c. placuit. 2. q. 8. cap. quicunque clericus. de reli. & vene. ſan. c. audiuimus. 22. q. 3. c. non æſtimemus. & c. in præſenti ſeculo. Et hæc eſt opin. communis theologorum, vt pleniſſimè diſputaui 13. q. 2. c. ad tempus. & per Hoſt. in ſumma, de pœ. §. quibus mortuis. ad hoc 25. di. §. aliud. ver. quicunque. de pœ. di. vl. in fi.

Non obſtat, quòd à peccatoribus ſumit eleemoſinas recipiendo, vt not. de ſenten. excommu. c. cū voluntate. 11. quæſtione 3. ca. quoniam. 26. diſtinct. capitu. de iudic. Et hoc per theologos, quibus in talibus eſt credendum, reducuntur notata de cele. miſ. c. cum Marthæ. quia in dante eleemoſynam eſt ſpes perfectius vt reducatur, quod non eſt in moriēte ſine pœnitentia.

12 † Ex his patet, quid dicendum de vltimo dubio: quia ſi teneatur opinio, quòd legata in piam cauſam valeant, quando deceſſit impœnitens, remaneret ſubſtitutio.

Sed aduertendum, quia illa eſt facta poſt mortē filiæ, an expectabitur mors filię, an expectabitē mors legitimi, ad quem venit hæreditas, aut neutrius: & quòd neutrius, facit, quia illam conditionem appoſuiſſe cenſetur pater in fauorem filiæ, inquātum haberet hęreditatem: & quia cogitauit eam habere hæreditatem. Ex quo ergo non habet hæreditatē, ceſſabit conditio, quia ceſſat fauor appoſitæ conditionis. Bart. format qōnem in terminis in auth. ex cauſa. C. de libe. præte. vel exhæreda. in antepen. col. verſic. ſed circa hæc dubitatur. & decidit ibi, quòd expectabitur mors inſtitutę, ſi deceſſerit ſine liberis: aliàs quia conditio eſt non recedere à perſona, l. neceſſario. §. fi. ff. ſol. ma. allegat caſum expreſſum in l. ſi peculiū. §. fi. licèt ſit arg. contra, ff. de vſufructu lega. l. ſi vſusfructus. quāquàm deciſio mihi ſit dubia, non inſiſto, quia non oportet ad præſens, tenendo quòd legata etiam in piam cauſam non teneant: quia non eſt diſputandum de conditionis purificatione, ex quo legata non valent. Ita dico & conſulo ego Ant. de But.

ADDI-

A D D I T I O.

a [Gnorantem] *Ex capite iuſtę ignorantiæ, & ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa. ſecundum magis communem datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, de qua per Soc. in conſil. 66. lib. 4. Alex. conſil. 71. lib. 1. Balb. de præſcript. in 4. par. princip. quæſtio. 29. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empto. & vendito. nume 85. & latiùs in quæſtio. 74. Marſil. in l. qui filiam. num. 73. ff. de falſ. Tiraquel. de retracta. prox. 1. §. 1. glo. 2. nume. 54. & ſeq. & vide latiùs de hoc differentem Aymo. conſil. 201. num. 34.*

S V M M A R I V M.

1 *Pro legato vel dotatione eccleſiæ, vel capellæ, an debeatur quarta eccleſiæ parochiali.*

2 *Si voluntas teſtatoris in legatis impleri non poſſit ad vnguem, debet alterari in cauſam veri ſimilem.*

Conſilium XXVI.

1 CONSVLTVS Ego Antonius de Butrio: † Viſo prædicto legato de quinquaginta libris pro fabrica, & viſo legato relicto pro dotatione capellę, & ornamentis, an debeatur quarta parochiali eccleſiæ à fratribus Seruorum. Et prima facie videtur, quòd dato, quòd hæc legata eſſent de priuilegiatis, quòd debeatur quarta, per clem. dudum. de ſepul. ver. huiuſmodi. quæ de talibus à minoribus & prędicatoribus dicit quartam deberi: quia eadem eſt ratio in his fratribus: ergo idem ius, de conſtit. cap. tranſlato. cum ſimilibus. Item quia illa cle. eſt extenſa ad Carmelitas & Auguſtinenſes, vt in extrauaganti Ioã. quam ad literam ponit Federicus ſuo conſil. 149. Serui autem, vt eſt notum, quòd profitentur regulam beati Auguſtini: ergo. Item legatum pro dotatione capellæ quò ad donatum eſt inutile, quia actus dotationis fit ſolum ad finẽ ſuſtentationis miniſterij intitulari in capella, de vi. & ho. cle. c. vt q ſqs. 1. q. 2. c. placuit. de cõſe. di. j. c. nemo. Serui aũt nõ poſſunt intitulari, eo quòd non poſſunt habere proprium in ſingulari, perinde eſt, ac ſi legatum fuiſſet eccleſiæ abſque intitulationis onere: quo caſu debetur quarta de iure communi, de ſepul. c. certificari. c. 1. & c. in noſtra. per totum.

a Non ob. his. credo ꝙ quarta [a] nõ debet: & de primo legato ad fabricã ſi eccleſia fabrica egeat, vel ſi nõ egeat ad illã ampliãdam, quia eſt pro diuino cultu, credo quartam non deberi, per capitulũ fina. de teſta. & c. ex parte, de verbo. ſignific. Idem puto de ſecundo, quia habet connexam cauſam ornamẽtorum & fulcimentorum altaris. Vnde dato, quòd ceſſaret cauſa dotationis, accreſceret honori fulcimentorum altaris. Item dato, quòd ex toto ceſſaret, hoc legatum eſſet conuertendum in cauſam aliam ſimilem & propinquiorem voluntati teſtantis, vt ſit ad cultum diuinum, vel ornamenta eccleſię, quę priuilegiata ſunt, ff. de adm. re. ad ciuita. pertinentium. l. legatum. §. primo. ff. de ſupel. lega. l. legatum ciuitati. & l. quidam. & not. de teſta. capit. fina.

2 † Quando enim voluntas teſtatoris impleri non poteſt ad vnguem, ſi altari debeatur legatum, oportet, quod conuertatur in cauſam ſimilem, veriſimiliter magis propinquam voluntati defuncti, & non omnino diſſimilem: ad hoc l. legatum. cum l. ſeq. ff. de vſufru. lega. ad hoc l. in teſtamento. de condit. & demonſt. de teſta. ca. nos quidem. cum ſimilibus applicari ergo debet ad aliquem vſum perpetui cultus diuini, vt ſic mutetur in cauſam non omnino diſſimilem, & ſic quarta non debetur.

Non obſtat clem. dudum. §. huiuſmodi. quia illa vt exorbitans reſtringitur ad prędicatores & minores, nec extenditur vt exorbitans ad alios, ne ius corrigatur in alijs, de elect. c. cùm expediat. lib. 6. & in regula, quę à iure. lib. 6. l. ſi uerò. §. de viro. ſolu. matrimo.

Non obſtat, quòd extenſa ſit ad Auguſtinenſes: quia extenſa eſt ad Heremitas ſancti Auguſtin. quorum appellatione Serui non comprælienduntur, quanquàm eandem regulam profiteantur, vt de ſe patet.

Ita mihi Antonio de Butrio viſum eſt de iure: ió ſcripſi &c. factum fuit amore Dei, ſcriptumque.

A D D I T I O.

a Qvarta] *Dicit unum not. uerbum Cardi. Zabar. in d. clem. dudum. §. verum. moribus obtentum eſſe, vt eccleſię paraciali quarta portio ſoluatur ex his tantùm, quæ offeruntur eo tempore, quo funus aut exequię defuncti celebrantur, quod eſt maximè not. Addit Didac. in ca. ſi. num. 6. de teſtamen. quòd in hoc potiſſimum eſt conſuetudo ipſa attendenda & conſideranda. Et omnino ad controuerſias inter monacos & presbyteros parochiales legendus Alb. in l. ſeruo alieno. §. ineptas. ff. de lega. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, quæ ſe refert ad acta, ex quibus appa ret iniuſtitia, an dici debeat nulla.*

2 *Sententia contrà ſententiam lata in diuerſis inſtantijs, an teneat.*

3 *Sententia quo caſu veniat retractanda.*

Conſilium XXVII.

1 VISIS † pręſentibus quæſitis, & habita informatione ſuper dubio, an inſtrumentum ex Senis potuerit leuari: quia non mihi videtur oportunum, clauis deciſionis huius dubij pendet ſuper validitate

a vltimæ ſententiæ [a] contra primã, ſuper qua non de nullitate ſed iniuſtitia fuit querelatum, vt patet ex forma querelæ propoſitę coram domino Marchione: & ex qua ſtat prima ſententia formalis, quoad extrinſeca illa potuit retractari aut appellationis via, aut ſupplicationis, aut reſtitutionis in integrum, aut nullitatis. hic non proponitur appellatum, quanquàm opponatur metus in appellando, dici poterit appellandum non excuſatum,

b eò quòd debuit proteſtari [b] ſecundum formam de appel. c. ſi iuſtus metus. vt neceſſarium eſt, vbicũque currit tempus iudicis facto, aut ſuperioris: not. de reſcrip. c. 1. & c. ſin autem. de ope. no. nunc. ca. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de elect. c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. lib. 6. De nullitate autem non videtur patere, quia non proponitur defectus formę:

& quan-

& quanquàm etiam apertè concluderetur iniuſti-
tia, ex hoc non videretur concludi nullitas ſenten-
tiæ.quæ exigit. quod iniuſtitia detegatur ex tenore
ſententiæ, de re iudic.l.cum prolatis.l. 1. C. quando
prouo.non eſt ne.l.1.ff.quæ ſen.ſine app. reſcind.&
quanquàm opinio fuit, an habita relatione actorũ
c [c] ad ſententiam, ſi colligatur iniuſtitia ſententiæ,
quando iudex ſententiando ſe refert ſpecificè ad
acta,ſententia valeat: de quibus in l. 1. C. de erro.
cal.per Inno.& Hoſt.& Io.An. de proba.ca.quoniã
contra.& de re iudi c. cum Bertoldus. & quicquid
ſit de illis opin. etiam an ſententia contra notoriã
d [d] iuſtitiam ſit nulla.de quibus de ſenten. excomm.
c per tuas.per Io. And.& Paul.in clem.paſtoralis.de
re iud.de ſen.excommu.c.Romana §.in vniuerſitate,
lib.6.& eo.tit.c.venerabilib.quia opi.illę procedũt,
quando ſpecifica fit relatio, nec ſufficere putarem
e dicere,viſis actis [e] &c. vt communiter fit in ſenten-
tijs.illa tamen opinio procedit.poſita ipſa pro vera
aut ſpecifica relatione habita ad acta, ſi colligatur
iniuſtitia,ſententia ſit nulla,quando viſis actis appa-
f reat pronontiatum [f] contrà caſum legis expreſsũ:
tunc enim ſententia dicitur contra conſtitutiones
prolata,vt exigũt iura: ſed ſi caſus occurrat, in quo
ſententia non ſit contra legem expreſſa, ſed ſecun-
dum talem rationem legis, aut ratione ſpecificè
non ſcripta: & maximè ſi de caſu ſunt opiniones,
ſententia non eſt nulla, etiam ſi talis error nedom
in actis,ſed etiam in ipſa ſententia fuiſſet expreſſus,
vt no.Iaco.de Are. & Fran. de Aretio poſt eum in l.
cum prolatis.de re iudi.Inno.de appel.c.cum ſpecia
li.& Petr.in l.1.ff.quod quiſque iuris. & Cy.in l.1.C.
de rei vxo.ac.& eſt glo.ff.de iuſt.& iure.l.pen: in ver-
bo,decreuit.quinimò valet & contra legem multi-
pliciter intelligibilem,vt dicit Iaco.de Are. in l.prę-
alleg.cum prolatis.& Bar.in l.qui Romæ.§.duo fra
tres.ff.de verb.ob ad quem caſum ſe reſtringere pe-
riculoſum eſt. Via autem ſupplicationis etiam ex-
cluſa videtur: tum quia lapſum eſt tempus ſuppli-
candi,vt in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci. impe-
ra.offer.tum quia dato, quòd Marchio vicem prin-
cipis obtineat, ex ſtylo non eſt facta mentio, quòd
g ſententia [g] tranſiuerat in rem iudicatam: & contra
tales ſententias reſcripta à iure ſpecificam habent
derogatoriam clauſulam l.2.C.quæ ſen.reſcin non
poſſ.& per hoc & via reſtitutionis etiam ex clauſu-
la prouidetur: tamen huic poterit imputari ſi non
appellauit, vel ſaltem fuerit proteſtatus, & ſic non
ſubeſt cauſa reſtitutionis dandæ nec ex clauſula,
nec aliter, cùm culpa potuerit imputari, non ſal-
tem occultè proteſtanti, argumen. dicti capitu.per
tuas. & quia viã habuit ordinatam, in illa negligẽs
fuit, ex clauſula ergo ſit hac ordinaria: & quan-
quàm opinio, † an ſententia contra ſententiam te-
2 neat; de quibus ff. de iureiurã. l. nam & poſtea. §.
ſed ſi damnetur,vbi plenè Butrig. qui & tenuit ſen-
tentiam in diuerſis inſtantiis valere contra ſenten-
tiam,etiam Bar.in l.ſi duobus.de excepi. rei iudica.
& in l.1.ff.quæ ſen.ſine appel. reſcin. & per eos in l.
1. C. quando prouo. non eſt ne. ibi per Cyn. & per
Canoniſtas de re iud.c.inter monaſterium. Com-
munis opinio Canoniſtarum eſt, quòd ſiue iudici
innotuit de prima ſententia ſine appellatione non
ſuſpenſa. & ea poſthabita pronuntiauit, ſententia
ſecunda ſit nulla; quod mihi ſemper placuit, quan
do innotuit,& quando lata cõtra notorium iuris, per
cap. veſtra. de coha. cle. & mu. Et ſententia contra
h notorium [h] eſt nulla: caſus eſt de re iud.c. inter cæ
teras, de appel. capi. quia ſi aute: & quia tranſitus
in rem iudicatam fundatur ſuper præſumptione iu

ſtitiæ ſentẽtiæ, quæ ceſſat oppoſita notorietate: &
ſic ſine cauillatione poteſt intelligi lex prima .ff.
quæ ſent.ſine app.reſcin.Hæc ſunt, quæ pro alia par
te poſſunt allegari.

Pro non modico fundamento pono, principiũ
veritatis & æquitatis fore pro Nicolao, ad cuius fi-
nem iura inſtituta ſunt, vt inſtrumento iure mediã
te ęquum diſcernatur ab iniquo, l.1.ff. de iuſti. & iu
re.1.diſt.c.conſuetudo.cum ſimilibus.ea.diſt.c.erit.
& c.factæ autem ſunt leges. tot enim præſumptio-
nibus palpabilius iuuatur, quas bene mihi oſtendit
dominus prior conſulens, quæ cuique ſexui ho-
minis ſufficientes forent ad mentem vehementiſſi-
mè mouendam: ſolus ergo rigor ſententiæ obuiat
Nicolao, vt eſt dictum: ſed ſententia illa ſublata eſt,
& eius vires attenuatæ ex virtute ſecũdę: tum quia
tenor ꝓponitur in prima inſtantia: tũ potẽtia, quæ
ſola ſecundum aliquos nullam reddit ſententiam,
vel ſaltem iuſtè retractandam iuſto iudicis officio.
Iniuſtum enim iudicium, aut ſententia regio motu
elicita non valet, 11.q.3.c.iniuſtum.& cap. quatuor.
25.quæſt.1.c.omne. Proponitur autem dominum
Marchionem informatum.

Item quanquàm ſentẽtia valuerit, & tranſiuerit
in rem iudicatam: ſi tamen examinata primę ſen-
tentię iniuſtitia, ſecunda ſuper illa feratur ſenten-
tia, ſecunda valet contra primam, & promulgari
poteſt, ſuppoſita tamen aditi iudicis iuriſdictione,
qui talis ſit, vt via querelæ adiri potuerit, vt euiten
tur ſcripta per glo.cle.ſi appellationem. de appel.di
cit hoc Inno.de reſcrip.c. cum dilecta. de app. ca.ex
ratione.de frigi.c.fraternitatis.& ſic debet intelligi
in pluribus locis,vbi dicit, ſententiam latam in di-
uerſis inſtantiis contra primam valere, de reſcript.
cęterum. & c. ſuper literis.de offic. deleg.cap. cum
contingat.& Compo.de conſt.c.cum M. vt ſic con
cluditur ſententia ſecunda contra ſententiam in di
uerſis inſtantiis, non oſtenſo dolo vel ignorantia
aut culpa: prima ſententia valet, quia contra ius
partis non notorium,quicquid ſentiat Io. Andr.in
d.c.inter monaſterium. ſententia autem oſtenſa, ea
poſt habita, nulla eius examinata iuſtitia etiam in
diuerſis inſtantiis lata,ſit nulla, ar.l.1.ꝗ ſent. ſine ap-
pel.reſcin.de re iud.c.inter monaſterium quia con
tra notorium, de quo iudici liquet, vt dicto c.inter
cæteras.examinata autem & etiam allegata iniuſti-
tia primæ,ſi contra illam cauſa cognita eſt pronun-
tiatum, ſecunda tollit primam, quia hic duplex ad-
eſt notorium in ſecunda & examinationis iudicia-
lis, in qua omnia fiunt iuris notoria, vt deductum
in euidentia.vt no.de coha.cle.c.tua.& cap. veſtra.
& Innoc.de appella.capi.ex inſinuatione. & capitu.
ſententiæ.

Quanquàm enim contra præſumptionem iuris
& de iure ſurgentem ex prima ſententia pro eius iu
ſtitia non admittatur probatio contraria, ſi tamen
ſit admiſſa,vel ſi notoria ſit, vel efficax, illa prę̨ſum-
ptio tollitur: hoc eſt, quòd ſi confeſſione conſtet
de iniquitate primę ſententiæ. quę tranſiuit in rem
iudicatam, iudex illam retractare poteſt & debet,
vt ſcribit Inno.de immu.eccl.c.quia plerique. idem
ſi probatione iudicialiter diſcuſſa, vt apertius quàm
alibi ſcribit Inno.de frigi c.fraternitatis.ex cuius di-
cto alia eius dicta declarantur.
3 † Hic autem de iuſtitia diſcuſſum extitit tam ex
antiquis, quam nouiter productis. vt aſſerit ſen-
tentians certificatum aut ſententiari mandans: igi
tur. quinimò & reſtitutionis via hæc ſententia po
tuit retractari: proponitur enim in reſcripto, Ni-
colaum in probationibus ſupplantatum, & de his
etiam

eriam in ſignatione ſupplicationis aſſerit reſcribentr ſe informatum: tum caſu, tum ex probationibus nouis, quas pro tunc producere non voluit, vt proponitur, & paret ex ſupplicatione cum reſponſione ad illam, cùm voluerit ad illam ſententiam arguere, ſurrexit cauſa legitimè dandæ reſtitutionis ex clauſula, ar. l. ſi mater. ff. de excep. rei iud. no. glo. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. man. Guil. de Cu. hoc tenet in l pe. de iuſt. & iur. & Io. Andr. in c. 2. de pur. vul. per Cy. in l. 1. C. de cond. inde. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de ſen. prola. §. poſtremò. ver. illud autem quæritur.

Quod autem ſupplicatio ad reſtitutionis viam potuerit adaptari, pleniſſimè deducit allegans, pro quo caſus de reſtit. in inte. c. cùm ex literis. Non ob. l. pe. in fi. de quæſtionibus, vbi non videtur inferiori iudici licere retractare ſententiam ex nouiter deductis: quia hoc non poteſt per viam reſcripti, vt ibi, aut extraiudicialis cognitionis, ſed bene iudicialiter de hoc cognoſcendo. loquitur enim ibi de quadā reſtitutione ex priuilegio, de quo C. de ſenten. paſ. per totum, quòd ſoli principi eſt reſeruata, inquantum tamen loquitur in criminibus. Item non licet ei, qui ſententiauit, vt ibi, ex antiqua inſtantia, quia functus eſt officio, & finita inſtātia: ſed licet ei principiata noua inſtantia. Idem & ſi non licet ei principiata noua inſtantia, licet eius ſuperiori.

Nec obſtat, quòd hoc reſeruatum ſit ſoli Principi, vt nouiter in deductis retractetur, ff. de pœn. l. diui fratres. quia illud in criminali, in quo non ſic de facili auditur condemnatus. Item ibi ex reſtitutione non petita in formam iuris, ſed ex gratia ſpeciali. Item, vt proponitur in facto, Marchio in hoc non recognoſcit ſuperiorem, quia talis poteſt dare reſtitutiones, vt dicit Bar. in præalle. l. j. ff. de quæſt. qui nimò ex altero capite competit reſtitutio, quia proponitur, ſententiam latam à iudice non admiſſis pbationibus Nicolai, & ſic errore affectato, & ſic ſententia eſt nulla, vel ſaltem reſtitutio danda, vt notāter dicit Cyn in addit. ſuper l. penul. ff. de iuſt. & iu. ad quod de do. c. cùm olim. de re iud. ca. cū Bertoldus. nec excluditur reſtitutionis remedium, quia proteſtari potuerit, & conſeruare ſibi ius appellandi pro proteſtationis actu: quia proteſtatio illa eſt remedium ſubſidiarium & extraordinarium, quod non tollit reſtitutionis in integrum remedium etiam extraordinarium, l. de pecoribus. ad l. Aquil. & no. ff. de no. ope. nun. l. in prouinciali.

Ita mihi Anto. de Butr. videtur &c. Scriptum die 15. Menſis Februarij.

ADDITIONES.

a SENTENTIAE] *Sententia lata contra primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, eſt nulla, l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. poſt ſententiam. C. de ſent. Franc. Mar. deciſio. 466. in 1. par. glo. ordinaria in clemen. ſi appellationem in verb. appellatus. de appella. Rot. ped. deciſ. 142. num. 23. Bar. & docto. in l. ſi diuerſa. C. de tranſac. Corne. conſil. 216. lib. 1. Aym. conſil. 103. nu. 4. limito vt procedat, quando ſententia prima allegatur & producitur; ſecus ſi non allegatur & producitur. Rot. Pedem. deciſ. 1. nu. 48.*

b PROTESTARI] *Glo. in d. c. ſi iuſtus metus, concludit, quod ſit neceſſaria proteſtatio per illum text. & l. 2. C. de his, qui prop. met. iud. Bald. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. uerſi. quæris hîc glo. ubi etiam Alex. C. de iud. Dec. tamen ibi tenet contrarium, col. 2. in d. c. ſi metus. Bar. & Alexand. in l. 1. §. quod diximus. ff ſi quis caut. Aret. conſil. 153. Verum eſt quòd canonicus. colum. 3. Paul. in conſil. 21. In cauſa deſertionis. colu. antepenul. uerſi. nec uidetur obſtare. Alex. in l. qui aliena. §. fin. col. 3. ff. de acq. hæred.*

c ACTORVM] *Vide Affl. deciſio. 47. Alex. in l. ex diuerſa. §. fi. ff. ſolu. matr. & in conſi. 123. lib. 1. col. 4. Aret. conſi. 75. colum. 2. Soc. conſil. 99. Sereniſſimus. colum. 9. uerſi. ſeptimò dicitur. lib. 1.*

d NOTORIAM] *Not. in l. 1. quæ ſent. ſin. appel. reſcind. Abb. & doct. in c. inter cæteras. de re iud. Van. latè de null. ſent. ex defect. proc. num. 128. cum ſeq. dixi ad conſtit. Aegid. lib. 6. capitu. 28.*

e VISIS ACTIS] *Refert & ſequitur hoc conſil. Dec. in l. 1. poſt nu. 11. uerſi & iſta concluſio. C. de err. calcu. allegat Aret. maxime conſi. 157. Viſis diligenter.*

f CASVM LEGIS] *Sententia lata contra legem uel conſtitutionem nulla eſt ipſo iure, l. 1. §. cum contra. ff. quæ ſent. ſin. appel. reſcin. l. 2. C. quan. prouo. non eſt nec. c. 1. de re iudic. & ubique Scrib. Guid. Pap. q. 292. Grat. conſi. 80. num. 7. lib. 2. Rot. Pedem. deciſio. 142. nu. 30. Limito primò, ut non habeat locum, quando lata eſt contra ſimile legis, quia tunc ualet. Bal. in l. 2. colum. 1. in fi. verſic. adde quòd licet. C. quando pronoc. non eſt neceſſe. Abb. in d. c. 1. de re iud. col. 4. uerſi. quid autem. Limito ſecundò, quando lata eſt contra rationem legis, quæ non ſit expreſſa, ut not. Abb. in c. cum ſpecialis, in prin. col. 2. uerſic. & not. bene hoc dominium. de appella. Limito tertiò, ſi lata eſt contra legem habentem multiplicem intellectum. Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. De his uide latius per Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 29. cum ſeq. ff. de uerb. obl. qui plures ampliationes & limitationes ponit.*

g SENTENTIA] *Reſcriptum Principis non ualet contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi fuerit expreſſum de tali tranſitu. Alex. conſi. 94. nu. 2. 3. & 4. lib. 2. Deci. conſil. 198. num. 4.*

h NOTORIVM] *C. Romana. §. 1. de ſent. exc. lib. 6. Vant. de null. ſent. ex defec proc. nu. 125. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem uſurarii, an tranſeat in rem iudicatam, quominus non poßint repeti uſuræ ab his, qui ſoluerunt.*

2 *Legatarii & hæredes uſurarii manifeſti an ſint admittendi ad impediendum iudicis proceſſum ſuper reſtitutione uſurarum.*

Teſtamentum uſurarii manifeſti qualiter reddatur nullum.

Conſilium XXVIII.

De Vſuris.

1 VISO † puncto prædicto, videtur liquere de intereſſe ſe opponentium ex ſola productione teſtamenti nō aboliti, non cancellati, in quo apparent deſcripti executores & legatarij: ſola enim ſufficit perfunctoria electio abſque alia examinatione vitij intrinſeci ad legitimandas perſonas comparentium pro intereſſe, cùm tale veniat ſummariè liquidandum, vt eſt tex. de reſtit. in integrum. c. 2. nota. vt lite non conteſta. c. quoniam. §. in alijs. de teſti. c. veniēs. 2. & quod ibi no. cum ſimilibus. Item fortificans ſuum intereſſe ex ſententia abſolutoria, per quam ſemel abſolutus eſt vſurarius, quę vtpotè lata cum legitimo

contra-

contradictore ſuper crimine vſurarum præiudicat omnibus, de accuſa. c. de his. & quod ibi no. de purgat. vulg. c. 2. & ibi not. ne ſæpius de facto eiuſdem hominis &c. ff. nau. caupo. ſtabula. l. licet. & ex quo in rem tranſiuit iudicatam, non eſt opus querela: nec prætextu nouiter reperti poteſt retractari, vt patet in l. pen. ff. de iuſt. & iure. ff. de re iudica. l. diuus. de re iudica. capi. ſicut. & capitu. cum inter. cum ſimilibus.

In contrarium eſt veritas: quanquàm enim ſatis putem ſententiam latam cum aliquo particulari ſuper vſuris, quòd non eſt vſurarius conuentus, præiudicat agenti, & tranſit in rem iudicatam, quia acquieſcere poterat ſententię, & vitium ſententiæ eſt per partem remiſſibile: quo caſu tranſit in rem iudicatam, eo quia pars poteſt acquieſcere ſententiæ, & tollere vitium ſententiæ: poſſet enim vſuras remittere, vt not. in regula, peccatum. de regu. iur. libro 6.

Ex quo tamē proponitur lata à iudice ex officio inquirente, nec omnes, quorum intereſt, fuerunt præſentes in prima ſententia, ſolum acquieſcere iudici non potuit purgare vitium ad præiudiciū quorum intereſt fortè ignorantium vel etiam ſcientiū: quia non eſt hoc de caſibus exceptis à regula, res inter alios acta. Item quia talis ſententia nutrit euidens peccatum etiam in vſurario mortuo, de cuius anima exoneranda ſolicitus debet eſſe iudex eccleſiaſticus, de rap. c. ſuper. de ſepultu. c. fin. cum ſimilibus. contra tenentes hæreditatem. Tales autem ſen-
a tentiæ non tranſeunt in rem iudicatam,[a] quin ſemper iudex poſſit & valeat illas reuocare, vt patet ex nota. per glo. de re iudi. c. inter monaſterium. & Io. 35. q. 9. in ſumma. no. hoc in pluribus locis, de elect. c. cum dilecti. quod ponit Io. And. ſuper rubr. de re iudica. c. cum Bertoldus. in verbo, retractandum. in Nouel. de arbi. c. 2. & c. per tuas. de iureiu. c. Quintauallis. ponit aliquid de prēb. c. niſi. de conceſ. præbē. c. ſi. de inſti. c. ex frequentibus.

Item ex quo liquidatus eſt error primæ ſentētiæ, iudex, de quo cognouit, etiam contra primam ſententiam iudicaret. Sed ex quo ſupponitur iudex, quia non eſt appellatum, vt no. Inn. de reſcrip. c. cū dilecti. de re iudi. c. cū ſuper. de appel. c. ex ratione. de frigi. c. fraternitatis. notoria enim iniuſtitia, quę nunc conſtat ex actis, tollit primam præſumptionē pro iuſtitia: notoria enim probatio. & ſic probatio probata. quæ notoria dicitur, de coha. cle. & mul. c. tua. & c. veſtra. & quod ibi not. admittitur cōtra prę ſumptionem eccleſiaſticam iuris & de iure, licèt ibi eſſet in fieri. poſſe repelli, C. de dona ante nup. auth. & ſi neceſſe. Et dicit Innō. dē conſciſſis. de immu. eccle. c. quia plerique. & de prob. per alias probationes iam factas, de frig. c. fraternitatis.

Duo tamen tex. fortiter obſtant, quibus eſt facile reſponſum ſubtiliter intuenti, ff. de proba. l. 1. in fi. de pœ l. diui fratres. Sed facile eſt reſponſum: in quo non inſiſto propter frequentiam, & quia iſta ſufficit prima concluſio.

Ex quibus patet eodem inſtanti iſtos excludendos, quaſi ſua nō interſit, ſi eſt probatum per teſtes, ipſum fuiſſe publicum & manifeſtum vſurarium: quia ceſſat ius teſtamenti; & ſic conſequenter deficit intereſſe, quia non eſt probatum, de cleric. excommu. mi. c. propoſuit. procedit ergo iudex audacter reiectis opponentibus, vt purget defuncti conſcientiam contra auaritiam ſuperſtitum, volentiū defuncti animam ſuffocare propter temporalia bona obtinenda.

In quantum dixi, cōtradictores repellendos propter inualiditatem teſtamenti, hoc puto verum, ſi nunc ex probationibus eſt detectum ipſum tempore teſtamenti vel ante fuiſſe manifeſtum vſurariū:
b quod qualiter probetur,[b] declarat glo. de vſuris. c. 1. & c. quanquam. lib. 6. & inter cætera tenet ibi Archi. ſufficere hoc conſtare potuiſſe per libros apparentes circa extorſionem vſurariæ prauitatis, 45. diſtin. c. qui ſincera. ff. de eden. l. 1. §. editionem. & patet etiam, ac colligere poteſt iudex ex probationib. coram ſe habitis, & ex his, quę circa concluſionem manifeſti, quod minus eſt notorium, ſcribit Io. An. de cohabi. cle. & muli. c. tua. & Ioan. Calde. eo. tit. c. veſtra. & Archi. 2. q. 1. c. de manifeſta. vbi autem ꝓbatio nec concluderet eum manifeſtum tempore teſtamenti vel ante, ex hoc probaretur vſurarius, ſi tunc manifeſtus non fuiſſet, ſed occultus, non concluderetur nullitas teſtamenti, & conſequenter nō ceſſaret intereſſe ſe opponentium: vnde ad contradicendum forent admittendi: per hoc tamen inquiſitio non ceſſaret, imò ad vlteriora foret procedendum.

Non obſtat, ſi dicatur, legata in piam cauſam va-
c lere, vt aliàs conſului,[c] & publicè diſputaui, & ſic executores admitti, quaſi eorum interſit exequi velle in piam cauſam: quia illud procedit, quando cōſtat teſtatorem vel pœnitentem deceſſiſſe, vt quia licèt non cauerit, aut mandauerit de vſuris reſtituendis in teſtamento, vel aliter conſtat eum pœnitentem deceſſiſſe & contritum, quanquàm cautionē omiſerit, quam iuris errore vel alia occupatione potuit omittere, tunc enim voluntas eius ſubiacet legi ſpiritus.

In hoc caſu bene deberent admitti contradictores, nec regulariter a iure merè poſitiuo, ſed ſolo naturali: vbi autem impœnitens deceſſit, talis voluntas non recipit fauorem a iure, nec excluditur a regulis poſitiuis: vnde teſtamentum etiam in relictis ad piam cauſam non valeret, quia ceſſat fundamentum, ſuper quo fundant ſe doctō. ad validanda legata: ſic ſentit Bar. in l. 1. C. de ſacroſanc. eccle. & ſic diſputando & conſulendo dixi.

Item quia animæ nō proſunt talia legata, ex quo
d impœnitens deceſſit, licèt eleemoſynæ[d] proſint in via ſaltem ad reducendum, vt no. Innoc. de ſentent. excommunic. capit. cum voluntate. Et quia talibus ſuffragia non proſunt in aliquo, 88. diſtinct. capit. ſi. 13. quæſtio. 2. capitu. obeuntibus. 21. quæſtio. 3. capitu. Cyprianus. 23. quæſtio. 5. c. placuit. 2. quæſtio. 8. capit. quicunque, de reliq. & vene. ſanc. capit. audiuimus. 13. quæſt. 2. cap. non æſtimemus. & capitu. in præſenti ſeculo. & eſt opinio communis theologorum, plenè per Archid. 13. quæſtio. 2. capit. tempus. & in ſumma de pœ §. in quibus mortuis. 25. diſtin. capit. aliud. c. vbi quicunque. de pœn. diſt. vlt. ca. ſi. ad hoc debent reduci: no. per Inno. de celebra. miſ. cap. cum Marthæ.

ADDITIONES.

a IVDICATAM] *Contractus uſurarius ſententia confirmari non poteſt, Alb. in rub. C. de uſur. colum. ſi. Bal. in l. cum allegas. col. 2. C. eo. Tiraquel. de retract. conu. §. 1. glo. 2. nume. 35. cū ſeq. Ancha. conſil. 234. Alex. con. 82. col. 2. num. 5. lib. 3. dixi Milleloq. 311. Et ſi aliqua ſequatur ſententia, non tranſit in rem iudicatam. Imo. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. antepe. ff. de uerbo. obligatio. Iaſ. conſi. 21. colum. 1. lib. 1. Ambrog. de Vigna. in repet. c. ſalubriter. num. 21. nume. 134. de uſur.*

b PROBETVR] *Didac. lib. 3 reſolu. c. 3. num. 4. Iul. Clar. in §. uſura. uerſi. ſed hic quæro. Soc. conſil. 127. lib. 3. Et an per teſtes ſingulares probetur uſurarius, uide Alex. conſil. 46. col. 1. lib. 3.*

lib.3.& conſ.54 col.1 lib.6. Aym.conſi.33 num.7. Dida d.c.3. num.5. Rot. Pedem.deciſ.72. in fi. Iul.Clar.in prat.crim.§.fi.q.53.verſi.dixi etiam.Bald.in l.dictantibus.C.de teſta. Dec.conſi.342.num.30. Moder. Apoſt.ad Alex.conſil 72 lib.1. Calca cō ſil.26.col.11. Corn.conſil.278.col 6.cir.mod. lib.3. dixi ad con ſtit. Aegid.lib.3.c.12 & 13.

c CONSVLVI] *Supra conſ.25.*

d ELEEMOSYNAE] *Eleemoſina eſt beneficentia miſeris propter Deum exhibita; in quo pluribus differunt & diſtinguunt theologi.S.Thom.2.2 q 32.& in 4.ſent.diſt.15.q.2.Ricard.& omnes in 4.ſent.diſt.15. Gabr. Biel. d.4.par.ſent. diſt.16 q.4.Clau.Syl. & cateri ſumm. in uerb Eleemoſina. quod explicaui Milleloq.294.& pulcram in materia quaeſtionem abſolui contra Alcia.Millelo.265.*

SVMMARIVM.

1 *Aedificator eccleſiae ſi dicat, quòd vult filios eiuſdam eſſe patronos, & quilibet eorum, qui omnes erunt de eadem ſtirpe, an cenſeantur patroni per capita.*

2 *Clauſula iſta: & quemlibet eorum: in materia iuris patronatus cuius ſit naturae.*

3 *Legitimè natus ex matre ſpuria, an excludatur à iure patronatus delato per auum maternum nepotibus ſuis.*

4 *Maior 14. an. patronus eccleſiae poteſt rectorem praeſentare abſque curatore.*

Conſilium XXIX.

1 VISIS † puncto & quaeſitis, circa primam dubitationem ingerit prima diſpoſitio, qua ſigillatim non attribuuntur iura patronalia, ſed ſubſtipitum & correlariua ad ſtipites, & ſic in ſtirpes vocati videntur & non in capita, per nota. 16. q.ſi.c.piae mentis.& c.ſi plures. de iure patrona ca 1. per Innoc.ad hoc clemen. 1. eod. titu. cum ibi not. in gloſ.

Nec obſtat quod infra ſubijcitur &c.quia illa verba debent ex praecedentibus declarari, ff.de verbo. oblig.l.Titia.& l.fi.de haeredi.inſti. ff.de pact. l. item quia §.item Iuliano. Et quia talia, vt ad executionem prolata, non alterant vim primariae diſpoſitionis, ſed in ſuo primo intellectu confirmant, vt cle.1.de praeben. diſtributiuum ergo cuilibet & quemlibet recipiet intellectum, vt cuilibet aſſignatum ſit ius patronatus: & verum erit, quemlibet habere, ſed in capita non in ſtirpes, vt filij Coloſprimi aliàs Colori & Iacobi in ſtirpes, ſcilicet quilibet eorum erit patronus in dimidia vocatus.

In contrarium eſt veritas. Et ſi teneremus opin. Io. And. quod in dubio iuſpatronatus deferatur in capita, ſicut dicere conſueuimus in iurepatronatus perſonarum, Inſti.de ſucceſſ.libe.§.ſed noſtra. aliàs incipit. multas. quam opinio. ponit de iurepatro.c.5. quae opinio correcta non videtur quò ad caſum noſtrum per clemen. 2. de iurepatrona. aliàs res foret expedita. Et idem ſtaret, ſi teneremus opinionem Arelud.in dicto c.ſi plures. Cùm enim ab eodem principio voluntatis teſtantis deſcendat, plures vocati ſunt, ſecundum quòd cenſentur in capita & non in ſtirpes.

2 † Item quid ſit de opi.illis, in caſu noſtro planum videtur hos vocatos in capita & non in ſtirpes ex natura dictionis. & quemlibet eorum. cuius natura eſt diſpoſitionem attribuere ſolidè perſonis ſic

a diſtributiuè [a] nominatis, l.non diſtinguemus. §.cū in plures.de arbi.& l.ſi pluribus, & quod ibi no.ff de leg.2.& quod no.in leg. hoc articulo, quiſque. de haeredi. inſtituen. Ante enim compleram diſpoſitionem verba illa coniunxit ad declarationem praecedentium.

Item, quia aliàs illa adiectio, quos Gaſparinum &c.ſuperflua foret, & praecedentia verba exaudiēda ſunt, vt aliquid operentur, de lega.1 l.ſi quando. de verbo.ſignifica.c.Abbate.19.diſt. ſi Romanorū. & maximè talis ampliatio amplianda eſt, vt benignior & magis aequa & vtilis eccleſijs, vt plurimo-

b rum [b] approbatio requiratur, quàm paucorum, de officio delega. c. prudentiam. ſicut enim per capita debetur ius alimentorum, ita & ius voluntatis dandae.

3 † Ad ſecūdum dubium, dico nepotes legitimos non excludi à iurepatronatus ex illegitimitate matris: tum quia ſi dicimus iuſpatronatus deferri ex perſona matris, non excluderentur filij à ſucceſſione matris, qui ſunt legitimi.

c Item dato, quòd deferatur ex perſona [c] aui materni, adhuc non contrahit ex hoc vitium, inquantum ex teſtamento ſuccedit, & ex voluntate aui, vt l.fi.cum ibi not.C.de natura. liber. ſic vitium deportationis patris non nocet filijs.

Item quia nō nocet vitium paternum in his, quae aliundè, quàm ex perſona patris, deferuntur, in l.6. de inter. & releg. ſic culpa patris in haereſi non nocet orthodoxis, C.de haeret.l.cognouimus.& in Authen.ibidem de Neſtorianis. ſic nec exhaeredatio patris nocet nepti, de inofficio.teſtamen §.quis filiū. per Dy.in regula.non debet.de reg. iur. ad hoc l. diui fratres. & l.qui contra. ff. de iurepatronat. ad hoc quod not.Iac.de Bel in leg 1. C.de natu. libe.

Item ſufficit cautum non reperiri, vt excludatur, vt in Authē. quibus mo. na. effi. ſui.§.fi.in fi.ad hoc quod ſpurius capit a fratre, ff. de vulg.& pupilla.l.ſi is qui.hoc confirmant ſcripta Barto. in leg. Gallus. §.quid ſi is. ff. de liber. & poſthum. Item conſuluit Iacob.de Belu.& Butri.& Raynal.& ibi Barto.dicit, non ergo repelluntur filij Caroli, qui nati fuerunt ex ſpuria & baſtarda.

4 Ad vltimum † dubium, videntur minores repelli, quaſi non habeāt integrum iudicium, donec aetatem compleuerint, ad hoc C.de teſtamen. mili.l.vltima. Item quia minores decurionum accipiunt ſuffragium, tamen inter alios non afferunt, ff.de decurio.l.ſpurij.§. minores. ff. de mune.& hono. leg. ad rem publicam.§ denique.

In oppoſitum eſt veritas, ex quo proponitur ma-

d ior 14.annis: quia talis eſt habilis ad ſpiritualia, [d] cōtrahit matrimonium, de deſpon impub.per totum, poteſt ad beneficia aſſumi, not.de reſcrip. cap. ſi eo tempore.lib.6.c.eligitur de cleri.excom.lib.6.ibi gl. hoc determinat: quinimò in maiore infante dicit praeferri praeſentatum a ſe praeſentato a tutore, & ibi Io.And.ſuper gl.

Ex quibus concluditur, quòd licèt vtilis foret, non eſt in talibus neceſſaria ſuperioris auctoritas, nec tutoris & curatoris, ſi habet; ad hoc 16 quaeſt. 5. c.ſi decernimus.& quod ibi no. Et firmat Federicus ſuo conſilio 63. In talibus enim, vt publici iuris, talis non attēditur poteſtas, ſic nec minor aetas,

de

de ætate & qualita. c. indecorum. Not. ad hoc quod no. in c. ex parte 3. de reſtitu. ſpolia. ad hoc de iudic. ca. ſi animum. in princip. ad hoc ſcripta Lapi de Caſti. aduoca. Florent. ſua alle. 120. & allega. 26. allega. 27. 28. vbi in his ſpiritualibus dicit non attendi etiam in prodigo vel in minore curatoris auctoritatem.

Concludo, inter filios Iaco. & filios Caroli ius patronatus in capita non in ſtirpes competere, nec filiis Caroli obſtare vni & eorum filiis matris ſpurioſitatem, nec quò ad præſentandi actum obſtare minorem ætatem. Factum & ſcriptum fuit iſtud conſilium amore Dei.

Et ita dico & conſulo ego Anto. de Butrio.

ADDITIONES.

a DISTRIBVTIVE] *Rip. in l. heredes. §. cum ita. nume. 3. ff. ad Trebell. vbi optime de diſtributiua loquitur.*

b PLVRIMORVM] *Imò fauor eccleſiæ eſt, vt pauciores patronos habeat, quia ex pluralitate patronorum dicitur magis grauata eccleſia, ut not. tradit Gem. in c. 2. §. laici. per illum text. de réb. eccle. non alienan. lib. 6. ſequitur Déc. conſil. 122. in fi.*

c PERSONA] *Alexan. conſil. 74. lib. 3. vbi Moder. Apoſt. Corn conſil. 25. lib. 1. Déc. conſ. 262. in 2. dub. Illuſtriſſimus Cardinalis Paleottus olim præceptor meus obſeruandiſſimus, nunc Dominus colendiſſimus, in tracta. de nothis ſpuriiſque filiis capitu. 53.*

d SPIRITVALIA] *Refert, ſequitur & alios allegat, nunc in paſſim citans hoc conſil. Petr. Rebuf. in tracta. nomina queſt. 17. nume. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum habitationis domus in caſu viduitatis, an finiatur in prima viduitate.*

2 *Legatum in caſu viduitatis, & cuiuſcunque alterius neceſſitatis, an includat caſus ceſſante viduitate.*

Conſilium XXX.

CASVS. Titius quidam teſtator filiabus ſuis reliquit inter cætera hæreditatem, & uſum domus per hæc uerba.

Item domum ſuam, quam ad præſens habitat cum eius familia, eius filiæ, ſcilicet A. & B. habeant & habere debeant in caſu uiduitatis & cuiuſcunque alterius neceſſitatis uſum & habitationem domus cum dicta eius matre ea uiuente; & ea mortua ſit ab hærede alienata domus prædicta, non conſentiente altera ex ſororibus. & altera conſentiente & uiri ſuo renuntiante, quæ non renunciauit, tranſiuit ad tertia uota. Nunc autem uidua morte tertij uiri uult habitationem domus; opponitur, quòd in prima uiduitate uerificatum & finitum legatum fuit. Vnde non admittitur, nec admitti debet reſpectu ſecundæ aut tertiæ uiduitatis. Item ſecundò, quia uerba neceſſitatis alterius reſtringit ex multiplicatiua alterius uiduitate concludente neceſſitatem, ubi alibi habitare non poſſit. Tertiò, quia ius habitandi tranſlatum eſſet in emptorem, ad cuius commodum altera renuntiauit, & ſic cum ea emptor poteſt habitare. & quia hæres etiam ius ſuum tranſtulit, qui cum mulieribus poterat habitare.

DVBIVM ingerit in prima obiectione vulgatum illud: verba de actu loquentia ad primum tantum referri, & in illo diſpoſitionem finiri, ff. de verborum ſignificationibus. leg. boues. §. hoc ſermone. de iure do. l. ſtipulatio. l. dotem. & l. ſtipulationem. & l. licet. & l. dotis promiſſio, vbi quidam, cum vulgatis, qui & à quibus. l. matrimoniali. ff. de verbor. obligat. l. cum qui Kalend. de præben. c. qui non poteſt. lib. 6. cum concordan. Confirmatur hoc, ne ſi de tertia & quarta côcedatur, detur infinitas, de dam. infec. l. ſi finita. & l. precep. §. fina. de legat. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. & extra, de reſcript. c. cum in multis. libro 6.

r † Item quia relinquitur in caſu viduitatis, & ſic in ſingulari; ſatisfit ergo legatò, ſi habuit vel habere potuit habitationem in prima viduitate, ff. de teſti. l. vbi numerus. de præben. c. non poteſt. lib. 6. & de fi. presbyte. c. 1. eo. lib.

Item quia non eſt veriſimile, teſtatorem totupli ci præſtatione voluiſſe grauare hæredem, de leg. 2. l. cum pater §. qui dotale. & l. Lucius. & l. Titia. §. qui in vita. ſol. mat. l. cum dotem. §. ſi pater. de don. præalleg. l. 2. §. 1. cum ſimilibus.

a Non obuiantibus his, contrarium [a] puto de iure. Primò ex vi indefinitæ locutionis, indefinite & ſimpliciter relatæ ad viduitatem, refertur ergo & attribuit diſpoſitionem ad quamcûque viduitatem, ſiue primam, ſiue ſecundam, ſiue tertiam: quia illo caſu æquipollet iſti in caſibus, quando multiplicabilis eſt caſus identitatis; ſæpe enim Caſelius, ait, vtimur ſingulari, cùm plura ſignificare voluimus, ff. de verbor. ſignifica. l. in vſu iuris. ff. de petit. heredi. l. diuus. in fin. Secundò, quia cauſa legati ſcilicet viduitas non eſt ex verbis ad certum determinata, & multiplicabilis eſt, quàm & multiplicabilem ponit & veriſimiliter cogitauit teſtator: regulatur ergo à natura ſuæ cauſæ, C. de cura. fu. l. cum aliquis. Itē cùm cauſa legati ſit iterabilis & legatum ſucceſſiuum, æquipollet iſta ex natura cauſæ in caſum viduitatis & in quemcunque caſum viduitatis: non igitur dubium eſt, legatum non reſtringi ad primam, ff. de ann. lega. l. ſi filiæ. Item æquipollet iſta quandoque, vel aliquo caſu, vel in caſu. Et differentia eſt ſtrictè inter hoc quandoque, vel aliquo caſu. & differentia eſt ſtrictè inter hoc quādoque, & quādocunque, quia quandocunque æquipollet iſti, interdum vel alteri: tales autem diſpoſitiones ad actum iterabilem per tales dictiones æquipollentes relatæ non referuntur ad primum, ſed vlteriorem actum, l. ſi ita ſtipulatus fuero a Seio. ff. de fideiuſ. igitur & in propoſito. Item non eſt dare caſum, quare plus cogitauerit teſtator de proxima viduitate, quàm de aliis. Imò ſub effectu vel maiori. Et ita mens teſtantis adeſt in aliis ſicut in prima, igitur ad omnes extendatur ad inſtar etiam dotis, quæ determinata videtur non ſolum reſpectu ad prima ſponſalia, ſed ad iterata, C. de rei vxo. act. authenti. quamuis. & vnde ſumitur. Item legando habitationem ex qualitate perſonæ legantis, quia pater: & filiæ legatur, quia & filia eſt cauſa legandi: quia releuantur decus, honor, & pietas paterna, vt filiæ potius inhabitanti paternas domos quàm extraneas quandoque cum multis moleſtiis & periculis, quæ cauſæ vniformiter reſpiciunt omnes viduitates: hoc legatum non ad primam reſtringitur viduitatem ſed vlteriorem, ſicut in legatis in die naturalis vel ad laudes: quia ex quo dies iterabiles ſunt, quantitas legata multiplicatur ad multiplicationem dierum

rum ad conſeruandum decus legantis & legatarij, leg. cum quidam. & leg ſequenti. & leg. annua. in princip. & leg. Titia. §. annua. ff. de annu. lega. ad hoc ff. de vſu & habi. leg. ſi habitatio. §. virum. iuncta gloſa in leg. ſi ita ſtipulatus. præalleg. quæ innuit legatum habitationis, etiam ſi habet ex verbis caſum iterabilem, non verificatur in primo ita, ſed ad plures cauſa multiplicationis refertur: ad hoc l. cum pater. §. pater certã, in ratione ſui: quia non eſt veriſimile, patrem in prima viduitate voluiſſe filiam habere habitationem, in ſecunda abſque habitatione ex pietate paterna legata. Item quia interpretatio amplior, quæ amplianda eſt in vltima voluntate, l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. Item hæc benignior, de rebus dubijs. l. quoties. de regul. iur. l. ſemper. ff. de leg. l. in ambigu. Item fauorabilior & veriſimilior. Item quia in fauorabilibus & non præiudicialibus grauiter talis locutio non reſtringitur ad proximum, vt not. Io. An. ſuper c. non poteſt de regu. iur. lib. 6. Ad hoc; quia ſi multiplicatio contingit caſu ſiue fortuna, multiplicabitur ergo diſpoſitio, vt ſcribit Bar. in l. qui bona. §. fina. cum l. ſequen. ff. de dam. infec. hoc confirmant verba legati: quia mens fuit teſtatoris, vt cum vxore filiæ habitarent, & poſt mortem vxoris: fuit ergo eius intentio, legatum momentanea viduitate non finiri.

Iura autem in oppoſitum alleg. ceſſant, quia vel loquuntur. vbi agitur inter viuos: quo caſu ſemper voluntas obligandi eſt ad minus. ff. de ver. obl. l. inter ſtipulantem. & reſtringitur, ff. de verbo. oblig. l. quicquid aſtringendæ. vel quando mutatur pars, cui effectus quæritur obligationis, vel quando ad graue præiudicium cõtingit iterationem fieri: quia non idẽ iteratur, ſed diuerſum multiplicatur, quod hic non contingit, vel ratio ſuadet potius diſpoſitionem reſtringi quàm ampliari, quæ cauſæ ceſſant hic.

2 † Circa ſecundum, quod opponitur, prima facie videtur ex illa ampliatiua reſtringi viduitatis caſum ad viduitatem habentem in ſe neceſſitatem, per iura infinita, quæ probant dictionem, alius, vel alter, vel alterius, implicare, ff. de rebus du. l. quidam relegatus. in glo. in verbo, alieno. C. de decuri. vel coarcta. in rubrica. C. de colla. l. ex teſtamento. l. 1. §. debitum. ff. de conſtitu. pecu. cum ſimilibus. Item huic ſigno alterius, copulatur adiectio reſtringens, ſcilicet, neceſſitatis. Natura autem adiectionis reſtringentis genus aut indiffinitum ſubſequens, reſtringit ſpecies præcedentes ad æquale generi, ff. de ſupelle. lega. l. legata. ff. de fun. inſtructo. l. cum de Lanionis. §. cui fundum. de lega. 3. leg. quæſitum. §. Meuij filij. ff. de penu lega. l. nam quod liquidè. §. fin. l. cum de Lanionis. §. quidam. de fundo inſtru. lega. cum ſimi.

Contrarium eſt verum de iure, tum quia teſtator pondetaſſe & propoſuiſſe videtur neceſſitatem ſubeſſe, eo ꝙ datus eſt viduitatis caſus: tum quia viduitas trahit principium à caſu neceſſario, ſcilicet mortis: tum quia dato, quòd habeat domus maritorum, plurima occurrunt, in quibus adeſt moleſtatio in habitationibus maritorum: tum quia vnde traxerunt originem, habentes attinentes & amicos, propinquos, vicinos, à quibus cuſtodiuntur, & à moleſtijs defenduntur, & tribulationibus eorum occurritur: tales neceſſitates viduitatis actu contemplantes teſtatores ſupponunt viduitatem habere cauſam annexam neceſſitatis: quanquàm ergo verba illa implicarent aut reſtringerent, ſatis pro eo, viduarum neceſſitas adeſt habitandi & retinendi inter brachia amicorum & attinentium, vbi vitæ neceſſitatibus pluribus occurrentibus viduis promptum & paratũ valeat habere recurſum. Ideo vulgare eſt Bononienſium [*ligame le mane & li piedi & mettime tra li mei*] ad hoc lex 1. vbi pu. educa. debe. Itẽ dictio, alijs, alterius, & ſimilia non ſemper implicãt, imò ampliant, & eſt relatiuum diuerſitatis, ff. de do. l. 1. ff. de procur. l. non ſolum. §. quæritur. & in glo. iuxta illud: Crucifixi ſunt Chriſtus & duo alij latrones. ad hoc in Auth. de mand. princi. ibi, milites & ſeruos alios. de mino. l. in cauſę. in princip. de excu. tut. l. ſed & reprobari. §. ſin autem. cum ſimilib. ad hæc glo. de reſcrip. c. ſedes. cum cõcordan. ibi alleg. Item cùm proferatur cum copula, non reſtringit omnino ſequens & præcedens, quia inducitur ad finẽ ampliãdi. ad hoc l. ea tñ adiectio. ff. de leg 3. co. ti. l. q cõcubinã. in prin. & l. Quintus. de aur. & arg. leg.

Contraria tolluntur ex his, quæ ſcribit Bar. in l. quæſitum. §. qui fundum. de fundo inſtru. lega. & quæ de copula ponit in l. ſi is qui ducẽta. de re. dub. vbi etiã per Bar. ex cuius dictis prędicta cõfirmãtur.

Item quia regula habet, quæ augmentandi cauſa adijciuntur, minutionem non inducãt, ar. ff. de leg. 1. l. legata. de fundo inſtru. leg. l. mãcipia. cum ſimilibus. Item cùm intelligi poſſint, vt reſtringant & vt ampliẽt, in dubio intelligãtur ampliatiuè: quia hæc plenior interpretatio fuit ſimplex non expreſſè animo emendi commoditatem habitandi: quia patere poteſt ex ipſa renuntiatione, vt perſonalis extincta eſt, ideo ſoror non renuntians ſolum habet ius habitandi, ſi etiam ſic eſſet pinguis, ꝙ crederetur ius habitandi quò ad commoditatem tantum, quod fieri poſſe videtur, C. de vſufr. l. cũ antiquitas. Inſtit. de vſu & habi. §. proxi. l. nec. ff. de vſu & habi. Sed cõcedendo ꝙ poſſit, dico, ꝙ ius hoc non potuit transferri in extraneum, cùm non deceat habitare ſororem, quæ non enuntiauit. ff. de vſu & habi. l. non aliter. quaſi hæc fuerit mens teſtatoris, & ibi dicit glo. fi. de iure autem hæredis quò ad ius habitandi non eſt exhortandus, quia ſolæ ſorores hoc ius habent, vt patet ex fòrma legati.

Ita de iure viſum eſt mihi Anto. de Bur. vtriuſq; iuris doctori, ſaluo ſemper meliori conſilio.

ADDITIO.

CONTRARIUM] *Hoc conſilium refert Iaſ. in l. diuortio. §. quòd ſi in patris. ff. ſolut. matr. in fi. & Alcia. in l. boues. §. hoc ſermonẽ. ff. de verb. ſig. quod elegans appellat Fely. in c. 2. col. pen. verſi. bene facit. de treug. & pac. quãuis Iaſ. in loco iam citato dubitet de quinq; limitationibus relatis hic à Bar. ad d. §. hoc ſermone, circa quas & alias vide Tiraquel. in d. §. hoc ſermone.*

SUMMARIUM.

1 *Hæredes per partes inſtituti, ſi habeant vnicum ſubſtitutum, an requiratur, quòd conditio appoſita ſubſtitutioni purificetur in perſonis vtriuſq; inſtituti.*

Conſilium XXXI.

1 VISIS conſilijs cõtrarijs dñi Floriani, & dñi Freduli cõtrariantibus in eo, ꝙ dñs Fredulus præſupponit partem Nicolucij defectam conditione quò ad ſubſtitutos,

tos, ipſum approbo: nam ponderauit dominus Flo. ꝙ licet diſpoſitio conditionalis confirmetur per auth. ex cauſa. &c. Et in hoc bene dixit, quia hic in perſona primi defecerat, cùm deceſſerat ſine liberis. Sed inquantum dominus Fredulus dicit in partem vltimam & vltimi decedẽtis Fideranij vocatos vel ſubſtitutos, quaſi conditio iuſtè extiterit in perſona vltimi, hoc non eſt abſq; dubitatione: quia teſtator diſpoſuit particulariter per diuerſas terras de tota hęreditate, & ſic etiam fecit teſtatrix: quo caſu de mente teſtantis eſt, ſubſtitutos admitti tota hæreditate vacante: & ſic in caſu exiſtentiæ conditionis in perſona vtriuſq;, vt ſic collectiue non diſtributiue verba intelligantur, vt eſt caſus & ibi Bar. qui ſic limitat §. cum ita. ff. ad Trebel. in l. hæredes mei. in l. quidam teſtamento. ff. de vulga. & pupilla. per quam di
a cit Bart. ſic limitari §. cum ita. ꝙ ſi teſtator totam hæreditatem dat ſubſtituto, oportet ꝙ cõditio ceſſet in perſona vtriuſq;. deciſio tamen Bart. quò ad terminos §. cum ita. repugnat illi §. ibi, omnẽ hęreditatem, &c. & ibi, qui totam hæreditatem habere voluit &c. niſi per Bart. reſtringatur (& ſic intelligo) quando conditio extitit in perſona primò decedentis, & coniuncta nõ eſt perſona, quæ ex præſumpta voluntate defuncti excludit ſubſtitutũ, vel nõ ſupereſt alius, qui ex ea excludit ſubſtitutum; quo caſu ſatis dici poteſt coniunctum excludere ſubſtitutũ, vbi alias non excluderet: & ſic nunc verba collectiuè intelligentur, & ſubſtitutus non admitteretur ex exiſtentia cõditionis primò decedentis, vbi aliàs admitteretur: in perſona autem vltimi exiſtente conditione nũquam uidi bonum reſponſum ad §. cũ ita. & ad rationem eius: quia ſi voluit habere totam in caſu exiſtentis conditionis in perſona vtriuſque, fortius voluit habere partem in perſona vltimi extantè conditione. Ex quibus per omnia approbo quod do. Fredulus ſcripſit.

Ita mihi Anto. de Butrio viſum eſt de iure.

ADDITIO.

a TOTAM] *De hoc conſil. meminit Rip. in d. c cum ita. nume. 131. vbi hunc difficilem articulum optimè (meo iudicio) ſoluit.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum notarij atteſtans de alijs quàm de geſtis in eius præſentia, an probet.*

2 *Præſumptio an poſsit oriri vel haberi pro aßertis in laudo.*

3 *Iudicans an poſsit ſcribere acta abſque notario.*

Conſilium XXXII.

1 IN † quæſito prædicto primo aſpectu videri poteſt, dictam rationẽ nõ prçſumi, nec etiam atteſtationes per arbitros probari, aut notorium, quod non præſumitur, quia hæc ſolennitas
a extrinſeca[a] eſt, ff. de pub. l. quæcunq; verò. in l. ſciendum. de verb. oblig. nec etiam enuntiata probatur, quia eſt actus præambulus ad actũ laudi, qui laudum præcedere debet, nec ſecum concurrere poteſt, l. 2. cum ſua gloſ. C. de iure fi. & iure haſtæ fi. lib. 10. & quod no. in d. l. ſciendum.

Non vitiat atteſtatio arbitrorũ in actu laudi, quia fungi non poſſunt loco teſtium & arbitrorum eodem inſtanti, 2. q. 6. c. ſtatuendam. de verb. ſigni. c. forus. Vnde omnium eſt concluſio, in eadem inſtantia coram ſe nihil iudicem aut arbitrum atteſtari poſſe, no. ff. de teſti. l. fi. & l. ob carmen. eod. titu. not. de elec. c. cum à nobis. de arb. c. cum dilectus. de exceſ. prçla. c. inter dilectos. de purga. ca. c. cũ dilectus. Spec. titu. de teſte. §. opponitur. verſi. item quod fuit in eodem. Archid. in d. c. ſtatuendũ. Guido de Suza. in l. 1. §. 1. ff. ſi menſor fal. mo. dixe.

Nec iuuat, quòd atteſtatur notarius: quia nõ valet atteſtari, niſi de his, quæ in eius præſentia geſta ſunt. Vnde atteſtari de prçterito nõ iuuat, vt ſcribit Inno. de probatio. c. quoniam contra. in verbo, inſtrumentum. verſic. item continere debet. & ad hoc quod no. Cyn. & alij in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. Spec. in titu. de inſtrumen. edi. §. 1. verſicu. & not. ad fin. gloſ. vbi dicit, quòd idem debet eſſe tempus actus geſti, & editi inſtrumenti.

b Inquantum ergo hodie notarius[b] atteſtatur aliquid in præteritum geſtũ, non probat: ad hoc quod no. eod. ti. §. reſtat. verſi. In ſumma. Idem no. Cald. de prob. c. poſt ceſſionẽ. vt talibus atteſtationibus in pteritũ non credatur, niſi alia prçſumptione iuuetur. ſic etiam conſuluit Federic. ſuo conſil. 182. & conſil. 124. Idem Spe. de proba. §. ſi. verſ. ſed pone.

a † Non obuiantibus his, dico ſupra conſultum fore verum de iure.

Primò, quia pro aſſertis in laudo præſumitur, ſicut pro aſſertis tendentibus ad validitatem vel ſolẽnitatem ſententiæ, vt dicitur in conſilio quod incipit, Ptholomçus. de quo per Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de arbi. §. ſequitur. ver. quid ſi actum fuerit in compromiſſo. & pro talibus præſumitur etiam pendente dubio nullitatis, vt no. Spec. de proba. §. 1. verſic. ſequitur.

Secundò ex theorica communi do. quæ habet, ꝙ pro pronuntiante ad validitatem ſententiæ prçſentibus partibus præſumitur, l. optima, ſupra alleg. l. fi. C. arbit. tut. & l. antiquæ. ad Velle. per Guiliel. in l. 2. ff. de ius vocã. Cy. & Bar. in auth. ſi quis in aliquo documento. & no. in l. cum aliquis. prææalleg. & no. Bar. C. de relat. l. 1. & Inno. de offic. dele. c. cum in iure. Cal. de proba. c. quoniam contra. cum ſimilibus.

Hoc confirmatur, quia apparente geſto ſui forma extrinſeca valida fundamento poteſtatis circumferentis ad illam præſumitur. not. gloſ. de proba. l. ab ea parte. Innocen. de eo qui fur. ordi. rece. c. innotuit.

Item ſi nunc arbitri atteſtãtur actu (quod conſulo fieri) crederetur, cùm ſint plures, per not. in locis prææalleg. & maximè cum ſint arbitri de facto pro-
c cedere valentes, quorum ſimplici verbo creditur, ſecundum Bar. in auth. niſi breuiores. C. de ſen. ex breui. reci. maximè quia in cauſis his, quæ ſummariè aguntur: & ſic non procedit c. quoniam contra. quia nec iudicans poteſt ſcribere acta abſque notario, vt notanter dicit glo. in Authen. vt iudi. ſine quoq. ſuffragio. §. neceſſitatem. ad hoc C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. §. his verò.

Iuuat etiam multum atteſtatio notarij: quandoque enim profert verba notarius in præteritum, & conſtat ex natura actus atteſtati præceſſiſſe diem inſtrumenti, & probat inſtrumentum, quia præſumitur ſecundum tempus inſtrumenti, & in prçteritum protuliſſe cenſetur: quia natura præcedit actus ſcripturam & temporis momentum:

hinc

hinc eſt, quòd in præteritum communiter conficiuntur verba inſtrumenti, de iurepa. ca. quod autem. & not. Calderinus de probatio. cap. poſt ceſſionem. quandoque actus in præteritum attentatus præcedit aliquo interuallo inſtrumentum: & tunc ſi enunciatiuè profert, non probat inſtrumentum ex viribus inſtrumenti, niſi partium præſentia, aut auctoritas actus aliud præſumat, vt fuit hic. Si autem atteſtatur notarius ſic fuiſſe, vt hic atteſtari cenſetur, etiam de præterito conficere poteſt alio tempore inſtrumentum, vt dicit Hoſt. poſt Inno. in d. c. quoniam cõtra falſam, quod intelligo, dum apparet verè aut præſumptè de eo, qui aſſerit in præteritũ cũ fuiſſe rogatum.

In propoſito autem hic fuit notarius (vt puto) aſſumptus ad totam cauſam, qui de omnibus rogatus cenſetur attinentibus in cauſa, ex quo aſſerit eũ legitimè citatum, ei creditur.

Ex quibus apparet ex triplici capite præſumi de citatione, & ipſam probari. Primò, ex præſumptione ſurgente ex auctoritate iudici, pro quo præſumitur, ſicut pro ſententia. Secundò, ex præſumptione ſurgẽte ex aſcriptione facta de citatione pſentibus partibus, quæ veriſimiliter ſic ſtultæ non ſunt, vt aliquid contra ſe deſcribi patiantur quin reclament.

Tertiò, ex atteſtatione notarij, qui licèt in præteritum atteſtetur, quòd vidit & videre potuit, & de quo veriſimiliter fuit rogatus. Facilis autem ex his apparebit ſubtiliter intuenti reſponſio ad cõtraria. Item & quartò, ſi arbiter nunc in hoc iudicio nullitatis & notarius atteſtentur citationem factam, clarior adhuc erit concluſio prædicta.

Ita mihi Anto. de Butrio viſum eſt de iure, igitur &c.

ADDITIONES.

a EXTRINSECA] *Solennitas extrinſeca, cuius defectus nõ opponitur, præſumitur ſecundum Io. And. Comp. Butr. Imo. in c. cum dilectus. de conſue. Imo. in c. in præſentia, col. fi. de prob. Butri. Imo. Fely. in c. ſicut. colum. 14. verſicu. fallit 2. de re iudi. Math. no. 22. Scrib. in l. ſciendum ff. de verbo. oblig. Soc. conſil. 270. Conſideratis. colum 3. lib. 2. Dec. in auth. ſi quis. num. 27. C. de eden. Intellige tamen hoc modo quòd ubi agitur de graui præiudicio alterius, non ſufficit ad præſumendam ſolennitatem interueniſſe tempus minus 30. annis, ut no. Imo. in c. peruenit. de emp. & vend. Sed ubi ageretur de modico præiudicio, ſufficerent decẽ anni ad ſolennitatem præſumendam, l. filius. C. de pet. hær. l. qui in aliena. §. 1. ff. de acq. hær. qui tex. ita intelliguntur ſecundum Bar. in diſput. 7. incip. Mulier habens. in fi. Et ita diſtinguit & reſoluit Alex. in d. l. qui in aliena. in princ. colum. 3. uerſi. uel reſponde. in d. l. ſciendum. colum. 4. conſi. 12. col. fi. conſ. 17. col. 3. lib. 4. Fely. in c. Albericus. in fi. de teſti. in c. ſicut. col. 15. uerſ. ſecundò aduerte. de re iud. Iaſ. in l. 1. col. 4. uerſic. quartò limita C. qui admi. Balb. in tract. de præſcrip. in 1. par. 3 par. num. 10. Aym. qui alios allegat, conſi. 317. num. 2.*

b NOTARIVS] *Non poteſt atteſtari de præterito tempore aliquid. Innocen. in c. 1. de fid. inſtru. in c. cum in iure. de offi. delega. & in cap. quoniam contra. de prob. Alexan. conſi. 206. colum. 2. poſt med. lib. 2. & in conſil. 241. colum. 2. in fine. lib. 6. Corn. conſil. 127. colum 6. in principio. uerſicu. inſuper non apparet. lib. 2. Dec. conſil. 118. colum. 2. cir. med. & in d. c. 1. de fid. inſtr.*

c VERBO] *Adde Rom. ſing. 51. Math. no. 1. Comẽs. conſ. 7. col. 4. incip. Viſo compromiſſo. diſputat hoc latè Dec. & reſoluit in c. quoniam contra, nu. 7. not. 6. de prob.*

SVMMARIVM.

1 *Mens diſponentis debet à ſono verborum regulari.*

2 *Papa mandans impoſitiones leuari, an includat vel ſe referat etiam ad mendicantes.*

3 *Mendicantes diuerſimodè veniunt ſic nominandi vel conſiderandi.*

4 *Legata a mendicantibus vel alijs pijs locis, an ſint ſub diſpoſitione Papæ.*

Conſilium XXXIIII.

De priuilegijs, & ſtatu monachorum.

1 VT ſupra ſolenniter eſt† conſultum, etiam mihi videtur, quòd verba ſupra ſunt comprehẽdere religiones mendicantium, vt ex tenore priuilegij patet, & mens in dubio regulata cenſetur à ſono verborum, ff. de rebus dubijs. l. in ambiguo. no. de verbo. ſignifi. c. intelligentia. de reſcrip. ca. audientiam. cum ſi. ad hoc de ſponſ. c. ex literis.

Et quãquàm propter inſolitum concurſum materiæ, in qua ſcribitur, & nõ proportionabilitatem arctent iure communique curſu: mens fortè Papæ non cogitauerit mendicantes, quia nec habent propria, nec habere debent, aut ſolent in communi curſu: ſi tamen ſit dare, quòd habeant, diſpoſitio eſt aperta, comprehendere eos ex verbis latis.

Et ad hunc caſum propter hoc incogitatum extẽdetur, quia hoc non eſt verba extendere. hoc verè dicit glo. in clem. 1. de reſcrip. in verbo, præſidentis. ver. & licet. & in gloſ. clem. 1. de decl. in gl. & verbo, de religioſo antẽ. quæ ad hæc ſunt valde notabiles.

2 † Et ſi dicatur, in Papæ mandato impoſitiones leuati: non videtur ſe referre ad mẽdicantes ad iniuſtè tenta, & quæ ſunt aliorum: & ſecundum vnam opinionem, quæ vera videtur, collata mendicantibus, in quibus ſunt incapaces, ex toto veniũt ad venientes ab inteſtato, vbi teſtamenta conferuntur, aut remanent penes conferentes quaſi non tranſlata, cùm conditionem habeant, ſi transferantur, aut vt vacãtia à fiſco conferentium capiuntur, ff. de his quæ pro non ſcrip. hs. l. ſi metallum. C. de hær. inſtit. l. 1. ff. de teſta. mili. l. neque enim. C. de bo. va. l. 1. li. 10. no. Cy. in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cle. per Ioan. 27. q. 1. c. de viduis. per Archi. 19. q. 3. c. quia ingredientibus. per Inno. de probatio. c. in præſentia.

Pro ſecunda parte facit ff. de dona. inter vi. & vx. l. vir vxori. §. ſi promiſſor. de ſo. l. cum quis. §. ſi debitorem. ex quib. au. ma. i. nec vtiles. no. ff. de dona. l. qui mihi donaturus. ad talia autem illicitè citata, de quibus dominium non eſt in eos tranſlatum, non videtur mens Papæ participanda, nec in proprietate, nec in fructibus videtur mentem Papæ extendi: quia à talibus iniuſtum exceptum cenſetur, & ius alienum, vt vulgaribus iuribus, ſicut nec dominus participat iniuſtè quæſita per ſeruum, l. quod ſeruus. de acquirenda poſſeſſione. iniuſtè quæſita inter fratres non communicantur, vt l. cum non ſolum. in principio per gloſ. & Docto. C. de bonis quæ liberis. & not. in dicta lege quod ſeruus. ſic nec communicantur inter ſocios, ff. pro ſocio.

cio.l. quòd autem ſic.de ſic illicitè quæſito eccleſia
leuat decimas:no.14.q.5.cap. non ſanè.de deci. c. ex
tranſmiſſa in ius.malum eſt enim, quod mendican
tes,ſi cum mala conſcientia tenent, damnentur; q
cum eis & Papa concedat.
3 † Ad hoc reſpondetur, quia vel mēdicantes ſunt
a ex conſtitutione, vt prędicatores,[a] qui conſtitutio-
nibus contrariis poſſunt reduci ad proprium; & ſi
ſtatutis validis vel priuilegiis ſe ad ſtatum nō mēdi-
cantium iuſtè reduxerint, debent cum aliis ſentire
parem diſciplinam: quanquam enim illa ſtatuta in
ſpecie non cogitauerit habens bona, cogitauit in
genere, ad hoc quod no. in l. ſi cui. qui. ca. teſt. in in-
tegrū non eſt ne. Vel ſunt mendicantes ex inſtitutio
ne regulæ: & nō video, quomodo etiam priuilegio
4 Papæ ſine maxima cauſa iuſtè capere poſſint: † puto
talia legata, vel collata in genere monaſterio, aut
fratribus, fore ſub diſpoſitione Papæ aut Epiſcopi,
& in eccleſiam incorporata, quia ſubiecta ſunt piæ
cauſę, quanquam non poſſint in ſpecie capere, ad
alium pium vſum ſunt deputanda ſimilem vel ma
iorem, ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. legatum. ff. de v-
ſufr. l. legatum. & l. quidam. not. de teſtam. ca. fin. ad
quę ergo tota capere poſſet Papa, abſque dubio pa
tientibus verbis ſe extendit generalis diſpoſitio; &
tam pię cauſę quàm vniuerſalis boni redemptionis
ciuitatis Bononiēſis, quæ eſt & fuit de patrimonio
& iuriſdictione Eccleſiæ, & quæ iniuſtè occupata
eſt, vt enarrat priuilegium.
Conferant ergo fratres, quia in illa particula in-
habiles vulgi exonerabunt conſcientias ſuas; quan-
quàm credam, quod ſi ſunt ſapientes, quod ſuas cō
ſcientias exonerēt: nolo enim eos iudicare, ſed vul
gus in eis ſcandalizatur, nec ſapientes non aliter in
formati bene eos defendere queūt in talium retētio
ne, quomodocunque colorentur, qui iniuſtè & cō-
tra animas & conſcientiam teneant, & quin quoti
die celebrando iudicium ſibi manducent, quod nō
atteſtor, nec credere poſſum; libenterque ab eis au-
direm, quomodo ſe ſaluent. Imaginor enim aliquā
mihi cauſam latere, ex qua quod agunt iuſtè agūt,
ſi iuſtè aut iniuſtè teneant, conferre debent. Et ele-
gantiſſimè per meum patrem & dominum, domi-
num Petrum de Ancharano conſultum eſt.
Sic dico & conſulo, ego Anto. de Butri. vtriuſq;
iuris doctor, ſaluo ſanioris conſilio.

ADDITIO.

a Praedicatores.] *De quibus meminere Federic. de Sen. conſi. 12. Fratres prædicatores. Alex. conſi. 88. nu. 4. lib. 2. Phill. Prob. in cap. 1. num. 9. de relig. dom. lib. 6. Aneba. conſ. 169. & conſi. 32. num. 5. Quatuor ſunt ordines mendicantium, ſancti Dominici, ſancti Franciſci, ſancti Auguſtini, & Carmelitarum, de quibus dixi ad conſtitut. Aegid. lib. 3. cap. 26. gloſ. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans rem emphyteuticam inſcio domino, an ſemper cadat à iure ſuo.*
2 *Emphyteuta vendens rem emphyteuticam, vnde perdidit ius, an illud iud per redemptionem recuperet.*
3 *Clerici non debent eſſe in pœnis tenaces, præcipuè vbi eorum conditio non deterioratur.*

Conſilium XXXIIII.

De emphyteuſi Eccleſiæ.

Casus. Emphyteuta vendens rem emphyteuticā domino inſcio, non verè tradens dictam rem, ſed conſtituens ſe emptoris nomine poſſidere, & dans licentiam intrandi poſſeſſionem p dictæ rei, cadit a iure ſuo, non obſtante quòd dictus venditor poſt tractum temporis prædictam rem emphyteuticam redimet, canonem ſemper ſoluit directo domino ignoranti prædictam rem fuiſſe venditam.

1 De iure, abſque longa allegatione † pla
num mihi videtur, emphyteutā ce-
cidiſſe in pœnam l. fin. C. de iure em-
phyteu. & de loca. c. potuit, quia res
alienata & fictè tradita per cōtractū
a conſtituti, a ex quo vera transfertur
poſſeſſio & dominium vtile, vt l. certè. §. 1. & §. Iuli.
ff. de precar. ff. de pactis. l. ab empt. de rei vend. l. quæ-
dam mulier. de acquirēda poſſeſſione. l. quod meo.
& l. interdum. de reſtitu. ſpol. cap. cum veniſſent. &
quod ibi no. Inno. ad hoc quod no. C. de rei vendi.
l. quoties. & Ioan. Andr. in addi. Spec. de emphy. &
vendi. §. primo. verſi. & no. quod expreſsè, in addi.
quæ incipit, & dubitat. Nec obſt. quod not. Spec. de
loca. §. nunc aliqua. verſicu. lxxxv. quia ibi loquitur
in vendente verè vel fictè non tradente.
2 † Nunquid autem pœnam euitet ex redemptione?
b videtur enim quod nō,[b] quia ſufficit ſemel alienaſ-
ſe, nec aduerſus factū, maximè ex quo facta eſt exe-
cutio à iure, admittitur purgatio morę, ff. de lega. 1.
l. ſi res. de præſcrip. verb. l. rogaſti. diſtin. 1. c. ſiquis
non dicam. de homi. c. pro humani, libro ſexto. de
fur. l. qui ea mente. de ædi. edic. l. quid ſit fugitiuus.
ad l. Corneliam de fal. l. qui falſam. de fur. l. infician-
do. & l. cum ſeruus. ad hoc quod no. glo. de elec. ca.
quod ſicut. & c. ſi. de ſupp. negligen. præla. c. ſi. & eſt
expreſſum in feudo in rubrica, quid iuris ſi poſt alie
na. fe. re. cap. 1. & hęc pars eſt vera de iuris rigore,
ſic intelligo Guiliel. in l. 3. §. item ſi res. ff. de aliena.
iudic. mutan. cauſa facta, & Bart. in l. ſequitur. §. itē
Labeo. ff. de vſucapio. & Alb. Pa. in d. l. fina.
c De æquitate[c] tamen puto, eum euitare pęnam,
ſi aliter domini non intereſt: quia eius conditio nō
fuit facta deterior, arg. de præbend. c. de multa. de
rebus eccleſiæ non alienan. c. ſi quis presbyterorū.
ff. de aliena. iud. mutan. cauſa fac. l. ex hoc edicto. §.
ſi quis alienans. ff. de vſuc. l. ſequitur. § Labeo. de pę.
diſtin. 1. c. diuortiorum. lxxxix. diſtinc. c. 1. Et hoc tē
net Ioan. And. de loca. c. potuit. & in Specu. in titu.
de loca. §. nunc aliqua. verſic. xcvj. Et ſic dicit de fa-
cto Bononiæ obtentum, vt tenuit Petr. Abb. & etiā
3 recitat ibi Ioan. And. in addi. † quod maximè puto
in emphyteuta eccleſiæ, cum clerici in pęnis nō de-
bent eſſe tenaces. de pœnis. cap. ſententia. no. de ar-
d bi. cap. dilecti. 12. q. 2. fraternitas.[d]

ADDITIONES.

a Constituti] *In hoc eſt ingens conflictus opinionū. Et inuenio, quòd partem affirmatiuam, ut ficta tantùm traditio ſufficiat ad priuationem, tenent Paul. in l. 1. § ſi rem depoſitam ff. depoſi. Guid. Pap. conſi. 147. Conſilium. in 6. dub. ad fi. & in conſil. 192. Ex facti narratione. col. fina. Iacobi. in inueſt. feud. verb. & cum pact. de non alien. colum. 2. Iaſ. in l. fina. colum.*

colum.37.q.19.C.de iur.emphy.Caſſan. in conſuet. Burg. eo. tit. §.8.glo.verb.reale Nezuſ.tract de pig.in 3.mem.2.par.princ.in fi.Zaſ.in epit.feud.par.10.Et hæc crebrior ſententia, ſi ad numerum doctorum inſpicias. Sed contrariam & negatiuam partem, quòd non ſufficiat ficta & uerbalis, ſed requiratur actualis & realis traditio, tenet Iac.Alua.in c.1.quid iur in prin.Guid.Pap. q.101.ubi ueram & ſinceram ſuam ſententiam ponit, & non in d.conſi.ubi cauſæ clientali inſeruiuit, in d.q.dicit, quòd ita iudicatur in ſenatu Gratianopolitano. idem rectè conſuluit in conſil. 139.De anno, ad fi.ubi citat dictam ſuam deciſ. 101. idem pulchre decidit q.46.idem ante eum ſenſit Petr. Iac.in tit.de act.in rem pro re feud.Curt.Iun.in tract.feud.uariauis par.4.in ult.princip cauſa. Sed concludo primam opinionem falſam & erroneam eſſe; patet, quia fundatur ſolum in hac ratione, quòd per conſtitutum transferatur uera & non ficta poſſeſſio. Sed illa ratio non eſt uera, niſi quando contractus principalis tenet, quo corruente corruit etiam clauſula conſtituti, & omnis alia ſimilis, & eius effectus. Et hanc opinionem ſenſit Bal.in c.1.§.aut ſi libellario.ad fi quib.mod feud.amit idem ſentiunt Alex.conſi.91. Viſo themate.col.2 lib.3.Iaſ.conſil.7.col.10.li.3.dixi Milleloq. 93.ubi hoc Butr.conſil.allegaui, quicquid dicant Tiraquel.de conſtitu.limitat.26.& Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 13. uerſicu. ſed quid.

b *Q V O D N O N] Refert & ſequitur hoc conſil.Dec. in conſil.160.num.6.aſſerens eſſe communem, per doct.Bar.in l.ſequitur. §.item Labeo in fi.ubi Imo.ff.de uſuc.Rip. in l.cū bona.poſt num 20.ff.de priu.cred.Alex.in l.ſi a me, num 3.ff.ad l falc. Alex.in l.ſi inſulam.num.40.ff.de uerb.obl.Imo in ca.potuit.num. 48.in fi.de loc.Guid.Pap.conſil.192.Iaſ.conſil.29.lib.1. & in l.fin.nume.135.C.de iu.emphy.Alber prim.par. ſtatu. quæſtio. 87.Grat.conſil.133.nume.2 lib 2. Soc.Iun.conſi.20. num. 38. lib.1.Clar.§. emphyteuſis.quæſtio. 13. uerſicu. ſed quid ſi emphyteuta.*

c *A E Q V I T A T E] Refert & ſequitur hanc limitationem Modern.Apoſtil. ad Dec.d.conſil.160.nume.6. referens ibi hoc Butr. conſil.*

d *F R A T E R N I T A S] Ad huius c. intelligentiam uide Gomeſ. in §. ſic itaque.num.16.& in §.ex maleficijs.nu.14.Inſt. de act.Rebuſ.ad conſtit.Regias, in tracta. de arbitr. art.1.glo.5. nume.18.*

S V M M A R I V M.

1 *Perſona publica alteri quærere poteſt.*

2 *Nubendi facultas an poßit per ſtatutum vel contractum tolli.*

3 *Mulier an poſſit per ſtatutum priuari dote vel æſtimatione dotis, aut taliter obligare ne capiat.*

Conſilium XXXV.

VISA forma contractus dotis, & viſis ſtatutis Mutinenſibus, quæ tria prohibent: perſonaliter obligari cū Bononien. & alienationes ac obligationes immobilium, nec non in ſolutum dationes.

1 † Ad primum dubium, an circumſcriptis ſtatutis potuerit notarius quærere mulieri ius obligationis & hypothecæ, non eſt dubitandum, quia perſona publica alteri quærere poteſt, vt l.Caius.de vſu. ff.rē pupil.ſal.fo l non quęritur.not. Inſtit. de inuti. ſtip. §.ſi quis alij.l.ſtipulatio iſta. §.ſi quis inſulā. de verbo.obli.extra, de vſu.c.quanquam.lib.6.not. Inn. de conuer.coniug.c.dudum.

2 † Secundò, an attentis ſtatutis valeat obligatio perſonalis: de contractu matrimonij non eſt hæſitādum, quia iure poli regulatur, & tales contractus prohibere non poteſt lex ciuilis, arg. de ordi. cogni. c.tuam.no.qui fil.ſint legi.c. per venerabilem. de ſecund.nup.c.1.& 2.de ſponſa.c.1.Idem puto de contractu dotis, quia cum matrimonium de facili non contrahatur ſine dote & obligatione reſtitutionis dotis, tollerent liberam facultatem matrimonium contrahendi, reſtringerent iudicem contractus ad terrigenas tantum: talia autem ſtatuta non valent, vt no.de hæreti.c.ſtatutum.lib 6. & dicto c.2.de ſec. nup.& per hoc concluditur, quòd inquantum ſtatuta impedirent obligationem realem bonorum pro reſtitutione dotis, aut dationem inſolutum, nō valent, quaſi indirectè tollant facultatem exigendi dotem, vel reſtringant libertatem: & hoc ibi non eſt aliter: benè ꝓuiſum eſt mulieri in exigenda dote, aut ad hunc caſum non poſſibilem & odioſum non extenduntur verba quęcunque generalia ſtatuti: a ad qđ facit clauſula in ſtatuto poſita, quæ vult, ſtatuta illa intelligi ad bonū intellectum: nullus autem ſani capitis interpretaretur ſic amarè ſtatutum, vt eius voluntas fuerit, mulieres excludi à repetendis dotibus, & ſibi ſatisfaciēdo in bonis defuncti, vbi aliàs commodè ſatisfieri non poſſit.

3 † Item inquantum ſtatutum inhibet obligationem realem bonorum, inhibet & non ſubeuntem munera in ciuitate Mutinæ. Mulier autem ciuis eſt, & ſubit munera ciuitatis viri, no.glo. C.de incolis.l. ciues.& eſt tex.in l.ſi eo.tit.lib. 10. ad hoc l. origine. cum gl.C.de mu. princip. lib. 10. ad hoc quod dicitur de filio adoptato, leg.1.ff.ad municip. ſic decidit Bar.in leg.imperatores.§.item reſcripſerunt.eod.titu.leg.1.C.de muneribus & in quo loc. mu. ſub lib. 10.Et hoc expreſsè declarat ſtatutum in verbo, intelligimus autem, ibi, vxores & filios.

Item ſtatutum etiam ſi prohibet obligationem, prohibet ſaltem legis obligationem, & ſic tacitam hypothecam: quia tales prohibitiones reſtringūtur, ex quo ſunt in certum genus perſonarum ad alienationes immediatè contingentes ex facto hominis, non ad illas, quæ immediatè fiunt à lege, per nota. in l.ſi ita quis.§. eadem l. ff. de verborum obligatio. quod ſit prouiſum de expreſſa, & ſic a tacita videtur receſſum, in l.fi.C. de pact. conuentis. de precario.leg.& haber.§.cum quis. quia ſtipulatio fuit per alium interpoſita, qui non potuit præiudicare mulieri, ſi ipſa non acceptat: vnde habet tacitam & priuilegiatam, l.aſſiduis.C. qui potiores in pignore habeantur.

Item nec etiam prouidendo de expreſſa, nō poſſet primo iudicare de tacita, cùm non poſſet in genere iuri hypothecarum renuntiare: licèt ſic reſpectu vnius perſonæ vel aliquarum, vt l. iubemus. C. ad velleianum. & maximè vbi non eſſet aliunde vbi ſolueretur. quia hoc eſſet deteriorare dotem, vt ſcribit Bar.in d.l.iubemus.

Item & gl. tenet, ꝙ ex prouiſione expreſſæ hypothecæ a tacita receſſum non videatur, vt d.l. fin.de pact.conuent.quam vulgus improbat.

Difficultas autem tota reſidet, an mulier illa poſſit capere inſolutum, cum non ſit vidua, imo alteri nupta: & quia alibi habet domicilium, & ſic nunc ciuis non exiſtat, & ſtatutum prohibet capturam ēt inſolutum de per ſe. Et per prædicta concludo, ꝙ hoc non obſtante mulier capere poſſit, vbi aliter non eſt prouiſum: quia non ſunt ibi mobilia, ne ſtatutum priuet mulierem dote contra publicam vtilitatem, l.prima, ff. ſoluto matrimonio. Et quia

ſtatutum debet reſtringi ad captiones inſolutum, non præcedente obligatione, tales obligationes inualidas conſtituit inanes, vel ſaltē poterit agere mulier petendo, vt bona illa vendantur diſtrictuali ciuitatis Mutinæ: & ſic in nullo contrafiet diſpoſitioni ſtatutariæ. Et hanc viam reputo tutiorem, & poſtea de pretio ſatisfiat.

Ita dico & conſulo ego Anto. de Butr. vtriuſque iuris doctor, ſemper ſaluo ſaniori conſilio.

ADDITIO.

a STATVTI] *Vide in propoſito Dec. conſi. 5. & conſi. 301. in l. 1 nu. 8 ff. de reg. iur. in c. ſedes, de reſcrip. Rip. in leg. 1 nume. 14. cum ſeq. ff. ſolu. matr.*

SVMMARIVM.

1 *Probationes factæ in vno iudicio, an fidem faciant in alio in materia pœnæ, & vbi mutatur modus agendi.*

2 *Probationes receptæ in ſummario iudicio, an faciant fidem in plenario.*

3 *Debiti ad debitum admittitur compenſatio.*

Conſilium XXXVI.

QVidam petunt A. B. G. ex cauſa mutui condemnari. Et condemnato dicto B. in centum, petita ſententiæ executione, oppoſita eſt exceptio ſperatitij contractus, & oppoſita eſt compenſatio certorū redituum perceptorum ex certis poſſeſſionibus, quas dictus B. dicebat agenti pignoratas: replicauit actor non pignoratas, ſed ad affictum datas, quod oſtendit ex inſtrumentis publicis; replicat B. dicta inſtrumenta fore ſimulata, & tranſmiſſa cauſa ad curiam eccleſiaſticam ſuper incidenti vſurariorum contractuum & ſimulationum principaliter, coram iudice data petitione, qua petitur ipſum declarari vſurarium, & dictos contractus fuiſſe ſimulatos; & lite conteſtata factæ fuerunt probationes, ex quibus probatus eſt vſurarius, & probata eſt ſimulatio contractuum. Sic ſtante ſuſpenſa executione porrexit actor nouū libellum, in quo ratione vſurariæ rei, quæ comprahendebatur in dicto affictu, petit quinquaginta: reus opponit compenſationem de fructibus perceptis ex eadem re: replicat actor de affictu, reus de ſimulatione contractus eiuſdem affictus, & producit probationes inter eoſdē factas, & ſuper eodem affictu & eiuſdem rei coram iudice eccleſiaſtico.

1 *Quæritur, an illæ probationes factæ in primo iudicio faciant fidem in hoc iudicio, in quo alia quantitas petitur.*

VISIS puncto & quæſtione prædictis, quilibet primo aſpectu diceret, probationes fidem non facere: quia variata re petita, nō obeſſet ſententia nec prodeſſet, quanquàm eadem cauſa agendi inter eoſdem, ff. de exceptione rei iudicatæ. l. cū quæritur. & l. ſequenti. & l. ſi cum argentum. §. ſi fundum. & l. ſi quis ad exhibendum. de cauſa poſſ. c. 1. de excep. c. aduerſario. ad hoc quod not. Inno. de ordi. cogni. c. ſuper ſpoliatione. regulantur tamen in hoc a pari præiudicio, ſententia & probationes. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fina. & leg. ſequenti. ff. de iureiurando. & de fide inſtrumen. c. inter dilectos. §. porrò. not. in leg. 1. apud. C. de edendo in leg. 2. ff. iudicatum ſol. & leg. 2. §. porrò. ff. vi bono. rap. per Innocen. de teſtib. c. cum cauſam.

2 † Item quia probationes receptæ ſunt in ſummario iudicio executoris, ff. de re iudicata. l. à diuo Pio. §. 1. & probationes in ſummario non proſunt nec nocent in plenario, ſicut nec ſententia, l. ſi qs a liberis. §. meminiſſe. ff. de liberis agnoſcen. l. penulti. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. de teſtib. cap. veniens. & cap. cum in tua. C. de ordi. cognit. l. 1. & per Innocent. de ordi. cognitio. capitu. cum dilectus. & cap. fina.

Non obſtantib. his, de iure puto cōtrarium: probationes enim, inquantum concludunt, perſonam vſurariam intendunt ad declarationem qualitatis in perſonam: ideo illæ ſicut ſententia ſugillantes perſonam faciūt fidem, maximè inter eaſdem perſonas, ſicut dicimus in ingenuitate, ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. Item inquantum contractus probatur ſimulatus, quia res, de qua opponitur, eadem eſt, licèt varietur obiectum, in quo fit oppoſitio, vt not. Innoc. de ordi. cogni. c. fi. Vnde ſi prius egi interdicto contra te de vna re, & obtinui, & agis de alia re, oppono de ſpoliatione rei, in qua obtinui ſuper interdicto, obſtat ſpoliationis exceptio, & proſunt probationes in interdicto in hoc ſecundo iudicio.

Item licèt varietur res petita, in qua declaratus eſt hæres, prodeſt ſententia, ſi de alia re contenditur hæreditaria, ſi ſolum ſuper hoc contenditur, an ſim hæres, eodem tit. l. ſi quis totum. § planè.

Item licèt varietur res, ſi tamen id, de quo nouiter contendatur, conſequatur, ac id, ſuper quo eſt inter me & te iudicatum, & prodeſt & nocet ſententia, & conſequenter probatio. l. cogit. in princip. & §. fi. ff. de exceptione rei iudica. ſufficit enim inter eos eandem eſſe quæſtionem, quanquam res varietur, vt l. Iulianus. eod tit.

Item quando idem eſt finis & eadem res, de qua opponitur, licèt varietur res, ex qua variatione rei non variatur contentio, ſed ſuper eodem contenditur, de quo eſt iudicatum, obſtat & prodeſt ſententia: & conſequenter probatio, vt in exemplo poſito ſupra poſt Inno. vt ipſe notat in d. ca. fi. Licet ergo varietur quantitas petita, ſimulatio contractuum non ad alium finem opponitur, niſi iuuandæ compenſationis redituum perceptorum. Quis enim dubitat, quòd petiſſis centum a te contra me, ſi de aliis centum debitis probem, ſi caſu non fiat compenſatio, ſi poſtea petis alia centum, abſque probatione potero illa centum compenſare.

3 † De debito enim liquido opponi poteſt compēſatio, leg. fina. C. de compenſatio. vt exigunt iura liquidatum inter me & te, quanquam aliquid primò fuerit actum, ex quo ex variatione, de quo variatur.

Item, quod plus eſt, liquidatum inter me & te in vno iudicio nocet tibi, ſi poſtea de liquidato ad alium finem de eo reuocetur in dubium, dum tamen non varietur, quo. leg. l. 1. & l. hæres. C. de plagi. vbi inter eaſdem perſonas ſuper dominio proficit in alio ad finem criminalis actionis ſuper crimine plagii, in quo diuersè intentatur finis.

Item hic intenditur finis purgationis peccati, & quæcunque crimina claruerint, purganda ſunt; 24 quæſtio. 2. cap. ecce. Ex quo ergo apparent probationes integræ, ex quibus concluditur peccatum, non attenditur rigor variationis rerum, ex quo fides iam facta coram iudice competenti non vacillat. ad hoc quod ſcribit Hoſtien. poſt Innocen. de ordin. cogni. capit. cum dilectus, vbi dicit, quòd in ma-

in materia tangente periculum animarum probatio ſemel liquida, non attēto quòd varietur, quod plus eſt, perſona, non variat probationis effectum: nec etiam variatio viæ agendi eſt attendenda: in talibus enim, ſcilicet in materia peccati agiliores ſufficiunt probationes, & ſufficit probationem facere integram ſm metam naturalis iuris, de teſti. c. in omni negotio. nec ponderamus in hoc rigoroſitates poſitiuas & ciuiles, de re iud. c. lator. c. tenor. & c. cōſanguinei. de teſti. c. ſenes. & c. Albericus. & c. cum in tua. Nulli aūt dubium, inter eaſdem perſonas, licèt aliud peteretur tunc, & nunc aliud. probationē teſtium iuregentium fore plenam. Et per hoc patet ſufficienter reſponſum ex variatione rei ad obiecta.

Non obſtat quod dicitur primò, narrationem modi agendi & procedēdi &c. quia vt ibi, ita & hìc deducitur per viam replicationis.

Item quanquàm, ſecundum aliquos, illa exceptio coram eccleſiaſtico iudice tractari potuerit, vt exceptio ſummariè coram iudice eccleſiaſtico, vt notat Inno. qui fil. ſint legi. c. lator. in Spe. quarta. parte, ſub rubrica, de ordi. cogni. tamen in vtrobiq; notatis poſſunt hæc agitari per viam principalis petitionis & plenariè lite conteſtata, & tutius eſt, vt ibi dicitur, & ſic fuit hìc: non fuit ergo iudicium hoc ſummarium, ſed plenarium.

Item ſi ſummarium fuiſſet, ex quo probatio plene agitata eſt, facit fidem in plenario. vt dicit Butrig. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. verſic. item quæro, quid ſi in ſummario. ff. ex quibus cauſis maiores.

Ita dico & conſulo ego Anto. de Butr. iuris vtriuſque doct.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio rei emphyteuticæ an habeatur pro alienatione.*

2 *Alienatio rei emphyteuticæ regulariter eſt prohibita.*

3 *Socius rei emphyteuticæ alienans ſocio partem ſuam, an cadat in commiſſum.*

Conſilium XXXVII.

De emphyteutico contractu.

*L*EVGVS *Quidam de Calaſinis cum Nicolao de Calaſinis quaſdam poſſeſſiones habentes communes, quæ emphyteuticæ erant & in emphyteuſim tentas a quadam eccleſia, diuiſerunt, & in aſſignatione fuerunt cum certo onere aſſignatæ inſolidum Nicolao, quod onus ad plenum non fuit exolutum nec adimpletum per dictum Nicolaum; debebat enim ſoluere dotem quibuſdam ſororibus dicti Leugi, quæ ſolutæ nondum fuerunt, cùm nondum tempus nubilis ætatis veniſſet, nec caſus deducit eas ſolui debere aut fuiſſe ſolutas; tandem aliquo tranſacto tempore dicti contrahentes reſilierunt a contractu prædicto communi concordia. Quæritur, an quia dicta diuiſio fuit facta inconſulta eccleſia, dicti ſic diuidentes ceciderint in commiſſum. Sed dato quòd ceciderint, an recedendo à contractu pœnam commiſſi euitauerint.*

1 VISO † puncto & inſtrumento diuiſionis abſque allegationum diſcurſu longo. Primo aſpectu videtur in hac diuiſione habentes bona emphyteutica communia diuidendo cecidiſſe in commiſſum: quia diuiſio in ſe habet alienationem, cùm quilibet in qualibet gleba terræ partem habeat. Ideo integræ partis aſſignatio habet in ſe permutationem, qui alienationis contractus eſt, C. & ff. de rerum permu. l. 1. & 2. l. coheredes. § penul. ff. famil. ercisc. & l. familiæ. eod. tit. & notatur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
2 de verbor. obli † Alienatio autem quælibet emphyteuticæ rei domino inconſulto eſt inhibita, ergo. C. de iure emphyteuti. l. fi. de loca. c. potuit. maximè quia hic interuenit totius partis aſſignatio cum onere certo.

a In oppoſitum [a] eſt veritas, tum quia iſte contractus attenta forma ſui fuit diuiſionis, & nihil fuit diuiſum, ſed ſolū ex parte vnius alteri aſſignata pars poſſeſſionum cum onere: & vnde contractus non habuit ſubſtantialia ſua, cùm diuiſio comprehendat in ſe aſſignationem rerum hincinde, deficientibus ergo ſubſtantialibus, contractus fuit nullus, Inſti. de emp. & vend. §. pretium.

3 † Item ex quo aſſignatio portionis fit conſorti & conſocio in emphyteuſi, alienans non cadit in cōmiſſum, quia lex ab extraneo cogitaſſe videtur, l. voluntas. C. de fideicommiſſ. & ibi Gui. de Suza. l. cùm pater. §. quindecim. de leg. 3. & ibi Bar. & eſt expreſſum de prohib. alie. feud. c. imperialem. §. præterea. ad hæc, quia cùm emphyteutę conditio non mutetur. ceſſat intereſſe eccleſiæ, C. de imponen. lucr. deſcrip. l. 1. lib. 10.

Item quia alienatur in recognoſcentem dominum in dominū, ſcilicet in pariter emphyteutam. Et hoc tenet Io. And. in addi. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſic. 72. Bar. firmat in l. cum hi. §. ſi verum. ff. de tranſact. & l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig. in 10. q. in l. & ideo. vbi Guil. de Cun. & Bar. ff. de condictione furti. hoc iuuat, quia non apparet hìc ex inſtrumento rem traditam: ergo non fuit perfecta alienatio, ff. de pact. l. traditionibus. ad hæc quod ſcribit Specu. tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 95. Sed poſito, quòd ceciderit, dic vt dicitur ſupra in tertio proximo conſilio, quod nu. 34. incipit; De iure abſque longa allegatione.

ADDITIO.

a *O*PPOSITVM] *Barto. Paul. in l. cum hi. § ſi minus. ff. de tranſ. in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 10 ff. de uerb. obl. & ibi Iaſ. col. pen. Rip. nu. 86. cum ſeq. Cald. conſi. 12. de feud. Saly. in l. ea lege. col. pen. uerſi. quaro circa idem. C. de cond. ob cau. Lance. Dec. in l. legatarius. in fi. prin. ff. de leg. 1. Iaſ in l. uolūtas. C. de fideic. Marſ ſing. 28. Emphyteuta. Bertr. conſi. 188. Viſo caſu. lib. 2. dixi Milicloq. 98. ubi ſequor pulcram diſt. Alex. in d. l. ſi domus. in fi. Vide Dec. conſ. 263. in fi. ubi allegat hoc But. cōſ. Goz. cō. 20. n. 9. Cla. in §. emphyteuſis, q. 14.*

S V M M A R I V M.

1 *Filia filij an & à quo repetere debet dotem per patrem et filium conſumptam, partim in feſto nuptiali filiæ, partim in ſtudio filij.*

2 *Filius an ſuis proprijs vel patris expenſis ſtudere debeat.*

3 *Pater an de ſuo debeat facere filio expenſas nuptiales.*

4 *Ornamenta per ſponſum vel patrem tranſmiſſa ſponſæ, an ſoluto matrimonio repeti poſſint.*

5 *Donandi vel non donandi animus ex pluribus coniecturatur.*

Conſilium. XXXVIII.

1 QVIA maior pars quæſitorum dubitatione caret, † reſpondebo ſuccinctè abſque allegationum conflictu, ſi vera ſunt, quæ proponuntur, quòd tota dos peruenerit ad Iacob. vel in ſtudio vel in feſto nuptiali, planè vxorem, inquantum & pro quota eſt hæres, repelli ex petitione dotis ab Antonio patre deſcripta in teſtamento, vt cum reo debendi: quia quod petit vxor Iacobi, reſtitura eſſet vt heres Iacobi, vel mandati, vel pro ſocio: prout præſente vel abſente Iacobo interceſſiſſe cenſetur Antonius quò ad Iacobum correuur, ex cauſa non lucratiua inuicem fideiubere videantur pro tota & rata, quæ peruenit ad correum, vt notatur in l. vir vxor. & in l. Iulia. ff. ad velleia. per Bart. plenè in l. reos. ff. de duobus reis. Et tangitur in l. 1. C. de duobus reis. quicquid ibi ſenſerit Cynus. mulieri ergo agenti pro rata, qua hęres eſt, obſtat exceptio dolo facis. ff. de excep. doli. l. dolo. quinimò conuentus a creditore poſſet opponere exceptionem excuſſionis correi, ad quem peruenit pecunia: & conſequenter contra vxorem, inquantum hęres eſt, l. vnde quæritur. ff. commoda. & ſcribit Bartol. in l. duobus. §. 1. de duobus reis. in 7. q. Ei ergo agenti obſtat exceptio.

Non obſtat ſi dicatur, patrem ex auo, qui iam nupſerat, ad ſtudium obligati ad manutenendum filium in ſtudio: quia hoc non eſt verum, vt notatur in §. nec caſtrenſe. l. 1. ff. de collatio. bonorum. vbi
2 hæc concludit Barto. in vltima quęſtione. † Item ex quo habet aliunde bona filius, pater potius de bonis filij quàm proprii expenſam facere cenſetur, maximè quando pecunia peruenit ad eum occaſione filij, quæ in ſpecie cauſa ſtudij conſumpta eſt, ff. de nego. geſt. l. Neſennius, & quod ibi notatur. & nota. in l. 1. alleg. §. nec caſtrenſe, per Bar.

3 Non obſtat etiam, † quòd pater fecerit expenſas nuptiales, quas facere debet de ſuo: quia hoc etiam negatur, quia nullibi cantum reperitur: imò contrarium apparet in l. §. fi. ff. de muneri. & honori. & ſcribit Bart. in d. §. nec caſtrenſe.

Nec obſtat l. fi. C. de dot. promiſ. quia ibi in dote, & donatione propter nup. non in feſto nuptiali, abſque quo poteſt eſſe matrimonium.

4 † Ad ſecundum quæſitum de gulanda & Franzabeli, vt proponitur, donatio fuit talium: & in hoc conſtat, quod donare voluerit, hæc ſpectant ad mulierem. l. cum te. & l. ſi mater. C. de donat. ante nup.

Non obſtat quod ſcribit Barto. in l. ſi plures §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. quia loquitur in donatione iam contracto matrimonio. In dubio autem data videntur, ſi non conſtat, quòd donare volue-
a rit, vt ornatior [a] veniat ad virum. ff. commo. l. ſi vt certo. §. interdum. & ibi Bar. vnde commodata poſſunt per patrē repeti. quinimò & à patre repeti poſſent talia ornamenta, etiam data in feſto nuptiali, l. mortis ſuæ cauſa. §. fi. ff. de donat inter vir. & vxo. & l. id veſtimentum. C. de pecu. & ſcribit hoc Barto. in d. §. nec caſtrenſe.

Ad tertium dubium, inofficioſum non poteſt dici teſtamentum, ex quo proponuntur filii inſtituti in aliqua parte. Sed agere poteſt auus vt legitimus adminiſtrator filiorum, ſi ſunt nati ante emancipationem: quia reincidunt in poteſtatem aui, ad ſupplementum legitimæ, vt l. ſancimus. & l. omnino. C. de inofficio. teſtam. l. 1. C. de bonis maternis. l. cū oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liberis. l. liberum. ff. de adop. ſecus ſi poſt emancipationem ſint concepti, ff. de adoptioni. l. quem filius. ff. ſi tab. teſtam. nullæ exta. l. ſi quis ex cis. in fi. principij.

b Ad quartum b dubium, quanquàm varia ſcribāt gloſſ. & doc. in l. quæ pater. famil. ercife. & in l. filiæ licet in ſacris. C. de collatio. vbi Cyn. Multi tamen dixerunt, talia non videri donata, ſed quicquid ſit de hoc, de quo etiam plenè per Bart. in dicto §. nec caſtrenſe. puto nos eſſe extra dubia illorum, quorū dicta procedunt, quando conſtat vel præſumitur patrem donaſſe vel donare voluiſſe: quia an cedat talis donatio in peculium aduentitium, vel caſtrenſe, vel quaſi, vel profectitium, an in ſimplicem donationem, quæ nulla eſt inter patrem & filium, procedunt dubia prædicta.

5 † Sed hìc ex pluribus coniecturamus non donandi animum: & primò ex exceſſu quantitatis: quia non eſt verisimile, patrem tantam voluiſſe inæqualitatem inter filios, quos æquè veriſimiliter diligit: imò (vt docet experientia) plus minores quàm maiores.

Secundò ex eo, quia ad rationem intulit impenſarum, & deſcripſit ad codicem rationum, ff. de neg. geſt. l. Neſennius Apollinaris.

Tertiò, quia licèt poſtea viuens pater in teſtamento declarauit in talibus, qualis fuerit animus, cui ſoli ſibi credendum eſt, cum de eius exquiratur conſcientia.

Sed ſi dicatur, declaratio hęc expoſt facto iure iā filio quæſito non nocet filio. Dico non eſſe quæſitum firmiter, ſed dubium eſt, ad quod tex. in l. vxorem. §. fi. ff. de leg. 3. qui incipit, filius qui. ad hoc eſt bonus tex. & ibi Bar.

Item ſi hoc factum fuiſſet ante doctoratum, cùm ſecundum opinionem Bart. non tranſiuiſſet in caſtrenſe vel quaſi peculia, & conſequenter potuiſſet reuocari, vt dicit in dicto §. nec caſtrenſe. & in dicta l. filiæfami.

Item communiter in ſtudio pater non emit nomine filii libros, ſed mittit pecuniam, & filius emit: ita quòd deuentum eſt ad traditionem, quo caſu adhuc ceſſat coniectura donandi, quia tunc donare pręſumitur, quando primò nomine filii emit, ſecundò tradit: ſecus ſi ſimpliciter tradit, quia potiùs in peculium tradere cenſetur, vt notatur in dicto §. nec caſtrenſe.

Et ſi dicatur, cauſa ſtudii, quę tendit in finem militię vel quaſi militiæ, coniecturat animum donandi. Dico, illatio ad codicem expenſarum hanc tollit pręſumptionem & quantitatem exceſſus, vt eſt dictum.

Ad vltimum dubium, ſi alia non ſubeſt probatio vel præſumptio, quòd fuerit ex quaſi caſtrenſi peculio, ſed ſolum ſit fundamentum ſuper ſola cōfeſſione, non ſufficeret, per l. caſtrenſe. & in l. ſi forte ff. de caſtrenſ. peculio. & quod notatur C. de colla. l. ſi donatione. & quia confeſſioni ad commodū aliàs incapacis non ſtatur, quia pręſumitur fictè facta, vt ibi; & l. cum quis decedens. §. Titia. de legat. 3.

ADDI-

ADDITIONES.

a ORNATIOR] *Ang.conſi.339. Cagnol.in l. contractus. nu.35.ff.de reg.iu.Corn.conſi.65.lib.3.Ale.conſi.155.nu. 10.lib.7.Bar.in l.pen.§.1.num.5.ff.ſol mat.Corn.conſi.81.lib. 3.Bertr.conſil.24.nu.8.lib.1.in 2.par.conſil.208.num.2.lib.5. in 2.par.Soc.Iun.conſil.134.nume.40.lib.1. Corn. conſil.114. libro 4.*

b AD QVARTVM] *Refert & ſequitur in hoc dubio Butri.Dec.in l.ſi donatione.num.40.C.de coll.habes de hoc plenum conſil.Aym.num.125.*

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum qua de cauſa dicatur augmentanda, vel qualiter ſit numeranda.*

2 *Dos quo iure veniat expetenda & capienda.*

3 *Statuto dictante vt fœminæ non ſuccedant ab inteſtato, ſed tantum dotentur, an moriente patre relictis filijs maſculis & filiabus, an in numero filiorum computabuntur filiæ in detractionem ſemiſſis aut trientis.*

Conſilium XXXIX.

a IN a quæſtione iſta, varia ſunt ſcripta ſcribentium, & conſulta conſulentium, & pridiè pro hoc requiſitus, vt ſcriberem, deſtiti, quia nihil mihi dabatur otij.

1 † Præmitto regulam antiquam, quæ eſt, quòd ad inſtar ſucceſſoris inteſtati menſurabatur legitima in quantitate & quotitate, & erat quarta, l.Papinianus.§. quoniam autem. de inofficio.teſtam.C.eodem l.eum quæritur.& l. parentib. & l.qui nuper.Inſti.de inofficio teſtam.§.fi.de trien. & ſemiſ.§.1.col.4 Ius autem ſupradicti § 1.de trien. & ſemiſ.in modo menſurandi legitimam nihil immutat, ſed ſe habet ad antiquum ius quartam tantummodo augmentando in numero quatuor filiorum, aut in dando trientem in numero quinque, vel vltra dando ſemiſſem: ex quo dicendum, quòd idem eſt, quòd ad inſtar ſucceſſionis inteſtati, circa quartam vel infra dare tertiam eius, quod habiturus foret ab inteſtato, & quinque vel vltra cuique dare dimidium eius, quod habiturus fuiſſet ab inteſtato.

Secundò præmitto fundamentum cauſę alterationis quotitatis legitimæ ex diuerſitate numeri liberorum: non enim adeo longum, quin inſenſibile fiat, ſi inter plures diuidatur, & ne pauperes ſint ſibi ex plurium concurſu, qui iuuante parte idonei extiterunt, verba ad literam tex. ſunt ibi in dicto §. 1. quod declarat & ibi gloſſ.in, verbo, octuncium, ex quo ſumo pro regula ex vna ratione literæ, quòd cauſa augmenti de quatuor & infra quatuor eſt efficax plurium quatuor concurſus ad legitimam; quæ ſi in quinque vel vltra eſſet, ex quo diuiſa tries per ſingulos propter plurium concurſus ad minimum reduceretur; ne hoc ergo contingat, auget ad ſemiſſem; concurſus ergo inefficax liberorum, quia totum non habuit legitimam pro eo toto aut pro ea rata, quia deficit cauſa augmentandi in eo toto, aut in ea rata, deficere debet ſemis augmentum per locum a cauſa deficiente, & totius ad partem.

Nunc autem videndum eſt ſtatutum, & ſi excludat quintam & ſextam fęminam. quę fœminæ ſunt in numero liberorum in caſu noſtro attenta ſucceſſione inteſtati. Illa pars eſt vera, quia hęc nihil habeat legitimę, in nihil concurrunt efficaciter cum filiis ad legitimam: quia nihil diminuunt, nihil & augent quotitatis: non enim computantur in numero, quæ ſunt ſteriles illo reſpectu, quo numerus cōſideratur, de electio. clement. quod circa. & quia pro mortuis habentur, vt in iuribus vulgarib. & tunc pro quatuor non ſterilib. portio determinaretur, ſi ſic foret triens. Si quid vero habent ſucceſſionis inteſtati ex ſtatuto, quia neceſſariò vbi confuſam habent legitimam, tūc ſi minuta eſt in aliquo. quia in toto non concurrunt cum quatuor, ſi concurrunt non augent, & quantum minus detrahunt, tantum eſt de ſemiſſe detrahendum, & corpori hæreditatis applicandum.

Difficultas ergo dubij huius dependet à pręſeruatione dotis, quam facit ſtatutum, quo iure præſeruetur, an totum vt legitima, an totum vt ſucceſſio inteſtati in ea confuſa legitima: an totum vt prius patrimonium collatum a ſtatuto ſeparatum a legitima & ſucceſſione inteſtati.

2 † Et ab iſto riuulo ſurgunt vacillationes & varietates conſiliorum hinc & inde coniecturantium, dotem capi non iure inteſtati, non iure legitimæ, ſed vt proprium quoddam extrinſecum patrimonium: tum quia non defertur vt quota hæreditatis, quod proprium eſt ſucceſſionis inteſtati & legitimæ: tum quia dos eſt proprium patrimonium ab hæreditate alienum, quod ex hęreditate debetur, vt l.vnica.§.videamus. de rei vxo. actio. ad quod l. pater. ad legem falcidiam. de collat.dot.l.fi. quod ſatis colorem habere videtur in dote patre viuēte, quia habet conſolidationis ius in filiam de iure etiam fouente ſtatuto, & per prius a iure: vnde ſucceſſionis iure capere non videtur cùm capiat a principio cautato in vita morte ſolidato.

Nec obſtat, quod computet in legitimam: quia hęc fauore teſtamenti, ne rumpatur: quoniam dę illius agitur ruptura, l.quoniam nouella, ad finem. C.de inofficioſo teſtamento. Alij quod totam dotem capiunt loco legitimæ, quibus fauent dicta Cyni in l.ſancimus.C.de nupt.& Bartol.in l. Titio.§. Titio genero ff.de cond.& demon. Alij, quòd totum, vt ſucceſſionem capiunt inteſtati, in qua cōfuſa eſt legitima, & hoc aliàs conſului.

3 † Nunc autem maturius ætate operante hoc videndum.

Aduertendum eſt, quòd ſtatutum duos caſus declarat. Primò, de dote data in vita a defuncto: ſecundò de danda: & in vtroque vniuerſaliter eos excludit à ſucceſſione inteſtati, ibi, nulla mulier poſſit ab inteſtato ſuccedere, & ibi, nihil de bonis ipſius, de cuius hęreditate ageretur, ab inteſtato &c.

Si ſtatutum excludat eos ex toto a ſucceſſione inteſtati & præſeruat dotes, alio præſeruat iure, quaſi ſucceſſionis inteſtati hoc ſeruat: quia dos conſolidata non capitur iure ſucceſſionis inteſtati. Sed quia diuideretur, & non diuiditur, ſed confertur etiam de iure, ergo alio iure capit, vt de collatio.dot. per totum, l.vt liberis.& l.filiæ.C. de collatio. Si aliquo reſpectu capiat illam in bonis patris & iure legitimæ, facit, quia in ea poteſt inſtitui: & vt inſtituta in prouenientibus a patre non rumpit teſtamentum, vt non in aliquo inſtituta, vt notatur in l. 3. §. ſed verum.ff.de mino. & notatur in l. quoniam nouella. quia & illam computat in quartam, puto in

dote

dote danda poſt mortem eius, de cuius bonis agitur, totam deberi ex teſtamento iure inteſtati, & in eam fore confuſam legitimam: quia eam excludendo à ſucceſſione inteſtati præſeruat dotem: ergo exceptio dotis fit à via, à qua excluditur, ne exceptio diuerſa ſit à materia à qua fit exceptio: & quia ex quo antiqua via corrigitur, in eo, quod nõ mutatur remanet; & præſeruatum potius attrahi debet ad antiquam cauſam, quam ad nouam, & potius illam ſapere naturã, ff. de fideiuſſor. l. tutor. & quia res facilius attrahitur ad antiquam naturã, vt l. ſi vnus. ff. de pact. nec totum credo habere, vt legitimam, cùm non a legitima tantum, ſed a ſucceſſione excludat: & quia hic tota eſt ſucceſſio inteſtati: ergo non eſt legitima, quæ ab illo deriuatur & menſuratur, vt dixi, & in minus ſe habet.

De dotata autẽ in vita magis eſt hęſitandum, quia illud habet ius conſolidati iuris: & licèt de iure capiat, vt de bonis defuncti in actu mortis, non capit illud iure ſucceſſionis inteſtati ex diſpoſitione iuris. Nec hic in dubio corrigit ſtatutum, ſed credo, quòd addat, vt in loco ſucceſſionis, à quo filiam excludit, ſurrogetur dos data cum iure conſolidationis: & ſic nõ ſit ꝓpria inteſtati ſucceſſio, & loco ſucceſſionis inteſtati, in quo confuſa eſt legitima.

Ad propoſitum ergo concludo, dotem quòad mulieres fore ſucceſſionem inteſtati, & dimidium dotis fore legitimam, quæ in eis debet eſſe dimidia: quia ſunt de numero vltra quatuor: nec refert, quòd omnia capiant per modum quotæ: quia quicquid capiunt, ſurrogatur loco ſucceſſionis inteſtati, etiã ſi minimum tantum caperent, & ſufficit quotitatem fore reducibilem quò ad quotas: aut ergo ambæ mulieres vltra quatuor in duabus dimidijs dotium tantum habẽt, quod aſcendat ad ratam quintæ ſemiſſis totius hęredita. & hę ſaltem duæ pro vno filio vltra quatuor concurrunt: totum ergo eſt legitima. Vnde maſculi habere debent de corpore hęreditatis quatuor partes ſemiſſis, vel reliquam quintam habuerunt ſorores, aut dimidiæ dotium mulierum non aſcendunt ad quintam ſemiſſis: & pro ea rata, qua non concurrunt, pro ea non augẽt, quia ceſſat augmenti cauſa ex ratione literæ.

Diuidatur (exempli gratia) tota hęreditas in quadraginta vncias, ſemiſ. eſt 20. De 20. diuidendo inter quinque, ponendo ambas filias pro vno, quatuor vnciæ attribuentur cuique. Pone, quòd medietas dotium filiarum aſcendat ad duas tantum, iſtæ concurrendo cum filijs non diminuunt ſemiſſem pro rata duarum, & in illis ſteriles ſunt: non impugnant, ergo de toto illo cumulo maſculorum detrahuntur duę vnciæ, detrahendo pro rata cuiuſlibet portionis, & duæ iſtæ applicentur hæreditati reſtituendæ, reliquum, quod remanet, eſt filiorum legitima: & ſic ſatisfit menti legis & ſtatuti.

Non obſtat, ſi dicatur, in fauorem filiorum excluduntur fœminæ, non retorquendum: ergo ad lęſionem vel diminutionem legitimę filiorum: quia hoc fit ex neceſſaria conſequentia geſti in fauorem filiorum: quia ſi cauſa augmenti eſt concurſus nõ ſterilis filiarum, eo ceſſante ceſſat augmentum ad ratam: quando enim ex conſequentia & connexitate fauoris ſequitur odium fauore introductum, nõ debet retorqueri ad odium, vt notatur in regula, quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. & l. quod fauore. C. de legib.

Hæc vera, quando legitimæ diminutio cõtingit circa quintum filium, vel etiam totalis excluſio, vel tantæ non ſunt portiones illorum, qui ſunt vltra quatuor, quod aſcendunt ad quintum ſemiſſem. Sed ſi contigerit diminutione excluſio ſexti vel ſeptimi vel octaui, remanente quinto integro, non minueret ſemiſſem ſtante quinto integro: quia per integrum non ſterilem habemus numerum à lege caſſatum, vt dicit gloſſ. quæ notabiliter hoc decidit in Auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. in verbo, octuntium, & idem ſi tot ſupereſſent vltra quatuor, qui etiam ad minimas admitterentur, quibus coaceruatis occurrerent ad partem quintæ ſemiſſis: quia ſemper viuit ratio Authen. de trien. & ſemiſ. Et hęc ſufficiant. Laus Chriſto ſit.

Ita videtur mihi Antonio de Butrio vtriuſque iuris Doctori.

ADDITIO.

a [INQVISITIONE] *Refert & ſequitur hoc conſi. Iaſ. in l. planè. §. ſi duobus. in fi. poſt nu. 19. ff. de leg. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an per ſtatutum laicorum poſſit aſtringi.*

Statutum reſtringitur ad metas poteſtatis ſtatuentium.

2 *Iudex eccleſiaſticus an poſſit laicos ſtatuentes compellere ad declarandum eorum ſtatutã nõ comprehendere eccleſiam.*

3 *Priuilegia eccleſiaſtica an ſe extendant ad rectores hoſpitalium.*

Conſilium XL.

STATVTO *Ciuitatis Populi a iure laicali firmato cauetur, quòd de quibuſcunque pijs legatis atque fideicommiſsis alicui perſonæ uel loco pro anima relictis, & de quibuſcunque hæreditatibus alicui perſonæ uel loco pio pro anima delatis ſoluantur fabricæ alicuius eccleſiæ ſolidi duo Bononien. pro libra monetæ quaelibet cuiuslibet legati facti & fideicõmiſsi & ualoris cuiuslibet hæreditatis ſic delatæ, & intelligatur eſſe pro anima relictũ, ubi non relinquatur uel legatur alicui attinenti teſtatoris uel taliter legantis. Quęritur, an ex hac debeantur dictæ fabricæ dicti duo ſolidi pro libra in caſu præſenti, uel non.*

1 NVLLA † eſt dubitatio, quòd ſtatutum non adſtringit eccleſiam, 96. diſtinctio. c. bene quidem. de conſtitut. c. quæ in eccleſiarum. & c. eccleſia. de rebus eccleſiæ non alienandis. c. ſi. de immunitate eccleſiarum. per totum. Et ſi nõ adſtringeret ſtatutum in ſpecię, nec in genere ad eccleſiam extenditur: quia ſtatutum reſtringitur ad metas poteſtatis ſtatuentis, vt c. à nobis, de ſentent. excommunica. c. vt animarum, §. ſtatuto. de conſtit. lib. 6. quicquid ſenſerit Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate & fide catholica. qui etiam in tali caſu decidit pro hac parte, cum detrahendum de relictis ſit circa ea, in quibus eccleſia priuilegiata eſt: & ſit eius immunitatẽ violare. Et ſic concludit Ioan. Andre. etiam in ſtatuto in genere loquente, de immunitate eccleſiarum. c. fi. lib.

2 6. † Quinimò compellere poſſet iudex eccleſiaſticus

eus laicos ad declarandum ſtatuta non compræhē
dere eccleſiam, vt ibi notatur. Idem concludit ſolē-
niter Lapus ſua allegatione 21. Federicus de Senis
ſuo conſi. 77. ad hoc quod no. Io. Mona. de conſtit.
c. vt animarum, per quæ patet. hoſpitalia, ſi habent
eccleſiam, non ligari, quinimò nec hoſpitalia non
habentia eccleſiam, dum tamen ſint publica & au-
ctoritate Epiſcopi conſtituta: quia ſunt ſub pote-
ſtate Epiſcopi, in Auth. de ſanctiſſi. epiſcop. §. œco-
nomos. collatio. 9. & exempta vt eccleſia a poteſta
te ſeculari, de religioſis domib. c. de Xenodochijs.
& gaudent eccleſiaſticis priuilegijs, in auth. hoc ius
porrectum. C. de ſacroſanct. eccle. 10. q. 2. c. hoc ius.
ad hoc clemen. quia contingit. de religioſis domi-
bus, quod notat Innocen. de donatio. c. inter dile-
ctos. ad hoc quod notat Hoſt. in ſumma, de regula
ribus. §. 1. verſic. quid de ruſticis Hinc eſt, quòd talia
hoſpitalia gaudent immunitate eccleſiaſtica, vt no
tatur de cenſi. c. auctoritate. Hinc eſt, quòd Lapus
tenuit in hoſpitalibus non eſſe locum miſſioni ſi-
cut in eccleſijs. ad hoc quod notat Guil. in Spec. de
3 ſtatu mona. verſi. 36. vbi † dicit, rectores etiam ho-
ſpitalium de auctoritate etiam Epiſcopi conſtituto
rum gaudere priuilegijs eccleſiaſticis: imò etiam
priuilegijs canonis, ſi quis ſuadente: dummodo ha
bitum mutauerint ſecularem. ad hoc quod notat
Guil. in Spec. in tit. de ſtatu mona. §. 1. verſi. quid ſi
reſtitutus. Hinc eſt, quòd loca pia gaudent in eccle
ſia priuilegijs eccleſiaſticis quo ad reſtitutionem in
integrum, vt notatur in c. 2. de reſtitutione in inte-
grum. lib. 6. per Io. And. Talia enim æquiparantur,
de teſta. c. requiſiſti. de conſuet. c. 2. Hæc confirmat
ſolennis aduocatus dominus Lapus de Caſtillio-
no in ſuo tractu hoſpitalium, in 11. & 12. quæſtio-
nibus.

Ex quibus concludo, talium hoſpitalium ſtatu-
ta non extendi ad eccleſiam vel hoſpitale publicū,
vt ſupra dixi: & ſi ſecus per abuſum ſeruatum exti-
tit ab eccleſia, caſſanda eſt conſuetudo, cui Domi-
nus hodie ciuitatis Bononien. regiminis antiquū
reintegrauit exercitium ad talia corrigenda, de cō-
ſuetu. c. 1. de conſtit. cap. quæ in eccleſiarum, & cap.
cum inter.

Nec obſtat, quòd hoc deputetur vſui etiam pio:
quia non eſt altare diſcooperiendum ad alterum
veſtiendum. Et quia quantuncunque hoc vtile fo-
ret eccleſiæ ſtatutum, non aſtringit eccleſiam, vt di
cto c. eccleſia. & dicto c. bene quidem. & notatur de
iudic. c. nouit. de ſolu. c. fi. 10. diſtinctio. c. lege, cum
ſimilibus.

Sic mihi Anton. de Butr. vtriuſque iuris Doctori
viſum eſt.

Conſilium XLI.

SATIS puto, etiā dato, quòd eſſet
valida confeſſio, clericum, ſi aliter
non renuntiauit, haberet exceptio-
nem excuſſionis principalis, ad quē
a peruenit pecunia: licèt principaliter [a]
ſe obligauerit, per notata in l. reos.
& in l. in duobus. §. 1.

Item vt miles habeat priuilegium, ne conuenia-
tur, niſi in quantum facere poteſt, ſi nihil appareat,
per quod ille renuntiaſſe cenſeatur, cui forte renun
tiare non poſſet: quia in fauorem priuilegii & or-
dinis clericalis, de foro compe. c. ſi diligenti. quod
non decido, quia de hoc non quæritur.

Item quia hic capi non poteſt pro debito merè
ciuili, vt bene eſt ſuperius allegatum. Ideo ſub-
ſcripſi.

Ego Anto. de But. V. I. D.

ADDITIO.

a PRINCIPALITER] *Quando plures ab initio æquè principaliter contrahunt, & ſe obligant in ſolidum, & creditor eorum fidem in ſolidum ſequitur, & tunc reſpectu creditoris nullo modo ſunt fideiuſſores, ſed omnes principales, etiā ſi conſtet, quòd ad vnum tantum pecunia peruenit, vt pulchrè Paul. in l. ſed Iulianus. ff. ad Maced. reprobata opinione Guil. de Cun. ibi, idem Rom. conſi. 114. Habent tamen ex noua conſtitutione beneficium diuiſionis, ſi omnes, uel plures ſint præſentes & ſoluendo, auth. hoc ita. C. de duo. reis. Aut uerò primò contrahitur cum uno in totum, deinde accedit alius, qui ſe etiam obligat, & hic eſt uerus fideiuſſor, ex quo non interceſſit animo nouandi, & habet beneficium ordinis, auth. præſente. C. de fideiuſſ. Etiam ſi ſe principalem debitorem conſtituerit, ut ibi tenet Accurſ. & bene, idem Bald. conſi. 198. nu. 7. lib. 1. Capel Toloſ. deciſio. 8. Curt Sen. conſi. 6. licèt aliter teneat Alex. conſil. 116. in fi. lib. 6 conſi. 29. nu. 36. lib. 7. ſed male, ut ibi animaduertit Moder. Apoſtil. Et ſic iſte poſtea etiam in eodem inſtrumento accedens habet beneficium ordinis, & ſi plures taliter accedunt, habent etiam inter ſe beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adriani, niſi his beneficijs renuntiauerint. Et ita aliàs in cauſa quadam ardua conſului, ut patet in conſil. 28. incip. Res maximi ponderis.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quo diſtributiones eccleſiarum clericis ſtudentibus debitæ reducantur in quotidianas diſtributiones in præiudicium ſtudentium priuilegiatorum, an ſit validum.*

2 *Fraus ſtatuentium ex pluribus concludi poteſt in materia præiudiciali.*

3 *Scientia clericorum publicam vtilitatem eccleſiæ conſeruat, cuius repulſio & carentia maxima cauſat incommoda.*

4 *Statutum quibus de cauſis dicatur reuocatorium.*

Conſilium XLII.

VISIS puncto & quęſitis prędictis,
quęſtio iſta reducit ad duo dubia
tantum. Primum eſt ſuper validi-
tate ſtatuti. Secundum ſuper eius
1 non vſu. † Circa primum dubium
facit, quia ſuppoſita ſcientia priuile
gii Apoſtolici, quo ſtudentibus datur integra redi-
tuum beneficiorum perceptio, fructus redacti ſunt
ad quotidianas diſtributiones. Nam videtur hoc
ſolo ſtatutum non impediri, quia cum ſtatuant in
ordine poteſtatis, quæ ligata non proponitur ex ali
quo decreto in priuilegio appoſita, valet quod agit,
quanquam priuilegio præiudicium conferri con-
tingat, de præben. c. dilectus. & c. inter cętera. cum ſi
milibus maxime quia omnem fraudem excludere
a videtur fauor augmenti cultus diuini, [a] in quem ſta
tuti mens ordinatur.

Con-

Contrarinm puto verum de iure quia fraude ſuppoſita nõ debet eſſe in poteſtate inferioris vires priuilegii abſoluere vel eludere,de renun.c.2. lib.6. de priuilegijs.cap. quanto,cum materia. Hinc eſt, ꝙ fraudulenta ſumptio beneficii in fraudem iuris expectantis non præiudicat expectanti,vt not. glo. de reſcrip.c.literas.In verbo,ſtatuimus.verſic.nec ponderamus.

Item ex hoc aperta eſſet via ad fraudanda & enauanda priuilegia ſtudii contra Papę intentum: facilè enim foret ex ſtatutis omnes reditus reducere ad quotidianas diſtributiones. Talibus autem figmentis via excludenda eſt,de diuor.c.quãto. † fraus
2 autem ex plurib.concluditur,quæ indicijs probaẽ, l.dolum.C.de dolo.

Primò, ex nouitate ſtatuti contra antiquam eccleſiæ conſuetudinem, non apparente cauſa noua euidenti, contra quam iura præſumunt,& in rebus nouis agendis &c.ff. de conſtit. princip.l. fi. ad hoc de conſti.c.cum omnes.ca.cum acceſſiſſent.& cap. cum M.

Secundò, ex modica perſeuerantia ſtatuti: ſæpe enim ex his, quæ in breui ſecuta ſunt, in præterito præſummus,31 q.1.c.ſi q.5.l.diſt.c.ſi qua fœmina. de elec.c.officij.l.uetitus.§.eorum.ff.de priuil. cred.34. q.1.c.1.C.de adul.ſi qui.in Auth.de reſt.& ea quæ pa rit.§.vnum quidem.cum ſim.

Tertiò,quia(vt proponitur verbo) canonici non vtuntur ſtatutis, niſi quando ſunt ſtudentes actu in eccleſia,ex quo colligitur aperta cauſa ſtatuti,quanquam alia fingatur,hoc totum erit in necem priuilegij Papæ & eius vſus.

Quarto, colligitur fraus, eo quòd reditus, quos deputant ad quotidianas diſtributiones inter ſe diuidendas,capitulo principaliter ſtatuente,& ſic ſub velamine augmẽti cultus diuini, propriam nutriũt & priuatam vtilitatem,de conſt.c.cum omnes,& c. ex parte.quod & forte ceſſante fraude facere non poterant: quia cùm ex hoc reditus alijs auferant ſtatuendo,etiam cauſa ſubſiſtente,ad commodum proprium conſentire non poſſunt, etiam authorizanti in proprio negotio,vt in clemen.ſi vna.de rebus eccle.non alienandis, ad hoc quod notatur de conſtit.c.cum acceſſiſſent.& quod not.Io. Andr.in additio. Spec.in tit. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli,vbi declarat clem.illam.

Quintò,fraus colligitur,eo quòd data ſciẽtia ſtatuti excitati ſunt in ſtatuendo: ſcientia enim facit pſumere fraudem pendente iure,in cuius necem aliquid agitur,de præben.c.meminimus.& ca.ſuggeſtum.de reſtit.ſpoliato.c.audita. de reſcrip. c. conſtitutus.cum ſim.

Sextò,pręſumitur ex non modica redituum deputatione ad quotidianas diſtributiones contra cõmunem ſtylum eccleſiarum, maximè pendente alterius iure,cui præiudicatur in priuilegio Papæ:nã ſi debitor non modica alienat pendentibus creditoribus,in fraudem factum præſumitur, ff.de his quę in frau. credito.l. Lucius. & dicit lex,ꝙ ſi filius,cui legata eſt optio 20. creditorum, cui patris teſtantis conceſſa eſt bonorum adminiſtratio in vita, magna partem bonorum patris contra ſolitam patris cõſuetudinem reduxerit ad credita, pręſumitur in fraudem feciſſe,vt ſuum ampliet legatum, vt eſt caſus,qui hanc quæſtionem decidere videtur in l. nomen.§.filio.ff.de leg.3. quinimo ſola pendentia priuilegij,cui derogatur, in fraudem pręſumitur, ſic pendentibus creditoribus dictis augmẽtum in fraudem præſumitur,in Authen.de æquali.dot.§. aliud quoque.colla.7.ſic pendentibus filiis dos & donatio in quantum in debito derogat filiis in fraudem præſumitur,C. de inoffic. donatio.per totum, & in venditione bonorum,de teſtam.c. Raynaldus. notatur in l.Titia.§.Imperator.de leg.2. Sic in alienatione facta à liberto viuẽte debito patrono, l.ſi.ſi quid in fraudem patro.

Nec dicatur, fraudem excludi ob augmentum diuini cultus: quia talia præſumuntur ſimulata, ex quo illi annexa eſt prima vtilitas, & tertij præiudicium, quod alia via excludi facile non poſſet aliter quàm ſtatuendo: ſic maximè autem apparet altero capite vtilitatem publicam excludi, quia ſciẽ-
b tiam [b] repellunt: adeo ergo repellendi & a iudicantibus in ſtatuto læſo. Dei ſcientiam enim a te repuliſti &c.

3 † In ſcientia enim clericorum publica vtilitas eccleſię vertitur, quibus permaximè noſcitur indigere, & ex repulſione eius grauiſſima damna ac animarum pericula proueniunt,de elec. capit, eum ex eo.lib.6. & hoc in euidenti illo dubio & contra antiquum ſtatutum, non data euidenti neceſſitate. cum ergo nulla euidens datur alia noua neceſſitas ſic nouiter ſtatuendo, ſtante pendentia priuilegii, cui quò ad verba ſeruatur, ex toto vel magna parte mente euacuata, hoc ſtatuere non fundatur ſuper neceſſitate eccleſiæ. Si color datur augmentãdi cultus diuini,eorum vtilitas priuata nutritur, & vtinã non quædam latens inuidia, vt ad quod ſe viles reddere volũt, aut non poſſunt,impatienter ferãt alios ad ſcientiæ donum peruenire, ne ſibi detrahatur alterius dono ſcientiæ, quod vitium & leges damnant,vt §.lege fuſia.Inſtit.de leg.fu.ca.tol. per totũ. ad hoc dictum Hoſtien. de cleri. non reſidentibus. vbi concludit, quòd contra antiqnam conſuetudinem ſtatutum factum ad excluſionem non reſidẽtium non valet, quanquàm nutrire publicam videatur vtilitatem,in quantum applicantur reditus ad proprios vſus,& ſic adeſt mixtura priuatæ vtilitatis,ad quod text.de conſti.c.cum omnes.& quod ibi not.Satis ergo eſt de primo.

4 † Ex his concluditur ad ſecundum,quòd etiam data validitate ſtatuti,illud reuocandum foret, inquãtum detrahit publicæ vtilitati ſtudentium. Inquantum verò detrahit ſuperioris poteſtati, inquantum etiam priuatam nutrit vtilitatem,inquantum non apparet noua vtilitas, ſtatutum contra antiquam conſtitutionem ſeu conſuetudinem faciendi, inquantum tot præſumptionibus fraudis lęditur & Anglię conſtituitur; ex quibus apparet cauſa, ꝙ ex toto vtile eſt eccleſiæ vel ſaltem indifferens: quia & ſi in vna parte nutrire videatur, in alia deſtruit, nõ vſu tolli poteſt,etiam nulla alia expectata præſumptione præſcriptà.Inno.in c.accedentibus. de priuileg.de conſti.c.cum acceſſiſſent.per Cy.in l.falſo.de diuerſis reſcriptis, & quòd non ex toto publicam nutriant,declarat non.vſus ſtatuti.

Item ſaltem inquantum ſtatutum nutrit priua-
c tam vtilitatem, [c] quia inter ſe diſtribuunt, quo facto potuerunt renunciare ſtatuto,de conſti.c. cum acceſſiſſet,& notatur in c.præallegato, accedentib. per Inno.remanebunt ergo reditus vt prius, maximè quia reintegratur res ad antiquum ſtatutum,& tollitur præiudicium tertii,quibus iura fauent, 35. diſt.c.ab exordio.ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. quinimò forte ex quo ſunt idem ſtatuentes licet in vtilitatem eccleſiæ,poſſet hęc ſtatuta reuocare, de reg. iur.c.1.l.ſtichum.§.naturalis. ff. de ſol. & tractantur in c.accedentibus. loquuntur in conſuetudinibus, quę non momento inducuntur, vel priuilegiis & aliis factis vel conceſſis: tacitè ergo non vſu & contrauen-

trauentione tollātur, maximè cum vtilitas & neceſſitas ſit ſtatuendi non ſic euidens. & contra antiquū ſtatutum & conſuetudinem, & cōtra commmunē, etiam ſtilum aliarum eccleſiarum, quiam latæ ſint quotidianæ diſtributiones, vel quòd reditus ad naturam illorū reducantur, ad hoc quod ſcribit Hoſt. in c. ad audientiam. de cleri. non reſiden. ſuper 1. §. vbi etiam dicit, quod talia ſtatuta de non recipiendis fructibus in abſentia quanquam monente eccleſiæ vtilitate, tolluntur non viu & contrauentione ſtatuti.

Et vt ſuperius eſt ſcriptū, videtur mihi Ant. de Bu.

ADDITIONES.

a *CVLTVS DIVINI.] De iure communi diſtributiones quotidianæ introductæ ſunt in fauorem cultus diuini, vt facilius canonici & capellani conuenirent ad diuina, ut no. Abb. in c. licet. in 2. not. de præb. facit tex. in clem. vn. in fi. de reliq. & ven. ſanct. Dec. conſi. 280. nu. 4. Rebuf. in concord. Franc. titu. de collat. §. 1. glo. verb. diſtributionum.*

b *SCIENTIAM.] Quàm mala ſit temporū noſtrorum conditio, iam multis ante annis præuidet Magnus ille Gregorius inquiens, Mundus ſacerdotibus plenus eſt, in meſſe Dei rarus inuenitur operarius. Cui Diuus Chriſoſtomus adſtipulatur. Multi ſacerdotes, pauci ſacerdotes, multi in nomine, pauci in opere, tranſumptiuè. c. ſi 40. diſt. Cōtra quos ſic acriter inuehit Hieremias: Maledictus homo, qui opus Dei negligenter fecerit. Quod magis exagerat Oſeas, c. 4. Quoniam diſciplinam proiecisti meam, ego te renuam, ne ſacerdotio fungaris meo. Cultus uicē Innocentius 3. dolet, nimis graue reputans, vt idoneis præferantur indigni. c. a. graue. de præb. Cui malo vt ſacroſancta ſynodus Tridentina obuiaret, prudenter & optimè ſtatuit, vt Epiſcopus, eius generalis Vicarius, ſelectis & aſcriptis aliquot ex ſynodo religioſis ac probis uiris, de illorum vita moribus ac ſcientia diſquirerent in exàmenque deducerent, qui alicui eccleſiæ præfici cupiunt.*

c *VTILITATEM] Adde Inno. in c. accedentibus. de priuil. Card. in conſi. 130. ad primam partem. Lap. alleg. 86. in q. vertente. Rom. conſi. 37. Viſo puncto. colum. fi. latè Dec. in c. cum acceſſiſſent. not. 3. de conſtit.*

Caſus conſilij 43.

QVIDAM presbyter Marinus Bugati literas obtinuit apoſtolicas à ſede Apoſtolica, in quibus Abbati ſancti Gregorij mandabatur, vt inquireret, an quidam Iacobellus Dandolo commiſerit homicidium: & ſi hoc eſſe reperierit, eum priuet certis canonicatu & præbenda, quos tenebat in eccleſia Treuirenſi. & per alias literas in eadem data mandabatur illud conferri dicto presbytero Marino cum decreto etiam ignorantes afficiente. Data autem utriuſque literæ fuit Pontificatus Bonifacij anno 6. 2. Idus Nouembris qui executor per ſubdelegatum fecit proceſſus ſuos ſub Pontificatu Anno 8. & priuauit & contulit, vt mandabatur: reperitur, quòd ſub eodē Anno Pontificatus videtur apud Legatum de Latere ceſſionem fuiſſe factam à dicto Iacobello, & eadem die collationem eiuſdem fuiſſe factam de dictis canonicatu & præbenda domino Marco Malipetro, & hoc fuit 25. Ianuarij eodem anno Sexto. Modo quæritur in caſu, quo presbyter Marinus ſit prior in data, ſi collatio facta per Legatum tenet, dato quòd literæ domini Marini non peruenirent ad notitiam Legati. Secundò, ad uidendum prioritatem datæ. Quæritur, quando inceperit Pontificatus domini Bonifacij. Vltimò ſubmittitur clauſula generalis, quia ſit abſoluendus uel condemnandus, viſis partium iuribus tranſmiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Papæ an afficiat inferiorem collatorem ignorantem.*

2 *Decretum dicitur ſecundum modum & conditionem gratiæ afficere, & eſt reſtringendum ad caſum gratiæ conceſſæ.*

Conſilium XLIII.

AGGREDIAR ſecundum principale dubium, à quo primum & vltimum dependēt. effectus quæſiti eſt primo, quia ſi poſt ſecundo Idus Nouembris reperiretur principiū Anni Pontificatus, 25. die Ianuarij, prior in collatione fuiſſet dominus Marcus, qui habuit à Legato, ſi pontificatus fuiſſet poſt 25. Ianuarij vſque ad quartum Idus Nouembris in aliquo ex diebus intercluſis in illo tempore, prior eſſet dominus Marinus. hęc quęſtio eſt facti, de die coronationis non potui informari, nec de die electionis, licèt audiuerim à quibuſdam diem coronationis fuiſſe diē quatuor Coronatorum, 8. Nouembris, quæ præcedit datam domini Marini, cùm occurrat illud feſtum die prædicto, & data occùrrerit 12. Nouembris; & ſi hoc eſt, licèt Pontifex ſit ab electione, ut de elec. c. licet, non ſcribit ſimpliciter pontificatum niſi à coronatione, ut notatur in data Sexti. Talis autem ſtilus ſeruandus eſſet, de cri. fal. c. quàm graue. de cōſti. c. ex literis. cum ſimilibus, & ſic iudicandum foret dictum Marinum presbyterū in data fuiſſe priorem. hoc ſuppoſito, de quo in facto plenior informatio habeatur, quòd forte non erit expediens per illa, quæ ſubijciam.

1 † Nunc reſpondeo ad primum dubium, ſi dubitatio eſt, an decretum afficiat inferiorem collatorē ignorantem, in hoc non eſt hæſitandum, quòd ſic: quia decretum afficit ignorantes, [a] maximè quia hæc habet forma decreti in ſcientes vel ignorantes, de reſcri. c. ubi qui. lib. 6. de præben. c. dudum, de conceſ. præben. c. 1. eo. lib.

Nec obſtat, quòd remaneat in incerto, ſi priuatus fuerit Iacobellus. Et ſi Marinus repertus fuerit &c. ut in cle. ei quem. de conceſ. præben. quia Papa expreſsè retrotrahit decretum, ut patet ī fi. literarum. quia vult perinde eſſe, ac ſi à principio madaſſet purè prouideri. Sed ex illis dependet deciſio: hinc pendet punctus dubij, ſuppoſito quòd presbyter Marinus prior fuerit in data. Aduertendum, quòd Papa mandat prouideri, cùm vacauerit per priuationem Iacobelli, & ſic ſe reſtringit ad certum modum vacandi abſque clauſula, uel quouis [b] alio modo. non poteſt ergo ex uiribus literarum prouideri, eo uacante per renunciationem, vt proponitur. Conſtat enim ante eum renunciaſſe, quàm priuatus fuerit, vt patet ex literis Legati iuncto proceſſu ſub executore domini Marini, qui factus proponitur ſub Pōtificatus anno 8.

Igitur hæc quæſtio eſt ſopita per c. ſuſceptum. in prin. de reſcrip. lib. 6.

Nec obſtat, quòd decretum videatur impediuiſſe renuntiationem; quia hęc non fuit intentio Papæ, cùm decretum ordinetur ſolum ad prouidentes vel conferentes, non ad impediendum renuntiationem.

2 † Item decretum afficit ſecundum modum & cōditionem gratiæ, & ſe reſtringit ad caſum gratiæ conceſſæ. vt clem. cum ei. pręallegata. Papa autem reſtringit gratiam ad caſum vocationis per priuationem:

tionem: non eſt ergo eius intentio alijs modis afficere vacationem, maximè cum nedum poſſit, imo quàm citò poteſt, homicida renunciare teneatur, cum irregularis exiſtat, vt notatur de renuncia. c. niſi. §. propter conſtitutionem.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſecundum hoc erit in poteſtate inferioris eludere gratiã: quia fateor, quòd ſi poſt ſcientiam literarum renunciaſſet, hæc fraus non noceret, vt in c. 2. de renun. lib. 6. Sed hic non proponitur ſcientia, nec eſt veriſimile, quod ſciuerit, cum proceſſus fuit agitatus diu poſt ipſam datam literarum Legati & renunciationem, vt patet ex forma proceſſus tranſmiſſi: Ex quibus concluditur, dominum Marcum in præbenda fore potiorem & in canonicatu, & pro eo ſententiandum, maximè cùm litera priuationis, per quàm Papa mandat Iacobellum priuari, fuerit ſeparata à gratia domini Marini, & ibi nullum decretum fuerit appoſitum, per quod apparet Papæ intentionem non fuiſſe impedire renunciationem, per quam impediretur vacatio per priuationem: & poſtea in ſecunda litera conceſſerit cum decreto gratiam per vacationem priuationis: & ſic in caſu, quo vacauerit per priuationem.

Ita dico de iure eſſe ego Antonius de Butrio.

ADDITIONES.

a I GNORANTES] *Et iſta eſt communis opinio, pro qua eſt gl. in c. ſi eo tempore. in uerb. ignoranter. de elect. Imo. in c. cognoſcentes. num. 6. de conſt. Arch. in c. apoſtolica de præb. lib 6. Phil. Prob. in c. tibi. nu. 1. de reſcrip. Rebuſ. in rep. l. quod iuſſit, in 2. not. nu. 93. ff. de re iud. quod decretum irritans afficit titulum poſſeſſionis. Bertrand. conſi. 142. Adhærendo lib. 2. Intelligas, quòd afficiat ad nullitatem actus, ſecus quoad pœnam: quia ignorantes excuſantur à pœna contrafaciendo. gl. in clem. 2. uerb. ex nunc. & uerb ſcienter. de hæret Gemi. conſi 37. col 6. verſi. nam qua ratione. Dec. in d. c. cognoſcentes. lect. 2. num 7.*

b Q V O V I S] *De hac clauſula Rot. deciſ. 28. Si mandetur. in no. & deciſ. 143. Habens. in eiſdem. & deciſ. 726. Nota quòd beneficia in antiq Gemi. conſi. 29. Licet ſubtiliter. col. 2. Caſſa. deciſ. 5. de præb. Rebuſ. in concord. Franc. de form. mand. Apoſt. in glo. aliam. Boniſ. in clem vlt. col. 2. de ſent. excom. Card. conſi. 30 In hac. colum. 2. Perus. in d. ca. ſuſceptum. col. 3 de reſcrip. lib 6. Milius in uerb. gratia. §. 3. Rebuſ. in tract. nomin. q. 17. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor poteſt inſtantiam litis inchoatam per emptorem ſuper re empta quandocunque in ſe aſſumere.*

2 *Prorogatio litis facta per emptorem ſuper re vendita præiudicat emptori ſcienti & non contradicenti.*

3 *Actus iudiciales auctori præiudicantes, præiudicant & ſucceſſori.*

Conſilium XLIIII.

HAEC domina vidua petens habitationem paternæ domus & à patre relictæ, cuius cauſæ iura multipliciter fauent: tum quia vidua & miſerabilis perſona: tũ quia teſtantis inſequitur extremam voluntatẽ: quia cùm aliud velle non potuit, hoc quod vltimo voluerit obſeruari æquum piumque eſt: tum quia partem inſequitur alimentorum: tum quia res paterna fuit, in qua & filia quaſi dominium in vita proprium rei fuit. cum qua de bono & æquo agendum fuit, non cum iuris rigoroſitate, iuxta ſententiam Celſi adoleſcentis.

Aio enim hanc eſſe quæſtionẽ de bono, in quo genere plerunque ſub auctoritate ſcientiæ iuris perniitiosè (inquit) erratur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. obliga.

Reperio ſententiam in eius fauorem latam contra mentem vltimæ voluntatis teſtantis, ob hoc ſolum in appellationis inſtantia deciſam: quia dicitur eam latam fore extra inſtantiam, cuius cauſa ſecundum puri facti æquitatem, & velo leuato ſtatuta diſponunt tractandam fore, non inuoluendam in rigoroſitatis inſtan. de iu. c. pe. & ſemper putaui ſtatuta inſtantiæ vel leges ſtante ſtatuto tranſmiſſo ad perniciem mulieris non aſtringere hanc cauſam, vel viduarum cauſas quaſcunque, ſed fateor (abſq; præiudicio) ſic eſſe, quòd aſtringat, quia de hoc ad præſens non quæritur.

1 Ad quæſita reſpondens. † Pono pro fundamento hoc clarum in iure, venditorem vt necessarium defenſorem emptoris quandocunque inſtantia pẽdente aſſumere poſſe inſtantiam per emptorem inchoatam, emptore maximè volente, tanquam cuius vltimo intereſt, & ad quem vltimus regreſſus eſt habendus, nec opus eſt alia nouatione inſtantiæ in eum, cùm illi inſtantia cum emptore præiudicet, ex
a quo fit, & (quod plus eſt) denunciatus extitit, vt in themate proponitur. ff. d rei. l. ſæpe. & l. ſi parentes. C. de euic. & l. cùm ſucceſſores. C. de peri. & com mo. rei vendit. l. 1. & l. ſi plus. § euictio. ff. de euictio. cum ſimilibus. ad hoc quod notatur per Innoc. de præſcrip. c. auditis. de re iudi. ca. cum ſuper controuerſia. de iudi. c. cum deputati.

2 † Secundo præmitto, [b] ſententiam & proceſſum
b & quicquid agitatum eſt cum auctore præiudicare ſucceſſori, maximè quando eo nedum ſciente ſed volente ſucceſſore litem auctor aſſumpſit, & quicquid ſit cum auctore actum, interpretatur cum ſucceſſore ad illius præiudicium, de re iud. c. pe. c. quãuis. cum ſimilibus: quinimò vbi aliàs non præiudicaret, ex quo eo in aliqua parte iudicij aſſiſtente iudicium agitatum eſt, & illi præiudicat, vbi aliàs etiã non præiudicaret ſcientia, ff. de inoffi. teſt. l. ſi inſpectam. §. 1. not. Cy. in l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. glo. 81. diſt. c. tantis Inn. de elec. c dudum. glo. de ſimo. c. dilectus, Innocen de offi. de leg. c. cum ſuper. In glo. 2. magna. ver. ſed ea ratione. Si enim volebat ſibi abeſſe, aſſiſtere non debebat nec in principio, nec in fine nec in medio. hic aũr Titio denuntiante volente & præſente & aſſiſtẽre litem aſſumpſit, quicquid ergo agit litem proſequendo, maximè quæ liti vtilia valde videantur, proponitur interpretatio reſcripti, vt lis & inſtantia deſeratur, vt poſſit actor iura producere, præiudicat ipſi Titio emptori, ſicut & procuratori, ideo neceſſarium factum domino præiudicat: agit enim quæ in mandato inſunt, ex quo vtile liti uidebatur, vel ſaltẽ mandato conſecutiua, præambula vel vicina. ff. iudi. ſol. l. iam tamen. §. in hoc. de offi. deleg. c. cum olim abbas. poſſunt etiam defenſores ad ea, quæ vtilia liti videntur, impetrare incidenter. etiam ſi aliàs mandatum exigerent ſpeciale, vt notatur extra, de reſcrip. c. nonnulli. & in l. indebitam. ff. de condi. indeb. ff. de noui ope. nuntia. l. cum procurator. de in integ. reſti. ca. ſciſcitatus. & ibi Inno. quinimò, cùm ſciuit Titius, ſi non procu-

tato-

ratori contraxit, talia mandata rata habere videtur, vbi etiam aliàs non prçiudicaretur, vt d. c. cũ olim Abbas. maximè cùm hic conſiſtat in ſola temporis prorogatione, vt ibi notatur. ad hoc vt lite non cõteſtata. c. 1. & d. §. in hic. quinimò ſi negaret prorogationem tẽporis ab auctore fieri potuiſſe, quod falſum apparet ex dictis per viam, quam elegit.

Et dato, quòd Regens ciuitatem tale reſcriptum dare non potuiſſet, aduertendum ſuper hoc à iudice fuiſſe pronuntiatum, tempora non currere, & cũ auctore, in cuius fuit poteſtate, derelictus proceſſus & litis proſecutio, qui & litem ex diſpoſitione iuris, quia auctor & procurator, & quia litem aſſumpſit ex voluntate tertij, quinimò ex mãdato & proteſtatione eius, & ex eo aſſiſtente & proteſtante ſe velle proſecutorem litis penes auctorem eſſe: quis ergo dicit hanc pronuntiationem, quanquam etiã ſi diceremus iniuſtam, non præiudicaſſe Tino, quæ cum eius auctore lata eſt, & eo ſciente litem proſequi auctorem, quinimò mandante, proteſtante & aſſiſtente: quicquid enim cum auctore iudicatum
3 eſt, & cum eo iudicatum cenſetur: † publicatio enim & cæteri actus iudicij præiudicantes auctori, prçiudicant & ſucceſſori, vt ſcribit Inno. in dicto c. cum ſuper. & quantuncunque ad hoc non citato.

Quòd autem partium citatio præiudicet inſtantiæ, non credo dubitandum, quia contra ius litigatorum eſt, & modicum præiudiciale: & tenet hoc Compoſt. extra, de reſcriptis. c. ſuper literis.

Item aduertendum, ſi iudex pronuntiauit interim expectandum, & tempora non currere. & ſi hæc Berta non egit interim, hoc non tantum fuit impedimentum patris, quàm etiam iudicis, qui ex hoc declarauit ſe procedere non velle ſic pronuntiando: ex pronunciatione enim iudex detegit eius voluntatem, donec reuocet, vt extra, de offi. deleg. cap. cum ſuper: vbi autem facto iudicis impeditur quis, ipſo iure tempora non currerent inſtantiæ, ut in auth. ſed lis. C. de temp. appel. & unde ſumitur. & authentica item ſi. & unde ſumitur, eod. ti.

Et licèt in hoc ſint opinio. hanc ſequitur Cy. Ioã. an. extra de app. c. ex ratione. de appel. c. ex inſinuatione. 2. q. 6. §. ad hæc. & §. biduum. ubi hoc tenet Archi. & glo. ff. ex quibus cau. maio. l. ſed & ſi per prætorem. quinimò ſi teneretur opinio; opus fore reſtitutione ex officio, iudex appellationis ſurrogatur loco primi, cùm notoriè iudicis facto conſtet, impeditam Bertam, danda foret reſtitutio, ut dicit Bart. in d. c. authen. ſed lis. & reformanda ſententia, ſicut eſt petitum, ut notatur in l. ſi ut proponis. C. quomodo & quando iudex.

Ex quibus concluditur, iudicem in appellationis cauſa pronuntiare debere non obſtante ſententia medij iudicis primam ſententiam ualidam fore, & tranſiuiſſe in rem iudicatam ad fauorem dictæ Bertæ.

Ita mihi uidetur Antonio de Butrio.

ADDITIONES.

a DENVNCIATVS] *Adde Corn. conſi. 255. lib. 3. Dec. conſi. 74. dixi in tract. de euict. §. 3. nu. 7. ubi latè per illum tract. de materia habetur.*

b SENTENTIAM] *Adde Alex. in l. ſæpe. nu. 92. ff. de re iud. Paul. de Caſt. in l. in cauſæ. § 1. ff. de procur. Iacobi. & Cagno. in l. uenditor. in fi. ff. de iud. Rebuf. in tit. de dilat. art. 3. glo. un. in prin. dixi in d. § 3. q. 22. nu. 165.*

Caſus conſilij 44.

DOMINA Orabilis filia quondam Detuli de Marabotinis, omnia bona & iura tam paterna quàm materna hæreditatis uenditionis titulo tranſtulit in Nicolaum quondam Marabotini, ut patet ex publico inſtrumento confecto ſub Mccclxx. & hæc pro pretio ducentarum librarum, & in facto proponitur, quod & uериſimile reddit forma inuentarij, pretium rerum aſcẽdere ad duplum maiorem quantitatem & ultra: & dato quòd probatum non eſſet, hoc de facili probari poſſit, ut proponitur, & in dicto inſtrumento aſſeritur, dominam Orabilem tunc fuiſſe minorem 25. annis, maiorem tamen 12. Proponitur etiam, quòd dictus Nicolaus fuerat tutor & adminiſtrator dictæ Orabilis, ut patet in inſtrumento publico aſſumptionis tutelæ & confectionis inuentarij confecto Mccclxij. Apparent etiam quædam depoſitiones teſtium, in quibus mulier conatur probare tempore contractus ſe fuiſſe minorem duodecẽnij per teſtes examinatos ſub Mccclxcv. Apparet etiam, dictam dominam Orabilem fuiße abſolutam in curia epiſcopali, ut ex proceſſu publico Milleſimo tricẽteſimo octuageſimonono. Modò quæritur, an dicta domina Orabilis poſſit uenire contra dictum inſtrumentum: & dato, quòd aliàs poſſit, ſibi obſtet temporis curſus, attento iure & ciuitatis ſtatutis antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum uenditionis per minorem factæ quo caſu reddatur doloſum & ſuſpectum.*

2 *Contractus minoris an firmetur iuramento.*

3 *Præſcriptio non currit in actionibus cum malafide: & quis dicatur malæfidei.*

4 *Statutum decurtans tempus præſcriptionis à iure communi aſsignatum, an ſit ualidum.*

Conſilium XLV.

1 IVRIS rigor plurimum obuiat mulieri huic.

Primò inſtrumentum ſolenniter fabricatũ, in quo iurat non venire
a cõtra rõne minoris [a] ætatis, ex quo 3ctus firmatur, licèt fuerint opiniones, contra omnes ſolennitates requiſitas in alienatione minoris & contra priuilegium ſpeciale minoris reſtitutio. in integrum, vt notatur in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi.

Secundò, iurat non venire contra ratione minoris pretij, ex quo excluditur remedium deceptionis re ipſa vltra dimidium iuſti pretij, maximè cùm fuerit certificata, & ſic ſe certam affirmat de valore hçreditatis, & quòd valebat plus, per quæ apparet eã nõ deceptã, maximè cũ illud plus donet cã remunerationis, per quæ ceſſant remedia l. 2. C. de reſcin. vẽ. de verb. ob. l. ſi quis cum aliter. vt ibidem notatur.

Ex quibus concluditur, eam omni remedio tam communi quàm ſpeciali ætatis deſtitutam, quinimò ſi quod remedium ſupereſſet, illud excluſum uidetur ex præſcriptione ſtatutorum, quæ excludũt à remedio, ſ. quinquennio inter præſentes, & decennio inter abſentes, & indefinitè dicunt audiẽtiam denegari. Et ex ſtatuto excludente querelas aduerſus contractus cum conſanguineis geſtos, & ex cõfeſſione pretij recepti ſub Mccclxxiij. ex quo ratificate uidetur ante geſta, poſito quòd tale inſtrumentum confectum fuerit à minore 12. annis.

Aduer-

Aduerte, quòd quæ in inſtrumento aſſeruntur, contra ſe non modicam habere præſumptionem doloſitatis & deceptionis ex immenſitate donationis & deceptionis re ipſa in pretio, quæ non tantum immenſa & effuſa liberalitas diceretur in muliercula, quinimò domino cuilibet magnanimo militi ſufficeret: in talibus autem immoderatum factum, quantuncunque iuratum, & maximè in poſitis in iuuenili ætate adeſt præſumptio ſeductionis: tum quia iactationes etiam nõ præſumũtur à iure, niſi originem traherent à mala cauſa, de tenũ. c. ſuper hoc. tum quia talis liberalitas immenſa repugnat naturæ mulierum, quas leges auariſſiſsimum genus appellant, ff. ad velle. l. ſi ego. de iure do. ſi ſtipulata. in ſi. cum ſimili.

Circa autem immoderata geſta lex de facili præſumit, l. omnes. §. Lucius. de his quæ in fraudem credi. l. patronum. & l. qui teſtamentum. de proba. notat Bar. in §. arbitrorum. l. ſi ſocietatem. ff. pro ſoc. quinimò conſiſtit in actu iactationis proprij conſumpturo, & ſic in malum & certum vſum omnino ex mala fide eſt in adoleſcente, maximè etiam ſi certus malus vſus non foret, ſi tamen cum conſumpturo contraheretur, quanto fortius cum actu contrahendo conſumendi, ff. pro emptore. l. ſi quis cum ſciret. de mino. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. l. ſin verò. §. adoleſcens, ff. mandati. & ibi caſus, in l. 2, ff. qua. re. ac. non da.

Vnde quanquàm iuramentum ex parte iurantis fortè eſſet obſeruabile abſque periculo ſalutis æternæ, ius tamen & canonicum & ciuile non aſſiſtit
b iuramento [b] doloſè extorto, vt in authen. ſacramẽta puberum. C. ſi aduerſus venditionem. & de pact. cap. quãuis. lib. 6. quod puto in minoribus ſaltem, quicquid in maioribus dicatur, de iureiuran. cap. ſi verò, quia iura canonica & ciuilia aſſiſtunt demũ, quando doloſè non ſunt ſubtracta, ſiue ſit dolus re ipſa, & ſiue ex propoſito, qui hic ex contrahendi modo præſumitur.

Item negari non poteſt ex parte recipientis turpe reputari, in quantum cum adoleſcente conſumente contrahit, abſolui ergo poterat vt abſoluta eſt, officio iudicis contractus, vel actione de dolo reſcinditur, arg. de iureiuran. c. debitores.

3 † Item talia iuramenta mutantur à iure incapaci intellectus pleni, ſed factis iſta oſtendit ſe incapacem, ergo &c. ſicut enim ætas præuenitur ſagacitate, vt l. 1. C. qui & aduerſus quos, ita foret & æquũ ex geſtibus, ſi oſtendit non plenum intellectũ, iuramentis non obligari: quinimò cùm in hac alienatione non interceſſerit cauſæ cognitio, nec ex cauſa alienata fuerint immobilia, vel quæ locum obtinent immobilium, deficit contractus in ſolennita-
c te, quem defectum fortè non ſupplet [c] iuramentũ, licèt obliget ad non contraueniendum: quia nõ poteſt quis facere, quòd iura de ſolennitatibus loquẽtia non habeant locum in cõtractibus ſuis, de leg. 1. leg. nemo poteſt. & quod ibi notatur. Ad quod facit, quod ſcribit Bart. ff. de fidei. ſi quis pro eo, in ver. 8. Remanet ergo nullitas contractus, ex quo ſupponitur abſolutio facta à iuramento: ſed nõ audeo hoc dicere, ne detraham opinioni glo. & communi in auth. ſacramenta. & quia ſolennitas eſt in fauorem minorum, cui ſaltem cum iuramento poſſet renunciari.

Sed quicquid ſit de hoc, iuramentum tamen eſt illud, quod validat contractum; ex quo proponi-
d tur abſolutio [d] facta à iuramento, validitas contractus inhęret iuramento, quo ſublato & ipſa tollitur, ff. de vſufru. l. 1. quanquam hoc etiam poſſet eſſe dubium, an abſolutio tolleret præcedentem validitatẽ contractus, quando ſimpliciter eſt facta, tamen fortiſsimè hoc iuuat modus abſoluendi, in quo iudex decernit, ac ſi nunquàm fuiſſet præſtitũ, cui ſententiæ eſt ſtandum, cùm non proponatur appellatum: Et hæc omnia iuuant ſententiæ cauſam, ne vinculum ſit iniquitatis iuramentum, per quod apparet iuramentum fuiſſe declaratum fouere iniquitatem. Et ſic aut nullum, aut iniquum ex parte præſtantis: aut iniquum retractatum ex parte recipientis, quod eſſe non poteſt, ut ſententia ſit iuſta, niſi quia doloſè & ſubductiuè extortum; quod & apparet ex ſententia lata & relata.

Ex quibus clarè patet, quòd non obſtantibus ſolennitatibus inſtrumenti perniitoſè ad decipiendã mulierem adhibitis, mulier debet audiri contra inſtrumẽtum, vt reſcindat per actionem de dolo, vel ſaltem officio iudicis, vel reſtitutionis via, quæ nõ excluditur à iuramento data abſolutione, ex quo iuramento habuit impulſionem doli, & cauſatur reſtitutio à deceptione callida & fraudulenta: quinimò ſi probetur, mulierem hanc fuiſſe minorem duodecim annis, quod clarè probat domina Ioanna, quæ iũcto tpe inſtrumẽti, & iuncto tpe depoſitionis eius, clarè cõcludit ipſam fuiſſe tũc in 12. an. Item hoc ſatis cõcludit magiſter Paulus, qui dicit, quòd fuit tempore vitæ patris duorum annorum.

Et non obſtat, quòd ſubmittat forſitan: quia illa dictio, forſitan, adiuncta eſt ad inferendam dubitationem circa temporis extremi momentum: quia de hoc non bene memorabatur. Sed non notat dubitationem circa tempus in genere duorum annorum: quia adijciebatur ad temperandum, aut quia fortè dubitabat de complemento annorum de exceſſu licèt modico, quod declarauit aliter teſtis: in vulgari enim expoſito dicto teſtis habebit ſenſum, de quo dixi, ſcilicet, dubitationis circa exceſſum vel minoritatem in modico, ſed non in genere temporis: ſed ſi rectè ponderetur tempus mortis patris, quia concluditur ex tutela tempus depoſitionis teſtis, ipſa concluderetur forteaſſe fuiſſe in 10. anno, & quia hoc nõ potuit bene diſcernere teſtis inter nouem & decem; quia eſt diſtantia anni, protulit verbum fortaſſe. hoc coadiuuat, quia iudicabat ætatẽ ex adſpectu, in qua ſic atteſtari poteſt, in l. de ætate, ff. de minor. & l. minor 25. annis ex aſpectu. vnde cum illa atteſtetur præſumptiuè, protulit verbum fortaſſe.

Nec obſtat, quòd tam modica diſtantia à duodecimo ad decimum deſcenſiuè non palpetur ex adſpectu per teſtem, vt d. leg. de ætate, quia Bart. dicit illud arbitrarium, licèt conetur dare doctrinam magiſtralem.

e Vnde cùm habeam eum teſtem de ętate [e] certa concludẽtem, & non quærimus limitem certę ætatis, ex quo conſonant in genere ætatis, quia in minore duoducim, dictos teſtes ex adſpectu deponentes cum dictione forſitan, declarabo per dictum alterius teſtis, ad hoc quod notat Inno. de accuſa. c. ſuper his. vbi ſi teſtis deponat de actu cum tempore, aliter non ratificet tempus, dictum vnius trahitur ad dictum alterius, & ſuadet æquitas ſic teſtes iuuari, quia arbitrium cuiuſque boni iudicis poteſt informari ex dictis per teſtes: quia hęc non attingeret annum duodecimum, quicquid dicat inſtrumẽtum, quod duobus teſtibus poteſt reprobari, vt notatur de fide inſtrum. l. in exercendis. eodem tit. cap. cum Ioannes. maximè cùm talia apponantur in inſtrumento abſque ſcientia puellarum, & quia de talibus puellæ non ſunt benè informatæ.

Hoc

Hoc autem ſuppoſito aliud concluderetur remedium.puellam tunc neceſſariò contraxiſſe, cũ qua non valet contractus ipſo iure:quia licèt palàm,nõ bona fide contraxit , quæ duo copulatiuè exiguntur ad validitatem contractus, leg. non exiſtimo.ff. de admi.tu.leg.cum ipſe. de contrahend.emptione. & l.in venditione.§.fi.ff.eo.

Nulli enim dubium , minori iactanti ſuum exiſtenti maximè ad propriam vtilitatẽ ex bona fide non contrahere,l.cùm in plures.§.3. de admi.tut.ff. de furtis.l.tutor. & l.interdum.§. qui tutelam.C.de pactis. l.pactum curatoris.l. fundum.§. ſi tutor.ff. pro emptore,& quod vi aut clam.l. ſi vi. §.tutores. Ex quibus patet , mulierem multipliciter audiendam contra inſtrumentum.Hæc omnia confirmat ſententia lata in cauſa abſolutionis,quæ ad acta relata,vt debet,l.hoc.n.ff.de ſuſpe.tu. & notatur in regula,in pœnis,oſtendit & declarat contractum doloſum,vt debuit.

Nunc reſtat tollere obiecta de fide facta 1443. & ſic per tres annos poſt hoc inſtrumentum , quia attẽto tempore aſſumptæ tutelæ reperitur, ꝙ ſi mulier tunc fuiſſet in duodecimo anno,ipſa non exceſſerat 22.& ſic erat in minori ætate 25.anno.Vnde ẽt præſuppoſito inſtrumento vero , quod tamen dicitur falſum,cùm ibi non viderim aliquod iuramẽtum , & tẽdebat pretij receptio ad corroborationẽ contractus alienationis immobilium,non poterat colorari abſque ſolennitatibus debitis , vt decreto iudicis,& cauſa legitima igitur reſtat adhuc præcedens facultas reſtringendi contractũ, ſi modicè adhuc læſa remanet:& ꝙ fraus fuerit in primo cõtractu,detegit hæc ſolutio quę fuerat de maiori quantitate q̃ fuerit precium ſtatutum in cõtractu, quaſi dubitauerit,hæc fecit ad velãdam fraudem . Itẽ quia eodem errore & calliditate adducitur durante minoritate,qua in primo contraxit, vt l.doli. verſi.diuerſum.ff.de non nat. per quæ apparet idem concludendum , ſi ibi foret iuramentum , maximè cùm in modico tempore hoc factum fuerit poſt inſtrumentum.

Non obſtat ſtatutum loquens de contrahentib. cum conſanguineis: quia illud loquitur , quando conſanguineis aſſiſtentibus,& cum alio contrahentibus,non de contrahentibus cum conſanguineiſmet & decipientibus, & ad dilapidandum, & iactandum inducentibus, vt euidenter patet illud cũ conſanguineis , notat cauſam agentem,vel auctoritatem contractui, non facientem contractum.ſic de iudic. c at ſi clerici.ibi,cum clericis &c. & quod ibi not.Ioan.And.

3 † Non obſtant præſcriptiones,quæ allegantur . Et primò non obſtat præſcriptio iuris : quia nec toto tempore vitæ Nicolai potuit aliqua currere præſcriptio,cuius vita durauit(vt mihi eſt in facto propoſitum)vſque ad 1380.& ſic iam ſunt 24.anni à die mortis,quia erat in non bona fide,vt ſupra eſt concluſum,extra,de præſcri.c.fi.

f Nõ obſtat C.ſi maior factus minor fuerit.l.fi.[f] vbi in donatione concluditur lapſum decẽnij poſt maiorem ætatem,& viginti inter abſentes: quia quo ad tempus Nicolai non procedit illa lex de iure canonico,cui eſt ſtandum;cùm enim cõtra iura mercatus fuerat,& malęfidei cõſequenter eſſet,tempus non potuit confirmare contractum ad illius commodum,qui malæfidei poſſeſſor eſt , qui contra iura mercatur ẽt cum domino,C.de agri.& cẽ.l.quẽadmodũ,& in regula,qui contra iura.de reg.iu.li.6. cum concordantijs.C. de iure fiſci.l. prohibitum,li. 10.patent hæc in regula,poſſeſſor.de reg.iu.li.6.& c. fi. de pręſcriptionibus. cum ſimilibus . Item ſuppono,quòd contraxit cum eo tempore minoris ætatis in pubertate, vt eſt probatum , contractus vt cũ tutore geſtus eſt nullus , nec vicennio aut decẽnio cõfirmatur, cùm odio eius annulletur. Idõ exigitur pręſcriptio aduerſus ius agendi de nullitate, uel ad reſcindendum etiam , quo caſu exigitur 30. annus, excluditur de iure communi tenendo , ꝙ ipſa tempore contractus fuerit pubes , eo ꝙ vicennio cõtractus venit confirmandus ex lege communi,& tenẽdo,ꝙ impubes contraxit, excluditur tantum ſpacio 30 anno. ſubducto autem tempore vitæ Nicolai, qui proponitur in facto mortuus iam ſunt 24. reſtaret , quia præſcriptio de triginta non eſſet completa,ſimiliter nec præſcriptio de viginti ex diſpoſitione legis finalis: quia proponitur,dominum mouiſſe litem iam ſunt octo anni,& obtinuiſſe iam ſunt ſeptem,& ſic intra tempus 20.anno. reperitur lis mota,interrupta eſt ergo præſcriptio confirmans ex l. fi.C.ſi maior factus minor fue.

Meritò autem erit ſubducendum tempus Nicolai,quia ille vt malęfidei & ſciens vel ſcire debens ſe ad hæc teneri,non potuit præſcribere de iure canonico, cui ſtandum,de præſcrip.c.fi.& in regula, poſſeſſor. de reg.iu.lib.6.

Nec obſt.opi.Bar.in l.ſequitur.§.ſi viam, de vſucapio.quæ fuit ante eum Inno.de immunitate eccleſiarum.c. quia plerique,quam etiam reprobat Bart. in l.fin.ff.quemadmodum ſeruitus amittatur.quia

g illa opi.communiter reprobatur, [g] quia negari nõ poteſt, quin aliquid quæratur præſcribẽti cum annexione pacti ,dato quòd non exigatur poſſeſſio, quod principaliter ponderat lex canonica, & c. fin. nihil dicit de poſſeſſore, ſed. in genere loquitur.& hoc publicè diſputaui,& pro hoc pluries conſului, & dico eſſe expreſſum in Auth. vt Eccleſia Romana &c.col.2.

4 † Nunc autem reſtat reſpondere ad ſtatutum excludens,& decurrans tempus præſcriptionis aduerſus iura loquens,& de præſente,& de abſente,& negari non poteſt,ſiue computetur à fine maioris ætatis, ſiue à fine mortis Nicolai, tẽpus ſtatuti lapſum. Sed non obuiat ſtatutum, ſi tenemus, ꝙ non valeãt ſtatuta detrahentia de tempore præſcriptionis à iure ſtatuto,vt no.Io.An.de excep.c.1.lib.6.

Item dato, quòd tempore potuit cõtrahere,proponitur in facto , & ſatis etiam videtur patere per acta , quòd hæc puella in longinquum fuit nupta, nec veriſimiliter potuerit habere ſciẽtiam paternorum bonorum,& maternorum: & an decepta fuerit vel nõ,vt in regula,qui in alterius.de reg.iu.& in regula,qui in ius,li.6 quo caſu, vel ſtatutum hũc caſum non comprehendit abſentiæ cum ignorantia, vt vitetur iniquitas à ſtatuto , vel ſi comprehendat, mulier ex regula generali , ſi qua &c. reſtitueretur intra quadriennium à tempore reuerſionis; vt not. gl.in l.ſicut. §.ſecus.C.de præſcr. 30. anno. in verbo, malitiæ.& Bar.in l.j. §.ſiquis autẽ.ff.de itine.actuque priua. Talem enim intellectum recipit lex de præſc. in abſente loquens, vt leg.fi. C.de long.temp.præſcriptione.& l.ſicut. de præſcriptione 30. annorum.ſic & ſtatutum in materia diſponens, de conſue.c. cum dilectus.de conſtitutionibus,c.ex literis.l.2.C.de noxalibus.de clericis non reſidentibus,cap.ad audientiam.& c.cum dilectus.

Ex quibus concluditur , quòd cùm ſecundo anno,quo fuerit reuerſa mulier,obtinuerit ſententiã, quæ tranſiuit in rem iudicatam (vt mihi proponitur) quòd quò ad realem virtutem, de quo audio tãtum hæſitari,mulier iuſtè obtinuit, quia ſi nõ vo-

nerit hac via, voluit Dominus Deus veritatem alio capite deregi, & ſententijs confirmari.

Cùm ergo Domina habeat ſententias pro ſe, ꝑ quarum iuſtitia præſumitur, de renun. c. in præſentia. de re iu. c. ſicut. propter defectum iuſtitiæ in veritate retrahi non debet iudex ab exequendo: quia (vt dictum eſt) in rei veritate fouet iuſtitiam domina Orabilis, & ſic ſententiæ conſonant iuſtitiæ & veritati.

Non obſtat prædictis, ꝙ in inſtrumento cõtineatur ipſam non ſubductam at certificatam de valore hæreditatis, & conſequenter de deceptione: quia facta oppoſitum oſtendunt: & qua facilitate ſubducta præſumitur in tactatione & conſumptione proprij, eadem in acceſſorijs & ad ipſam deceptionem conferentibus eſt ſubducta, & plene intelligendo per præſentes, vt d. l. doli. ver. diuerſum. & eſt caſus in l. fi. §. idem quæſijt. ff. de condi. inde.

Non obſtat, quod de renuntiatione aſſeritur in inſtrumento venditionis: quia prædicta ratio illam excludit, quia ſeducta præſumitur, & quia talibus aſſertionibus non creditur, vbi eſt præſumptio fraudis, l. ſi forte. ff. de caſtrenſi peculio. l. cum quidam. §. Titia. de leg. 3. & notat̃ in l. ſi donatione. C. de col.

Non obſtat, ſi dicatur, non poterit ergo dictari inſtr̃um, per qđ excludat̃ minor à contrahendo, & ſic vana erit prouiſio auth. ſacra. & glo. in l. 2. certè non erunt vana, & in modica deceptione. Sed ſi in enormiſſima, vt hæc eſt, alijs prompta foret via ſpoliandi minores omnibus bonis proprijs, qui faciliter poſſunt induci ad talia, maximè à parentibus cõtra intentionem & omnimodam voluntatem Dei & ſtatuentium: fauent enim iuramenta non fouẽtia iniquitatem, & quod pluries clamat Cyn. in Authen. prędicta, iura ſic intelliguntur, & ſi remedium non foret aduerſus talia, longè maiorem inducerẽt iniquitatem quàm æquitatem.

Ego Anto. de But vtriuſque iuris doctor, ſic dico & conſulo, & credo veritatem & iuri conſonum, ſalua facti veritate inſpecta, in qua falli potui, & ſaluo conſilio ſaniori alteri, quàm mihi melius à Domino reuelato.

ADDITIONES.

a MINORIS] *Minor ſimpliciter contrahens iuramẽto præſtito, ſolum renunciare videtur beneficio ætatis, nec per hoc excluditur ab auxilio l. 2. C. de reſcind. vend. ſi quidem ex iuramento tantum maior effectus eſt, glo. in d. l. 2. & in ca. pen. de emp. & vend. quas doct. vtrobiq; communiter ſequuntur. Dec. conſi. 403. col. pen. Aym. conſi. 7. nu. 6. cõſi. 192. nu. 2. Soc. cõſ. 48. lib. 4. quorũ omniũ reſolutio hanc opinionem interpretatur veram eſſe, niſi minor expreſſim promiſerit iuramento præſtito, ſe non acturum contra contractũ, nec ratione minoris ætatis, nec alia quacunque. Quod æquiſſimũ eſſe aſſerit Dida. in c. quamuis. in 3. par. §. 4. nu. 6. de pact. lib. 6. Aym. conſi. 188. nu. 3.*

b IVRAMENTO] *Iuramentum hanc uim habere, modo abſit dolus, tex. optimus in c. cum contingat, de iureiu. ubi Abb. & Alcia. not. 3. Soc. conſil. 263. col. 6. lib. 2. Curt. Iun. conſil. 141. col. pen. poſt med. Aym. conſi. 242. nu. 27.*

c NON SVPPLET] *Vide Paul. de Caſt. conſi. 219. In caſu, qui uertitur. Abb. conſi. 8. dub. 2. lib. 2. Dec. conſi. 314. num. 27. Neuiz. conſi. 8. nu. 25.*

d ABSOLVTIO] *Quæ concedi ſolet parte non uocata ad effectũ agendi uel excipiendi. Curt. Iun. conſi. 152. nu. 8. Soc. Iun. conſi. 47. nu. 18. & con. 50. nu. 8. li. 3. Ferret. conſi. 149. Aym. conſi. 7. nu. 7. Dida. lib. 1. uar. reſol. c. 4. nu. 6. Rot. Pedẽ. deciſ. 78. dixi ad conſil. Aegid. lib. 2. c. 22. nu. 2.*

e AETATE] *Aetatem probare debet, qui ſuꝑ ea ſe fundat, l. ſi minorem. C. de in int. reſtit. l. cum te. C. de prob. ubi Bal. & Sal. Bal. conſi. 66. col. 1. & ult. lib. 3. Bar. Bal. in l. de ætate. ff. de minor. Et quomodo teſtes debeant deponere reddendo rationem, ui de Iacob. in d. l. de ætate.*

L. FIN.] Pro cuius intellectu uide Curt. Iun. cõſi. 50. & ſe. Cor. cõſi. 36. lib. 2. Paris. conſi. 49. nu. 24. lib. 1. & con. 100. nu. 69. col. 1. & 2. Cor. cõſi. 206. lib. 3. Rot. Pedẽ. deciſ. 177. nu. 13.

g REPROBATVR] *Contra Bar. tenet Cuma conſi. 147. D. Comitiſſa col. 2. Soc. Iun. conſi. 13. q. ult. lib. 2. & uide Dida. in regu. poſſeſſor. 2. par. §. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio primi gradus reſtricta ad maſculos, cẽſetur ẽt reſtricta ad maſculos gradus ulterioris.*

2 *Feudum nõn tranſit ad filios etiam maſculos filiæ feudatarii.*

Conſilium XLVI.

RECTE deciſum eſt primũ dubium
1 §. cũ ita. l. hęredes, ad Treb. † Quo ad ſm ad medietatẽ portionis vltimi rectiſſimè puto filias admittẽdas: q̃a & ſi illas ambas requirere cõcurſum vtriuſq; videatur ad cõditionis implementum, vel ſaltem hoc exigit in propoſito, cũ altero deſcendente cum filiabus poſt morientis liberos vocet, qđ foret impoſſibile vtroſque abſque liberis decedere, nec liberi ex fęmina excludũt ſub-
a ſtitutum; propter adiunctum enim maſculis, à de euidenti liquet voluntate defuncti, ſe voluiſſe ſucceſſionem ſuã aſtringere ad lineam agnationis, ne ad extraneos hęreditas euagetur. verbum ergo, ſine liberis, ex adiuncto maſculis, reſtringit ius excludendi filias ad ſolos maſculos, & ex maſculis deſcendentes, & ex hoc caſus deciditur per l. 1. in fi. C. de cond. inſti. excluſa. n. fęmina à ſucceſſione, excluſi cenſentur in linea ſequentes, tanquàm recluſo ſucceſſionis principio, à quo in ſequentes ius ſuccedendi deri-
2 uatur. † Nam fęmina excluſa à feudi ſucceſſione excluditur filius ex ea quãquàm maſculus, & potẽs ad dominũ feudi iuuandum, vt in lib. feudorum, qui feu. da. pot. c. 1. in verſi. hoc quoq; ius excludendi filios à ſubſtitutione facta filijs per verbum, ſine liberis, reſtringitur ad maſculos ex linea maſculina deſcendentes, non ad maſculos ex fęmina, qđ vitium à fęmina originem trahere cenſetur.

Vnde prædictis dominis conſulentibus aſſentio Ego Antonius de But. vtriuſque iuris doctor.

ADDITIO.

a MASCVLIS] *De hac qualitate maſculinitatis uide mult ta agitata à doct. ut per Dec. in l. 1. nu. 16. ubi Rip. & Cagnol. C. de pac. Soc. Iun. conſi. 118. cum ſeq. li. 1. coſi. 177. lib. 2. conſi. 78. & 110. lib. 3. Curt. Iun. conſi. 43. & 48. Paris. cõſ. 66. nu. 50. lib. 1. Goz. conſi. 26. & 64. Alexand. conſi. 120. & 143. Grat. conſi. 31. & 101. Aym. conſi. 62. nu. 15. cum ſimil.*

Caſus conſilij 47.

ALBERTVS, Raynaldus & Thomaſinus de Signorolis nati ex duobus fratribus, uidelicet, Albertus et Raynaldus ex una, & Thomaſinus ex altera inueſtiti fuerũt de feudo, de quo prædeceſſores ſui fuerunt inueſtiti ante tanto tempore, cuius memoria in contrarium non exiſtit, ab illuſtri & magnifico domino N. Eſten. & c. dictus

ftus Albertus, & Raynaldus mortui ſunt, ſuperſtitibus filijs, deinde mortuus eſt filius dicti Raynaldi. Nunc quaeritur, an filius Alberti & nepos Raynaldi ſimul admittantur, an ſolus filius vel filij Alberti.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum paternum quod & quare dicatur.*

2 *In feudo antiquo an æqualiter ſuccedant filius & nepos filius fratris.*

3 *Filios in locum patris ſuccedere in materia feudali, qualiter ſit intelligendum.*

Conſilium XLVII.

a PRAEMITTENDVM, quòd eſt quū noua a proponatur inueſtitura, ex quo cauſam habuit ab antiqua concesſione aſcendentibus facta, hoc paternum feudum appellarūt, in quo lineæ à ſtipitibus antiquis deſcendentes ſucceſſibiles ſunt; licèt ſecus ī feudo nō paterno, quod principium habuit à capite alicuius lineæ tranſuerſalis non à ſtipite, vt de gradi. ſuc. c. 1.

Secundò, de iure communi & ſi ab eo deferret ſucceſſio, indubitatum exiſtit, filium vel filios Alberti præferendos nepoti Raynaldi, vt potè vno gradu Thomaſino proximiores: & quanquam alia quo caſu aſſumant ſibi locum patris poſt mortui, &

b hoc verum in ſucceſſione[b] aſcendentiū, vt auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. hæredibus. & in Authen. de hæredi. ab inteſt. §. 1.

2 † Item quando agitur de ſucceſſione tranſuerſalium vſque ad fratres & fratrum filios, in Auth. de hære. ab inteſt. §. ſi vero, col. 9. & in authen. poſt fratres. C. de legi. hære. quanquā hoc verū videat in allodijs & non feudalibus, tñ vř, q moriēte vno ex vna linea abſq; ſuperſtitib[9] ex alia linea; pariter ſuccedere dēant oēs alteri[9] lineæ, vt ē caſus de nā iu. feu.

Non obſtantibus his, de iure puto filium & filios Alberti proximiores gradu anteferri: q̃a inquantū exorbitans conſuetudo non iminuat, remanemus in diſpoſitione antiqui iuris, nec ad ſimilia, quantumcunq; alterato facto, trahimus conſuetudinem, vt l. quod verò. ff. de leg. de reg. iu. c. quæ contra. lib. 6. l. ſi verò. §. de viro. ſoluto matr. cum ſimili. de feu. cogni. c. Albericus notat Cy. in l. 1. C. quæ ſit long. conſue. & Gul. ff. de leg. l. de quibus, capitulum autem 1. de natura ſucce. feu. loquitur, quando feudū eſt alterius ex capitibus lineæ tranſuerſalis aſſignatum, & communiter in illa linea conſeruetur: vnde hæc quaſi egreditur naturam paterni: nulla ergo fit iniuria proximiori in gradu, ſi ad illud admittitur ſequens, quod non eſt in paterno per partes inter fratres diuiſo, quod paternū fuit, & vt paternum in ſucceſſione conſeruatum.

3 † Item quia etiam non reperitur in feudo, filios ſuccedere in locum patris præmortui, niſi quando tractatur de ſucceſſione aſcendentis. de ſuc. feu. c. 1. de gra. ſucc. in feu. §. his vero. pro hoc tex. in d. ca. 1. de grad. ſucce. qui poſt fratres & fratris præmortui filios ſimpliciter vocat agnatos, ergo non vt prærogatiua, vt quia aſſumat locum patris; ſed ſecundum gradus prærogatiuam, vt ius cōe diſponit, vt ſic poſterior lex ab antiqua determinet, ff. de le. l. nā & poſteriores. hoc glo. ibi, quæ dicit, in gradibus & modis ſuccedendi Romanam legem attendi debere, & hoc apertè tenet Andreas de Iſernia, qui dicit ibi dū vocat tex agnatos .i. ſicut quilibet proximior eſt; p quæ nō obſtant tex. allegati de natura ſucce. feud.

Sed & aliter pōt rūderi, vt inquantū dicit, oēs alia lineæ æqualiter vocent ſm gradus prærogatiuā, & ſic dicit ibi Bal. & Odof. in ſum. de vſi. feu. ſub rubrica, de his q ſuc. ī feu. dū dicit, pariter lineas ſuccedere, dummō ſint ī pari gradu. ſic & lex & poſt ſuos, ſimpliciter notat agnatos, & tamen intelligitur ſecundum ordinis gradus prærogatiuam, ff. de ſuis & legi. l. 1. § poſt ſuos, & l. poſt conſanguineos.

Et aduertēdū bñ ad literā, qa oēs lineæ æqualiter vocant: nā ibi exæquat lineā & nō gradus linearum, quaſi dicat, ita defert ad vnā lineam ſicut ad aliā, tñ ſm gradus prærogatiuā. Hoc confirmo, qa ius exorbitans ſimpliciter loquens trahi dēt ad intellectum iuris, ſi poteſt, vt inquantū minus pōt ius lædat, de conſuetudine. c. cum dilectus. cum ſimilibus.

ADDITIONES.

a NOVA] *Adde Bald. in c. 1. nu. 20. an agna. vel fil. Iacobin. in inueſt. ſeu in verbo. ita quòd ipſi inueſtiti. poſt nu. 14. verſ. ſed pōt nouus. Et in dubio feudum præſumitur antiquum & paternum, non autem nouum, c. 1. in ſi de grad. ſucceſ. in c. 1. in princ. ſi de feud. defun. cont. ſit inter dom. & agn. vaſal. Mod. Paris. in conſuet. Fran. §. 5. nu. 9. Dec. cōſi 253. nu. 6. conſi. 369. nu. 5. Tiraquel. de retrac. prox. § 32. nu. 91.*

b SVCCESSIONE] *Filij fratrum in feudis, an ſuccedāt in ſtirpes vel in capita, vide de hoc ſub. c. 1. pr. in §. feudum. q. 75.*

S V M M A R I V M.

1 *Legatum ſub modo debetur legatario, licèt morte præuentus modum non potuerit adimplere.*

2 *Legatum annuum an in principio vel fine anni ſit ſoluendum.*

3 *Verbū, imperpetuū, quid importet aut ſignificet.*

Conſilium XLVIII.

1 ABSQVE diffuſione allegationū † legatum, de quo proponitur, modale eſt, non cōditionale, cū eius implementum referat ad tempus legati conſecuti, nō antè conſecutū legatū, l. Tays. §. Sthicus. ff. de mili. teſta. quanquàm proponantur verba hæc, ſub hac cōditione, vel ſimilia: quia in lata ſignificatione cōditio in ſe modum comprehendit, l. ea venditione. C. de re. permu §. qm̄. de fi. inſtr. c. cū Ioānes heremita.

Ex quibus concludo, quod cum implemētū modi caſu defecerit in pūcto mortis Mahiardi, q mortuus eſt (vt proponitur) ante annum, habetur pro completo, vel non excludit legatarium ab emolumento, quia non impleuerit, ff. de leg. 1. l. ſi fundū p fideicō. aliàs incipit, l. Titio. l. pater. §. tuſculanus. de leg. 2. no. in gl. in l. 1. C. de inſti. & ſubſti. ſub cōdi. fac.

Nec obſtat l. Titio. §. Titio genero. de cōd. & dem. quia ibi fuit conditio, vt ibi not. & hęc maximè vera, tenendo quod teſtator grauare voluerit Mahiſardum ſolum in vita eius: quia modi implendi neceſſitas deficit concurrente teſtantis voluntate.

Nec obſtat, cum hoc anno grauamen fuerit, debeatur in principio anni, l. 1. quando di. legat. ced. & l. in ſingulis. & l. annos. de annu. lega. Quia illud eſt verum, niſi ad finem anni iſtud tacitè determinetur ex natura eius, quod præſtādū eſt, ſicut eſt hic in

2 lucro.† Ex quo prꝺſtari debet legatum, quod non
in principio ſed in fine anni concluditur pro toto
anno, l. Firmio. §. pater. ff. quando dies le.ced. not. in
l. inter ſtipulantem. §. ſacram, de verb. ob. & in l qui
hoc anno. de verb. ob relinquitur ex hoc capite lega
tum non extingui, quia conditionale, nec ex hoc,
quia modus deficit, tenendo quòd ſit modale.

Nunc ſurgit dubium, an ſtante legato penès hę-
rédes Maliſardi, legati onus debeat impleri ſecun-
dum formam datam ab antiquo teſtatore, an ſecũ-
dum modum noui teſtatoris Maliſardi.

3 † Et quanquam hęc verba intelligantur imper-
petuum, id eſt, ſine fine, ff. de exce. do. l purè, tamen
ſecundum ſubiectam materiam referuntur ad ho-
minis vitam, ſi actus ſui natura vel diſponendi mo
dus perſonam reſpiciat, l. 1. ff. pro ſocio. de ali. & ci-
ba. leg. l. Caio Seio. §. 1. extra, de eo qui cog. conſan-
gui. vxo. ſuæ. c. tranſmiſſę. de reſcriptis. c. ſi. lib. 6. cum
concord.

Hic autem ex pluribus colligitur legatum deter-
minaſſe ad perſonã Maliſardi. Primò, quia grauat
tantum Maliſardum, & iubet perſonaliter Maliſar-
dũ partem retinere. Secundò, quia grauamen com-
mittit ſub fide animę ſuæ, & de legalitate, & de fide
ſua, dicens ſe bene confidere, per quæ verba certam
fidem & induſtriam & conſcientiam elegiſſe vide-
tur, & de facili in talib. fideles non inueniantur, vi-
detur ad perſonã eius diſpoſitionẽ reſpexiſſe, l. 1. §.
ne autem. C. de ca. tol. de ſol. l. inter artifices. not. in
c. ſtatutum. §. aſſeſſorẽ. de reſcr. lib. 6. ad hoc, quod
no. Inno. de of. deleg. cap. fi. hoc confirmat æquitas,
quia non expedit teſtatori, ꝙ perſona ſurrogetur il
li, qui forte dicit, ſe nihil lucratum vel modicum, &
ſic pauperes nihil habebunt aut modicum.

Ex quib. omnib. concludo, locum eſſe legato fa-
cto per Maliſardum, & illud executioni mãdandũ.

Anto. de Butrio.

S V M M A R I V M.

1 *Signatura Papæ per hæc uerba (fiat vt petitur) quid importet.*

2 *Reſcriptum legitimationis, in quo nulla ſit de legitimis mentio, an poſsit ipſis legitimis præiudicare.*

3 *Reſcriptum Papæ uel principis gratiæ confirmatorium, quo caſu reddatur vitioſum.*

4 *Reſcriptum alterius reſcripti confirmatiuum, an neceſſario continere debeat reſcripti confirmandi uitium.*

5 *Vicecancellarius an ſuo reſcripto poſſit reſtringere gratiam à Papa conceſſam.*

6 *Scriptura, ad quam in alio reſcripto fit relatio, habetur pro expreſſa.*

Conſilium XLIX.

Viſis literis legitimationis prędictæ, &
viſis forma ſupplicationis, & latiori
reſponſione Papę, quę in literis cõ-
1 prehenditur.† Dubitatur, an ex illis
verbis in ſupplicatione cõtentis, ibi,
habere dignemini pro expreſſo. ſuffi
ciat iuncta reſponſione ſimplici, fiat vt petitur. Da-
to ꝙ in conceſſione legati, quam confirmat gratia
conceſſa, non obſtan. venientibus ab inteſtato, etiã
ſi fuerint in pari gradu, vel cum eis, cum quib. diſpẽ
ſatur, dicatur facta mentio eorum, vt gratia firmę-
tur contra pręiudiciũ venientium ab inteſtato.

Præmitto, quòd ſtante gratia, vt in literis conti-
netur, gratia non valeret ad præiudicium liberorũ
venientium ab inteſtato. in Auth. qui. mo. natura.
effi. ſui. §. illud. Et quia ſi Papa ſciret, eum habere li-
beros legitimos, non ſic de facili conceſſiſſet ad prę
iudicium legitimorum: tale ergo eſt tacitũ &c. de
reſcr. c. ſuper literis. de præb. c. ſi motu proprio. lib. 6.
& quia tales legitimationes impetrari conſueuerũt
& concedi in ſolatium legitimorum, ad quod not.
Spec. de ſucceſ. §. 1. ver. ex facto quæritur. & ibi Io.
An. in add. ad hoc in ratione ſui, l. mulierem. C. de
adop. Inſti. eod. §. fœminę.

2 † Itẽ, & vt ibi not. conſueuerunt clauſulæ appo-
nĩ, per quas fit mentio de legitimis liberis, ergo libe
ros legitimos ſubeſſe obuiat legitimationi: quia ab
ſurdum foret tollere vt obſtans, quod non obſt. ad
hoc de reſcrip. c. mandatum. & quod ibi no.

Nunquid attenta antiqua ſupplicatione cum re
ſponſione ad illam, iuncta conceſſione legati, tolla
tur vitiũ taciturnitatis legitimorum liberorũ, cum
de his nulla ſit facta ſufficiens mentio: Vr quod nõ,
quia vel hic eſt noua conceſſio, & non ſufficit ex-
preſſio facta legati: quia cùm nouiter concedit, no-
ua requiritur mẽtio, vt excludatur ſurreptio, & vt
firmetur gratia contra præiudicium tertij, arg. ff. de
dam. infec. l. de pupillo. §. in plurib. C. de præſcri. 30.
ann. l. cũ nouiſſimi. §. ex his. ff. de fideicõ. l. hæredi §.
ꝙ ſi hic ſeruus. 3. q. 4. Angel. ſrudam. de ſent. excom.
c. offi. & c. eũ pro cauſa. ca. lia quorundam. eũ ſi. vel
eſt antiqua confirmatio, quia vtrunq; eſſe non põt,
de fi. inſtr. c. inter dilectos. ver. cæterũ. & quod ibi no.

3 † Et ad hoc eũ Papæ non ſit facta expreſſio legiti-
morũ, aliquid Principi eſt tacitũ, quo expreſſo non
obtinuiſſet confirmationem ad præiudiciũ libero-
rum, nec cum tali tenore veriſimiliter expreſſiſ-
ſet: vitiatur ergo confirmatio, de confir. vti. vel inu-
tili. c. 1. & c. porrecta. de capel. mo. c. 2.

Item quia ad concludendum mentem Papæ in
præiudicando tertio ſpecialis exigitur mentio tertij
præiudicij & notabilis, vt in c. ſuper eo. de offi. dele,
no. de do. c. ex literis. de reſti. ſpo. c. ex conqueſtione.
vbi de particularibus clauſulis mentionem fieri o-
portet, ſicut de toto proceſſu, de re iu. c. inter mona
ſterium, igitur non ſufficit hæc mentio generalis,
ad hęc de iureiur. cap. pen. quod not. glo. in ca. fi. de
procu. lib. 6. & de elec. c. procurator. lib. 6. in verbo,
ad agendum. ſic in ſententia, vt nulla concludatur,
requiritur ſpecialis expreſſio in ſententia vitij, &
non vitiatur per relationem ad aliud, vt not. de pro
ba. c. quoniam contra. quia generalibus verbis do-
4 lo vr hic Papa circumuentus. † Dicit enim ſupplicãs
ex certis cauſis cõceſſionẽ legati dici ab aliquib. nul
lã, & hãc vt notabilẽ non exprimit, ſ. præiudicij libe-
rorũ. Vñ in gñalib. verbis inuolutus inducit ad cõce
dẽdũ nõ cõcedẽda, ꝙ ꝓpriè dr ſuperiori arripere, vt
dicit Inno. in c. cum dilecta, de reſcr. vbi ponit diffe
rentiam inter arripere, & ſurripere.

His nõ obſt. puto ꝯriũ de iure: ſuppoſito. n. ꝙ fiat
fides de ſupplicatione & rñſione Papę, ſuppoſito in
facto ꝙ ex ſtylo curię gñæ Papæ poſſint ex regiſtro
ſumi, & aliter ꝓbari, ꝗ per lr̃as bullatas, de quo in
iure ſunt opi. de q b. in proę. 6. apparet euidenter, ꝙ
aliter ſumpta eſt minuta ꝑ Vicecancellariũ, & ma-
gis ſtrictè ꝗ fuerit a Papa conceſſa, & in talib. recur
rendum ad originale, de probat. c. quoniam contra
falſam.

falſam.no.de fide inſtrum. cap. cum P. Tabellio.& cap.ſi.

5 †Nõ enim eſt in poteſtate Vicecancellarij literas ſumendo reſtringere gratiam a Papa conceſſam in reſeruatis Papæ,& non conceſſibilibus per Vicecancellarium,niſi aliud habeat ſtylus curiæ,de quo non ſum informatus.Nam in gratia Papa ſignat, fiat vt petitur,& ſupra,inter cætera petitum eſt, vt habeatur conceſſio legati, & eius tenor pro ſufficienter

b expreſſo: ᵇergo omnia expreſſis habentur,& perinde,ac ſi ſpecificata fuiſſent:poteſt enim Papa ad validitatem actus à ſe geſti fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt,& habeatur pro expreſſo. de præben.c.ſi motu proprio.lib.6.de elec. c.illa quotidiana.de tranſac.c.1.de re iudi.cle.paſtoralis.ad hoc ſtylus curiæ,quæ habet in confirmationibus apponere clauſulas iſtas vel ſimiles, cuius tenorem volumus habere pro expreſſo.

6 †Nam alibi ſcriptum,ad quod fit relatio. perinde cenſetur,ac ſi expreſſum foret ſpecificè in ſcriptura, quæ ad aliam refertur,ff.de re iudi.l. ait prætor. §. ſi iudex.ibi,ſic accipiendum eſt, quaſi quãtitatem nominauerit. ff. de here. inſtitu. l. aſſe. de condi.& de mon.l.ſi ita ſcripſero.de condi.inſti. l.illa inſtitutio. C.de teſta.l.j.de excep.c.cũ venerabilis.verſic. quod no.de relig.do.c.conſtitutus.cum ſimili.Itẽ ex quo Papa vult haberi pro expreſſo, hoc fingitur expreſſum:non ergo admittitur probatio in contrarium, aliàs allegano,quod expreſſum non fuerit,vt in cle.1.de prob.& quod ibi no.hoc confirmat ſtylus curiæ

c in ſimili in appoſitione clauſulę,non obſtantium. ᶜ quando dicit,non obſtantibus priuilegijs, etiam ſi de verbo ad verbum debeat fieri mentio. hæc generalia verba æquipollent expreſſioni de verbo ad verbum,ex quo hanc loco illius ſurrogat.

Objecta autem ab intelligente de facili tollũtur, ideo non inſiſto.Concludo ergo dictam conceſſionem firmare legitimationem contra defectum taciturnitatis liberorum.

Anto.de Butrio.

ADDITIONES.

a PRAEMITTO] *Omnino facienda eſt mentio filiorum naturalium & legitimorum, alioqui legitimatio eſſet ſurreptitia, nec valeret.ita Dec.aſſerit conſi.85.col.pen. verſic. & ſecundum hoc Facta tamen mentione legitimæ prolis valeret legitimatio.Alex.conſi.187.& 168.lib.5.Crot.fol.12.Ruy.fol.ſi. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu. vbi Iaſ.nu. 96.dicens hanc eſſe communem.Dida.in epit.de ſponſ.in 2.par. c.8.nu.7.*

b EXPRESSO] *Refert & ſequitur Dec.hoc conſi. Butr. in conſi.695.nume.12. Adde Bald.in cap.cum dilecto.colum.ſi. de reſcrip.Ang.conſi.273.Non eſt dubium.col.pen.Alex.conſil.215.Nec arguendi ſiamus.col.7.lib.2.*

c NON OBSTANTIVM.] *Citat in hoc loco Dec. conſi. 265.facit Domin.in conſi.65.Diſcutiam.col.6.*

SVMMARIVM.

1 *Iura dicẽtia laudum reducendum ad arbitrium boni uiri, qualiter ſint intelligenda.*

2 *Sententia an ratione incertitudinis aut conditionis dicatur vitioſa.*

Conſilium L.

PVTO iudicem aditum ſuper reformatione laudi in procedendi & firmandi modo & forma vt iudicem adiri,& non vt arbitratorem.

1 †Iura enim, quę dñt laudũ reducẽdũ ad arbitriũ boni viri, intelligũtur.id eſt,iudicis:qa ille eſt,q hoc arbitrari hẽt, vt l.cõtinuus.§ cũ ita.ff.de verborũ obligationibus.& ff.iudi.ſolut.l.vir bonus.quò ad finẽ decidendi apprehendere dẽt æquitatẽ vel iniquitatem laudi,vt arbitror habuiſſet:qa vt debuit arbitrator reformat, non vt debuit iudex. Et ſic concordantur opiniones: quia ergo in pronũciandi modo procedit vt iudex,in ordinando ritum ſententiæ ſubijcit iuri, vt certã debeat ferre ſentẽtiã,& ſe conformare petitis.

Hoc poſito,in libello ſunt duo capita. Vnum ſuper nullitate,& hoc purũ.Secũdũ, ſup iniquitate, & hoc cõditionale, inquãtũ laudũ appareat aliqđ. Super primo iudex pronuntiauit ſimpliciter, & ſi quieuiſſet,in hoc ſententia foret valida,ſed vltra ꝓcedit,proſequitur reſoluendo illud cõditionaliter & cauſaliter eo caſu,quo apparet aliquod. Vnde ſi apparere non poſſet aliqđ,primũ caput remaneret.

Aut ergo producto laudo,ex eo apparet euidens nullitas laudi, vel euidens ſtatim oſtenditur,& ſententia remaneret valida:quia deficeret conditio reſoluens primum caput,& euaneſceret ſecũdum caput ſententiæ,vt deficiente cõditione.Si laudo oſtẽſo apparent illius formalia,nec ſtatim euidẽter cõſtaret de nullitate,aliquod eo ipſo appareret, & ex hoc reſoluto primo capite.

Si aliquod apparet, res reducitur ad ſm caput:de eo ergo videndũ,iudex in ſecundo capite duo agit.

Primò,purè decernit iniuſtam, & reducit ad arbitrium boni viri.

Secundò,in quo & inquãtum redigi debeat, declarandum reſeruat:quod prima facie vr̃ potuiſſe, in condemnatione expenſarum,l.terminato. C. de fruc.& li.expen.Ad hoc,quia inquantum foret iniquum,non videtur iudici liquidatum fuiſſe;poteſt ergo ad aliquod tempus liquidationem reſeruare, ad quod dictum Bu.C.de ſen.l.cum iudex.

2 †Nec vitiatur ſententia ex incertitudine, qa ſpẽ hẽt certificandi,l.Emilius.ff.de admi.tut.nec vitiat,

a qa cõditionalis, ᵃqa hæc extrinſeca cõdõ eſt,vt ibi.

Puto de iure contrarium,vt eſt conſultum. quia diffinitiua ſuper certo pretio,vt hic erat,non poteſt reſeruari declarando in aliquo probando,vel declarando poſt ſententiam,niſi incontinenti,vt l.generaliter.§.1.C.de iureiu.ad quod l.Paulus.de re iudi. Et hoc decidit gl.& Bart.in l.cum iudex.præalle.in 2. q.æquipollent enim iſta, per vos declarandum, & inquãtum per vos declarabitur, ſi poſtea liquidet.

Cùm ergo hic nõ veniat incõtinẽti liquidãdum, ſnĩa nõ tenet,ſicut ſi te cõdẽno,ſi ꝓbaueris: hoc intelligit,ſi incõtinẽti poſt ſnĩam eſt ꝓbatum, vt ibi.

Non obſtat,quod no.in l.iudex.ff.de re iudic. qa ibi incertum declaratur à iure,& ius declarat in ſententia,vt leg.1.in fin.ff.ad Ter.

Nõ ob.ſi dicat,ĩ vltima pte ſnĩæ iudex facit duo

Primò.pronuntiat ſuper iniquitate laudi: quia conſtat ſibi iniquum.

Secundò,reſeruat declarationem, inquantum: quia hoc non liquet ſibi, ex incertitudine ſecundi non vitiatur primum,vt eſt caſus valde ad propoſitum de emp.& vend.c.cum cauſam.iuncto c.cũ cauſam enim.de teſt.quia ibi petens reſolui contractũ,

quia deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, aut legitimum pretium dari, vel ſuppleri, non determinauit ad certam quantitatem. Ideo incerti petiti ibi valuit ſententia incerta; hic quantitas certa indebiti & immoderationis laudi fuit i libello petita & declarata. Item illud incertum, quod reſeruatur, non erat principaliter in obligatione, ſed in facultate ſoluendi, ſufficit ergo ſententiam cōtinere certum in principali petito, & reſeruanda eſt declaratio ad tempus collationis eius, quod eſt in facultate ſoluendi. Hoc autem principaliter ſubmittitur perito & iudicis officio. Remanebit ergo ſententia nulla, niſi euidens nullitas laudi appareat ex forma laudi.

Ita videtur mihi Ant. de But.

ADDITIO.

a CONDITIONALIS] *Duplex eſt conditio in propoſito, intrinſeca & extrinſeca: conditio extrinſeca nunquam vitiat: intrinſeca quaſi ſemper. In qua materia uide Iaſ. & Rip. in l. ait prætor. §. ſi index. ff. de re iudic. Fulg. conſi. 117. Viſo exemplo. Dec. conſi. 516. Ruy. conſi. 38. nu. 10. & ſeq. lib. 5. Coz. cōſi. 50. nume. 18. Alex. in l. qui Romæ §. Augerius ff. de verb. oblig. Zaſ. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Abb. conſi. 73. in fin. lib. 1. Rebuf. in tractat. de cont. & deſec. ort. 2. glo. 1. num. 17. tom. 3. Vant. de nullit. ſen. ex deſec. proc. & ſolen. ſent. num. 112. cum ſeq. Rot. Ped. deciſ. 146. dixi ad conſi. Aegid. lib. 6. cā. 28. num. 4. ubi hoc But. conſi. allego.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eccleſiaſticum aut alia eccleſiaſtica ſeruitus, quo caſu poſſint remoueri uel amoueri: & nu. 6.*

2 *Eccleſiaſtica ſeruitia diuerſis nominibus & collationibus ueniunt diſtinctè conſideranda.*

3 *Deſeruire eccleſiæ per alium, an regulariter ſit prohibitum.*

4 *Stipendium habere in eccleſia, & non eſſe titulatum, non eſt iuri repugnans.*

5 *Iura prohibentia vicariatus eccleſiaſticos, qualiter ſunt reſtringenda.*

Conſilium LI.

IN ſacroſanctæ Mariæ maioris ſuppoſita formalitate appellationis, de qua non diſputo, quia non vidi eā. 1 † Et poſito, quòd capellani non ſunt intitulati, non eſt dubium, appellatione pendente, potuiſſe dominum Georgium reuocari; & hoc neuter ex conſulentibus & allegantibus negat. Reducitur ergo dubitatio, an capellaniæ illæ ſonent in titulum beneficij, ita quòd ibi poſiti dicantur intitulati, an ſimpliciter ſtipendiati dicantur abſque titulo. Et quanquam multa hinc inde allegentur, magis propius tex. qui valeat adduci, eſt tex. de off. vica. ca. ad hæc. cum glo. ſua, qui quæſtionem ad literam decidere videtur pro parte Domini Georgij: aſſignari enim poſſunt reditus certi ſeruienti eccleſiæ, quia nō eſt intitulatus ad eccleſiam, id eſt, ad habitum eccleſiæ, vel prælationis eccleſiæ: & cùm hæc aſſignatio beneficij & redituum eſt perpetua, à qua ibi aſſumptus non eſt abſque cauſa remouibilis, non vt habeat titulum, ſed quaſi titulum, patet ibi in glo. tamen expelli non poteſt, ac ſi eam haberet intitulatam. erit ergo ſenſus conſtitutionis in ver. volentes. ibi, nec haberi pro inſtitutis & intitulatis ad eandem eccleſiam. ſ. quò ad habitū curæ eccleſiæ, quæ reſidet in priore & canonicis, ſed quaſi titulū hñt, ob quē remoueri nō poſſūt quò ad exercitiū curæ: & (vt ita loquar) directū titulum habent prior & canonici; quaſi titulum habent hi capellani, & quilibet perpetuum habere cenſetur, & hoc corroborat c. pe. de cleric. non reſi. qui tales vocat aſsitios vel aſſeſſinos, qui ad reſidentiam tenentur vt veri intitulati.

2 † Pro deciſione aduertendum, quòd in eccleſijs reditus & beneficia terminantur aliquando ad ibi recipiendos proprio & principali nomine, & talia ſic determinata, diſtincta vel indiſtincta beneficia appellantur, & habent in ſe titulum annexum, & perpetua dicuntur eſſe, & tales ad illam aſſumpti filij cenſentur eccleſiæ, quos temporales eſſe nō decet, lxx di. c. ſanctorum. 6. q. 1. c. quam quis, & c. paſtoralis. quidam aſſumitur in eccleſia non principaliter, ſed alterius loco, & ſic vt ſubrogatus: & cum impoſſibile ſit eandem eccleſiam aut titulum duorum eſſe, ſicut nec vxor carnalis, de præben. c. cum non ignores. hoc non permittit ius, niſi ex cauſa. & tunc ſurrogati habent quaſi titulum, i. vtiliter titulum directo remanente penès principalem. Ideo ſi cauſa eſt perpetuò impediens prælatum in exercitio, vel principaliter intitulatum, ſurrogatus habet vtiliter titulum perpetuum: & vocantur tales vicarij a pperpetui, de reſcr. c. poſtulaſti. de fi. inſtr. c. G. perpetuus. de fi. presby. c. propoſuit. & cap. conſtitutus. de off. vica. c. prouideas. c. ad hæc & c. clericos. quæ oīa intelliguntur in vicarijs perpetuis, & hic non eſt caſus noſter. Quandoque in principali datur temporaneum impedimentum & legitimum, & conceditur à iure, vt deſeruiat per vicarium, de elec. per totum. de vo. c. fi. de elec. c. cum ex eo. li. 6. de app. cap. peruenit, de reg. c. beneficium. & in conſtitutione, execrabilis. cum ſim. quæ de vicarijs loquūtur. Ad hæc poſſunt reduci omnes caſus, vt in pluribus, qui enumerantur de præben. c. extirpādæ. §. quia vero, inter quos aliqui ſunt perpetui, aliqui temporales: tales autem non ſunt propriè intitulati, nec filij eccleſiæ, de fi. inſtrum. cap. G. perpetuus. no. glo. in fin.

3 † In iſtis talibus procedit regula, quòd deſeruire per alium regulariter eſt prohibitum, xvi. q. 1. c. generaliter. a 1. q. 2. c. præcipimus. temporanei enim curæ habent exercitium, ſed delegatam habent poteſtatem, vt dicit glo. in c. quoniā enormis. ne præla. vi. ſuas. Item & temporaliter à ſolis prælatis vel rectoribus ſubſiſtente impedimento poſſit ad modicum tempus ſubſtitui, vt no. Hoſt. & Io. an. de offi. vic. c. clericos. ſuper gloſ. vbi in fi. dicit, quòd habēt delegatam ad hoc gl. in cle. 1. de reg. in verbo, locū tenentis. Perpetui autem vtiliter curam habent vt ordinariæ poteſtatis, vt gl. in cle. dudum. de ſepulturis, in verbo, ſacerdotibus, ad hoc, quod nota. in d. §. ſi verò. de præben. c. ſuper inordinata.

Quidam ſunt in eccleſijs ſtipendiati, non vt ſurrogati loco aliorum, nec vt principales, ſed vt coadiuuantes, vt quando non ſufficiunt principaliter curati vel intitulati, alij ſub eis ponuntur ad exercitia curæ iuuanda, & tales ſimiliter poſſunt eſſe & tēporales & perpetui, & cum titulo & ſine titulo.

4 † Nā nō eſt hoc iuri repugnās, quā hēre ſtipēdiū in eccła, & ibi nō eē intitulatū: patet ex no. de reſ. c. poſtu-

poſtulaſti.no.Inn.de præben.c.cùm iam dudum. &
no.lxx.di.c.ſanctarum.Poteſt enim quis eſſe in ec-
cleſia præbendatus abſque titulo,ſumendo præben
dam largè pro ſtipendio, & tales ad tempus modi-
cum poſſent aſſumi,etiam ab ipſis prælatis rectori-
bus inferioribus abſque Epiſcopi conſenſu. Item &
de Epiſcopi conſenſu vel licentia, committẽdo eis
vt delegatis partim exercitium curę, vel aliàs parti
cipantes,vt no.de elec.c.ex eo.lib.6.& no.de pęni.&
remiſſio.c.omnis vtriuſque ſexus.ſuper glo.execu-
tionem.& no.de off.arch.c.officium.in verbo, cum
omnibus.in Nouella.ad hoc ne præla.vi.ſuas.cap.
quoniam.præalle.ad hoc tex.de off.ord.c.quoniã.
7.q.1.c.illud,& c.nihil.hoc firmat In.de offi.vica.ca.
clericos.pro regula, reſidentes poſſe ſibi aſſumere
coadiutorem in cura,imò debere,vbi non ſufficit,
dummodo reſideat,ita quòd non aſſumat ex toto
loco ſui.Hoc confirmat Lapus de Caſti.multiplici-
ter ſua alle.6.ergo probatum eſt,portionarios in ec
cleſijs aſſumi poſſe,vt delegatos in exercitio curæ,
& non intitulatos.ad hoc cle.1.de re.in verbo, prio
ratus.cum glo.in verbo, locumtenentium. ex quo
concludit,tales ſic aſſumi non fore exorbitans à iu
5 re,& vt non ob hoc cogamur verba reſtringere † &
iura,quæ prohibent aſſumptionem vicariorũ, pro-
cedunt & reſtringi debent ad volentes aſſumere ex
toto loco ſui non reſidendo, vt ibi: non poſſunt
etiam ex hac cauſa aſſumi vt perpetui aut in-
titulati:& tales non poſſunt aſſumi,niſi de conſen-
ſu Epiſcopi,imò exigitur conſenſus capituli, vt no.
Vin.in c.ad hæc.de offi.vic.de cle.non reſi.c.pe.

Ad conſtitutionem ergo reſpondendo ponderã-
dum primò,quòd in ea proponitur eccleſia ſpecia-
liter fore de menſa:vnde & ibi liberius poteſt pone-
re non intitulatos,qui habent iuriſd.delegatam, vt
no. in clem.frequens.de exceſ.præla.& not.ſcriben-
tes in clem.1.de reſcrip.

Item aduertendum, quòd iſtæ portiones & ſti-
pendia aſſignantur abſque conſenſu capituli, quo
caſu vt perpetua ſint, creari nõ poſſunt; vt dixi, ad
quod no.de conſti.c. cum acceſſiſſent. hæc autem
curata proponuntur à ſolo Epiſcopo.

Item vult conſtitutio, non habere pro inſtitutis
aut intitulatis ad eandem eccleſiam, & ſimpliciter
verba conſtitutionis loquuntur.

Nec dicatur, quòd excluditur inſtitutio & intitu
latio reſpectu communium tractatuum,& reſpectu
ſitus curiæ & communis iuris eccleſiæ: quia à tali-
bus etiam ſi forent intitulati à iure,excluduntur, vt
no.de ele.c.1.Item ex verbis præcedentibus ſatis à
talibus ſunt excluſi,vbi eos excludit ab aggregatio-
ne capituli,& communibus tractatibus, & genera-
liter ab omni iure capituli excludit, dum vniuerſa-
liter dicit,eos in talibus nullum poſſe ius vindicare.
Superfluerent ergo verba ſequentia.

Item hoc declarat cauſa,quæ ſumitur,quæ dicta
declarat,ampliat & reſtringit,ff.de admi.tu.l.ita au-
tem.not.in cle.1.de ele.& c.1.de temp.ord.li.6.Cau-
ſa autem eſt,ne per hanc viam attribuatur alteri po
teſtas conferendi beneficia,aut inſtituẽdi, aut in ali-
quo lædatur aut minuatur in Epiſcopo,quod ſeque
retur,ſi iſti dicerentur intitulati,etiam reſpectu par-
ticularium portionum.ſi enim vt perpetui à cano-
nicis aſſumerẽt, & poſtea confirmarentur & vt per
petui, hac via in eccleſia darentur intitulati aliter
quàm Epiſcopi collatione prouiſi, quod euitare vo-
luit ſtatuens in illis verbis,ibi,in qua beneficiorum
collatio.&c.
6 †Ex quibus concludo,hos non fore perpetuos aſſi-
tios,nec intitulatos ad eccleſiã, nec in eccleſia, ſed
remouibiles,non ad nutũ priorum & canonicorũ,
ſed nutum Epiſcopi:quod etiam ſonant illa verba,
licentiari ſeu expelli,quæ ad factum referuntur, &
non facti notant diſſolutionem.

Ex quibus rationes in oppoſitum de facili tollun
tur:non enim obuiat,quod non fuerint abſque cã
remoti:quia hoc ex honeſtate factum eſt, & tale in
ſimplici velle conſiſtens non eſt præſcriptibile, quia
volendo iure vtitur.no.de priui.c.priuilegia.de cõ-
ſue.c.fi.lib.6.& in materia conſuetudinis in l.1.C.
quæ ſit lon.cõſu.& p Gulielin l. de quibus. ff. de legi.

Item etiam hoc in multis eccleſijs de facto ſerua
tur,vt non intitulentur & curam exerceant, & hoc
vt magis ſint prompti ad obediendum priori, & ca
nonicis,& curam melius exerceant,dum vident ſe
de facili remouendos.

Non obſtat,quòd poſſent dici beneficiati: quia
fateor largo modo,vt dicantur aliquid ſpiritualita-
tis habere,ſed tamen hoc fiat, quòd ibi temporali-
ter ad nutum conferantur,vt in temporalibus vica
rijs,& quòd abſque titulo ſtipendium aſſignetur.vt
no.d.c.poſtulaſti.& patet in temporalibus vicarijs.

Item ratio, quę concludit, ſecularia beneficia
non fore ad nutum remouibilia.nec hoc eſſe poſſi-
bile,eſt contra gl.in cle.frequens.& patet in omni-
bus vicarijs temporalibus,qui poſſunt ad nutum &
vt non intitulati remoueri.

Ratio,quæ concludit abſurdum, aliquos aſſiduè
deſeruire & reditus percipere,& delegatos eſſe, etiã
non habet in ſe veritatem: quia ſeruire debent aſſi-
duè propter ſtipendium, in quo labores remunerã-
tur:& quòd fructus percipiant & deſeruiant, hoc
non repugnat, quòd ibi illi vt non intitulati ſed vt
conductitij ſeruiant,nec cauſaliter eſt, quòd per ta-
les luuentur reſidentes in cura,imò regulare, vt eſt
probatum:& §.quia verò,habet locum in non reſi-
dentibus,qui per alios ex toto deſeruire intendunt,
vt probatum eſt ſupra,& no. Lapus in loco præal.

Non obſt.aliæ rationes,quia perſuadent & nõ re
ſtringunt. Ex quibus patet cõcluſio ſupra poſita vera.
Anto.de But.

ADDITIO.

VICARII] *Vicariæ perpetuæ reguntur eodẽ iure, quo pa rochiales,& illi æquiparantur,cle.vn.de off.vica. vbi etiã dicitur, q. p aſſeptionẽ ſecũda vicaria uacat prima. Et ætas requiſita in curato,& in uicario requiritur. Et hic tenetur intra annũ promoueri,iux.c.licet.de elect.in 6.etiã tenetur reſidere, c.fi.de off.uica.Nec põt deſtitui mortuo priore, c.ad hæc.de off. uica.Et cum illis poteſt Epiſcopus diſpenſare ſecundum formam c.cum ex eo.de elect.in 6.Fely in c.G.perpetuus.de fid.inſtr. Et debetur eis quarta canonica.Card in cle.dudum.§.uerum.q.22. de ſepul.Ei poteſt ordinari ad titulum ſuæ uicariæ,ca.poſtulaſtis. de reſcrip.Card in d.clem.au.q.8.Et æquiparatur rectori,c.conſtitutus.& c. Michael.de fil.presb. Vide Bellam. cõſi.38 .Rot. deciſ.28.in antiq.Secus eſt in Vicarijs temporalibus, quia in titulum non dantur,d ca.G perpetuus. Rebuf.in tract. nomina.q. 15 nume.48.vbi allegat hoc Butr.conſi.*

SVMMARIUM.

1 *Teſtes in numero uel quantitate diſcrepantes, an poſsint ſaltem in minori ſumma, in qua concordant, admitti.*

2 *Teſtes diuerſimodè circa æſtimationes rerum deponentes, poſſunt tanquàm concordes admitti.*

3 *Teſtiũ diſcordãtiũ attẽdenda quãdoq; uenit mẽtalis cõcordia, niſi illorũ maior pars concordet.*

Conſilium LII.

1 NOTA ergo dubitatio reducitur ad
illud, † quia teſtes in particularibus
petijs terræ diuerſi ſunt in ſummis,
an ex hoc teſtamẽtum ſit ineſſicax,
aut variũ, aut cõtrarium, aut ſingu-
lare, repellantur, vt no. Odo. in l. diẽ
proferre. in §. ſi plures. ff. de arb. Arch. 8 q. 9. Nihilo-
minus Io. an. reſidet, de arb. c. 1. lib. 6. quod probent
ſaltem in minori, & firmat Spe. in tit. de teſte. §. poſt
quã. ver. quid ſi plures. Hic imaginor duos caſus ad
propoſitũ concurrentes. Primò, quando omnes te-
ſtes deponentes diſcordant in ſummis. Secundò,
quando duo uel plures concordant in vna ſumma,
tertio diſcordante vel in minori parte, & deponẽte
de maiori vel minori. Primo caſu puto, ꝙ ſi ex di-
a uerſitate ᵃſummæ, ſuper qua deponunt, ſurgit di-
uerſitas in ſubſtantia eius, ſuper quo deponunt te-
ſtes, nõ probãt: quia aut ſunt contrarij, aut ſingula-
res, vt ſi ego mutuo, vnus teſtis deponit, quòd mu-
tuaui 5. alter 10. alter 20. iſti neceſſariò vel arguũt
diuerſa mutua, & ſic ſunt ſingulares; vel arguũt cõ
traria, & ſi ſe determinẽt ad certũ temporis momẽ
tum. Si autem ex diuerſitate ſummæ non arguitur
diuerſitas in ſubſtantia, ſed in ſola qualitate, vt quã
do variatur in æſtimatione rei, vel poſſeſſionis tpe.:
ga per hoc non concludunt teſtes contrarium, ſed
non conſonantes, tunc in eo, quod diſſonant, reij-
citur probatio, in eo autem qđ conſonãt, admittit.
In minori autem ſumma conſonãt omnes, l. diẽ
proferre. §. ſi plures. ff. de arb. & c. 1. de arb. lib. 6.
Et ſi dicas, inter hæc ſaltem eſt varietas, quæ detra
hit teſtibus, vt in c. licet cauſam. de proba. talis varie-
tas hìc non vitiat: quia hic teſtificatur non de eo,
quod capiunt ſenſu, ſed intellectu & peritia, ſcilicet,
de rei æſtimatione, quæ ibi peritia & intellectus opi
natur, vt dicit Bar. in d. l. 2. C. de reſcin. ven. Nam poſ
ſunt teſtes atteſtari in probando æſtimationem rei,
vt æſtimatores poſsũt & vt teſtes, & hoc dupliciter.
Primo modo atteſtando ex opinata æſtimatione
communi, vt quia dicunt, quod ſciunt: quia ſic va-
let res communi æſtimatione, vel quòd tantum ha-
betur pro communi æſtimatione, tunc non atteſta
tur de rei veritate, ſed opi. poſſunt atteſtari, ſi de ve-
ritate, & tunc oportet quod deponant, vt dicit Bart.
in d. l. 2. in vlt. practica.
2 † Secundo modo, hæc atteſtantur, ſi quilibet di-
ligens ſic emeret, hoc eſt atteſtari de communi æſti-
matione, in qua deponũt vt periti de æſtimatione,
in quo falli poſſunt: in minori autem non fallunt,
in quo conſonant omnes: ergo valor ad illius limi-
tes eſt probatus: in caſibus autem, qui experientia
deponunt, ſæpiſſime falluntur, 27. q. 1. c. nec aliqua.
de prob. c. cauſam, de frig. c. fraternitatis. referunt
enim ſe teſtes ad æſtimationẽ, quã putant commu-
nem: & hoc ſufficit, non quia vera eſt & determina
ta; opinio autem poteſt eſſe in teſtibus diuerſa, qui-
libet ergo verum dicit in eo, quod putat, licèt non
probent, niſi in eo quod conſonent plures: aliàs ſa-
tis difficile foret, teſtes probare æſtimationes rerũ,
quæ communiter diſcrepent in quantitate, & etiã
præſcriptiones, cùm teſtes poſſint eſſe de poſſeſſio-
nis tempore diuerſimodè informati, quia aliqui de
magno tempore, aliqui de paruo videant.
Secundo caſu, quando duo vel plures conſonãt
in vna ſumma, tertio aut minori parte diſcordãte,
& tunc ſtamus maiori parti, vt no. in l. diem profer-
re. §. ſi plures. & in l. 1. §. 1. ff. de ven. inſpi. ad hoc op-
3 timè in c. 3. de iudi. de arbi. c. 1. lib. 6. † quia ex quo
plurium habemus concordiam expreſſam, non re-
currimus ad mentalem.
Nec obſtat, ꝙ promiſerint defendere &c. q̃a talis
ꝓmiſſio de defendẽdo, & de nõ mouẽda q̃ſtione, &
b de euictione ᵇ refertur ad quæſtiones iniuſtas, &
quas veriſimiliter cogitauit venditor: in hoc aũt vt
deceptus ignorãtia nõ venit cõtra promiſſionẽ, l. ſi.
§. idẽ q̃ſiuit. ff. de condi. inde. ff. de pact. l. tres fratres.
Non ob. gl. 2. & quæ ſcribit Bar. in l. 2. præal. & in
l. ſciendũ. de ver. ob. quia loquitur in iuramẽto: nec
etiam dictum ſuum ex toto eſt verum, aliàs nũquã
locus eſſet remedio illius l. cùm communiter in in-
ſtrumentis venditionum talia pacta apponuntur.
Nec ob. ꝙ ſcire præſumitur ſummam quantita-
tem rei: quia illud verum, niſi quando apparet dece
ptio vltra dimidiũ iuſti pretij: quia ex præſumptio-
ne non iactationis ſui præſumitur ignorantia, vt
not. C. de reſcind. vendit. l. quiſquis.

ADDITIONES.

a DIVERSITATE] *Latè dixi de hoc Milleloq. 245.*
b EVICTIONE] *Quando venditio reſcinditur reme-
dio l. 2. C. de reſcind. vend. tunc euictio locum non habet, Rebuf.
tract. de reſciſ. contrac. art. 1. gl. 15. nu. 29. tom. 2. quo caſu etiã
fideiuſſores pro euictione dati liberantur, ut docet Iacobi. in l. 1.
C. de fideiuſ. min. dixi in tract. de euict. §. 5. nu. 91.*

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio compendioſa per uerbum commune,
an ſit omni tempore fideicommiſſaria.*
2 *Verba iſta (pleno iure) in materia ſubſtitutio-
num, quid importent.*
3 *Teſtator quare potius præſumitur uelle filios ma
ſculos ſuccedere, quàm fœminas.*

Conſilium LIII.

*QVIDAM Magiſter Beneuenutus de Forliuio ſuũ
cõdidit teſtamentũ, in quo Xãctem filiũ ſuum ſibi
hæredem inſtituit, & ſi dictus Xãctes deceſſerit ſi
ne filijs, ſibi ſubſtituit ſub hac forma, certa legata
caſu eueniente prædicto ſubiunxit. In alijs bonis magiſtrũ Phi-
lippum & magiſtrum Antonium æqualibus portionibus ſubſti-
tuit pleno iure. Mortuo teſtatore, mortuus eſt Xãctes in pupil-
lari ætate, ſuperſtite matre pupilli, & ſuperſtitibus magiſtro Phi
lippo patruo & magiſtro Antonio filio patrui dicti præmor-
tui. Stante ſtatuto in ciuitate Forliuij, quòd ad ſucceſsionem filij
mater ſuccedat unà cũ patruis, ſi ſuperſunt, & filijs patrui. Nũc
quæritur, an mater aliquid conſequi debeat, an in totum excludat
patruum & filium patrui, an ipſi in totum eam excludant.*

1 DVBITATIO quæſtionis huius
ſurgit à dubio vulgato, an ſubſtitu-
tio compendioſa per uerbũ cõe ſit
fideicommiſſaria pro toto tpe. an
ſaltẽ ꝑ tpe pupillaris directa exiſtat.
Si tenemus ipſam fideicommiſſa-
a riam, ut tenuit gl. in l. precibus, ᵃ C. de impu. & alijs
ſubſti. & in l. Cẽturio. de vul. & pu. & Azo in ſum. Ia.
de Bel. in c. Raynu. Io. an. in glo. antiqua. de teſta. c.
ſi pater. li. 6. Dy. Ray. Mart. Sil. & maior pars legiſta
rum, quæſtio ſopita eſſet, matrem non excludi ſal-
tem in totum. Si teneretur opi. ꝙ eſſe, directa intra
pupilla-

pupillarem ætatem, pro qua de teſta. c. ſi pater.li.6. & quod plenè diſcutiendo concludit Bart.in l.Centurio. in 3. q. quod vt æquum & vt rationabile matre non exiſtente in medio, vt proponatur. In hoc ſequor doctrinam Bar.qui concludit fauore matris illam fideicommiſſariam intelligi pro tempore, niſi ex ſubſtituendi modo aliter pateat de voluntate teſtãtis, vel niſi ſubſit aliqua de perſonis ſubſtitutis, quibus matrem pupilli teſtator non prædilexerit, quo caſu vel quibus tacita pupillaris matrē excluderet ex conditione perſonæ ſubſtitutæ. hæc patēt ex ſcriptis Bar.in l.Centurio in tertio membro principali,& in l.precibus. C.de impu.& alijs ſubſti.& in l.2.co.ti.in ver.quæro ex quibus præſumatur hęc voluntas. & inter extera dixit, ex verbis patere de vo-
b luntate,quãdo dicitur liberè.[b] ſubſtituo talem, vel quando talia verba proferi in ſubſtitutione, ex quibus verbis patet teſtatorem voluiſſe ſubſtitutum
2 habere directò hęreditatem integraliter: † hoc au-
c tem hîc ſatis no. illa verba (pleno[c] iure) quæ intelliguntur, ideſt, cum omni integritate & abſque diminutione, l.ſeruos quos, de le. 3. l.generaliter.qui & à qui. extra, de elec c. querelam. de fo. compe.c. conqueſtus.no.de præben c.de monachis. 16. q 2.in ſumma,de dona.c.paſtoralis,de priui,c.cum & plantare.& c.in eccleſiis. maximè ſi intelligeretur pleno iure.ideſt,quò ad proprietatē & vſumfructum. verba illa ſuperfluerent,cum abſque illis talia includentur, contra id de le. 1.l.ſi quando.extra, de verb.ſig.
3 c.abbate.de priui.c.ſi Papa. li.6. † Item hoc patet ex
d conditione perſonæ[d] ſubſtitutæ, quæ pariter cum matre ſuccedit: mater ergo ſubſtitutis non eſt prædilecta, nec fuit veriſimiliter à teſtatore; & quòd prædilexit patruum & filium patrui,patet ex præcedentibus in teſtamento circa relicti quantitatem: quia vxori legauit decem, patruū & filium patrui pupilli ſubſtituit in magna parte bonorum. ad hoc notant hodie teſtatores,quia ex communi vſu prędiligunt hæreditates remanere circa ſtipites & deſcendentes à ſtipitibus ſuis maribus, quàm quòd extrauagentur ad extraneos, quod extingueretur ex ſucceſſione vxoris patruis excluſis. ad hoc quod ſcribit Bar.in l. 2. de vul. & pu.in materia pupillaris in ver.quæro ex quibus præſumatur.ibi,ſed quid de matre defuncti.vbi ab ordine ſuccedendi menſuratur prædilectio, & data æqualitate ſuccedendi non noi. prædilectio ad excludendam tacitam pupillarem, & conſequenter nec ad obligandum, quę alias directa intelligi poteſt & debet.

Relinquitur ergo, quòd valuit vt pupillaris, excluditur ergo mater ex toto: quia vel ſuccedūt patruus & filius patrui ex pupillari, ſi adita eſt hæreditas nomine pupilli, vel quia ſuitas firmat tabulas pupillares, vt l.Iulia.de acqui.hær. vel vulgaris tacita, quæ matrem excludit pupilli,vt not.in materia vulgaris, vel expreſſa ſaltem generaliter vulgaris, quæ & matrem excludit, vt no.in l. Lucius.de vul.& pu.quæcunque opi.ergo circa hoc vltimum teneatur, ſi concludimus ipſam directã, ſemper mater excluditur à patruo & filio patrui. Sic concludo de iure, licèt punctus non ſit aliàs abſque dubio.

Antonius de Butrio.

ADDITIONES.

a PRECIBVS] Vbi Dec.nu. 19.Old.conſ.99.Bar.in l.Centurio.nu.27.ff.de vulg.ſubſt.qui ſecundum hanc opinionem plures conſuluit conſ.8.Factum tale. conſ.22.Homo Aceruſul.cõſ. 54.Angelus. conſ. 241. Pater filio Bal.in l.iam hoc iure. ff.de vulg.& pupil.& in d.l.precibus.nu.38.Ang.conſ.125.Subſtitutiones. Porc.in § ſi Inſti. de pup. ſubſt. Ana conſ. 79 Aret conſ.155.col vlt. Afflic.deciſ. 361.Curt. in d.l precibus. num. 62.Corn.conſ. 93. col. 2.lib. 3.Mod. Apoſt, ad . Alex.conſ.12. nu 15.lib.3. Plures in diuerſam ſententiam iuere, quòd compendioſa facta impuberi titulis communibus ſit ante pubertatem directa, poſt fideicommiſſaria: pro qua ſolet allegari tex in c. ſi pater. de teſta.in 6. Iaſ. in d. l.precibus. num.15. & Iacobi.nu. 15.Iaſ.in d.l.Centurio.nu.45.& Rip.nu.117. licèt valde dubitet. Alex.d.conſ.12.Corn.conſ.28.lib.4.conſ.114.li. 3.Soc.Iun. conſ.94.nu.28.lib.1.Guil.Bened.in c. Raynutius. ver.ſi abſque liberis moreretur.nu.45.de teſta.Zaſ.in tract. ſubſtit. compend. nu.33.& Polit.nu.26.Alcia.lib 10.Parerg.c.9.Vigl in §. qua ratione. Inſt. de pup. ſubſt. Superior tamen opinio verior eſt ſecundum Mod. Apoſt.ad Dec.in d.l.precibus nu. 19.vide quod dixi Milleloq.361.& ita aliàs conſului, vt patet in conſ.52.

b LIBERE] Alex.conſ.96.col.1.lib.5.Barb.in c.1.de off.ord. Rip.in d.l.Centurio.nu.124.Aym.conſ.122.nu. 5.

c PLENO IVRE] Bar.conſ.15.Pater habens filium inquit, quòd verbum pleno iure, debet exponi directo iure, vt in l.mulier. ff. de rei vind. Contrarium ſentiunt Paul. de Caſt. in auth. ſed cum teſtator.C.ad l.falc.Roma.cõſ.75.& 79.Capr conſ.36.ad quod vide Rip in d.l.Centurio.nu.134.Soc.conſ.14.col.fi.lib.1.Aym. conſ.174.

d PERSONAE] Bar.conſ.30.in fi.Paul.de Caſt.in conſ.353. Viſis omnibus.lib.1.Corn.cõſ.28.lib.4.& conſ.318.col.3.Rip. in d.l. Centurio.nu.137.

SVMMARIVM.

1 *Filij ſpurij non merentur inter nobiles computari: nec debent portare arma nobilium: nec ſuccedūt in his, quæ ſunt honoris & cognominis.*

Conſilium LIIII.

1 VIDETVR primò, dictum ſpuriū non admitti ad aliquam partē: quia delata videtur turris nobilibus de Aſinellis in ſignum dignitatis & nobilitatis eorum : ſpurij autem non merentur inter nobiles nominari in talibus, C. de ince.nup. l. humilem. & non capiunt nomina appellatiua aſcendentium ſuorum, l. fi.
a C.de nat.lib.nec familiæ agnationē,[a] Inſti. de cog. ſuc.§.vulgò.ff.vnde cog.l.hac parte,& l.pronunciatio.§.familiæ.ff. de ver. ſig. vnde dicit Bal.in l.cum nuptiæ.ff.de ſta.ho. quòd non capiunt nobilitatem ſuorum. Hinc eſt, ꝙ non poſſunt arma portare nobilium, vt dicit Bal. in l.filium. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.per l.cum nuptiæ.de ſta.hom.& l.vulgò.

Puto, ꝙ ſi hæc turris delata eſt inter eos ſucceſſionis iure tantum, & non altero reſpectu, pro qua ratione hic potuit ſuccedere ipſi inſtituenti, per l.fi. C.de nat.lib.potuit & in parte hujus turris ſuccedere, ſi eſt delata inter eos tantum, ad conſeruandum nomen generis,quod ſonat appellatio & cognomē ſanguinis,cum de ſanguine ſit, retinet illud naturale, vt l.hac parte. præallegata, & l.pronuntiatio.in fi. ff. de verbo. ſignifi.& ibi Bart. in l.tutelas. de cap. dim. Bar.

Hæc vera, niſi aliquo iure legitimo fuerit occupata per Regimina & incorporata in Republica, quo caſu habentes cauſam à Republica præferuntur alijs, & alij excluderentur.

Ita mihi Ant.de But.vtriuſq; iuris doctori viſum eſt de iure.

ADDI

ADDITIO.

a A GNATIONEM] *Vſus obtinuit, vt illegitimi de eius domo & familia cenſeantur, cuius & filij habiti ſunt. Soc. conſil. 102. lib. 3. Corn. conſil. 169. lib. 3. col. fin. Anz. conſil. 30. & 191. Illuſtriſſimus Card. Paleot in tract. de Noth. ſpurijſque filijs. c. 60. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *In legato ſupellectilium domus teſtatoris, quæ comprehendantur.*
2 *Pignora an includantur nomine ſupellectilium.*
3 *Legata neceſſariò in exonerationem cōſcientiæ defuncti ſunt perſoluenda.*

Conſilium LV.

1 I† N quæſtione vertente inter Iacobum hæredem Gulielmi, & dominam Floruciam olim coniugem dicti Gulielmi & legatariam, viſis teſtamento & legato, & viſo puncto in conſilijs contrarijs, an in legato ſupellectilium, arneſium, & omnium rerum, tam paruarum, quàm magnarum, exiſtentium & permanentium in domo teſtatoris, includantur res particulares pignoratæ teſtatori; quanquàm caſus ſit valde dubius, ideo non mirandum, ſi doc. ſint in conſilijs contrarij: tamen quia arbiter in eo ſenſu hæc reducere poteſt, eligere oportet alterum de conſilijs. totum hoc reducitur ad intellectum & verba l. Iul. & l. qui habebat. de le. 3. in intellectu illarum legum approbo conſilium domini Calde. ſic declarando. Negari non poteſt in verbis particulares ibi repertas comprehēdi: quia legat omne permanens &
2 exiſtens. † Item legans habet aliquod ius in re lega-
a ta [a] & ius pignoris, & ius retinendi, donec debitum ſoluatur; ad hoc ergo legatum determinabitur, l. ſi domus. §. fi & l. ſenatus. §. fi. ff. de le. 1. & vult gl. in l. Iul. Ex quo ergo in eo reſidet aliquod ius, non ſubeſt cauſa, quare non cedat legato, verbis ad hanc rem ſe accommodantibus.

Non ob. l. qui habebat. quia ibi legatum non fuit vniuerſale, ſecundum vnā literam. Item etiam determinatum fuit ad res meas, vel ad res, quas habeo. quę verba denotant dominium, vt ibi, & l. qui concubinam. §. ſi hæres. eo. ti. & C. ne chriſtianum man. in rubro & ni. & hoc eſt de mente Bar. in d. l. qui habebat. qui concludit, legatum ad pignora extendi, ſi ad hoc aptari poteſt, ſalua ratione recti ſermonis: verba in hoc nō paterentur, quia legauit cum adiectione, mea, vel quæ habeo, patet ex l. quam allegat, ſcilicet l. ſeruos, eo. tit.

Non ob. quòd non ſe extendat ad res alibi deſti-
b natas, [b] & quę nō ſunt ibi cauſa perpetui vſus: quia illud procederet, inquantum rem vel eius æſtimationem vellemus ſubijcere legato, ſed hic non ſubijcimus rem legato, ſed ius pignoris, quod eſt teſtatoris, niſi ſatisfactione diſſoluatur legatum: ergo erit in hoc, quia mulier illa poterit retinere pignus, donec ſibi de debito ſatisfaciat, & teſtatori debebitur, & liberabitur debitor ſoluendo mulieri ab hærede. Item ſic contingeret, rem effici irrecuperabilem ex impotētia ſoluendi, vel de facto pignus non recuperaretur, vel ob contumaciam in ſolutum aſſignaretur, hæc cōmodè mulier poſſet conſequi ex legato, quæ ex pignore teſtator potuiſſet: quia ad ius ſuum legatum determinatum videtur, per prius allegata, & hoc de mente tex. & glo. in d. l. Iulian.
3 † Etiam æquitas hoc ſuadet, quia legatum hoc fit ad exonerandum conſcientiam defuncti in perceptis ex bonis mulieris. Ideo duplici de cauſa ampliādum: quia cum legatum eſt, & in pleniori intellectu ampliandum: tum quia exonerationi conſcientiæ, & animæ fauorabile.

Docet enim experientia, maritos de pauco facere conſcientiam, cùm multum ab vxoribus perceperint.

Antonius de Butrio.

ADDITIONES.

a L EGATA] *Vide Abb. in c. filius noſter. & ibi Dida. numero 2. de teſtamen.*
b DESTINATAS] *Vide Dec. conſ. 472.*

SVMMARIVM.

1 *Dotandi neceßitas ineſt patri erga filiam officio paterno, & ſanguinis propinquitate.*
2 *Dos profectitia quæ dicatur.*

Conſilium LVI.

S I filius ſola habet quaſi caſtrenſia (vt proponitur) ſufficientia ſibi & ad filiam dotādam, ſatis puto hoc onus fore filij, ſicut & alimentandi no. in d. l. nō queadmodum. & in l. 1. C. de
1 alen. lib. † Et quia officio paterno ſanguinis propinquitate ſurgit dotandi neceſſitas patri, aut filio, qui propinquior eſt ſanguine, quia iure antiquo pater pro filio dotare tenebatur: quia illo tempore filius bonis carebat, vt l. dedit dotem.
a [a] de col. bo. non enim dotandi neceſſitas ſurgit à poteſtate paterna, ſed à ſanguinis propinquitate.
2 † Hinc eſt, quòd profectitia dos dicitur data à patre filiæ, ff. de iu. do. l. profectitia. §. fi. licèt ergo filius habens patrem non habeat filiam in poteſtate, ſed auus, non per hoc pater excluditur à neceſſitate dotandi. ad hoc ff. de adop. l. pater filio.

Sed ſi filius haberet aduentitia, an tunc onus ſpectaret ad auum magis eſſet dubium. Et hæc decidit Pe. de Anch. ſed quia in puncto de hoc non quæritur, non vlterius me extendo.

Sic mihi Ant. de But. eſt viſum.

ADDITIO.

a L. DEDIT DOTEM] *Auus præſumitur dotare neptem contemplatione filij, quando auus tenetur ad dotandum: quia filius nihil habet in bonis. Bar. conſ. 131. Primò arguitur. Dec. conſ. 81. in 6. dub. Rip. in l. quartam. num. 202. cum ſeq. Aym. conſ. 219. colum. 1. Alcia. in tract. præſump. reg. 1. præſum. 17. limitatur hoc ſecundum Dec. & Rip. vt non procedat, quando pater fuiſſet diues; quia tunc auus, cùm non teneatur dotare, ſi dotet, cenſetur facere contemplatione neptis, l. auus. ff. de iu. dot. Soc. conſ. 33. col. 6. lib. 3. Iaſ. latè in l. qui in aliena. § interdum. ff. de acquiren. hæred. Alex. conſ. 8. col. 3. verſ. nec obſtat l. dedit. lib. 3.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtatore legante vxori, ſi nubat ante lapſum menſis Ianuarij proximè futuri, ſi demum viuat per totum menſem Ianuarij: poſtea autē moriatur, an teneat legatum.*

2 *Tempus legati quo tempore currere incipiat, an à tempore teſtamenti facti, an à tempore mortis teſtatoris.*

3 *Conditio non impleta habetur pro impleta, ſi non ſtet per implere debentem, quo minus impleatur.*

Conſilium LVII.

1 IN † quæſtione ſurgente a teſtamento Chriſtophori, pro legato facto dominæ Liſæ vxori ſuæ, Audio ex vna parte pupillos, viduam ex altera contendere, cuiuſque cauſa pia eſt. Vidi allegationes tactas & reales aduocatorum Florentiæ, vt moris eorum eſt allegantium, apparet. Non reſtat ergo aliud, quam eligere. Ante omnia Chriſtophori voluntas ſcripta eſt contra commune votum maritorum plus in cō iugibus optantium propter nuptias ſecūdas, & maximè ſic feſtinatas, ex quibus ſuſpitio & ſanguinis perturbatio ſolet exoriri, vt lex dictat: ſed ſcriptum eſt (Forte enim imitati ſunt Apoſtoli dictum) Mortuo viro nubat in domino. Aduocati, promiſcuè allegant, quibus ex verbis trahunt voluntatem teſtā tis ad caſum occurrentem poſt mortem teſtantis, inquirentes ex verbis intellectis, non interpretatis vel extenſis, tempus computandum a morte & nō a teſtamento, l. tali. de iu. do. l. 3. §. hæredi. de ſta. lib. l. cum qui Kalen. iuncta l. interdum, de verb. ob.

2 † Viſa hęc mihi non placet, quia omnino verba repugnant, talem mentem ex verbis colligi: quia verba certa & clara ſunt, teſtatorem tempus ponderaſſe a morte, propter donationem nunc proximè ſecutam. Vnde ſi trahi poſſunt ad tempus illud mortis, non ex mente verborum trahitur, ſed ex interpretata; quia vbi certa & clara ſunt, nec ad tempus mortis adaptari poſſunt, niſi laceratis verbis exponendo nunc pro tunc.

Nec obſtat impoſſibilitatem hoc inducere, vt ſic extranea expoſitio fiat aliquando: quia (attento teſtamenti tempore) conditio duplex vna ab altera dependens a dicto legato eſt; ſi per totum menſem Ianuarij nuberet, & poſt mortem teſtatoris, id eſt, ſi contingeret teſtatorem ante finitum menſem Ianuarij tūc proximum mori & ipſam nubere; quod totum erat poſſibile tempore teſtamenti, ſcilicet, teſtatorem ante mori, Liſamq; nubere ante finitum menſem Ianuarij. Omnis ergo vita teſtatoris ad mē ſem, illudque fecit ſecundum impoſſibile, ſi nubere excludit: ergo ex defectu implemēti caſus iurib. fortunę ſuppoſiti ſunt, non ex impoſſibilitate, ad l. 3. §. hæredi. ibi, conditio impleta non eſt de dando hæredi, aut caſu, aut hęredis facto. & vt rolibet in libertate ius habet conditionem pro impleta, l. cum ita datur. cum ſim. de condi. & demonſt. Et ſi ius velit, vt impleat poſt, vt poteſt, computando ipſa ab adita

3 hæreditate, nullum hęredi præiudicium eſt: † Imò commodum, contra quem aliàs conditio pro impleta habeatur, vt ſic impleat, quod non potuit, velit, vt poteſt; & caſus habens conditionem pro impleta, non excuſat ab implemento, vt in propoſito caſualis aut mixta extra caſum libertatis defecta, tamen non habetur pro impleta, l. 1. C. de inſtit. & ſub ſti. ſub condi. fac. & ſi haberetur pro impleta, hæredi prçiudicaretur. lex autem, tali. de iu. do. dixit, proximis, & non addit nunc, & terminus ille, proximus, verbis non laceratis, ad diem ſtipulationis & ad diem matrimonij ſano referri poterat intellectu, quod hic non eſt per dictionem nunc, & ſic loquitur l. cum qui Kalendis, & l. interdum, concludentes legatum deberi, licèt non nupſerit tempore terminato, vt interpretata mente defuncti omnino à verbis extranea, quæ leges volunt, verba teſtantis ab opinione falſa teſtantis impulſa, inopinato caſu occurrente, cui mens adaptaretur, & in qua ſic veriſimiliter diſponeret, opinione ceſſante, etiam contra verba adiuncta per l. teſtantis voluntatem trahi ad caſum inopinate occurrentem, l. Titius. § Lucius. de libe. & poſth. de hęred. inſti. l. vxorem. § teſtamento. de leg. 3. l. peto. § mater. de lega. 2. l. pater Seuerinam. § conditionum. ff. de cond. & demon. cum infinitis ſi.

Caſus autem infirmitatis, iuncta cōditione, quā appoſuit, declarare vr mentē ac opinionem teſtantis fuiſſe, ſe ante finitum menſem Ianuarij moriturum, & ob hoc talem appoſuit conditionem clauſula directa: ergo opinio, quam putabat, ſi caſus aliter dederit, veriſimilis eſt teſtantis voluntas, & poſt mortem intra tantum tempus nubendo, quantum putabat, non differre conditionem implendo, legatum conſequatur: quanquam ex verbis deficiat cō ditio, non exiſtente in teſtamentis domino, in Authen. de nup. § diſponat.

Et dic, quòd priores leges ſunt melius ad caſum concludentes. Et ſic deciſiſſem, ſi teſtator poſt defectum conditionis incontinenti occubuiſſet in Domino: ſed ex quo aliquandiu vixit, ita quòd potuit caſum in preterito prouidere, & non prouidit, tunc non prouidit lex caſui occurrenti contra verba; aut quia hoc imputat teſtatori, qui ſibi ſcilicet noluit prouidere, aut quia putat teſtatorem voluiſſe prouiſionem ad caſum non extendi alium, ſed voluiſſe conditionem defectam, vt erat, vt leg. 3. C. de inoffic. teſtam. & l. tractabatur. ff. de teſtam. mili. Sic in vulgari tacita, quę ineſt interpretatiuè contra verba, vel vltra vim verborum ſubſcripta interpretatione a voluntate teſtantis, aliter occurrente caſu q̃ fuerit opinatus, cui ceſsāte op. veriſimiliter ſic prouidiſſet: quia ſi ſuperuixerit, & nō prouiderit ceſſante conditione caſus prouiſi a verbis, lex aliter non prouidet, vt l. lex corne. & quod ibi no. ff. de vulg. & pup.

Ex quibus concludo a verbis legatum non deberi, ſi ante menſem Ianuarij nupta non fuit, caſu nō occurrente mortis & nuptiarum: quia caſu deficit conditio, & non habetur pro impleta, quia caſualis & mixta, & ſumus extra caſum libertatis.

Secundò, quòd nec ex mente, quę colligatur ex verbis, quia teſtator declarauit, de quo menſe, ſcilicet nūc proximè ſecuturo, & ſic a morte non computauit, ſed ex teſtamento, ff. de re. dub. leg. in ambiguo.

Tertiò, quòd licèt caſus occurrens præter opinionem teſtantis, cui ceſſante opi. ſi teſtans prouidiſſet, vt in expreſſo ex interpretata mente comprehendatur, Et ſic hic mēſis Ianuarij computandus a morte, hæc interpretatio non conſonat verbis teſtatore ſuperuiuente ad tempus caſus ſecundum opin.

non

non occurrentis & aliter non prouidentis, vt d.l.3. vbi eſt caſus, & d.l. tractabatur. non debet ergo habere legatum.

Ita mihi Anton. de Butr. viſum eſt de iure, ſaluo ſemper conſilio ſaniori, & veritate facti exiſtente.

SVMMARIVM.

1 *Stante ſtatuto, quod ſodomiticè peccans certa pœna puniatur: an ſi delinquens moriatur ante condemnationem, nihilominus locum habeant pœnæ.*

2 *Sententia dicitur morte extingui, quemadmodum & delictum & pœna delicti.*

3 *Pœna pro delicto per ſtatutum impoſita, per quẽ iudicem ſit imponenda.*

4 *Bonis loco pœnæ per ſtatutum confiſcandis & publicandis, an intelligantur etiam bona extra territorium ſtatuentium.*

Conſilium LVIII.

CONSTITVTIONE Regni Aragonum cauetur, quòd quicunque commiſerit vitium ſeu delictum Sodomiæ, comburatur, & eius bona publicentur.

Item & alia cauetur, quòd quicunque ſeipſum interfecerit, in ſacro non ſepeliatur, & eius bona publicentur.

Item ſtatuto ciuitatis Lucanæ cauetur, quòd ſi aliquis ciuis ſtudioſè homicidium fecerit de aliqua perſona in ciuitate Luc. capite puniatur, & eius bona publicentur.

1 QVIA † copioſiſſimè eſt allegatum non niſi certa media deciſiua afferrã, & inquantũ fundaretur ius publicandi bona ſuper primo puniẽ-
a te ᵃ ſodomitam, indubitatum eſt publicationẽ fieri nõ poſſe, quia ibi publicatio fit ex ſtatuto, & deceſſit ante condemnationem, quo caſu extinctum eſt crimen quò ad omnem pœnam, per l. ex iudiciorum. de acc. nec refert, an ęquè principaliter à iure publicentur bona, an in conſequentiam: quia tex. loquitur indiſtinctè, & vtrobique pęna accedit ad delictum, quod morte extinguitur, nec hoc eſt de caſibus exceptis in d. l. ex iudiciorum. vel ibi additis.

Nec obſtat. l. fi. ſi reus vel ac. mor. fu. quia illa differentia fit non in ſtatuto vel iure pœnam imponẽte, ſed in ſententia poſtea lata, in qua diſtinguitur, an fiat condemnatio expreſsè vel tacitè: tũc enim incipit teneri ex quaſi contractu, qui non extinguitur morte, niſi tacitè veniat condemnatio & conſecutiuè ad delictum, ibi, vt dicit Bart. de pu. in leg. defuncto, ſed quò ad ius imponens, vt fiat differentia, vt duret poſt mortem, an æquè principaliter, an in conſequentiam, nullum ius dicit hoc.

Per quæ concludo idem, ſi cauſetur ius agendi ad publicationem bonorum ex ſolo ſtatuto, inquãtum publicabat bona ſe interimentis: quia in hoc non habetur pro confeſſo, ſed in illo tantum ex cu-
b ius conſcientia ᵇ ſe perimit, vt in l. 3. §. idem reſcripſit. de bo. co. C. ſi reus vel accuſ. mor. fu. l. defunctus. per quæ etiam concludo, non poſſe bona publicari ex duobus vltimis ſtatutis, inquantum publicant bona homicidæ, & permittunt de delicto alibi commiſſo puniri. ex quo proponitur mortuus ante condemnationem, per illam legem, ex iudiciorum. nec facio vim (licet Cy. ſentiat contrarium) in l. vnica. C. de delic. defunc. & in l. fi. ſi reus vel accu. mor. fu. an æquè principaliter imponat ius pœnam, tacitè in conſequentiam pœna ex delicto debetur,
2 & illi accedat. † Ex quo nondum deducta eſt in ſententiam, & morte extinguitur ſicut delictum: quia ex cauſa delicti agi nõ poſt mortem, l. 2. §. 1. de his qui ſibi mor. conſci. & l. 4. §. ſi quis autem ſub incerto, totum hoc ergo reducitur ad primã duo ſtatuta ſimul iuncta, vel iuncto delicto per ſecundum ſtatutum punito, & ex primo publicentur omnia bona, & ſuper illo fundari oportet omne ius agendi iũcto delicto, quod morte cõſciuit, ex quo à iure hẽ pro cõfeſſo & cõdẽnato ẽt ad bona, ex quo ꝑ ſtatutum ex delicto, ex quo mortẽ ſibi conſciuit, bona omnia publicant. vt l. 3. & 4. de bõ. co. qui ſibi mor. conſci. Et ſi tenemus opi. Guilie. de Cun. in l. 1. C. de ſen. paſ. ſi teneatur opi. Rich. Malum. non, vt no. Io. An. de hæret. c. cum ſecundum, lib. 6. Item ſi teneatur opi. Nic. de Mata. quam recitat Io. And. in addi. Spec. in tit. de acc. §. ſequitur. in ver. qui incipit, fœlicis Nicolai &c. quam tangit Bar. quia hęc publicatio fit de iure ſpeciali, vt tenendo opi. Bart. Item te-
c nendo opi. Bart. in l. cunctos. ᶜ quia non conſtat, quòd in vtroque loco ſit ſtatutum publicationis
3 bonorum, in delicto ſodomię. † Et etiam quia burſæ fiſcales ſunt ſeparatæ, & pœna imponitur ex iure ſpeciali & non communi.

Tamen ſemper tenui, & puto, quòd ex quo ſtatutum loci delicti dicit publicanda omnia bona, quòd iudex domicilij poſſit illa bona publicare, qui ſubditum poteſt punire de delicto alibi commiſſo, l. 1. & 2. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. etiam ſecundum ſtatutum loci delicti: quia ſecundum illa tranſit iudicandum a iudice domicilij, 12. di. c. illud, & c. illa. 7. di. c. quæ contra. & no. Pan. in cle. paſtoralis. de re iud.

Nec obſtat, quòd ſtatutum non ſe extendat ad bona alibi ſita ex defectu poteſtatis, vt in c. vt animarum: quia abdicat vel abdicare diſponit ius bonorum alibi ſitorum a perſona; ius autem in perſona, quę eſt principaliter ſubdita iudici delicti, inquantum repetitur a ſtatuto & ſubditur poteſtati iudicis
4 delicti, in qua bonorum ius reſidet, † non autem principaliter diſponit, vt res aut bona, ſicut iudex delicti, priuare poteſt beneficio, alibi ſita. de fo. cõpe. c. poſtulaſti. & quod ibi no. Innoc. puto tamen, quòd ſi ſtatutum ſimpliciter diceret bona publicari, quòd reſtringeretur ad bona ſubdita ſtatuenti, l. cum vnus. §. 1. de bon. au. iudi. poſſ. not. Federic. ſuo conſilio 16.

Puto etiam, hęc bona non poſſe capi quaſi vacantia, ſed ex quo habetur pro confeſſo & damnato per ſententiam, ſunt publicanda in loco domicilii ibi exiſtentia: quia dicit, publicentur, per gloſ. de iur. om. iud. l. in criminali. & leg. 1. ne lic. pot. leg. ſi quis in tantam. C. vnde vi. cum ſimil. not. Bart. in leg. 3. §. de illo. de bonis eor. qui ſibi mor. conſc. & habebit ſeruate practicam, quę colligitur ex not. in leg. eius qui delatorem. de iur. fiſc. vt pronunciet ſuper delicto, ex quo habetur pro confeſſo, & publicet: effectum enim eſt iam ius bonorum reſidens in perſona delinquentis debito publicandi & habilitandi a perſona in ſtatuti loco delicti, quod exequi non poteſt iudex delicti, delictum remaneat impunitum,

nitum, & vocatis hæredibus defuncti, cum quibus cauſa eſt agenda, vt l. fi. §. fin. de bon. cor. quanquam defenſionem non habeant aduerſus illam fictam confeſſionem, niſi probent de innocentia criminis ſodomiæ, vt ibi nota.

Antonius de Butrio.

ADDITIONES.

a SODOMITAM] *Huius immaniſſimi criminis de iure ciuili eſt pœna mortis, l. cum vir. C. de adult. De quo per Calca. conſil. 110 Socyn Iun. conſil. 7. lib. 3. Barba. conſil. 64. cum ſequen. lib. 1. Dec. conſilio 90. Marſil. conſil. 28. Grammat. conſilio 65. Mantua conſilio. 213. Pariſ. conſil. 263. libro. 4. dixi Mdle-loq 602.*

b CONSCIENTIA] *Vide Dec conſil. 438. Pariſ. conſil. 155. lib. 4. Corne. conſil. 195. lib. 2. Bertr. conſil. 134. nume. 2. lib. 3. in 1. par. Igneum in leg. 1. §. ſi ſibi manus, nume. 17. ff. ad Sillan.*

c BAR. IN L. CVNCTOS] *Et eſt communis opinio, vt atteſtatur Boſſ. in tit. de bon. public. num 62. Ceph. conſil. 79. nu. 35. lib. 1. vide Brun cõſi. 31. nu. 15. Roland. conſi. 78. nu. 14. lib. 2. Roma. ſing. 272. Licet magna. Affl. deciſ. 28. num. 16. adde eundem in conſil. 61.*

SVMMARIVM.

1 *Ius ex ſtatuto collatum, an & quo caſu poſſit reuocari.*

2 *A conuentionibus diſcedere non licet, niſi vtraque parte conſentiente.*

3 *Statuta, prouiſiones, decreta, & ſimiles actus præſupponunt exemptionem præiudicij tertij.*

4 *A diſpoſitionibus generalibus priuilegiati cenſentur excepti, niſi de illis fiat mentio ſpecialis.*

Conſilium LIX.

1 PRIMO † aſpectu ad præiudicium Nicolai primam conceſſionem fore renocatam, vel ſecundum formã vltimæ prouiſionis limitatam: quia ad præiudicium nunc ſubiecti poteſt ius collatum ex ſtatuto reuocari, cũ ſtatutum ſingulares non reſpiciat perſonas, ſed indefinitè loquatur, vt de iniur. c. in noſtra. & ibi Inn. & no. ff. de publi. l. toties, de priui. cre. l. Antiochenſium. Item, quia hic actus veniendi ad habitandum non ſubijcitur diſpoſitioni communis Flo. tanquã complementum contractus ex parte illorum de ſancto Gemi. ſed vt actus ad habilitandas perſonas in ſucceſſione priuilegij ciuilitatis, vbi ſe habilitet ad illam habitando, quàm contractus implementum.

Cõtrarium puto, quòd vltima reformatio facta per oportuna conſilia non poſſit in aliquo detrahere primæ conceſſioni factæ hominibus de ſancto Geminia. tum quia non per viam ſtatuti aut priui-
a legij talia ſunt, imò per viã cõtus,[a] vt patet in priuilegio, in quo proponuntur pacta facta, & conuentiones & iuramenta præſtita &c.

2 † A conuentionibus autem non licet diſcedere, nec detrahendo, nec tollendo, niſi vtraque parte conſentiente. ff. de pac. l. 1. & l. ab emptione. l. ſtichũ. §. naturalis. ff. de ſolu. l. 1. & 2. C. quando li. ab emp. diſcedere. tamen quia veniunt contra iuramenta facta per prædeceſſores, quæ quanquam ſucceſſores
b non obligent ad periuriũ[b] ex contrauentione, tamen læditur decus publicum ciuitatis, vt pacta iurata non ſeruentur, & iuramenta talia fortificant cõtractus contra ſucceſſores, de iureiur. c. cum contingat. tum quia etiam contrauenitur pactis pœnalibus, ad quod no. in l. 2. C. de iu immu. & in l. penul. de decre. ab or. faci. & l. omnes populi. de iuſtit. & iure.

Negari enim non poteſt ex quo in factis aliud nõ ſupponitur, hoc venire in contractu vt implementum ex altera parte, vt veniat ad habitandum, qui Nicolaus ex quo fecit, impleuit ex ſua parte, vnde non tantum ciuiliter ſed & naturaliter eſt obligatus ad pactum ſeruandum, & ſic non poſſunt ſtatuentes ab hoc recedere.

3 † Item quicquid ſit de poteſtate, dico, quòd non cenſentur in dubio velle, quia à ſtatuentis prouiſionibus & decretis ſemper cenſetur exceptum præiudicium tertij, de priui. c. paſtoralis, c. ſuper eo. de of. deleg. l. 2. §. ſi quid a principe. ff. ne quid in loc. pu. de reſeri c. cum cauſam. & quod ibi no. & maximè ius à ſe cõceſſum, ff. man. l. ſi hominem. & maximè ius ciuium conuentione arguitur de fide rupta, & maximè iuramentali. ff. de condi. inde. l. ſi procurator. l. 3. §. ſi procurator. ff quod quiſque iur. de elec. ca. ſi compromiſſarius, lib. 6. Et maximè quando extra conuentionem incurreret pœnam, vt eſt in propoſito.

4 † Item quia ab iſtis diſpoſitionibus generalibus priuilegiati cenſentur exempti, ex quo ſpecifica nõ fit mentio de priui. ſuis, de ele. c. qui ſæpe, lib. 6 c. ſtatutum. eod. tit. de cle. non reſi. c. dilectus. & ea. ad audientiam. reſtringitur autem prouiſio nouiter facta ad illos de artibus minoribus, qui illo tempore non ſoluerunt collectas, & diſponit prouiſio, qui in ciuitate aliter priuilegiati non reperiuntur: & ſic in dubio interpretanda, ne pacta, iuramenta & decus domicilij tantæ ciuitatis rumpantur in non ſeruandis, quæ promiſit ciuitas, aut illam repræſentantes.

Sic dico & conſulo ego Anto. de But. vtriuſque iuris doctor.

ADDITIONES.

a CONTRACTVS] *In ſimili cauſa pro Volateranis conſuluit Dec. conſi. 292. col. 3. verſi. ſupereſt tertia concluſio, ubi allegat hoc Butr. conſil. Adde Alex. conſi. 54. num. 20. lib. 4. Cano. in c. nouit. de iud. Aym. conſil. 241. nu. 10.*

b PERIVRIVM] *Abb. in c. veritatis. de iureiur. nu. 3. in terminis noſtris Card. Zaba in clem. 1. § noſque. q. 3. de iureiur. Card. Zaba. conſi. 137. cir. ſi. intellige hoc, ut habes apud Affl. deciſ. 381. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Onus impoſitum perſonæ pro rebus ſequitur illũ, ad quem tranſit res.*

2 *Pro collectis impoſitis dicitur conueniri poſſeſſor non venditor.*

Conſi.

Conſilium LX.

1 VIDETVR † primo aſpectu dictum P. non poſſe repetere collectas, quas ſoluit, quia illas culpa ſua ſoluit, nõ faciendo rem deſcribi ad cataſtrum aut æſtimum emptoris: ſibi ergo imputet, quia damnum &c. de re iud. l. damnum. ad hoc, quia ſtatutum obligat eſtimantem ad ſolutionem collectæ, donec ad alterum fuerit æſtimata.

a Contrarium eſt veritas, quia de iure onus[a] impoſitum perſonę pro rebus, vel imponendum, ſequitur illum, ad quem tranſit res. ff. de ſol. l. quomodo. & no. in l. 1. C. de mul. & in quo lo. etiam dato, quod ad æſtimum ſit deſcriptum venditoris. & nondum tranſlatum ad æſtimum emptoris l. fin. C. ſine cen. vel reli. ad hoc per ſtatutum adęquatur muneri reali, quod ſequitur poſſeſſorem. ff. de publi. l. imperatores. de cen. l. cum poſſeſſor. & l. hactenus. § fi. & l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacam. ff. de vſufru. & per Dy. in d. l. Imperatores.

a † Item hoc vult apertè ſtatutũ dicens, quòd pro impoſitis & imponendis poſſit conueniri poſſeſſor. Vult ergo poſſeſſorem fore obligatum, vnde ſoluens pro tempore, quo ſoluit onus pertinens ad emptorem, a quo ipſum liberauit. Ideo negotium ſuum geſſit vtiliter, & cùm non habeat remedium contra fiſcum vel commune, a quo arctatur ſoluere per ſtatutum, ex quo non eſt æſtimum tranſlatũ in ſubſidium, ſecundum communem opin. poterit agere negotiorum geſtorum contra eum pro ſolu. in effectu collectarum, ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. quid ergo. hoc etiam declarat conſuetudo ſeruata, quę in hoc conſonat iuri, vt emptor ſoluat pro tempore, quo rem poſſidet: ſecundum naturam enim eſt, vt pro eo tempore, quo commodum ſentit rei, ſentiat & onus, ff. de regul. iur. in l. ſecundum naturam.

Ex quib. concludo, dictum P. potuiſſe repetere & poſſe collectas, quas ſoluit pro dicto emptore.

Non obſt. ſtatutum vltimum: quia illud fuit factũ ad cautelam Communis propter fraudes vitandas, vt dixi, ne contingeret fiſcum excludi, quaſi alius poſſediſſet, vt in cataſtratis & ęſtimatis etiam poſſet compelli ad ſoluendum, ſed ſemper quicquid ſoluit, ſoluere cenſetur pro emptore, qui realiter ad hoc onus tenetur.

Ita dico & conſulo ego Ant. de Butr. requiſitus in loco domini Petri de Anch. domini mei, & nunc abſentis vt conſulam.

ADDITIO.

a ONVS] *Adde Aret. conſil. 105. In cauſa magnifici. tex. in l. cum poſſeſſor. §. fi. ff. de cenſ. auth. ſed pe. nulum. C. ſin. cenſ. vel reliq. Aymo. conſil. 112. nume. 2. Et ratio eſt, quia onus impoſitum rei, ſequitur rem quocunque vadat, clemen. 1. de cenſi. vbi glo. l. reſcripto. §. ſciendum ff. de mun. & honor. Dec. conſil. 164. colum. 3. circa med. Corne. conſil. 264 colum. 2. cir. med. libro 4. Abb. conſil. 30. colum. 2. Anchar. conſil. 386. in litte. colum. 1. Paul. conſi. 333. Viſo puncto ſuprà ſcripto, duo ſunt, lib. 1. Rom. conſil. 417. colum. 2. poſt med. Affl. decif. 95. Rip. in l. 1. §. ſi heres. colum. 3. ff. ad Treb. Soc. conſil. 82. lib. 4. Curt. Iun. conſil. 68. Aym. conſi. 217. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Publicatio bonorum ob delictum a ſtatuto indicta, ad quæ bona ſe extendat.*
Crimen læſæ maieſtatis refertur ad Principem.
2 *Statutum ſimpliciter confiſcans bona, reſtringendum dicitur ad bona territorij.*
3 *Delictum mariti an debeat nocere vxori in dote.*
4 *Bona emphyteutica an ob delictum emphyteutæ poßint publicari.*

Conſilium LXI.

1 STRICTE † non reputo hoc fore crimen læſæ maieſtatis, quia non in principem mundi vt imperatorem vel ad latus eius exiſtentes. vnde de iure communi bona non confiſcantur quia conſeruantur per auth. bo
a na[a] damnatorum. C. de bon. proſcrip. quę excipit crimen tãtum læſę maieſtatis, vt patet in d. auth ad fi. Confiſcatio ergo fit per ſtatuta. Ideo ponderanda ſunt verba ſtatuti.

Si ſtatutum dicit, omnia bona publicari vbicunque ſint, & publicanda ſint, & fiſco vbi ſunt bona applicanda, quicquid dixerit Ricar. Malum. vt not. Io. And. de hereti. c. cum ſecundum. lib 6. in nouella: quia poteſt habens ſubiectum ratione domicilij vel delicti abdicare ius a bonis alibi ſitus, de fo. comp. c. poſtulaſti. Et hoc caſu bona vacantia eſſent fiſci, vbi ſunt bona, vel vbi eſt domus, & non pertinerent nec ad filium Laurentij, nec ad nepotes.

a † Si autem ſtatutum ſimpliciter confiſcaret bona, vel omnia bona, reſtringeretur ad bona territorii. l. cum vnus. §. fi. ff. de bo. au. iu. poſſ. de conſti. c. vt animarum, lib. 6. Io. And. poſt Nic. Ma. in ſummula bannitorum, in Spec. de accuſ. & ſequitur in addit. quę incipit, fœlicis recordationis, & Batt. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. & fi. cath. & tunc filius & nepos ſimul, cui donata fuit domus illa, haberet ius illam proſequendi. vt proximior. nec ingratitudo Laurentij ſibi noceret, cum ingratus nõ fuerit donatario ſed filio, & tale ius vt perſonale reuocandi. ex ingratitudine non excedit perſonam donatoris, vt l. fin. & l. 1. C. de reuo. do. extra, de donat. c. fin.

In caſu autem, in quo dicti filij vtriuſque Laurentij non admitterentur, an vxores admittantur, de vxore Laurentij, cuius fuerunt bona, ſi habet illa hypothecata expreſſè, quę etiam habere videtur tacitè, vt l. aſſiduis. C. qui poti. in pig. habe. non eſt dubium, quòd poteſt habere regreſſum: & idem de hæredibus ſuis, † quia mariti delictum non nocet vxori
3 in dote, nec factum mariti obligat dotes, excepta cauſa primipilari, C. de primi. l. 2. C. in quib. cau. pigno. ta. contra. l. fiſcus. C. ne vxo. pro ma. per totum. & quia
b ius dotis[b] ſeruatur. illeſum etiam in ſtricto crimine læſæ maieſtatis, l. quiſquis. ad fi. C. ad l. iul. maieſt. Nec obſtat; quòd & fiſcus in delictis dicatur habere tacitam hypothecam, C. de pœ. fi. l. 1. lib. 10. quia illam non exercet fiſcus contra creditores fortius ff. de iu. fiſ. l. quod placuit. & ibi Dy. & l. ſtatuimus. §. fi. Item ſecundum communem opi. non habet apte

delictum,

delictum, vt no. Cy. in l. poſthac. C. de bon. proſcri. & Bar. ff. de don. l. poſt contractum. & l. aufertur. §. fiſcus. de iure fiſ.
4 † Ad vltimum, bona emphyteutica [c] non publicē-
c tur quoniam poſſunt ab eccleſia reuocari, in Authen. de ali. & emph. §. 1. col. 10. & no in l 2. C. de bo. dam. & no. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infec. ad hoc, quod de iure patr. 16. q. 7. c. filiis ac nepotibus. & no. glo. de re iu. in cle paſtoralis. in verbo, ſubiecto, ad hoc in lib. feud. de prohi. ali. feu. c. imperialis §. illud. ad hoc de pœni. c. in quibuſdā, & c. fœlicis. lib. 6. ad hoc quod no. & latiſſimè diſputat Io. And. in Spec. de feu. ſuper verſi. 39.

Sic dico & conſulo ego Anto. de But. vtriuſque iuris doctor.

ADDITIONES.

a DAMNATORVM] *Communiter totus mundus ſeruat, quòd bona non confiſcantur in aliquo caſu, excepto crimine hæreſis. & Leſæ Maieſtatis, niſi ex diſpoſitione ſtatuti vel cōſuetudinis aliud caueatur. Alb in 3. par ſtat. q. 18. cir. fi. C. apol. conſil. 17. in 3. dubio. verſic. ſed vltra dictum. Dec. conſil. 442. num. 6. Bertr. deciſ. 264. num. 15. Roland. conſil. 97. nume 2. lib. 2. conſil 92. nume. 5. eod. volum. Nouell. in practi. crimin. fol. 176. num. 6. Cagnol. in l. ea ſola. nume. 7. ff. de reg. iur. Dec. conſi. 257. num. 6. quem refert Conrad in ſuo breuiar. fol. 433. nume. 12. in fine.*

b IVS DOTIS] *Boſſ. in tit de bon. publ. nu. 75. in fi. Clar. in pract. crim q 78. verſi. quæro ſi bona.*

c EMPHYTEVTICA] *Boer. deciſ. 378. num. 7. Barto. & alij Scrib. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus ff. de dam. infec. Alex. conſi. 23. lib. 1. Rui. conſi. 161 nu. 7. lib. 1. Soc. conſi. 121. nu. 18. lib. 4. Clar. in §. emphyteuſis. q. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Executor beneficialis ſi ponat aliquem in poſſeſſionem, non vocato poſſeſſore, an ſpoliatus poſſit agere poſſeſſorio.*
2 *Remedium canonis reintegranda, quibus competat.*
3 *Nudum ius præſentandi dicitur etiam abſque iure patronatus acquiſibile: ſicut ius eligendi abſque iure canonicali.*
4 *Vir dicitur à virtute & robore contra omnem mollitiem & fragilitatem: & quo anno incipiat virilitatis ætas.*

Conſilium LXII.

1 HIC † de duobus hęſitatur, & de iure poſſeſſionis, & de iure prioritatis in petitorio de proprietatis iure. Quò ad primum, non videtur competere poſſeſſorium, quia auctore prætore poſſeſſionem eſt ingreſſus. alleg. ff. de acq. poſſeſſ. l. iuſtè. & quia non ſpoliauit, ſed ingreſſus eſt prior auctoritate Epiſcopi, non recurrendum ad remedia vel facti, puſillanimo animo ac neglectu & culpa propria poſſeſſionem perdidiſſe videtur. l. ſi de eo. §. 1. ff. de acq. poſ. ad quod no. Inn. de reſt. ſpo. c. olim.

Contrarium eſt veritas, quia eo quòd altero ingreſſo poſſeſſionem non recuperauit, ſuſpicatus pręſumitur ſe potuiſſe repelli, ff. de acq. poſ. l. ſi id, quod. cui competit vel condictio ex lege cum quæ-
a rebatur, [a] ſecundum opi. Hu. de Port. Rauen. quam veram puto, vbi ſine armis. vel ſecundum communem opi. interdictum vnde vi, vt l. 1. §. deijcitur. & §. ſiue autem. & l. 3. § ſi quis autem. ff. de vi & vi ar. & quòd ibi non competit ei interdictum ſeu condictio ex l. meminerint. C. vnde vi. ad recuperandam poſſeſſionem, ſi non citato eo poſſeſſore ſecundus cum auctoritate inualidi reſcripti ingreſſus ſit.
b Item & competit huic remedium, ſcilicet l. ſi [b] colonus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. quia non iuſta cauſa & vitio priuatus eſt poſſeſſor: quanquam etiam penes bonæ fidei poſſeſſorem reperitur, ad hoc quod ibi no. Andr. de Lign. & Bart. in l. manifeſtiſſimi. §. ſed cum in ſecunda. C. de furt. ad hoc gl in l. an alb. eo. tit. quando omnia deficerent, non ceſſat remedium canonis, reintegranda. competens pro qualibet non iuridica priuatione.
2 † Non obſtat, quòd illud competit tantum pro
c rebus [c] eccleſiaſticis. vt dicit Cal. de reſti. ſpo. c. cum
d ad ſedem. quia hoſpitalia [d] gaudent priuilegio eccleſiarum, vt 10. q. 2. c. hocius C. de ſacroſanct. eccl. authenti hoc ius. & quod nota. glo. in clem. diſpendioſam. de iudic. verbo, beneficiis. & Lap. de Caſt. in tractatu hoſpitalium, ſua allegatione 53. quęſtio. 2. & 55.

Ex quibus cōcludo omni proprietatis exceptione ac quæſtione reiectis, hunc vt ſpoliatum ante omnia reſtituendum, de reſtit. ſpol. c. in literis. cap. item cum quis, & cap. ex conqueſtione. & cap. fin. de ord. cogen. C. ad l. Iul. de vi pu. l. ſi quis ad ſe fundum. cum ſimil.

Nūc diſcuti oportet de iuriū potioritate in ꝓprietatis iudicio: hic ꝓponitur paritas datæ collationis,
e vñ potior vr̃ collatio Legati de præb. c. ſi a ſede. [e] lib. 6. & qđ no. de offi. or. c. paſtoralis. §. 1. & eo. ti. c. cùm ab eccleſiarum præl. & c. quanto. nec infringit Legati collationem ius præſentandi pauperibus competens: quia non proponitur, eos habere iuspatronatus, & tale ius non præſentandi non videtur præſcriptione quæſibile, vt not. Archidiaco. 71. diſtinc. cap. hortamur. Et diſputando tenuit Ioan. de monte Murlo.
3 † Puto electum a potioribus potiorem, † quia nudum ius præſentandi eſt acquiſibile abſque iurepatronatus: ſic & ius eligendi abſque iure canonicali, de poſtula. prælat. c. bonæ, de elec. ca. ſcriptum. de eau. poſ. cap. cum eccleſia. Et hoc habet communis opi. quam tenet Io. Andr. de elec. c. querelam. vbi caſus eſt, latiſſimè diſputat in reg. de re iud. ca. quod alicui. lib. 6.

Ex quo concluditur, collationem Legati non valere, quia hoc non poteſt ad præiudicium laici habentis facultatem pręſentandi, vt nota. de offic. delegat. capitu. dilectus. & de iurepatrona. cap. dilectus. & quia Legatus non poteſt, ſicut nec ordinarius, pręiudicare iuri alterius, de confirma. vti. vel inuti. cap. ſua nobis. not. glo. de hęreti. ca. ſtatutum. lib. 6. ſolus enim princeps derogat iuri alterius, vt l. quoties. de pre. impe. off. l. ſi priuatus. ff. qui & a q. l. reſcripta. & quod ibi no. C. ſi contra ius vel vti. publi. & not. de conſt. c. quę in eccleſiarum, de immu. ecc. c. quia plerique. de relig. do. c. conſtitutus. & hęc firmat Lapus de Caſt. in tractatu hoſpitalium, ſuper c. de Xenodochijs. de relig. do. 45. q. non enim dubitandum, hoc ius præſentandi poſſe competere lai-
f cis, [f] maximè ſi rector laicus eſt, vt eſſe poteſt, 28. q. 2.

q.2.c.quidam.& no.de relig.do.c.quia contingit.in
clemen. Quinimò ex altero capite non ualuit dicti
g Legati collatio ex perſonæ inhabilitate,[g] quia pro
ponitur facta minori 14.annis,quia contingit tales
gubernationes committi viris boni teſtimonij, &
quia valeãt & uelint bona locorum gerere utiliter,
& fideliter diſpenſare.
4 †Hic autem in tali ætate uir dici non debet, qui
dicitur ab omni uirtute contra mollitiem & ab om
ni robuſtate, Auth.de nup.§. antiquitas.colla.4. &
quod no.Archi.33.q.5.c.uir.c.cũ propria. & de pœ.
diſt.2.c.dum ſanctam. Vnde talium autem imbecil-
le eſt conſilium, nec ſeipſos regere queunt, ut inex-
perti humanorum,c.ſunt actuum. de æta. & quali.
c.indecorum.nec eis proprior ex imbecillitate ani-
mi,& fragilitate conſilij etiam adminiſtratio conce
ditur,de mino.l.1.vnde uir dicitur & vigorem com
plere uirilem, qui ætatem 25.annorum attingit, ut
in dicta l.1.ibi.uirilem uigorem &c.nec in ætate le-
h gatus ualuit diſpenſare,[h] quia ius concilii eſt, cõtra
quod Papa ſolus diſpenſat,no.glo.de elect.c.cum di
lectus. & quia pœnalis eſt conſtitutio : & quia nec
ſimpliciter reperitur diſpenſatio à iure permiſſa, vt
no.de tempo.or.c.dilectus.de poſtu.præla.c.fi.de iu-
di.c.at ſi clerici.

Non obſtat,quòd hoc relinquitur cõſilium cõ-
ſcientiæ ordinarij,& ſic reclamatione non ſit opus,
ut not.glo.de reſcriptis.c.ſtatutum.§. aſſeſſorem.de
iurepatro.cle.1.licèt eius grauetur conſcientia, de
qua domino habet ſatisfacere, quia in determina-
tis non relinquit conſcientiæ, quia vult, ꝙ uir exi-
ſtat.Sed in non determinatis ſic relinquit, ut dato,
quòd uir,an ſit talis.qui ſciat, & ualeat &c. & quod
non ſit uериſimile,quod in alios vſus &c. ad hoc l. ſi
plures.§.filio.de vulg.& pup.Item hoc non relinquit
conſcientiæ,ſed determinat, quos ad talia promo-
uere debeat, & vbi ſecus facit, diuinum iudicium
obteſtatur,pœnam comminando Dei & obteſtan-
do,& quamquam dicatur arbitrarium de perſona,
per illam cle.quoad ætatem,non fuiſſet iuſtum ar-
bitrium in tantum deuiando ab ætate virili. Et per
hoc non obſtat quod ſcribit Lapus de Caſti. in tra-
cta.Hoſpit.in 86.q. 2. Pau.in dicta cle. quia contin-
git.in verbo,boni viri.& Stephanus ibi.

Concluditur ergo, habentem electionem pau-
perum,& confirmationem Epiſcopi, habilem æta-
te,in iure potiorem.

Ita dico & conſulo ego Antonius. de But. utriuſ-
que iuris doc.ſaluo ſaniori conſilio.

ADDITIONES.

a CVM QVAERERATVR]*Rip.in c.ſæpe. nu.54.cum ſeq.de reſtit.ſpol.D.Iac. Menoc. in tract.recuper. poſſeſ. hoc remed.*

b SI COLONI]*Corn.conſ.56.col.pen. lib. 2.Rip.in d.c. ſæpe nu. 30.Meno in d.tract.hoc remed.*

c PRO REBVS]*Imò & pro rebus profanis. Bar. Aret. Ang.Alex.& alij in l.rem quæ nobis.ff de acq. poſſ. Alex. cõſ. 51.Viſo.lib.1.& conſ.117.Viſo.col. 4. lib. 2. & conſ. 200. eo. lib.conſ 6.Circa.in 2.q.lib.3.conſ.9.In cauſa.col. 2. & conſ. 94. Viſis.nu.13. lib.5.ubi iſtam ſententiam communem dicunt,Soc. conſ. 266. col. 7.li. 2. Dec. conſ. 252. Agitur.col. 1.dixi Milloq.709.*

d HOSPITALIA]*Clem.in.uerb.beneficium.de rer.permut.& ibi Card.Zab.q.6.Fely.in c. de quarta. col. 3. & ſeq. de præſcrip.Fely. in c.in noſtra.corol.23.de reſcrip.Barb.in c.ex literis.col.3.& ſeq.de conſuet.*

e SI A SEDE]*Aym.con. 171.ubi plenè agit de intellectu d.c.*

f LAICIS]*Vt ſeruatur Venetijs,quod Io. Bap. Feret. appellat laudabilem conſuetudinem, ut uidere licet apud eum in cõſilio 1.uſque ad 40.*

g INHABILITATE]*Latius de hoc agit Rebuf.in tract. de pacif.poſſeſ.nu.173.cum ſeq.*

h DISPENSARE]*Refert & ſequitur Aym. conſil. 103. num.2. Adde Ale.conſil.1.colum.2.lib.2.Soc.cõſil. 27. colum. 3.cir.med.lib.3.*

SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis quibus & pro quibus rebus competat.*

2 *Verba libelli debent intelligi eo modo, quo magis adaptantur intentioni agentis:bona quando dicantur hæreditaria.*

3 *Libellus an procedat caſu, quo hæres poſsidens bona hæreditaria, petit declarari ad ſe pertinere.*

Conſilium LXIII.

1 VISO †libello in cauſa, quam mo-
net ſer Manfredus aduerſus Tho-
maſiam de Paſcaletis.Prima facie li-
a bellus concludere[a] uidetur in pe-
titione hæreditatis,inquantum nar-
rat res ad ſe ſpectare iure hæreditatis
auiæ maternæ,& inquantum petit declarari eas hæ-
reditario nomine ad ſe ſpectare, uidetur libellum
non procedere, vt l. quòd ſi in diem.§. non ſolum.
de petitione hæred. Et quia pro rebus, quæ ſunt &
durant hereditariæ,datur hæreditatis petitio,eo.ti.l.
item uidendum.in fi.eo autem quòd res ab hærede
eſt appræhenſa, deſijt hæreditaria eſſe, & ſic non cõ-
petit pro ea petitio hæreditatis, vt l.2.cum gloſſ. C.
de fideicom.hære.peti.& ibi Bart. deſijt enim res he-
reditaria eſſe, eo quòd eſt appræhenſa poſſeſſio, l.1.
§.veteres.de acquir.poſſeſſ.

Mihi uidetur clarè libellum poſſe defendi. Pro
cuius euidentia præmitto, hæredem res poſſeſſas, li-
cèt non ſunt hæreditariæ, illas tamen poſſidere hæ-
reditario nomine & pro hærede.hinc eſt, quòd illas
vſucapit titulo pro herede,quas defunctus poſſedit,
etiam poſſeſſione per ſe compræhenſa & appræhẽ-
ſa,& tunc ex perſona ſua,ff.& C.pro hærede. per to
tum.& hæc ſtant ſimul, res hodie hæreditarias non
eſſe,quia ab herede apprehenſæ ſunt,& tantum pro
hærede ex cauſa hẽditaria & nomine hæreditario
poſſideri. Et hæc etiam ſtant ſimul; res ad hæredem
hæreditario nomine & ex cauſa hæreditaria pertine
re & ſpectare,& pro illis petitionem hæreditatis nõ
competere,ſed aliam actionem, ut patet ex iuribus
præallegatis ſimul iunctis.
2 † Secundò præmitto,quòd in dubio in libello,
vbi ad competentem actionem & incompetentem
poteſt adaptari,trahi debet, vt in dubio in compe-
tente videatur libellatum ex latiſſima interpretatio
ne libelli,vt l.inter ſtipulantem. §. 1. de verbo. obli-
ga.l.ſi quis intentione.& l.ſolemus.ff.de iudi. extra,
de can. poſ. c. cum eccleſia, cum ſimi. Et ſic in hac
materia commune eſt loqui doc. not. in Specu. in
titu.de offic.iudic. §. deſeruit. uer. quòd ſi libellus.
Hoſtien.de offi.ord.c.conquerente.Innocen. de iu-
di.c.ceterum.Guil.in l.ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de
iureiuran.Bart.in l.ſi mater. §. an eandem. ff. de ex-
cept.

cept.rei iudi.& in l.1.de actio.& obliga.& in l. ſtipulationes non diuiduntur.de verbo. obligat. vbi dicit, libellum intelligi debere ſecũdũ illũ modũ, qui magis facit pro actore. Quare cõcludo, libellantem hic non deduxiſſe petitionem hæreditatis: tũ quia illi repugnat narratio petitionis hæredi. quia in hoc res non concluditur hæreditaria, imò non hæreditaria, pro qua non competit petitio hæreditatis, vt eſt dictum ſupra, ſed deducta videbitur actio, quæ competit hæredi pro ea, licèt hæreditaria, quam hodie poſſidet ti pro hærede, & ſic ſaltem publiciana, quæ hęredi competit in bonis à defuncto poſſeſſis non vitiosè, aut ex perſona ſua, tit. pro hærede aut defuncti, apparet probatum, l. cũ ſponſus. §. is cui. ff. de publi. l. pe. ff. pro hærede. iuncta l. traditionem. ff. de pub. aduertenda ergo multum ſunt verba libelli.

3 † Si enim peteret hæres rem declarari hæreditariam, & ſibi hęreditario nomine vt hęreditariam reſtitui, & tunc concluderet in petitione hæreditatis, quæ competit hæredi, & pro re hæreditaria, & huic libello repugnat poſſeſſio propria hęredis. Et ſic debent intelligi primò allegat, & conſilia, quæ audio à contraria parte emanaſſe, qui forte hoc nõ ponderauerunt. Sed hìc concluditur, vt declaretur rem ad ſe ſpectare & pertinere nomine hæreditario, & ex quo narrat ſe poſſediſſe, non intendit concludere in petitione hæreditatis, ſed in alia, quæ competit hæredi appræhenſa poſſeſſione ex titulo pro hærede. quam, licèt modo non ſit hæreditaria, poſſidere poteſt, & poſſedit titulo ꝓ hærede, & ad ipſum ſpectat ex cauſa hęreditaria & hęreditario nomine, quam & præſcribere potuiſſet titulo pro hærede, vt in iuribus præallegatis: quinimò & in hoc libello potuit concludi & rei vindicatio, ſi ex probationibus pateret, eos, à quibus habet cauſam, fuiſſe dominos, vel ſe coadiuuans latiſſima verba libelli, in qui-
b bus libellans hoc cõcludit, faciendo omni modo,[b] iure, via & forma, quibus hoc fieri poteſt, & inquã-
c tũ petit ſibi iuſtitiã[c] miniſtrari, de or. cog. c. cum dilectus. Et quod ibi no. per Inno. & latius per Calde.

Sic dico & conſulo ego Anto. de Butri. vtriuſque iuris doctor, ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

ADDITIONES.

a CONCLVDERE] *Ex medio concludendi qualitas actionis intentata demonſtratur. Bar. in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cer. pet. in l. ſi prius. in 5. opp. ff. de ope. no. nunc. facit tex. in l. non debet. in fi. ff. de dol. Dec. conſ. 57. nu. 1.*

b OMNI MODO] *Huius clauſulæ natura eſt, vt non reſtringatur diſpoſitio ad ſpecificata tantum. Bald. in leg. vinum. colum. 7. ff. ſi cer. pet. Alex. conſil. 113. lib. 3. Bald. conſil. 489. In cauſa vertente inter capitulum. col. 1. in fi. lib. 3. Soc. conſ. 141. col. antep. li. 1. Aym. conſ 326. nu. 25.*

c IVSTITIAM] *Virtute vnius clauſulæ poteſt & debet iudex pronunciare etiam ſuper narratis tantùm, ſuper quibus in ſpecie concluſum non eſſet. Quia per iſtam clauſulam intelligitur agens deduxiſſe & intentaſſe omne ius ſibi competens, quod ex narratis colligi poteſt, licèt ſuper alio iure nõ competenti concluſum fuerit, c. 2. vbi Abb. & doct. de ord. cogn. Aret. in §. omnium. col. 7. in prin. & ibi Iaſ. nu. 147. Inſt. de act. Alex. conſ. 38. col. 2. lib. 3. conſ. 43. col. 1. lib. 4. Soc. conſ. 160. col. pen. poſt med. verſ. tertiò hoc idem probatur. lib. 2. Iaſ. in l. petens. col. 3. C. de pac. Prapoſ. in c. ſolicitudinem. col. 1. de appell. Soc. conſ. 199. col. 5. lib. 2. Neniz. conſ. 15. nu. 27. Aym. conſi. 151. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Error perſonæ an vitiet matrimonium, puta, matrimonio contracto per procuratorem, ſi vna eligatur pro alia.*

2 *Matrimonium quibus cauſis vel qualitatibus reddatur vitioſum.*

Matrimonium per procuratorem contractum, & errore nominis vel qualitatis vitiatum, an poſſit ignorante filia per virum ratificari.

3 *Mulier, cum qua matrimonium erranter erat contractum, an teneatur ſtare ratificationi viri, an per talem ratificationem impediatur nubere alteri.*

4 *Conſenſus matrimonialis etiam amborum non perficit matrimonium, niſi mediante propoſito contrahendi.*

5 *Conſenſus mulieris errantis, an in cauſa contractus matrimonialis ſit validus.*

Conſilium LXIIII.

A DVAS Filias habuit, maiorem, ſcilicet B. & minorẽ, quæ C. vocabatur, D. de nutuis, niſi per famã notitiam habens, nec earum nomina ſciens, propoſuit matrimonium cõtrahere cum minore, & procuratorẽ ad hoc conſtituit, in quo nominauit B. credens minorem illo nomine vocari. Poſt hoc procuratorẽ iſtum ignorantem reuocauit, qui de reuocatione ignorans nomine D. matrimonium cum B. contraxit. Demum D. matrimonio cõtracto, & de errore nominis & perſonæ fortè certificatus, ratũ habuit matrimonium taliter contractum, non expreſſo quòd ratificabat errore & reuocatione non obſtan. B. inſtrumentum procurationis ad contrahendum matrimonium vidit, cœpit & tenuit, & de errore prædicto & de reuocatione procuratorij ſemper ignara ſe vxorem prædicti D. ſemper nominauit.

Modo primò quæritur, an circumſcripta reuocatione procuratorij, iſte dicatur error perſonæ ab initio matrimonium vitians? Et credo quòd ſic. iſta quæſtio non videtur dubia, iuxta ea quæ no. glo. 29. quæſtio. 1. in ſumma, ibi, qui nobis per famam vel alio modo cogniti ſunt. & S. Thomas de Aquino ſuper 4. ſentẽt. d. 30. quæſtio. 1. tit. ſecundo: in reſponſione ad 4. arti.

Secundò, vtrum poſt ratificationem B. nondum ratificationis conſcia potuit matrimonium cum alio contrahere. Et credo, ſi verum eſt, quòd B. poſſet contrahere, ergo ſi D. medio tempore contradiceret, nunquam erit matrimonium. non dico, quòd debeat compelli, quia de hoc non quærimus, & hoc dicunt illæ gl. ſ. in c. fin. de coniug. ſeruo. c. ſi quis ingenuus. quod ſic. Ratio in iſta quæſtione eſt, quia ſi mulier errans conſenſit, vt tunc eſſet matrimoniũ, quando cũ procuratore contrahebat tantùm, contrariũ ſi ſciuiſſet poſt forte nõ præſtitiſſet in eodem conſenſu. ſic conſenſus datus per D. non ligat B. errantem & in errore durantem. facit ad hoc gl. in c. fin. de coniug. ſeruo. in fi. & ibi colligitur expreſsè, & gl. in c. ſi quis ingenuus. 29. quæſtio. 2. & facit tex. expreſsè in c. veniens. de eo qui dux. in mat. ibi, vt dicit de nouo potuit matrimonialiter conſentire. & glo. in c. 1. eo. titu. quæ omnia probant, quòd ſtante errore eſt neceſſarius nouus conſenſus tam fallentis ſeu criminoſi, quàm alterius, & quòd vtriuſque conſenſus eodem tempore concurrat. & facit ff. ſi certum pet. a. l. ſi ego. & ff. de condi. cauſa da. l. dedi. & c. 1. de deſponſ. impub. lib. 6. ibi, perueniſſe conſtiterit euidenter.

Nec obſt. quod no. Archidia. & Ioan. And. in c. fi. de procurato. lib. 6. quia fateor, quòd is, qui mittit epiſtolam, eſt intentus, vt alio conſentiente tunc ſtatim ipſe mittens ligatus eſt. Idem ſi quis contrahit cum alio nomine abſentis, ſciens eum non eſſe procuratorem, habens intentionem, quòd tunc ſit matrimonium, quando abſens ratificauerit. In propoſito tantum

B. ſuæ intentionis, quòd nunc ſtatim eſſet matrimonium. hoc eſſe non potuit, nec voluit quòd inciperet eſſe matrimonium, ratificãte. & ſic nec valet ut tunc, nec ut nunc.

Tertiò, utrum B. ratificationis iam conſcia, ignara tantũ quòd renocatio aut error præceſſerit, potuerit matrimonium cum alio contrahere? Et credo quòd ſic. Ratio pro parte affirmatiua eſt, quia ſemper durat B. in matrimonio, & conſequentia prioris conſenſus erron, vt no. glo. in c. fina. de coniug. ſeruo. in uer. ſed pone quòd aliquis contraxit.

Quartò, utrum B. erroris & ratificationis & reuocationis iã conſcientia, nondum tamen tacitè aut expreſſè ratificans potuerit matrimonium cum alio contrahere? Et credo quòd ſic. Ratio pro parte affirmatiua videtur, quia poſtquam impedimentum, & error ceſſaret, requiritur nouus conſenſus, iuxta c. 1 de deſponſa. impube lib 6. & c. ueniens. ſupra allega.

Quinto, vtrum matrimonium iſtud potuerit expreſſè vel tacitè per B. & per D. ratificari? Et credo quòd non, ſaltem non interueniente copula. Ratio, quia Archidia in c. ſi. de procura. lib 6 in 1. gloſ. loquitur in ſponſalibus, & in capitulo primo, de deſponſatio. impub lib. 6. loquitur in ſponſalibus. quæ glo. eſt in dicto c. 1. de deſponſa impub. lib. 6 ſuper ver. pro filijs.

Sexto, an poſt reuocationem procuratorij ſufficiat ratificatio tacita, an verò ſit neceſſe matrimonium de nouo expreſſè contrahi? Et credo quòd ſit neceſſe matrimonium contrahi. Ratio eſt propter glo. 1. & no. in c. ſuper eo. de condi. ap. in fin. Et quia propter reuocationem non remanent iam aliquæ reliquiæ, imò ex integro matrimonium debet contrahi. ff. de teſta. l. hæredes ff. de verbo. obliga. l. continuus in princi. & no. Io. An. in c. ſi inter. de ſpon. & ibi colligitur. Iſtæ duæ quæſtiones & vltima ſunt utiles, ſed non multum neceſſariæ.

MVLTA dubia tangit quærens, de duobus vltimis parum curat, & de illis nihil dicam. Deciſio quæſitorũ pendet ex primo & quarto. Circa illa dicam, quid iuris, & inferam ad duo media.

1 † Ad primum [a] videtur talem errorem non uitiare
a tiare contractum, quia non data ália notitia perſonarum, niſi quòd A. habet duas filias, iuniorem & antiquiorem, nulla affectio poteſt mouere animũ; niſi qualitas ætatis, hæc autem non vitiat contractum, 21. q. 1. in fi. & ibi not. in ſumma. Nam licet vocarim B. ſi aliam notitiam non habeo de B. perinde eſt, ac ſi cum regina Franciæ contraherem, nulla habita notitia reginæ Franciæ, error hic vt qualitatis aut nominis non nitiat, vt ibi nota.

Item error fundamentalis eſt in nomine & qualitate: quia credo B. minorem, cùm ſit antiquior, & quia puto minorem vocari B. eum vocetur C. Et ex hoc trahet in errorem ſubſtantiæ perſonarum, fundamentalis ergo error debet attendi & non ſuperficialis, ff. pro donato. l. ſi vir. & no. Inno. de iure patrona. c. cura. qualitas autem aut nominis error nõ vitiat, vt dixi, ergo. Item errare eſt aliud pro alio putare de iure & fac. ergo, ff. de teſta. l. ſtatu. & quod no. 29. diſtin. in prin. quòd ſi nullam habeo notitiã de B. & C. niſi quia una iunior & altera antiquior, hic putando C. fore B. vel econtra, non puto aliud pro alio, ſed aliter de B. & aliter de C. hic autem qualitas eſt error, ergo.

2 † Secundò videtur ſaltem poſt ratificationem D. nõ obſtãte errore, quòd fuerit matrimonium; ſubſtantia matrimonij capit vim à conſenſu, de ſpõ. c. tua nos. eo. titu. c. cum locum. de ſponſ. duorũ. c. 1. & c. tuas. c. dudum. de reſtitu. ſpolia. c. ex parte M. & adiũctio animorum, de biga. c. debitum. poſt certificationẽ autẽ erroris D. ſi ratificat, cõſentit in B. vt in vxorẽ, & B. in ipſum D. vt in virum: quinimò & ſemper conſenſit, quia nunquam errauit: eſt igitur hic matrimonium, quia ſimul ſenſus & conſenſus adeſt & animorũ cõiunctio: quia ex parte ratificationis vtriuſq; & anima cõiũgit, vt ſint uir & uxor.

Item in actibus regulatis à cõſenſu, cõſenſus ſuperueniẽs poſt alterius partis cõſenſum, quia ab initio defecerat, validat actum ex antiquo conſenſu alterius, licèt non remouetur. Vnde ſi te conſtitui procuratorem, tu renuiſti, ſi ex poſt facto acceptaſti, ut ex antiquo meo cõſenſu perdurãte validatur actus. vt l. ſemper qui non prohibet. & quod ibi not. gloſ. de regul. iur. de procurato. cap. licet. lib. 6. Ita ſtante conſenſu ex parte mulieris, quę nõ errauit in uirũ, licèt vir à principio per errorem non conſenſerit, ſi ſuperueniat conſenſus ex parte viri à principio errantis, debet matrimonium validari.

Nec ob. glo. de coniug. ſeruo. c. ad noſtram. & c. veniens de eo qui du. in ma. quia nouus exigitur conſenſus ab errante non à ſciente, hic autem adeſt in errante, ex quo ratificat.

Item in actibus regulatis à conſenſu voluntas in
b perdurando prodeſt ad actum nouiter [b] inducendum, vt à tempore conſenſus, in l. 3. in princi. de acqui. poſſeſ. & l. quod vulgo. ff. de vſucap. pro emp. & quod vtrobique notat Bar.

Nam ſi ex antiqua cauſa puto poſſeſſionem retinere, acquiro ex noua, quã ignoro ſubeſſe, vt ibi. Sic mulieris conſenſus ex antiquo contractu durãs in matrimonio iure ratificante, & nunc deficiente errore, cõſentiẽti nouiter proficiet & matrimoniũ inducit.

Non obſtantibus prædictis, de iure puto errorem impediſſe matrimonium, & B. cõtrahere potuiſſe, etiam poſt ratificationem D. viri, antequam ipſa ratificauerit tacitè vel expreſſè, ne data notitia etiam per famam, quòd D. habuit duas filias, B. & C. & quod B. eſſet antiquior, & C. iunior, ſi hoc cõſtat, quod ſe determinabat ad aliam ſubſtantiam perſonæ in mẽte & conſenſu, & verbis aliã exprimebat, & ſic erat error in ſubſtãtia nõ in ſola qualitate vel nomine, error ergo à principio vitiat ſubſtãtiã matrimonij, 29. quæſtio. 1. per totũ, ad hoc l. in venditionibus. ver. idẽ eſt. ff. de cõtra. emp. nã ſi emi Pamphilũ credẽdo Stichum, cùm Stichum haberes & Pamphilum, vitiatur emptio, ad hæc iura, quæ dicunt, nominis errorem non nocere, intelliguntur ſi de corpore cõſtat, vt dicta l. in venditionibus. ver. planè Vbi ergo nõ cõſtat, vel diſentitur in corpore, nocet nominis error, vt eſt glo. expreſſa ibi, in verbo, abſentem in princip. iuncto ver. Idem dicas in matrimonio. vbi per famam ſolam data notitia duorum etiam ex qualitatibus aliquibus, ſi ex expreſſione nominis vnum pro alio ſuſcipiat, actus vitiatur in ſubſtantia, quæ gl. concordat cum gl. 29. quæſtio. 1. in ſumma. ad hoc l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emp. C. de teſta. l. in nomine. ff. de rei vendica. l. Pomponius ſcribit. aliàs incipit, ſi frumentum. §. fina. l. hæredes palam. §. ſi quis poſt. ff. de teſta. Ex hoc concludo matrimonium ex primo conſenſu fuiſſe nullum.

3 † Nunquid autem ſuperueniente ratificatione viri errantis validetur matrimonium ſolo illius cõſenſu, ſtãte cõſenſu cõiugis ex antiquo cõtractu.

Puto, quòd non: matrimonium enim hoc à principio fuit nullum reſpectu primi conſenſus, & dato quòd non fuerit error à parte mulieris in perſonã, ab eius parte fuit ignorantia erroris coniugis, quę credidit conſenſum ex parte viri, errauit ergo in ſubſtantia, vel illo, quod eſt ſubſtantia matrimonij, ſcilicet, mutuo conſenſu, quem validum credidit, vbi non erat, quæ ſi ſciuiſſet conſenſum ab altera parte deficere, ſimiliter nõ conſenſiſſet: hoc ergo

go vt nullum, errore vtriuſque non validatur, niſi apertè vtriuſque accedat eam confirmans, ſcilicet ratificatio vtriuſque ſuppoſita in vtroque erroris notitia, vt in regula, non firmatur. cum ibi no. per Dy. & glo. de reg. iur li. 6 & in regulis, quod initio. & quod ab initio. de reg. iur.

4 † Item in matrimonio conſenſus matrimonialis hincinde in virum & vxorem matrimonium non perficit abſque propoſito contrahendi, vt not. de ſpon. c. tuæ. & de propoſito vtrunque certificatum fore oportet, vt ibi ex primo contractu nõ fuit matrimonium: quia deficit conſenſus ex parte viri, ex ſecundo conſenſu non adeſt in muliere propoſitũ cõtrahendi vt ex nouo, licèt perduret in antiquo: ergo non eſt matrimonium. ad hoc glo. quam decidit quæſtio, 29. quæſt. 1. c. ſi quis ingenuum. de coniug. ſeruo. c. fi. de eo, qui dux. in matri. quam pol. per adul. c veniens. iũcto. tex. vbi ſi ex antiquo conſenſu matrimonium fuit nullum ex aliquo errore impedimenti, ceſſante impedimento, non validatur matrimonium ex antiquo conſenſu perdurante alterius coniugum, niſi ambo ſint in propoſito nouiter contrahendi: per quæ patet, quòd ſola coniunctio animorum coniugum, vno perdurante in antiquo, altero nouiter conſentiente, hodie non inducit matrimonium, niſi ambo pro nunc ſint in propoſito contrahendi.

Nec obſtat, ſi dicitur, iura illa exigunt nouum conſenſum in errantem, certè & exigitur in ſcientem, vt verum ſit matrimo. licèt contradicere non poſſit, quin compellatur ex antiquo conſenſu, ſciens ad nouiter conſentiendum, vt dicit glo. in dicto c. fi. in glo. in fi.

Item & hęc mulier errauit, ſcilicet, virum non conſenſiſſe, vt ergo validetur, oportet ipſam eſſe certificatam de errore viri, vt in ea hodie detur propoſitum non contrahendi.

Ex his ceſſant allegata in contrariũ rectè intuẽti.

Non obſt. de reg. iur. c. ſemper. & c. licet. quia mãdatum de ſe ſubſiſtit à parte mandantis abſque acceptatione. Quandocunque ergo accepter, licèt primò diſſenſerit, validatur mandatum, vel (vt melius loquar) ſuſceptio mandati tenet: hic cõtractus fuit nullus, cùm matrimonium non ſubſiſtat ex conſenſu vnius, nec pendentiam recipere poteſt, vbi in inſtanti agitur contrahi, quia vel ſtatim eſt, vel non eſt in aliquo eſſe ſuo, 27. quæſtio. 2. §. 1. & notat glo. de transla. præla. c. licet. Sic in ſententijs cenſuræ, quæ niſi expreſſo conſenſu promulgantis ſuſpenduntur extrinſecè, inquantum puræ ſunt in valore, ſuſpenſæ eſſe non poſſunt, de app. c. ad hoc. & c. præterea. 11. quæſtio. 3. c. nemo. & quod ibi not. de appel. c. paſtoralis. §. 1.

Item fortè non eſſet peccatum dicere, acceptatione mandati validari, quando de renuntiatione vel non acceptaione certificatus fuit primò mandans, aliàs non, non obſtante, quod ex voluntate retinendo poſſeſſionem illam acquiro: quia illud in poſſeſſione, in qua iura non requirunt propoſitum nouiter acquirendi, ſed requirunt ad acquirendũ ſolam affectionem tenendi, vt d. l. 3. in fi. principij, de acquiren. poſſeſ. ibi, duntamen in mente & cogitatione &c. Ad hoc quod not. Bar.

5 † Nam vel hic dices matrimonium ex primo cõſenſu: & hoc falſum, quia non fuit mutuus, at deficit conſenſus viri & conſenſus mulieris errantis, an conſenſerit, ex hoc nouo retrotractum habente: & hoc falſum, quia matrimonium, vt non recipiens pendentiam non poteſt habere retrotractum quò ad vinculi ſubſtantiã, quia cùm eſſe non poſſit pendentia, deficit in extraneo, ad quod ff. de vſuca. ſi is qui pro emp. & quod ibi no. licèt enim effectus matrimonij retrotrahatur quò ad prolẽ, non quò ad vinculi ſubſtantiam, qui fi. ſint le. c. tanta. ad hoc gl. de condi. ap. c. fi. in glo. mag. ver. ſed pone. non vt ex tempore ratificationis viri, quia in coniuge muliere non adeſt propoſitum contrahendi hodie, cùm olim ſe credat contraxiſſe, ex quo aliter certificata non proponitur.

Hæc fortius procedunt, ſi adfuit alius defectus reuocationis prouocatoris, quæ reuocatio ex altero capite dediſſet nullitatem matrimonij, de procurato. cap. fi. lib. 6.

Non obſtat, ſi cõtraho per literas vel epiſtolam, matrimonium fit à tempore conſenſus ſecundi, certificatio mittente epiſtolam: quia ibi conſenſus fuit ſuſpenſus natura rei ad illud tempus, quod bene poteſt ſuſpendi voluntate partiũ: ſed hic in momento contrahere noluerunt, & per hoc non ob. ſcripta Ioan. And. & Archi. de procura. c. fi. lib. 6.

Ex quibus relinquitur ſecundum & tertium dubium deciſum & indubitabile ex deciſione quarti: & quòd hęc mulier ante & poſt certificationem erroris viri & reuocationis, ſi contraxit ante reuocationem ſuam tacitam vel expreſſam, potuit cõtrahere, & etiã hodiè ſi velit. Si dixit ergo ſibi gratum illũ, in pace teneat, illique abſque ſcrupulo adhæreat, ſi nondum alterum duxit, & ſi tutius foret cum iſto contrahere, ſi gratiorem tantum inuenit, & illum omnino omittere velit, & cum illo contrahere poterit: non enim contrahere compellitur cũ primo, niſi vbi decipit, quod hic non eſt, vt in iurib. allegatis, & nubat ergo liberè in Domino. Deo gratias.

Ita dico ego Ant. de Bur. vtriuſque iuris doctor, in cuius teſtimonium ſubcripſi. Certificatus ſum poſteà, quòd iſta quæſtio fuit cum Rege Cypri.

ADDITIONES.

a A D PRIMVM] *Matrimonium contractum per errorem perſonæ vel conditionis minimè valere, tex. in c. 1. 29. q. 1. Tollit n. hic error conſenſus libertatem. Imò nihil efficacius conſenſui aduerſatur quàm error, l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. l. alioqui. ff. de contrah. empt. Is ergo, qui contrahit cum Maria, credens eſſet Catherinam, minimè conſentit in matrimonium cum Maria, c. 2. de coniu. ſeru. Magiſt. ſent. in 4. diſt. 30. is autem, qui contrahit cum Maria paupere, credens Mariam diuitem, in cuius perſona non errat, nec in eius conditione, in illam conſentit & matrimonium contrahit. Quia error in qualitate ſeu fortuna non impedit conſenſum in illam fœminam, qui conſenſus coniugalis eſt, quod probat tex. in d. c. 1. 29. q. 1. Bal. in l. cum Archimedoram. C. vt in poſſ. legat. Iaſ. in §. fuerat. nu. 13. de act. in Inſti. Burgen. in c. cùm dilecti. num. 56. de emp. & vend. Dida. in epit. de ſponſ. 2 par. c. 3. §. 7.*

b NOVIT] *Refert & ſequitur Aym. con. 171. nu. 1. Adde Anca. conſ. 229. Multa dubia. col. 1. Corn. in con. 50. col. 3. ver. et qui credit habere poſſeſſionem li. 1. & in conſ. 165. col. fi. li. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ab aliquo recepta, cuius receptionis non apparet cauſa, conſtat tamen receptio, iudicatur mutuata.*

2 *Contractus locationis an importare cenſeatur refectionem vel conſeruationem rei locatæ.*

3 *Mutuum datum vel receptum qualiter veniat probandum.*

Conſilium LXV.

1 PRIMO † aſpectu videtur intentionem actoris non probatam. In vtraque enim cauſa principali deduxit mutuum. In prima ſimpliciter: in ſecunda in certam cauſam committendam, & teſtes, nec in prima nec in ſecunda aliquid dicunt de mutuo, quanquam dicant de locatione, & de conductione reficiendi, nihil de mutuo aſſerunt, ergo &c.

Nec etiam dato, quòd agi poſſet ad reſtitutionē dati ratione contractus, vel alterius implēdi extrinſecè ad contractum, vt dati ex cauſa finali contractus, C. de pac. inter emp. & vendit. l. cum te. & quod no. in l. ſi ea. C. de reſcind. vend. & l. pacta conuenta. de contrahend. emp. tamen non eſt probatum alicubi, quòd ob hoc dederit pecuniam, ſed ſola ſimplex datio, & pactum de reficiendo, meritò neceſſariò non concluditur datum in caſum refectionis, cùm & loco precij locationis ſuccedere potuiſſet pretij datio, & ſic alterum neceſſariò non probat.

2 † Item cum ex natura contractus veniat refectio, ita quòd commodè habitari poſſit, nihil extrinſecus deductum videtur à contractu, & ſic ob cauſam competere non videtur. Et hoc eſt, quod poteſt dici pro parte contraria.

Iniquum videtur, quòd locator receperit pecuniam, & non impleuerit contractum, & adhuc velit retinere pecuniam, & grauare agentem agere ad intereſſe, quæ æquitas grauat me in defendendo partem actoris.

3 † Et dico probatum mutuum ex confeſſione conuenti, qui confitetur ſe in tabula Matthęi recepiſſe pecuniam à dicto conductore, alio non apparente: præſumitur ergo hoc ex cauſa mutui, & per actorem allegata, vt dicit glo. & Barto. ff. ſi cert. pet. leg. cum quid.

Nec ob. quòd confitens diceret ex cauſa locationis, quia illi parti non ſtatur pro ſe, C. de probat. l. exemplo. Et illam partem poteſt probare altera pro ſe probata, ex quo pro ſe præſumptionem habet, vt not. in l. 2. C. de dona. ante nup. C. de proba. l. ſi quidem, & l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de libe. leg. vbi Barto. & potius etiam debet præſumi mutuum, quàm pretium locationis, cùm non appareat tempus tunc veniſſe locationis, & fortè in veritate nōdum venerat. Vnde quod ante ſoluerat, iactatio-
a nem ᵃ induceret non veriſimilem, ff. de prob. l. cùm de indebito. ex quo ergo refectio imminebat, & pactum erat, vt reficeretur, & nondum tempus probetur locationis quo ad ſolutionem ceſſiſſe, quod accepit locator, & quod conductor dedit non in pretium locationis, ſed in cauſam mutui refectione inſtante dediſſe cenſetur, vt not. glo. & Cyn. & alij in authen. hòc ius. C. de ſacroſanct. eccleſ. & poſtea ſuo tempore in caſum locationis conuertendum, quæ inter partes acta ſunt adimplentur, vt minor iactatio inducatur: & quòd vna numeratio ob cauſam vnam in aliam conuertatur, partium conuentione iuri conſonans eſt, vt l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. probat ergo, quod deducit actor.

Ex quibus patet, partes iudicis eſſe, vt pronunciet malè appellatum, & benè iudicatum, C. de appel. l. eos.

Ita dico & conſulo ego Ant. de But. vtriuſque iuris doctor, ſalpo ſemper ſaniori conſilio.

ADDITIO.

ᵃ IACTATIONEM] *Refert & ſequitur Aym. conſilio 106. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum tranſiens in contractum alterius tertij, vel continens eius commodum, an poßit reuocari.*

2 *Inferior à Papa non poteſt tollere ius alteri quæſitum.*

3 *Mandatum generale non dicitur continere illicitum, aut alteri præiudiciabile.*

4 *Prorogatio antiqui actus, an fieri dicatur, ſi aliquid de nouo addatur.*

Conſilium LXVI.

1 IN † facto proponitur moleſtatio medij temporis à tempore primæ confeſſionis vſque ad vltimā: quia ab illo tempore citra non eſt dubiū, & (vt aliàs ſępè conſului) puto clarum de iure, quod dicti officiales nō potuerunt detrahere iuri quæſito Guidoni, & ſucceſſorib. quia ꝙ ante erat cōceſſum, trāſiuerat in cōtractū, & ſic ſtatutū reductū erat in contractū, & proponit ex oī parte impletū eſſe pro parte dicti Guidonis, idē pac. nō pōt reuocari, C. de actio. & obl. l. ſicut ff. de pac. l. j. de cōſti. pec. l. j. & l. in commodato. §. ſicut ff. commo. ad hoc qđ in ſtatuto tranſeūte in contractum no. Inn. de temp. ord. c. dilectus. de iudi. c. nouit. Dy. & Bar. in l. ꝙ ſemel ff. de decr. ab ord. faci. l. 2. de iureiur. & l. omnes populi. de iuſt. & iu. vñ
2 Et concedentes poteſtatem hoc non potuiſſent, † quia inferior à Papa non tollit ius alterius. ſ. priuati, ff. q & a quib. l. j. no. C. ſi contra ius vel vti. pub. l. fin. C. de prec. imp. offe. l. quoties. & Inn. de immu. eccl. c. quia plerique. no. in l. toties. de pollici. de priui. cre. l. Antiochenſium. no. de reli. do. c. conſtitutus. & gl. in ca. ſtatuta. de hæret. li. 6. Si ipſi concedentes poteſtatem reuocare non poſſint, vt concludūt iura prædicta, minus habentes ab eis poteſtatem, ff. de acqui. re. do. l. traditio. de iurepa. c. quod autem. j. q. 7. c. Daibertū. Item dato, ꝙ concedentes potuiſſent, non haberēt poteſtatē ſuper reformatione communitatis, quia videntur recepiſſe poteſtatē ſuper non reformatis, maximè detrahendo aliàs ſtatutis per cōcedētes. ff. mā. l. ſi hoīem. no. in l. ambitioſa. de decr. ab ord. fac.
3 † Item quia in tali mādato nō venit, vt alteri præiudicetur. l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne qd in loco publico. ff. de of. del. c. ſuper eo. de ꝯſue. c. cū olim. de priui. c. paſtoralis. no. in l. toties. de polli. & d. l. Antiochēſiū. Item quia in talibus mandatis in genere non venit illicitum, per quod mandatum notetur de fide ſupra, l. ſi procurator. de cond. indeb. l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iu. de iureiu. c. j. li. 6. de elec. ca. ſi compromiſſarius. eo. lib.

Item in generali mandato non venit, vt ſtatuat contra à ſe ſtatutum, C. de of. præf. orien. l. formā. de ele. in cle. ne Romani. de maio. & obe. c. ꝙ ſuper his. no. glo. de hæreti. c. ſtatuta. li. 6. notat Spec. de lega. §. ſupereſt. verſic. ſed nunquid Legatus poteſt. vbi nec Legatus tollere poteſt ordinem iuris, & quò

adilla

ad illa etiam ordinatoria contra ius ſuperioris ſubiectis præiudicare. Vnde cauſam committere non a poteſt ſummariè [a] tractandam, vbi ordinaria eſt.

Hæc omnia confirmat, quia iſti videntur deficere in poteſtate, habebant enim à conſilio poteſtatem prorogandi tantum tempus antiquis electis, & iſti vſi non ſunt via prorogationis, ſed principaliter prouiderunt.

Nec obſt. ſi dicatur, quòd imò hæc eſt prorogab tio; [b] ex quo intra tempus elegerint, argu. de preca. l. ſed & ſi manente, quia hoc fecerunt detrahendo vnum ex antiquis: vnde ex detractione vnius antiqua poteſtas non eſt ſaltim, vt debet prorogari, imò nec poteſt dici prorogatio, quia ex additione, vel detractione nouum quid conſtitui dicitur, non antiquum prorogari, arg. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile. & l. adeo. §. cum quis. ff. de acquirend. rerum domi. l. 1. §. opus. ff. de no. oper. nuncia. quinimò ex quo vtitur intra tempus verbo ſapiente prouiſionem non prorogationem, non intelligitur prorogatio, ſed noua prouiſio, quam facere nō potuerunt antiqui propter formam mandati conſilij, & factum eſt nullum, de reſcriptis. c. cum dilecta. de offi. deleg. c. venerabili. ff. manda. l. diligenter. cum ſimil. & de hoc eſt glo. in l. ſi vnus. §. pactus. in glo. in verbo, minuetur. ff. de pactis. l. 3. §. ſi poteſt. no. Barto. in l. dies cautioni. ff. de dam. infec.

Ex quibus concludo, Guidonem & ſucceſſores de iure à tempore primæ conceſſionis nullatenus poſſe moleſtari.

Sic de iure mihi Anton. de Butrio viſum eſt, ſemper ſaluo ſaniori conſilio.

ADDITIONES.

a SVMMARIE] *Hac clauſula ſolus Princeps vtitur, legatus nec alius vti poteſt. glo. ſing. in cap. fina. de hæret. lib. 6. Rebuf. tract. de liter. execut. art. 9. glo. 2. nu. 13. to. 1. glo. in clem. ſæpè. & ibi Card. q. 11. & 12. de ver. ſign. & in clem. diſpendioſam, in fin. de iud. Alex. conſ. 106. nu. 12. lib. 2. Mar. pr. in Specul. in 4. par. diſt. 9. nu. 3. Rot. Pedem. deciſ. 1. Caraccio ſuper ritu Vica 288.*

b PROROGATIO] *Gemin. in c. hi qui, col. fi. verſ. & not. illam glo. de præb. & not. Bal. in l. Titius. ff. de excuſ. tut. citat hoc conſ. Dec. in c. de cauſis. num. 6. de off. dele. Ang. con. 231. Viſo Alex. conſ. 75. cir. fin. lib. 2. Bal. conſ. 321. Verba compromiſſi & con., eq. lib. 5. Ang. Pal. & alij in l. ſi. ff. de fer. Gemin. Franc. in c. cum de appellationibus. in fi. de appel. in 6. Alex. in l. dies cautioni. in prin. ff. de dam. inf. Corn. conſ. 92. Placet mihi. conſ. 235. De pluribus lib. 2. Dec. in c. perſonas. nu. 13. de appel. dixi Milleloq. 127.*

SVMMARIVM.

1 *Patre filium in bonis inſtituente, & filiam in dote quando nuberet, an filijs & filia mortuis, poſſit mater petere portionem filiæ iure naturæ illi debitam.*

2 *Subſtitutio pupillaris confirmari dicitur per authen. ex cauſa.*

3 *Ex teſtamento nullo & inofficioſo an poſſit oriri grauamen.*

Conſilium LXVII.

1 VISIS † actibus & iuribus inter honeſtam dominā Benuenutam vxorem olim Andreazi & eius procuratorem ex vna parte, & Nicalaū muratorē ex altera miſſum in poſſeſſionem omnium bonorum dicti Andreazi ex vi ſubſtitutionis factæ filijs dicti Andreazi. Præmitto, quòd ſubſtitutio dirigitur ad filios maſculos dicti Andreazi, & non comprehendit fœminas: per quę concludo, quòd ſi quid debetur filiæ, ſ. Andreolæ, ſubſtitutus nihil debet habere, ſed relinquitur circa portiones Nicolai & Federici, & totum dubium vertitur ſuper nullitate aut validitate dicti teſtamenti, quod ſurgit ex inſtitutione facta de Andriola, quæ fuit in iure inſtitutionis legitimæ, quando maritaretur: quæ videtur conditionalis, & ſic inducit pręteritionem, vt leg. ſi pater. de inſt. & ſubſt. ſub cōdi. fac. & l. filius. quoque. de hære. inſt. l. filius à patre. de lib. & poſthum. cū ſi.

Vnde hìc oporteret diſceptari, an hoc relictum ſit conditionale, an purum: quia dotis eſſe videtur, & quid quando à patre, quādo ab extraneo: de quo plenè per Bar. in l. Titio. §. Titio genero. de condi. & demon. quod non diſcepto per præſens, quia ſi teneamus, quòd habeant modum in ſe & non conditionem, grauamen debet reijci, per l. quoniam in prioribus. & l. omnimodo. de inoff. teſta. Si teneamus, quòd ſit conditionale, quod puto in terminis ſaltem iſtis, quia diſponit ſaltem teſtator per verba notantia actum maritandi, quę nō poſſunt referri ad tempus ante ætatem habilem, dicit ſecus in verbis, per quę dos legatur, quę poteſt preſens & futura intelligi: adhuc recipimus opinionibus duriſſimis, quòd caſualis vel mixta conditio hodie reijciatur, de quibus per Bar. in l. ſuus quoque. quas etiam non diſcepto, quia ſi tenetur opinio Barto. quòd grauamen talis cōditionis reijciatur, propoſitū habet mater in portione debita filiæ & ſubſtitutę in portionibus Nicolai & Federici. Si teneatur opi. Ray. quòd nō remoueatur tale grauamen, & filia remaneat pręterita, nihilominus † ſubſtitutio pupillaris a confirma- 2
a tur per authenticam, ex cauſa. C. de lib. pręter. vt no. gl. in l. 2. § planè. ff. de vulg. & pupil. ad quod. ff. ad Trebel. l. nam quod. §. quod ſi compulſus. & tenet Bar. in auth. ex cauſa. hunc ſequor licet Dy. teneat contrarium. Quicquid ergo teneamus de præcedenti opi. vel quòd rumpatur, conſeruatur ſubſtitutio per auth. ex cauſa. vel quòd non rumpatur, remouetur conditio, & conſeruatur inſtitutio, ſemper ſubſtitutus debet admitti in portionibus maſculorum. ſed quò ad quotam filię eſt differentia, quia inquantum teneremus conditionem remoueri, mater deberet habere reſpectum, quantum decens fuiſſet puellam illam habere in dotem, & iſtud tranſmitteret ad matrem: quia tranſmittit non aditam, ſecundum verā opi. de qua in l. ventre. per Bar. ff. de acquir. here. & in l. ſi infanti. C. de iure delibe. etiam ſi deceſſiſſet poſt infantilem ętatem, & poſſet agere ad ſupplementum, ſi quid deficeret: legitima autem eius eſſet pars tertię totius hæreditatis.

3 † Item ſi teneremus opi. Ray. quòd non deberet grauamen remoueri, adhuc mater deberet habere tertiam totius hæreditatis, quia dedit exitum inteſtati. ſemper mihi placuit opin. Ray. vt non remoueatur conditio, ſed teſtamentum ſit nullum.

Non ob. l. omnimodo. quia intelligi debet, omnino grauamina reijci, quando teſtamentum erat aliquod: & ſic intellige ibi, vel alio mō ſubuertendi per

contra tabulas, vt dicit gloſſ. quod patet, quia ſi ille tex prouideret, vbi teſtamentum eſt nullum, iam ſu perfluerct prouiſio §. cum autem, in l. ſancimus. eodem titu.

Non ob. §. cum autem, quia diſponit, vt remoueatur conditio, quando habebat quoquo relicti
b titulo: vbi autem iure inſtitutionis, [b] nihil reperitur correctum. Remaneãt ergo antiqua iura in inſtitutione, licèt eadem ſit ratio, quia non corrigitur ius ex rationis identitate, l. ſi verò. § de viro. ſol. matrim. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Et ſic vidi pluries diſputari, & repetendo tenui. l. ergo, quoniam. prouidet quando teſtamentũ ſubiacet querelæ. l. omnimodo, quando aliter poteſt ſubuerti, vbi eſt aliquod, l. ſancimus. §. cum autem, quã do habet quoquo relicti titulo de iure codicillorũ: vbi ergo habet iure inſtitutionis, vt in propoſito, nihil eſt mutatum. Per quæ concludo, quod mater poteſt petere tertiam partem hæreditatis Andreæ teſtatoris ex perſona Andreolæ filiæ ſuæ, vt proponitur in infantili ætate mortua, per quandam cedulam tranſmiſſam, ſed non eſt apud acta probatum.

Idem ſi deceſſit poſt infantilem ætatem, & non eſt lapſum tempus ad dicendum de nullitate, quod quantum tempus ſit, in hoc ſequor Bar. in leg. filio. de iniuſt. rupt. & irrito teſta. & lege, ſi impubes. §. fin. ad Carb.

Partes ergo iudicum erunt iſtæ, quòd videant, an probatum ſit ex actis, quòd puella ſit mortua ante ſeptennium, & tunc matri ex perſona filiæ adiudicet tertiam partẽ hæreditatis Andreæ, & in eo pronunciet hẽ potiora iura, vt in l. 2. C. de poſth. hæred. inſti. & miſſionem malè datam pro rata tertiæ partis, & aliter non poteſt eſſe, quin deceſſerit ante ſeptennium, quia teſtamentum fuit factum in Mcccc. vnde cùm ab illo milleſimo non ſimus ad præſens, niſi per ſex annos, neceſſariò puella eſt mortua ante ſeptennium.

Alia autem ſunt probata per reſponſionem ad poſitionem, pronuntient ergo, vt dictũ eſt, & vtranque partem abſoluant ab expenſis: quia punctus eſt in probabilibus opi. inuolutis, vt l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. 2.

Ita dico & conſulo ego Anto. de Butrio.

ADDITIONES.

a *PVPILLARES]* *Iaſ. in d. auth. ex cauſa. nume. 10. Bar. conſi. 44. Super prædictis, in fi. Ange. conſilio 112. Ex facto. Rom. conſi. 181. Pro diuiſione Alex. conſi. 47. dub. 5. lib. 2. Corn. conſilio 248. In hac conſultatione lib. 3. Rip. in l. 2. nume. 33. vbi citat illud Butr. conſi. ff. de vulg. ſubſt. & Dec. etiam citat conſi. 86. nu. 3.*

b *INSTITVTIONIS]* *Filius etiam iure canonum iure inſtitutionis honorandus eſt. gloſſ. per text. ibi in capi. ſi pater. de teſtam. libro 6. quam ibi ſequuntur Ioan. And. Ancar. & Franc. poſt Gem. Imo. in capitu. Raynutius. numero 31. de teſta. Iaſ. in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & in rub. ff. ſolut. mat. numero 32.*

SVMMARIVM.

1 *Ex fideicommiſſo vniuerſali debentur prælegata etiam poſtea facta.*

2 *Subſtitutio, quæ habet orationem perfectam de per ſe, licèt copulatam, ſimpliciter eſt intelligenda.*

Conſilium LXVIII.

1 QVO † ad ducentas libras relictas nõ video dubitationem, quin debeantur pauperibus, quia illud legatũ accreſcit domino Andreæ hæredi, vt in caſum caduci exiſtens, vt in leg. j. §. pro ſecunda. C. de cad. tollen.

De legato facto domino Andreæ, & Lectori Hæremitarum magis eſt dubium aduertendum, quòd proponitur mortuus Lector in vita teſtatricis, & ſubſtitutus eſt dominus Andreas, vnde vel dominus Andreas hoc capit iure accreſcendi, & plenè, quia venit vi ſubſtitutionis fideicommiſ. vt ſtatim dicam, vel iure ſubſtitutionis in legato: & non video, quid faciat dubium, cùm ſubſtitutio ſit ſim-
a plex, & prælegata [a] etiam ſimplicia, & talia veniſſe in ſubſtitutione fideicommiſ. ex quo præceſſerunt, vt l. cum virum. cum ibi not. de fideicommiſ. & l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebellia. niſi forte quis dubitauerit propter illud verbum, In alijs: quaſi intelligatur repetitum in ſubſtitutione copulata, vt ſi in alijs bonis, quàm legatis, & prælegatis cenſeatur facta ſubſtitutio, & non in prælegatis: cuius con-
2 trarium puto, † quia ſubſtitutio habet orationem perfectam de per ſe, licèt copulatam, ergo poteſt ſimpliciter intelligi. Item cùm poſſit copulata illa oratio intelligi cum repetitione, & excludentur prælegata à ſubſtitutione, & ſine repetitione includetur pinguior voluntas, in dubio eſt amplectanda, ff. de regu. iur. l. in teſtamentis. extra, de dona. capit. cùm dilectus.

Item quia fauorabilior animæ, vt ad pauperes deferatur, ff. de reb. dub. l. quoties. de re. iu. l. ea quæ. §. j. ff. de legib. l. benignius.

Item quia talia verba, In omnibus alijs. non ſunt verba formalia teſtatoris, ſed apponuntur à notarijs, & eſt veriſimile, quòd ſi teſtator voluiſſet à ſubſtitutione excludere prælegata, notabiliorem addidiſſet expreſſionem.

Ita dico, & conſulo ego Anto. de But. vtriuſque iuris doc.

ADDITIO.

a *PRAELEGATA]* *Alexan. in d. §. quidam. dicit hanc cõmunem opinionem, vbi etiam Iaſ. Rip. in l. in fideicommiſſariam. §. ſi legatum. ff. ad Treb. Dec. conſi. 204. col. 2. vbi allegat hoc Bar. conſi.*

Conſilium LXIX.

CICHINVS Quidam &c. Habes ſupra conſilio primo.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum factum inter contrahentes ſponſalia de futuro ſuper dote, an expiret; ſi alter ſponſorum aliàs contrahat de præſenti.*

2 *Arrha an poſſint in contractibus matrimonialibus exigi, aut illis contractibus vitiatis retineri.*

3 *Pœnæ conuentionales ſunt à legibus reprobatæ.*

CONSI-

Conſilium LXX.

1 QVANTVM † ad primum dubiũ,
contractus inter patrem puellæ, &
iuuenem, licèt propriè non perfece
rit ſponſalia cum puella abſente, ſed
patrem obligauerit ad curandũ, ex
tacito tamen ſubſequenti conſenſu
puellæ ſponſaliorum contractus cum puella perfe
ctus eſt, qui ex maiori vinculo ſuperuenienti, ſ. ma-
trimonium cum alio, directus eſt, vt dicunt iura per
dominum meum dominum conſulentem allega-
ta: & per hoc ſoluta eſt arbitraria poteſtas, quæ erat
tota ordinata ad conſecutiua finis matrimonij, &
pro tunc ceſſat matrimonium, & omnis ſpes ma-
trimonij contrahendi cum puella, loquendo de pri
mo, de quo intelligitur, & non de ſecundo. ff. de leg.
3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. de verbo. ſignifica. l. bo-
uem. §. j. de præben. cap. non poteſt, lib. 6. ceſſat ergo
arbitrorum poteſtas, ff. de arbit. l. item ſi unus. in
princip.
2 † Ad arrhas autem, an agi poſſit, eſt dubium pro-
pter opi. Barto. qui tenet, quòd vbi reciprocè hinc-
a inde facta eſt arrharum confeſſio, [a] non valet con
tractus velut inutilis. Item quia hæc non eſt pœna
legalis, nec conuentionalis a l. approbata, cùm lo-
3 quatur lex de actuali traditione, † Et conuentiona-
les pœnæ à lege reprobantur omnes, quæ non repe
riuntur à lege approbatæ. l. Titia. de verbo. obligat.
cum ſimil. & dicto capitu. Gemma. & dicta leg.
fin. in fin.

Non obſtat, quòd confeſſio probet receptum. Et
hæc duo ad partes concludunt, & probatur pœna
lege approbata in leg. Publia: quia lex illa loqui-
tur in materia, in qua receptum à confeſſato differ-
re non poteſt, cùm materia ſit ad vtrũlibet permiſ-
ſa: hic confeſſatum poteſt differre à recepto, vt lex
ponderat receptum, & improbat tacitè confeſſatũ:
non receptum ergo, quod non conſtat receptum,
improbatum cenſetur, & maximè, quia conſuetu-
do, vt confeſſio fiat de non recepto, probat non re
ceptum, arg. de of. leg. c. quod tranſlationem.

Nec ob. quòd hic eſt poſitum præceptum Guar.
quia non valet vt executiuum ſecut à lege impro
batæ, & in ſe continet manifeſtum errorem, cùm cõ
prehendat in ſe contractum à lege improbatum, &
eius reſpicit executionem, & præſupponit, tantum
de confeſſione conſtare, & non de receptione.

Non obſt. ſi dicatur, hanc fore pœnam legalem,
quaſi à conſuetudine legi æquipollente approbe-
tur. Quia lex non approbat, niſi legalem, & non cõ
ſuetudinariam, plus attrahitur ad naturam conuen
tionalis, quàm legalis, Item non proponitur con-
ſuetudinem approbare, videlicet, contractus, licèt
facto contractu, & contrahendi modo proponatur
conſuetudo.

Ex quibus adhæreo in omnibus opi. domini mei
domini Io. Pe. conſulentis.

Et ſic de iure ſentio ego Antonius de Butrio
vtriuſque iuris doctor.

ADDITIO.

a CONFESSIO] *Allegat hoc conſ. Butr. Dida. in epit. de ſpõſ.
2. par. c. 3. §. 7. num. 10. quòd ſuper hac traditione arrarũ
ſtandum eſt confeſſioni illius, qui aſſerit ſe arras recepiſſe, inte-
rim dum contrarium non probatur l. Publia. §. ſi depoſ. ſed ſi cõ
feſſio vtrinque fieret, maximam eſſe fraudis præſumptionem, fuit
Bar. diſtinctio in l. Titia. ff. de verb. ob. quem ſequuntur ibi Cu-
ma. Are. & Iaſ. Abb. in c. Gemma de ſponſ. Paul. in l. fina. C. de
epiſ. & cler. vide Prepoſ. ind. c. Gemma. q. 2. Tiraquel. de retra-
ctu conuen. §. 7. nu. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Res ex communi pecunia empta, an ſemper cen-
ſeantur communes.*

2 *Societas qualiter dicatur tacitè contrahi.*

Conſilium LXXI.

1 PRIMO † videtur dictum Franciſcũ
debere habere illa bona præcipua,
quia quanquàm empta ſint ex pecu
nia communi, vel ex bonis redactis,
aut pecunia redacta ex bonis cõib.
res tamen non eſt cõmunis, nec pro-
pria illius, ex cuius pecunia eſt redacta, l. ſi patruus.
C. communia vtriuſque iudicij. C. de rei vendic. l. ſi
ex pecunia, & l. 1. C. ſi quis alteri, vel ſibi, de proba. l.
ad probationem. ad fin.

Item certi ſunt caſus ſpeciales, in quibus res em-
pta de pecunia mea, efficitur mea, qui numerantur
in l. ſi vt proponis. C. de rei vendi. à quibus hic eſt
excluſus, igitur.

Item quia vel dicimus res emptas de pecunia cõ-
muni, fore communes ſecundum communitatem
bonorum, vel pecuniæ. Et planum, q non: patet ex
allegatis. Aut dicimus eam communem, quaſi inie
rint ſocietatem: & hoc non apparet, ipſa enim con-
ſenſu initiitur, vt l. ſocietatem coire. ff. pro ſocio. hic
nullus apparet conſenſus expreſſus: item nec taci-
tus: non enim ſola poſſeſſione communis hæredi-
a tatis, aut communicatione [a] fructuum, contrahitur
ſocietas tacitè, ff. fam. erc. l. ex parte. §. ſi filius.

Item, quia re non contrahitur ſocietas, vt no. in
dicta l. ſocietatem coire. ff. pro ſocio.

Itẽ, ex quo aliter nomina deſcribebat cõtractuũ,
ex hoc oſtendebat ſe nolle ſocietatem coire. Nam
hoc eſt ſignum diſſoluendæ ſocietatis, ſi iam foret
contracta, vt l. itaq;. ff. pro ſocio. Hoc decidere vide
tur d. Bar. in l. Titii & Meuii. §. altero. ff. de adm. tu.
2 † Contrarium puto: nam hic actus communican
di hincinde lucra vniuerſaliter ex mercatoribus eſt
actus, qui non poteſt geri citra ius, & nomen ſocie
tatis contrahendæ: contracta eſt ergo ſocietas, l. pro
hærede. ff. de acq. hær. ad hoc ff. de concubi. l. in con
cubinatu. ff. de ritu nup. l. inhibere. Ex quo ergo vni
uerſaliter lucra communicabant, tacitè contracta
eſt ſocietas.

Et ſi dicatur, ſocietas eſt contracta demum eo re
ſpectu, quo actus ſunt communes geſti, ſed in em-
ptionibus fundorũ hoc non eſt ſeruatũ per vnum,
ergo ſua intentio reſpectu emptionũ immobilium
non videtur contrahere ſocietatem, & actus noſtri
intantum extendunt conſenſum, inquantũ ſe extẽ-
dunt limites actus, l. fi. C. ne vx. pro ma. ff. de iti. actu
que priua. l. j. §. hoc interdicto. C. de neg. geſt. l. tuto
rum, & l. tutores. ff. de admin. tuto. Quia pondero,
quòd in emptionibus fundorum Franciſcus patie-
batur lucra communicari, & emptiones de lucris
fieri communi nomine. Erat ergo actus iſte con-
cludens ſocietatem, etiam reſpectu fundorum: in-
quantum autẽ ipſe occultè hoc nõ intimato Petro
deſcribi faciebat. Vnde eo recipiente in fundis com
municationẽ, oſtendebat ſe velle in hoc ſocietatẽ,
inquantũ deſcribebat nomina emptionis in ſe, cõtra
ctã ſocietatẽ, ad præiudiciũ ſuũ diſſoluere poterat;

nō ad incommodum fratris in bona fide durantis, quin talium communione petere poſſet & eius portionem, ut l.actionem. §.dabimus. ff. pro ſocio. uerū quia nihil in facto proponitur, emptiones factas per Franciſcum fuiſſe anteriores, & ex communibus lucris factas, ſi dicatur ſocietatem non contractam illo reſpectu, & illo tempore, negari nō poteſt,

b quin ad pretiū [b] & intereſſe pro rata lucrorū agere poſſet, hoc eſt pro dimidia: & ſimiliter agere poſſet petens pro communicanda pecunia & augmentatione domorum, aliorum incrementorum, quæ de communi lucro augmentata ſunt, l.ſi unus. §. 1. ff. pro ſocio. & in dicto §.dabimus. & hoc vltimū tutius puto: ad hoc l. ſocium. qui mdo. eodem titulo. Et ita dico ego. Anto. de Butr. utriuſque iuris doctor.

ADDITIONES.

a COMMVNICATIONE] *Alex.conſ.134. col. 2. verſ. & licet unus eorum.lib.5. Corn.conſ.167.col.1.lib.1. Vide tamen Ancs.conſ.302.col.2. verſ. quo ad primum. Soc.conſ.160.colum.2.verſ. & ſi dicatur. conſ.192.col.2. poſt med. verſ. quinimò etiam ſi vnus. Alex.conſ.48.col.2.verſ. tertiò comprobatur.lib.2.conſ.76.col.fi.in 3.dub.lib.4.Dec.conſ.21.colum.3. conſil.651.colum.1.*

b PRECIVM] *Bal.in l.ſi patruus.C.com.utr.iud. Roma.conſ.291. Cum iſti, in 2.dub. Soc.conſil. 165. colu. penul. lib. 2. conſ. 192.eod.lib.colum. 4. Iaſ.in l. ſi ſocius.ff.ſi cer.pet.Dec.conſil.256. Aym.conſil.131.num.12.*

SVMMARIVM.

1 *Productio inſtrumenti facta coram notario, vbi non poteſt haberi iudicis copia, an ſit valida.*

2 *Reſtitutio datur aduerſus præſcriptionem cauſatam à probabili ignorantia.*

Conſilium LXXII.

1 VISIS † allegationibus & puncto prelatis, mihi videtur de iure, q ſi per defectum copię iudicis fuit impeditus procurator producere in

2 termino, ſufficiat produxiſſe coram notario vt publica perſona, periura, quæ allegantur ſupra: ad quod de ap. c. ſi iuſtus. & quod ibi no. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. & quod ibi no. de noui ope. nuncia. de offi.delega.c.paſtoralis.§.finali.

3 † Sed quicquid ſit de hoc, puto mulierem poſſe reſtitui ex clauſula, ſi qua mihi &c. quia extrauagans, ex quo non eſt ad volumina communia deſcripta, probabiliter ignoratur, vt patet, de fide inſtru.c.paſtoralis. ad hoc quod not.Bar.in l. cum prolatis.ff.de re iudi. ubi autem commiſſio agendi in iudicio recipit fundamentum à probabili ignorantia, etiam in his, quæ dicta ſunt ad rigorem iuris conſeruādum, quis reſtituitur ex clauſula, & dicit Guil. in l. fideiuſſor.§. in omnibus. ff. mandati. Hinc eſt, quòd lata ſententia prætextu reperti nouiter inſtrumenti, quod ante probabiliter ignorabatur, ſententia retractatur. Dicit Hoſt.& Io. An.de pur. vul.c.2. ad hoc l.ſi mater.cum gloſſ.& Bar.ff.de excep. rei iudi.& quod not.Barto. ff. de confeſ. l. pleno. Cy. in l. 1. ff.de condi.inde. Io. An.in ad di.Spe.in tit.de execu. ſen.§.poſtremo.uer.illud autem. ad hoc ff. quando act.de pecu.eſt annal.l. 2.in fi.l.de ætate.§.fi.ff. de inter.acti.no. Hoſtien.in ſumma, de re iudi. ſub rubrica, de ſenten.§.quot ſunt eius ſpecies.uerſi. ſed nunquid eſt hoc.in fi.quod no. Bar.in l.§ ſi quis autem. ff.de in actuque priuato. vbi habes, quod aduerſus præſcriptionem cauſata læſione ex probabili ignorantia datur reſtitutio.

Per hoc non ob.quod no.Bart. in §. item nunciatio: quia id procedit, quando ex ſola fragilitate mulieris cauſatur læſio, ſecus ſi ex probabili ignorantia, maximè quando extrauagans, quæ ignoratur, deuiat à iure & eſt contra communem vſum, l.1.§. vlus.ff.de procura. Et hoc ſubmittitur maximè æquitati, ne propter defectum procuratoris tantum dānum bona mulier patiatur.

Sic mihi videtur Ant.de Butr. vtriuſque iuris doctori.

ADDITIO.

a PRODVXISSE] *Bar.in l.præcipimus.§. in his autem. C. de appel. Ang.conſ.249. Primò videndum eſt.col. fi. Fely. in expoſitione contra.in q.1.extra glo.ubi Dec.nu.36. de probat.*

SVMMARIVM.

1 *Iura priuata vel quæſita an poſſint per ſtatutum tolli.*

2 *Generalitas verborum excludit indecens & alterius præiudicium.*

3 *Generalis conceſsio vel diſpoſitio qualiter ſit extendenda, & ad quos.*

Conſilium LXXIII.

1 PRIMA † facie videri poteſt re-

2 uocata fore prima ſtatuta ex vltimarum reſeruationum: quā quàm enim priuata iura non poſſunt tolli per ſtatutum, poſſunt tamen tolli iura quæſita poſitiuo iure ſtatuti, vt dicit Inno. in duobus locis, de conſti.c.quæ in eccleſiarum, & in c. in noſtra. de iniurijs, maximè cum generaliter ſtatuendo etiam priuatum ius tolli poſſit, l. venditor. §. ſi conſtat.ff.ſi ſer.ven.& no.Bar.in l.Antiochenſium præalleg.& l.toties.de pollici.

Contrarium ſcio aliàs conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ, & ſic nūc nouiter requiſitus puto, quòd officia, quæ poterant acceptari ſecundum formam primorum ſtatutorum, & per illos, per quos poterant acceptari, adhuc hodiè poſſunt & vt nuper, nō obſtan. nouis reformationibus, tamen quia prima ſtatuta quò ad uenientes ad habitandum, & ſubeūdum onera communis, quæ illo tempore determinato à ſtatuto ſubierunt, trāſiuerunt nedum in priuilegium, ſed cōtractum & impletum pro parte eorum, qui ſoluerunt, à quo licet liberè recedere, vt dicit primus allegans, vt not. vltra allegata per eū in l.1.C.de iu. immuni. & in c.nouit.de iud.per Innocē.

2 † Secundo, quia ſub generalitate verborum vltimarum reſeruationum, ex quo aliter fieri poteſt, non debet incluſum intelligi alterius præiudicium, imo ſemper cenſetur exceptum, l.2.§.ne quis à principe.ff.ne quid in loco publi.de offi.delega.c.ſuper eo. Item & à tali generalitate verborum exeluſum

cenſetur

cenſetur indecens, l.3.§.ſcripturæ ſi procurator, qđ quiſque iuris.ff.de condi.in de.l.ſi procurator.decet autem conceſſum priuilegium perpetuum eſſe, vt in regula, decet.de regu.iur in 6.& indecens reputatur inconſtantia, & varietas in ſuperioribus circa etiam liberaliter conceſſa, igitur.

3 † Item conceſſio generalis & diſpoſitio non refertur ad illos, ad quos ius ex prima quantumcunque generali eſt ad aliquas perſonas ſpecificatū & applicatum, ſed reſtringitur ad illos, ad quos nondū eſt applicatum ius, vt eſt tex. valde notabilis ad propoſitum extra, de fil.preſby.c.ex tua nobis.

Vltimò de hac quæſtione duos adduco textus, in quibus de quæſtione videtur caſus, de conſtitutio.c.fi.iuncto.c.ſtatuimus.de maior.& obe.In quibus apparet, diſpenſationem nouam dantem formam referri ad futuros, quibus iam in præteritum ius eſt quæſitum, & applicatum, non refertur Ergo ad illos, quibus ex antiquis iam quæſitum, & applicatum eſt ius.

Non ob. illa verba, in prima reformatione: quia intelligo illa de his, qui ſunt iam notarij, ſed nō habuerunt beneficium primarum conſtitutionum, & ſtatutorum antiquorum. Ad obiecta ex dictis patet reſponſum.

Ita dico, & conſulo ego Ant.de But. vtriuſque I. D. Deo gratias.

A D D I T I O.

a PRIMA] *In ſimili materia conſuluit idem Barto. una cum Petr.de Ancar. Bononiæ, ut legitur apud Ancarā. conſilio 366. Videtur primo. Adde ad materiam Bar.in l.hi qui C.de excu.dan.lib.10.Rom.conſi.352.Quæritur, col.3. Alex. in conſil. ult.num. 22.lib.4. Bru. conſi.2. colum. 4. conſi.12. colum.6. Rip.lib.2.reſponſ.c.28 Iaſ.in l.pecuniam.numero 13.ff.ſi cer.peta.Ex cauſa tamen poteſt Princeps priuilegium reuocare, quod in contractum tranſiit. Soc.conſi.4 colum.3.lib.3. Alex. conſilio 16.col.pen.lib.5.Iaſ.conſi.227.colum.11.lib.2. Alex.conſi.54. lib.4. Et quando dicatur iuſta cauſa, Iaſ.conſi.1.col.10.li.1.Bal. in c.un.qui ſucc.ſen.dar.col.2. Bertr. conſi.214. Multæ ſunt.col. 2.lib.2.uide ſupra conſi.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna relegationis an, quare, & per quos poßit imponi, aut mutari, ſuſpendi, aut tolli: & an dicatur ſententia aut condemnatio.*

2 *Bannum & relegatio an & in quibus differant, vel æquiparentur.*

3 *Officialium appellatione qui comprehendantur.*

4 *Ab executore quare non ſit appellandum, ſicut a grauante.*

Conſilium LXXIIII.

1 VISIS † ſtatutis, præcedentibus relegationibus, & reuocatione relegationum, & circa eas quæſito iure cōmuni tantum attento, videtur Ancianos non habuiſſe poteſtatem relegationem mutandi, nec tollendi: faciunt tex. expreſſi in l.j.§.de qua.ff.de poſtu.l.j.§.ſi quis vltro.de quæſt.& l.relegati.de pœnis. Quod cōfirmatur, perſonis relegantium mandatur certa forma, vt non niſi conſilio Conſulum, nemine diſcrepante, minui, ſuſpendi, tolli vel detrahi poſſit.

Contrarium videtur & puto, attento iure & primo capite ſtatuti. Hæc enim relegatio Priorum, attenta poteſtate data, & procedendi modo, & cauſa, poteſtatem attribuere nōn eſt ſententia, ſed deliberatio quædam, & decretum pœnale, & extraiudiciale pro pace & bono publico, & priuatæ vtilitatis pœnæ imponi poſſunt, quæ tamen non ſunt ſententiæ iudiciales, de ſen.excom.c.dilecto. & ca. venerabilibus.lib.6.

Tales autē ſic ex abrupto ſuadente publica vtilitate inducuntur ſic, & tolluntur, ff. de decre.ab or. fa.l.quod ſemel.& extra, de iniur.c. in noſtra.

Item & ſtatuto tollendi poteſtas Ancianis reſeruantur, vt patet ex primo capite ſtatuti in ver. & inde non diſcedatur, niſi ſicut.& quādo per Ancianos dictæ ciuitatis fuerit aliud reformatum, ſi alia non repugnant primæuo ſtatuto, habent Anciani poteſtatem confinia tollendi ſicut & dandi, quod & naturale eſt, vt in regula, nihil eſt tam naturale.

Repugnat prima clauſula Ancianorum derogatoria in prima relegatione, per quam datur forma, vt tolli, vel minui non poſſit abſque Conſulum cōſenſu, nemine diſcrepante. Hoc tollitur, ſub ſtatuto enim appellatiuo nomine Ancianis reſeruata eſt poteſtas, ſicut & quando tollendi. Et ſic non perſonaliter releganrib. ſed & ſucceſſoribus, vt ff. de ann. leg.l.annua.§.1.extra, de of.deleg.c. quoniam Abbas.de teſt.c.requiſiſti.cum ſi. Succeſſoribus autem

a vltra ſtatuti limites legem imponere a non potuerunt, ff.de arb.l.nam & magiſtratus. ad Treb.l. ille à quo.§. intempeſtiuum.cum ſi. Adeo quòd non eſt neceſſe de tali clauſula, vt legem non imponente, facere mentionem, vt notanter dicit Butrig. in l.præſcriptione.C. ſi contra ius vel vti. pub. Ioan. And. poſt Ioan.Mo.de conſti.c.1. lib.6. facit de reſcrip.capi.fin.lib.6.

Inquantum ergo Capitaneus illam clauſulam appoſuit in ſuo proceſſu, an illam Anciani tollere potuerunt, pendet ex his, quæ intra dicentur.

Ad ſtatutaque ſingula diſcutiendo, dico, illa auferre poteſtatem Ancianis in diminuendo, vel tollendo relegationes à ſe datas, & generaliter ad omnia: quia ſtatutum de relegatione loquēs, quicquid fiat per Capitaneos, vel alios officiales ad Ancianorum nutum, & licentiam relegationes inducere, minuere, & tollere illa, & attribuere Ancianorum poteſtati. Statuta ergo alia loquentia de condemnationibus, & bannis, etiam ſi dicantur Ancianis auferre poteſtatem, non referentur ad oppoſitum ſpecificè prouiſum in relagationis pœna, ff.de pœnis.l. ſanctio legum.de ver.ob.l.doli clauſula, maximè tamen, cùm ſtatuta communiter loquantur de condemnationibus, bannis & ſententijs, & relegatio per viam relegationis prouiſionis non citatur condemnatio ſtrictè, C.de ſenten. ex peri.reci.l. præſes, nec

2 ſententia (vt eſt dictum) nec bannum, † cùm longa

b ſit differentia inter relegationem, b & bannum, licèt quo ad quid æquiparantur, Inſtit. quibus modis ius pa.pot.ſo.§.relegati.& quod ibi no.

Item caput ſtatuti, quod incipit, prouiderunt, annullat, & formam dat hic non ſeruatis ſententijs iudici, qui tollere vellent, aut nullas aut iniuſtas decernere, vel executiones impedire condemnationum banni, & inquantum paſſiuè tollere vellent condēnationes, vel banna rectorum, vel officialium forēſium. Hæ autem relegationes inquantum attribuũtur Ancianis (vide omnino d.Ioā.de Ana.in conſilio ſuo 70. qui ſimiliter tenet, quòd appellatione officialium non ueniunt Anciani) non ſunt ſenten

tiæ

tiæ officialium forenſium, vt de ſe patet.

3 † Item nec officialium, per quæ reſpondetur ad ſoquẽtia capita ſtatutorum. Officialis enim ſtrictè appellatur, qui ſub alio miniſterialiter iuriſdictionem exercet, ar. ff. de eden. l. argentarius. in prin. de inſt. c. ex frequentibus. in cle. & c. ſi principalis. de reſcriptis. de appel. c. Romana. lib. 6. Similiter & rectoris [c] appellatione compræhenditur ſub alio regens, vt in rubrica, C. ſi rector prouinciæ ſit. & hoc habet communis vſus loquendi in talibus attendendus, de ſupel. leg. l. Labeo, quòd rectores & officiales appellantur, qui ad particularia officia iuriſdictionalia per ciuitates aſſumuntur, & maximè in Tuſcia & Marchia. Item quòd de talibus loquitur intentio ſtatutorum, patet, quia promiſcuè loquitur de ſententijs & condemnationibus, quas tales & non ſimplices adminiſtratores, vt ſunt Anciani, ſub iuriſdictione faciunt & promulgant. Ex quibus patet, quòd inquantum has relegationes attribuimus Ancianis, omnia ſtatuta prohibentia annullationem & diminutionem, condemnationem & bannum, nõ reſpiciunt has factas ab Ancianis, cùm ex verbis referantur ad diſpoſitiones officialium & rectorum.

Sola ergo relinquitur dubitatio, an inquantum prædictæ relegationes, immutationes earum, uel reuocationes ſunt ſecundariæ executæ per officiales vt per capitaneum, poſſunt dici geſta officialium, diſpoſitiuè, ita quòd condemnationes vel banna reuocauerunt. puto quòd non, ex pluribus.

Primò ex forma poteſtatis à primo capite ſtatuti Ancianis attributæ, & officialibus reſtrictæ.

Secundò ex procedendi modo Ancianorum.

Tertiò ex qualitate proceſſus officialium & rectorum, ſcilicet capitanei. Statutum enim arctat officiales, vt ad votum domini compellant præciſè ſtatim ad confinia cum fideiuſſoribus & alijs opportunis.

Talia enim & ſimilia congruunt executori ſubito & incontinenti exequi vel præcipere ad nudam diſpoſitionem vel mandatum alterius, C. ſi contra ius vel vtili. pub. l. & ſi non cognitio. extra, de reſcriptis. c. cũ contingat. de ſen. & re iudi. c. de cætero. de offic. delega. c. paſtoralis. §. quia. no. l. 2. C. de ſen. ex peri. reci. & quod not. de re iudi. l. à diuo Pio. Sonat hoc verbum compellere, quod proprium eſt executorum, vt in executoribus ad compellendum, de reſcriptis, c. ubi qui. de conceſ. præben. c. ſi ſoli. & c. ſi capitulo. not. de præben. c. pro illorum. de reſcriptis, c. ab excommunicato. cum ſimi.

Hic enim vt pica ad ſcripta Ancianorum habet exequi ac ſi legeret alphabetum. Iudex ergo eſt recitator & executor. de offi. deleg. c. ex literis. ſicut & in teſtium examinatione, not. in clem. 1. de offi. deleg. & c. ſuper quæſtionum. §. 1. eo. tit. c. fi. de re iudi. cum Ber. & de appellationibus, c. cauſam. quia vbi datur interrogatorijs & capitulis examinare habet. Ita quòd nihil de ſe excutere habet, nudus dici
d tur executor: [d] ſic & iſte, qui vt pica ſequi habet dominorum boletinum, circa principalia relegationum & reuocationis: omne ergo geſtum diſponenti attribuitur diſpoſito, & ſi bannum vel condẽnatio vel relegatio dici poteſt, Ancianorum eſt, & nõ Capitanei, de reſcriptis. c. literis. C. quorũ appel. non reci. ab execu. l. ab executione. ff. de appel.

4 † Et hæc cauſa eſt, quare ab executore & non grauante non appellatur, vt ibi, de offi. delega. c. ſuper quæſtionum. §. 1. de re iudic. c. quo ad conſultationem. quia grauamen principaliter diſponenti attribuitur, & ab eo, non ab exequente vt non grauante non appellatur, niſi modum excedat. Hoc ſuadet ſecundò dominorum proceſſus, qui deliberata relegatione tempore, modo & cauſis relegandi, ſubito & incõtinenti committunt relegationis præceptũ, vt ſine interuallo temporis, quæ in boletino compræhenduntur exequantur. Talia enim mandata cadunt in purum executorem: ad hoc quod no. Innoc. in d. c. de cætero. de offi. deleg. c. cum in iure. hęc confirmant vt plurimum verba proceſſus executoris Capitanei. Nam vtitur his verbis, & ſimilibus, exequendo, & executioni mandando debet boletinum.

Non ob. quòd in eis aliquãdo inſerat verba, quæ ſonant in nomine ſententiarum & condemnationum, quia talia intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, de vſuris. l. ſi ſtipulatus. vt ſint potius declarationes aut condemnationes, quàm diſpoſitiones, vt dicitur in ſententijs denuntiationum excommunicationum, de offi. ordi. c. ad reprimendam. c. cum ab eccleſiarum. de offi. deleg. c. cum in iure. de appel. c. paſtoralis. quæ compræhendi poſſunt ſub latiſſimo vocabulo ſententiarum & condemnationum.

Ex quibus concluditur, quòd cùm omnia capita ſtatuti impediunt reuocationes vel minutiones, cùm loquantur de reuocationibus, quæ fiunt per viam petitionis ex parte inſtantis, vt in tertio capite ſtatuti, non compræhendunt hanc: vel loquuntur de reuocationibus, quæ fiunt ab officialibus uel rectoribus forenſibus, & iſti non ſunt forenſes, quorum principali auctoritate fit reuocatio, vel loquuntur de reuocationibus, quæ fiunt per officiales vel rectores ſimpliciter. Et hi non ſunt officiales propriè nec ſecundum vſum loquendi: vel loquuntur de condemnationibus vel bannis, & hęc propriè nõ ſunt condemnationes vel banna: vel loquuntur de ſententijs vel condemnationibus latis ab officialibus vel rectoribus, vt non poſſint reuocari vel ſuſpendi, vel executio impediri: & hæc non ſunt lata ab officialibus vel rectoribus, vt dictum eſt: vel loquuntur de reuocationibus, quæ fiunt per viam ſententiæ, hæc autem reuocatio relegationis non eſt ſententia, ſed deliberatio vel decretum.

Tamen quia omnia capita ſtatuti loquuntur generaliter de condemnationibus & bannis, clara reſtat concluſio, quòd poteſtas ex primo capite ſtatuti Ancianis ſolis eſt attributa, ſicut & quando relegationem tollendi non eſt inhibita, nec illorum ſtatutorum formæ ſubiecta. Et ſi de iure valet, quicquid eſt factum circa dictum ſtatutum tam per Ancianos, quàm per Capitaneum, quod à Capitaneo geſtum totum Ancianis diſpoſitioni attribuitur.

Patet ergo, ad quæſita ſpecialiter reſpondendo, dictum A. de dicta terra Fani diſcedere, & reuocatus accedere impunè, dicta ciuitate reuocatos ſtare & exire ad libitum, & impune. Et quòd dicta deliberatio vltima omnes alias tollit, inquantum repugnant: & quòd Anciani habuerunt poteſtatem, & eis tribui potuit à communitate in tollendo ſicut in dando, & concluſiue liber eſt ab omnibus & per omnia.

Et ſic dico & conſulo ego Anto. de Butr. Iuris vtriuſq; doctor, M. cccc. die vigeſimaſexta Auguſti.

ADDITIONES.

a IMPONERE] *Bal. in Proœm. feud. col. 8. verſ. expedita. & c. 1. in prin. colum. vlt. qui feud. dar. poſſ. poſt glo. ibi in verbo, abbatiſſam. Rebuſ. in concord. Franc. in rub. verſ. 2. Papa. ubi citat hoc But. conſ.*

b RELEGATIONEM] *Imò bãnum ſucceſſit loco relegationis.*

tionis. Clar. in prat. crim. q. 67. in fin. Et quid ſit bannum, Alciat. lib. 2. parerg. c. 11.

c RECTORIS] *Rector dicitur propriè, qui prouinciam, ſiue titulo Praefecti praetorio, ſiue legati nomine regit. Bar. in l. 1. C. de excuſ. mun. lib. 11. Alciat. in l. principalibus. ff. ſi cer. pet.*

d EXECVTOR *merus nullam habet iuriſdictionem, cùm officium ſuum ſit uiliſſimum & non dignum elegantia iuriſdictionis. Bal. in c. cum ſuper col. 3. de re iud. dixi Mill. 710.*

SVMMARIVM.

1 *Dos ſemel vni monaſterio data, an poſsit pro alterius pij loci aedificatione repeti.*

2 *Voluntas ex poſt facto conuertitur in neceſſitatem.*

3 *Monaſterium relinquens ; an poſsit illi data repetere.*

Conſilium LXXV.

1 MONIALIS † quaedam honeſtiſſimę & laudabilis uitę, pluribus monaſterijs oblatis, in monaſterio ordinis minorum profeſſa, ob reformationem alterius monaſterij cum licentia debita ad aliud tranſlata tandem, quia ibi proficere non potuit.

Secundò adhuc cum debita licentia de bonis oblatis à fidelibus coepit monaſterium aedificare, vbi cùm obſeruantia regulari debitum Deo reddere valeret famulatum, ibique cum aliquibus monialibus ad obſeruantiam aptis cępit vitam ingredi, nunc autem à fidelibus deſtituta, in complementum noui monaſterij dotem à primo monaſterio repetere vellet, quaeritur an poſſit.

Videtur primò dictam monialem nihil repetere poſſe, quia quod ſemel placuit &c.

2 † Et quia, quod ab initio eſt voluntatis ; ex poſtfacto eſt neceſſitatis, vt in regula. quod ſemel. de reg. iuris, in 6. de commo. eo. lib. c. 1. & l. in commodato. §. ſicut ff. commo. Certi enim ſunt caſus, in quibus uoluntas eſt mutabilis, vt in dictis iuribus, ff. de condictione ob cauſam. lege, ſi pecuniam. inter hęc non nominatur iſte, remanet ergo ſub regula. Itē ſemel Deo dicatum ad alios vſus conuerti non poteſt, 12. q. 2. c. nulli liceat. & 2. quaeſtione 4. c. ſunt qui opes. de conſecra. diſtinctio. 1. cap. ligna. & c. veſtimenta 19. q. 2. c. quae ſemel. ff. de reli. & ſumpti. fun. l. ſi quis ſepulchrum. cum ſimi.

3 † Expreſſum videtur, vt monaſterium relinquens nihil de primo datis repetere valeat, vt in Authen. de monachis. §. ſi quis autem. & §. ſi quis autem nō delinquēs. Et ad plus nihil petere poſſit vltra vſumfructum, ſad ſuſtentationem vitae, ne oneroſa ſecūdo monaſterio dicatur, vt no. Ioan. 16. q. 6. c. de lapſis. & 1. q. 1. c. ſi quis rapuerit. 15. q. 1. c. ſi quis incognitus. & not. 60. diſtinctio. in ſumma. & de ſta. mo. in ſumma, de cleri. conin. c. quod ad te.

Ex quibus concludo, dictam dominam, dotem primam de iure repetere non poſſe, nec in tam laudabili propoſito aliqualiter impedienda, ad laudē omnipotētis Dei & beati Franciſci, cuius inſtitutionis ordinem profitetur.

Anto. de But. datum amore Dei.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſsa & tranſactiones ad illa non extenduntur, de quibus nulla eſt ſpes de praeſenti.*

2 *Compromiſsi verba quantumcunque generalia, non extenduntur ad turpia, vel bonis moribus non contingentia.*

3 *Appellatione haeredis, an comprahendatur fideicommiſſarius.*

4 *Verbum, inſtituo, an poſsit comprahendere ſubſtitutionem.*

Conſilium LXXVI.

MODO quaeritur. Primò, an dictum compromiſſum factum in dictum Nicolaum, & laudum inde ſecutum, & compromiſſum poſtea factum in Simonē, quod adhuc pendet, valuerit de iure, non obſtante ſtatuto communis Florentini, diſponentis, quorum copia Vobis tranſmittitur.

Secundò, poſito quòd valuerit & vires habeat dictum laudum & dicta compromiſſa, quibus dictus Simon arbiter praedictus aſſumptus inter dictum B. & Coenobium aſſerit ſe velle, & vt iuris forma dictat, iudicare inter dictas partes, an dictum Coenobium admitti deberet pro tertia parte aequaliter ad omnia bona, quae fuerunt dicti Pauli fratris communis, etiam ad illa, quae ad dictum Paulum peruenerant à dicto Lapataneo eorum patre, unà cum dictis Benedicto & Simone, non obſtante teſtamento dicti Lapatanei. Et ſi non pro tertia parte, pro qua parte ſuccedit dicto Paulo, & inquantum, & in quibus bonis.

1 VISO puncto & quaeſitis ſupraſcriptis ſuper validitate compromiſſi in Simonem, inquantum refertur ad portionem deferendam Cęnobio ex perſona Pauli, vt ab inteſtato, ſatis clarum puto, compromiſſa illa vt generalia ad haec non extendi, ſicut nec tranſactiones ad talia extenduntur, quorum nulla eſt ſpes de praeſenti, ff. de tranſac. l. qui cum tutoribus. cum materia ſua. & no. in l. qui Romae. §. duo fratres. de verbo. obli.

2 † Item, quia generalia verba compromiſſi non extenduntur ad turpia, & bonis moribus non contingētia, & ſuper viuentis haereditate pro ſe vel alio modo mediante proponatur, C. de pactis. leg. fin.

Nec talibus obuiat ſtatutum, prohibens dicere de nullitate, inquantum contra mentem compromittentium extendit manus ad non comprahenſa in poteſtate laudantis, vt not. gloſ. de elec. c. indemnitatibus. libro 6. in verſicu. non obſtante. & in clemen. 1. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. in Spe. de ſen. prola. §. vt autem. ver. hic autem, per Ioan. And. in addi. per quae apparet non obſtantibus verb. renuntiationibus in eis dicendi de nullitate, in compromiſſo appoſitis, quia non referuntur ad nullitatem

a ex defectu poteſtatis arbitrorum, maximè quando cauſatur ex defectu cōſenſus compromittentium, vt hic fuit, leg. fin. §. item quaeſijt. ff. de condi. indeb.

Nec obſtat, quòd partes velint ſuper laudatis ſpecificè fingi compromiſſum; quia fictio illa contrahentium voluntatis ad turpia referri nō poteſt, nec ſub illo inuolucro verborū relata intelligi debet, cùm fictio ad impoſſibilia referatur non iure prohibita,

hibita, ff. de ſta. ho. l. Paulus. finguntur autem ſuper laudato ſpecificè compromiſſa, ſuper quibus bonis (moribus ſaluis) iure non repugnante compromittere potuerũt: vnde pro indubitato habeo, cùm proponatur, Paulum deceſſiſſe poſt pupillarem ætatẽ, Cenobiũ nõ obſtã: cõpromiſſo, & laudis quibuſcunq; latis, aut ferendis ex iuri. cõpromiſſi cuiuſcũque, ita Pauli in bonis ꝓprijs Pauli, & in legitima debita ex bonis patris eius, & in credita, quæ eſt quarta reſidui, detracta legitima, ſuccedere pro tertia legitimæ, & Trebellianicæ tam fratribus ſuis B. & C. in dictis bonis, in tertia Cenobium. In alijs duabus B. per c. Raynal. & c. Rayn. de teſtam. cùm veniant diuerſo [b] tempore detrahenda. Super reſiduo autem
b compromittere potuerunt, hoc eſt ſuper eo, quod veniebat in reſtitutione fideicom. per l. j. C. de pact. quia hic non agitur de hæreditate viuentis, cùm ex fideicommiſſo defuncti ſuccedant, licèt vtiliter, vt l. j. ff. ad Trebel. per quæ ſatisfactum eſt ad prima quæſita.

3 † Nunc autem diſcutere oportet, retentis verbis primi laudi, quid de iure vltimus arbiter adiudicare debeat: ex verbis enim teſtamenti nihil aliud conſequi poteſt, quàm quod ſupra dixi.

Et videtur, quòd tamen ex verbis latis laudi, voluit Paulum pro tertia eſſe heredem, quòd cùm ſubſtitutus fideicom. defunctus hæres dicatur, quòd adæquatus fuit, nedum inquantum admitatur ex prima inſtitutione, ſed inquantum etiam ex ſubſtitutione, cum appellatione hæredis etiam fideicommiſſarius comprahendatur.

4 † Contrarium eſt de iure, ut puto, quia in propria
c ſignificatione vocabuli, verbum, inſtituo, [c] ſubſtitutionem non comprahendit, ff. de vulga. & pupil. l. 1. Et quia hic hæres directè non eſt, ſed vtiliter & impropriè, l. 1. ff. de fidei. hære. peti. & lauda ſtricti iuris ſunt, ff. de arbi. non diſtinguemus. §. ultra. & l. cum dies. §. plenum. ff. de arbit. Arbitri autem adæquauerunt eos tãtùm reſpectu inſtitutionis, & alia voluerunt firma manere, vt patet ex verbis laudi: ergo remaneret, quòd in reſiduo Paulo non foret remedium.

Antonius de But. datũ fuit M. cccci. x. die menſis Octobris, & latum Florentiæ.

ADDITIONES.

a POTESTATIS] *Hæc nullitas ex defectu poteſtatis à ſtatuto nunquàm cenſetur excluſa. Gez. conſ. 72. Gemi. cõſ. 24. col. 5. Fely. in c. ea quæ. col. 2. de re iud. idem in c. paſtoralis. col. 4. de excep. Roma. conſ. 42. conſ. 115. Marſ. ſing. 20. & in l. ſi. nu. 46. ff. de iuriſd. om. iud. Didac. lib. prat. quæſt. c. 25. nu. 4. Roy. conſ. 37. num. 15. citat hoc conſ. Dec. conſ. 434. in fi.*

b DIVERSO] *Bar. in l. Papinianus. § meminiſſe. ubi Cagnol. ff. de inoff. teſta. Alex. in l. in ratione. § quod vulgò. col. 4. ff. ad l. falcid. Iaſ. in auth. res quæ. col. 3. C. com. de lega. & in auth. nouiſſime. nu. 39. C. de inoff. teſt. in l. filium. nu. 8. C. fam. erc. & ibi optimè Io. Coraſ. nu. 45. Soc. Iun. conſ. 131. num. 59. lib. 1. Dec. conſ. 55. num. 8. conſil. 28. colum. ult. conſil. 419. colum. 1. Cateli. Cotta in Memorab. dict. filius. Paris. conſil. 1. nu. 78. lib. 3. conſ. 23. nume. 56. lib. 2. Rym. conſ. 50.*

c INSTITVO] *Iaſ. in l. Centurio. nu. 62. ff. de vulg. ſubſt. citat & impugnat hoc conſ. Dec. verò in rub. C. de inſt. & ſubſt. num. 2. conatur defendere, pro reſolutione videndus eſt Rip. in d. l. Centurio. nu. 187. cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio arbitramentalis an poſſit extendi ad futuram ſucceſſionem.*

2 *Iure datoris reſoluto, reſolutum dicitur & ius acceptoris.*

3 *Dominium quo caſu ſine traditione transferatur.*

Conſilium LXXVII

1 VISIS † actis, allegationibus, & cõſilijs contrarijs inter Marcellum & Colam, vt in actis nominatos ex vna parte, & dominam Catherinã & Guiradeſcam ex altera, intentio Marcelli & Colæ ſuper parte domorum in actis deſcriptarum fundatur ſuper laudo lato tranſmiſſo: Intentio autem ex pluribus extenuatur ex defectu poteſtatis compromiſſariorum, vt
a puta non habentium poteſtatem [a] aliquid decidendi inter Andream & Ioannem, ſed tantùm inter dictam Lenam ex parte vna, & inter Ioannem, & Andream ex altera. Et hoc vltimò examinabo à quo dependet deciſio.

2 † Secundò ex defectu poteſtatis.

Nam extra materiam, ſuper quã diſponere noluerunt ſuper futura ſucceſſione alicuius eorum vniuerſali, ſed tantum ſuper certa re certis conditionibus, & modis inter eos, & filiorum ſuorum deferenda: & quia conſenſus vtriuſque interfuit, per l. ſi. C. de procura.

Tertiò, ex defectu conditionis, quia Io. deceſſit
b ſuperſtite filio: [b] huic ſatisfactum reputo: quanquàm enim verba arbitrorum dubia ſint & dupliciter intelligibilia in ver. ita tamen ibi, & filiorum ſuorum, & cuiuslibet eorum, &c. Vno modo, vt ſubſtitutio interſerit, quod hic non fuit: vnde deficiente primæ conditionis ſubſtitutione, defecta eſt prima inter filios filiorum ab ea dependens, ff. de vulg. & pup. l. mater. §. ſi filius. Alio modo nominatim, vt ſic ſit, ſecus ſi ipſi Ioan. & And. vel alter ipſorum deceſſerit ſine filijs, cedat domus ſuperuiuenti, vel filijs, & ſimiliter ſi filij eorum deceſſerint ſine maſculis, admittantur filij filiorum cuiuſq; eorum: & hic intellectus eſt verus, & de mente arbitrorum, vt ex præfationibus patet, in quibus arbitri proteſtantur, ad hoc ſe deſcendere, vt nomen patrum perpetuò conſeruetur, quòd non fieret, ſi altero cum filiis decedente, præcluſa eſſet via maſculis tantummodo deferendi.

3 † Quartò extenuatur intentio ex obligatione dotis: reſolutum eſt ius datoris; ergo & acceptoris, vt in vulgaribus legibus per conſulentes allegatis.

Nec obſtat, quod ab vno dicitur, In catum dotis bona reſtitutioni ſubiecta obligare poſſit, in aut. hæres: q[c] C. communia de legatis. Quia exorbitãs eſt
c lex, nec in caſu noſtro loquitur, & ſic non trahenda eſt extra terminos contra regulas communes, ſol. ma. l. ſi verò. §. de viro. Item non diſponit confeſſio, ſed emanat ad liberandum, nec ibi aliqua verba annectuntur diſponentia, ob quæ agi poſſe non videtur.

Hæc reſponſio non eſt penès me omninò clara, quam tamen non diſcutio ob reuerentiam tam antiquorum doctorum in præſenti conſulentium; & ſi dici poſſet, quòd inquantum mulier mitur exceptione dotis, ex confeſſione deduceret, vt probationem recepi, non ut diſponẽtem obtineret, quæ immediatè ex confeſſione liberam e non producitur obligatio, ſed exceptione probata per confeſſionem. Nec abſonum eſt, quòd eadem probatio

probet

probet actum, ex quo conſecutiuè oritur diuerſo reſpectu liberatio & obligatio. Quod.n. ſi per teſtes aut inſtrumentum probaretur Titium dotem à Caio recepiſſe, qui autem promiſit, inſtrumētum probaret actum, ex quo ſurgit liberatio & obligatio: ſed non oportet hæc diſcutere quò ad effectum iuris agendi, quia agentes nituntur ſuper pleno iure partis domus; arbitri autem abſque traditione non potuerunt dominiũ transferre, de pac.l.traditionibus.gl.Inſtit.de officio iudic. §.fi. in fi. Hic reſpondetur proportionando libellum hypotecariæ, quæ ex compromiſſo concluditur, reſponſioni obſtat, inquantum petunt pronuntiari deueniſſe pleno iure, ſaluari tamen poteſt reſponſio per clauſulam libelli, vbi petunt iuſtitiam fieri non ſolum modo iu-
3 re & forma &c. † Reſponderi aliter poſſet, quòd inter iſtos ſuper diuiſione hæreditatis quæſtio erat, quo caſu in talibus ſine traditione dominium trāſfertur, Inſti.de offi.iudi. in fi.& no. gloſ.ff.de condi.furti.l.& ideo.l.1.ff.pro ſocio.relinquitur ſola diſputatio ſuper poteſtate arbitrorum.

Et breuiter non video, quòd habuerint arbitri in hoc poteſtatem: quia partes compromittunt de litibus, & quæſtionem inuicem correſpondentibus inter dominam Lenam ex vna parte, & Ioan. & Andream ex altera: & ſic laudando arbitri ſe aſſerunt habere poteſtatem.

Nec obſtat verbum diſtributiuum, & quilibet eorum, quod diſtribuit & attribuit actum cōpromiſſi in quemlibet reſpectu ad dominam Lenam, non reſpectu ad Io.& Andream; quod probat verbum, ex altera; quod ſequitur, ex quo declaratur Ioan. & Andream vnam tantum partem facere in conflictu litium reſpondendum ad ſe & dominam Lenam. Illa autem verba, & qui ex his magis & melius poteſt non ſunt ſuperflua, nec appoſita ad dubia tollēda in caſu, in quo ipſorum alter compromittere non poſſet, & vt appoſita ad maiorem declarationem, ff.mandati.l.qui mutuam, & in regula, quę dubitationis tollendæ: de reg.iu.

Nec obſt. verba compromiſſi fingentia litem ſuper quolibet laudato: quia reſtringi deberent ad laudatum inter compromittentes eo reſpectu, quo cōpromiſerunt, ſcilicet, inquantum laudent inter dominam Lenam ex vna parte & Ioan. & Andream ex altera, non inquantum laudum porrigant & extendant inter Ioan. & Andream: fingendo enim litem in laudatis ex viribus cōpromiſſi, & inter perſonas, inter quas & quo reſpectu eſt compromiſſum non in aliud ſeparatum, & hæc potius veritas probatione non indigens.

Non obſt. arbitrum poſſe ædificare, & maximè arbitrata, ad quod principaliter laudat: fatendum enim eſt, arbitratorem poſſe ad ædificationem pertinentes quoquo modo ad deciſionem & pacem eorum, inter quos eſt & quorum reſpectu eſt compromiſſum; componere, ſed non modificationes omnino extraneas à reſpectu compromiſſi, vt notatur maximè per Bart.ff.de tranſac.l. cum Aquiliana.no.in Spec.titu.de arbi. § excipitur. verſ. ſed pone.& §.1.ver.arbitrator: ibi, dixerunt quidam.

Quod autem Ioan. ſuccedat, Andreas & filij & filij filiorum, & econuerſo, de hoc nulla fit lis poſſibilis inter dominam Lenam ex vna parte, & Io. & Andream ex altera. Quid enim poterat intereſſe dominæ Lenæ ſuper perempto vſufructu ſic vel aliter illos inter ſe ſuccedere.

Non obſt. quædam producta alienatio; in qua certas poſſeſſiones vel affictus alienat Ioan. quas dicit ad ſe ratione laudi obueniſſe. Quia ſuper illis fuit & eſſe potuit lis inter dominam Lenam & Io.& laudum approbaſſe cenſetur, inquantum lites decidit inter ipſam & ſe.

Ex illo autem inſtrumento vel alio non apparet ipſos laudum approbaſſe, inquantum decidit litem inter Io.& Andream: potuit enim emologari compromiſſum ritè ad menſuras poteſtatis laudantis, eo non approbato, inquantum decidit lites cōpromiſſi extraneas, maximè cum diuerſi forent articuli, ff.de mino.l. etiam.extra, de teſtam. cap. Rainal.& cap. Raynutius.de fide inſtrumen. capit. cùm Ioan cum ſi.

Item unum volo aduerti in verbis compromiſſi: quia non excludunt ſimpliciter in ſurrogatione filiorum fęminas. Dicūt enim verba: Filiorum ſuorum per lineam maſculinam, & hæc verba bis repetuntur, longe autem diuerſum eſt ad ſurrogationem vocari ſolos maſculos vel deſcendentes ex linea maſculina, fœmina vt pote agnata, ff.vnde legi.l.ſi repudiauerit.§.1.Inſti.de legi.agna.ſucceſſ.§.cæterum.& §.hoc quidam. Et ſi dicatur. non ſeruabitur nomen parentum.certe imo in filia. ſed & vlterius progredi non poterat, quamquam huic rationi non multum nitar.

Ex alijs maximè concludo, Collæ & Marcello ſuper petitis ſilentium imponēdum ex capite, ex quo agere nituntur, ſ.ex viribus dicti compromiſſi & laudi, vtranque partem ab expenſis dico abſoluendos: quia probabilem cauſam litigādi habuerunt, cùm & peritorum conſilia fuerunt contraria.

Anto.de Bur.datum co.M.die 31.dicti menſis.

ADDITIONES.

a POTESTATEM] *Arbitri tantùm poteſtatem habent, quantum partes eis tribuunt, l.non diſtinguemus.§.de offi. ff.de arb. Ro.con.115.dub.primo incip. Viſo compromiſſo. Ang. con.118 Soc.conſil.220.colum.1.lib.2.Corn.conſil.291.lib.3. Dec.conſil.434.num.7.& 8.vbi alios allegat.*

b PETITO] *Quo caſu ſubſtitutio deficit, quanquam dictum fuerit, ſi deceſſit ſine filijs in plurali, l.non eſt ſine liberis.ff.de uer.ſign.l.1.vbi Scrib.C.de cond.inſt. Dec.conſ.636 nu 4.*

c RES] *Vide nouiſſimè Rolan. à Valle conſi. 9. 14. 20. & 27.li.4.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non adita an tranſmittatur.*

2 *Statuta iuridica in dubio debent interpretari, vt ad vias & limites iuris reducantur.*

3 *Aditio hæreditatis dupliciter conſideratur.*

Conſilium LXXVIII.

2 AD † quæſita ex themate præmiſſo, abſque dubio inſtitutio ſeu ſubſtitutio illa de Proculo conditionalis fuit vulgaris, l.Gallus, per totam, l.ff.de lib.& poſth.& an ſufficiat conditionem impletam in rerum natura quò ad tranſmittendam poteſtatem in extra-
1 neum iure communi, adhuc eſt certum, quia hæreditas

a ditas à nõ adita nõ trãſmittitur, C.de iure deliberãd. l.quoniam.cum ſi ſaluo nili eſſet intra tempus deliberandi, & concurrerent requiſita ad deliberandum ſecundum formam l. cum antiquioribus. C. de iure deliber.& quod no.ff.de reb.dub.l.qui duos.

An antem ſufficiat quò ad poteſtatem tranſmittendi ex diſpoſitione prædicti ſtatuti, dubium ingerit, quia ex quo non ponitur, communem opinionem concurrere cum veritate, quòd mulier fœmella ſit in ventre, nec aliquid proponitur de ſcientia, vel opinione ipſius ſtatuti.

Item videtur eum adire non poſſe, quia quò ad potentiam adeundi non ſufficit conditionem etiã caſualem facti extare, niſi ſciens ſit adire volens, ff.de conditio.& demonſtratio.l.multum.cum ſim. ergo delata videtur, quæ tunc delata dicitur, cùm adiri poteſt, de verborum ſignificatio.delata. Item nec purificata conditio videtur, dato quòd in rerum natura certum fuerit in ventre fœmellam fore: hæc enim conditio, ſi nullus maſculus naſcitur, implicitè comprehendit, ſi fœmina naſcitur, & maſculus non naſcitur: in illis enim reſolubilis eſt, vnde habet in ſe conditionem, & dicit incertum natiuitatis, ad quam ſe retulit teſtator: quanquam ergo fœmella in veritate fuiſſe proponatur, adhuc tempus expectandum erat natiuitatis. Et dubium erat, vnde naſceretur. Poterat enim naſci, & non naſci viuente, & mortuo Proculo: ergo conditionalis adhuc erat, & non purificata.ff.de condition. & demonſtratio.l.hæres meus, nec dies illa natiuitatis remouetur in hæreditate, l.hæredita.de hæred. inſtituen. quia hic dies incertus eſt, vel incertum ſit, an naſcetur, & conſequenter quando.

2 † Item ſtatuta, quæ in materia iuris loquuntur, interpretationes, limitationes à iure & declarationes recipiunt, vt inquantum poſſibile eſt ad vias iuris reducantur, & limites, in Auth. de fili. ante inſtr. dota nat. §.primo, l.prima §. lex falci.ff.ad leg.Falci. not.in l.2.C.de noxa.& in l.omnes populi.ff. de iuſti. & iure.

Statutum ergo de tranſmiſſionis potentia loquens hæreditatem delatam exigens in ſuo, intelligetur quando ignoranti etiam delata extitit, l.1.C. de his qui ante aper.tab. l.filium.§.1.de acqui.hære. & no.in l.ventre.de acquir. hære. In extraneo autẽ quando ſcienti, l.cum antiquioribus.allega.

Cùm ergo ſciens, non proponitur exiſtentia cõditionis, tamen ſi in rerum natura tantum proponatur certitudo, non erit locus tranſmiſſioni. Et ſic concludendum videtur prima facie.

Contrarium videtur eligendum, quia ſtatutum tranſmittendi potentiam ponderat ſolum hæreditatis delationem, quæ abſque dubio delata eſt, ex quo conditio eſt purificata, licèt in ignorante, & nihil opinante, vt eſt caſus in l.ſecunda, C.de cond. & demonſtra.

3 † Prodeſt enim conditionem caſualem in rerum natura purificari, quando factum etiam honorario ignorante: nullum autem aliud video prodeſſe, quàm delationis.

Non obſt.l.delata, quia duplex eſt adeundi potentia.

Prima, quæ ex parte commodi ſe realiter offert, ita quòd apertè rei diſpoſitionis nullum ſubeſt impedimentum, vt hic modo adeſt, vt eſt caſus in l. ſi extraneus. in fin.de acquirend. hæredita. de hac loquitur.l.delata.

Quædam eſt potentia adeundi, in qua reſpectus habentur ad perſonam adire volentis, & talis impotentia delationem non impedit, vt dicta l. ſecunda. Hæc ergo eſt vera, hæreditas non poteſt adiri vitio concernente perſonam: ergo non eſt delata, quia hæreditas conſiſtit ex parte rei, & commodum diſpoſitionis ſe offerentis: quanquam organa deficiant a parte perſonæ, cùm offertur: purificata ergo in ignorantem, vel nihil opinantem conditione hæc eſt vera, diuerſo reſpectu hæreditas adiri poteſt, vt l.ſi extraneus. in fin. quæ propter hoc eſt facta l.2.præallegata, & non poteſt adiri, vt l.multum.de conditio.& demonſtra.l.hæres inſtitutus.§.j.de acquir.hære.

Non obſtat, quòd conditio purificata non dicitur, quia ex quo certum erat in rerum natura fœmellam in ventre fore, hoc erat certum, nullum maſculum naſciturum. Vnde hæc conditio non erat incerta, an, nec quando: quia certum, quòd nunquam: quanquam quò ad materiam rei ſubſtituti fortè hoc eſt incertum, an & quando certificaretur, quod in purificando realiter conditionem nõ attenditur, vt dicta l.ſecunda, & dicta l. ſi extraneus. in fin. ſola ergo ſupererat dies natiuitatis, quæ nec expectanda erat, vtpote cuius euentus nihil poterat operari. Vtroque enim caſu, fœmella in ventre exiſtente, ſiue naſceretur, hæreditas erat deferenda. An ergo exiſtere poſſet, non erat incertum. Ideo delata eſt, vt eſt caſus valdè ad propoſitum in l. quòd ſi dubitet. ff.de acquir.hæred. Et per hoc non ob.l.hæres meus: quia incerta erat quando, hic certum, quòd nunquam maſculus erat naſciturus.

Non obſtat, quòd ſtatutum de delatione loquens recipere debeat iuris intellectum: quia hic cum loquitur de immiſcente ſimul, & adeunte, ſeruata paritate, in vtroque decidere videtur intentum ſtatuti, vt l.iam hoc.de vulga.& pupilla. & l.in teſtamento, vt ita in extraneo ſicut in ſuo ſola ponderatur delatio realis abſque ſcientia ſubſtituti, vel inſtituti, vt l.prima, C. de his qui ante apert.tabu. & dicta l.ſi quis filium, & hæc abſque dubio ſtatuti eſt intentio, quia in tranſmittendo facultatem ſolùm ponderat delationis actum tam in ſuo, quàm in extraneo.

Item alia eſt tranſmiſſio, quæ contingit ex actu deliberationis veræ, vel præſumptæ, & tamen apud ſe conſulere, & deliberare non cadit in ignorante, ff.de iure deliberand.l.Ariſto. ſcientia delationis exigitur, vt l.cum antiquioribus. Hic antem non cõtingit delatio ex deliberationis actu, ſed delationis: non ergo in materia iuris diſponit, ſed ſecundùm nouam, & aliam materiam à iure: intelligi igitur debeat, vt verba ſonant, de rebus dub.l. in ambiguo. de verborum ſignificatio.l. nominis, & rei.§. & verbum.

Ex quibus concludo, Proculum, ſecundum ea quæ dicta ſunt, hæredem, commodum adeundi tranſmiſiſſe, ff. de acquirend. hæredita. l. ſi quis filium.§.primo.

Anto.de But. Iſtud conſilium habuit dominus Ioſeph de Bononia.

ADDITIO.

a *HAEREDITAS] Non tranſmittitur hæreditas non adita regulariter, l.qui ſororem.C.de iur.deli.fallit in quam pluribus caſibus, quos per ordinem recenſet Alcia.in l. ventre.ff.de acquir.hæredita.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poſt conditum teſtamentum religionem profitens,*

profitens , an poſt talem profeßionem poterit reuocare teſtamentum .

2 *Religioſus profeſſus, primo teſtamento reuocato, ſecundum condere volens , qua vti debeat ſolennitate.*

Conſilium LXXIX.

a CONDIDIT teſtamentum , a in quo inter alia teliquit certis hoſpitalibus annuatim in perpetuum ſolui certam quantitatem. Item pauperibus Chriſti , & egenis perſonis ſimiliter certam quantitatem arbitrio eorum commiſſariorum, & perpetuò, vt ſupra. Et in omnibus alijs ſuis bonis monaſterium, & fratres ſancti Michaelis de Buſco ſibi hęredes inſtituit. poſtea Petrus ingreſſus fuit dictum monaſterium, & ordinem ſancti Michaelis, & ilico profeſſionem fecit, poſt quam profeſſionem ipſe P. per publicum inſtrumentum dictum teſtamentum caſſauit, irritauit, & annullauit, ſciens vnicuique licere vſque ad exitum vitæ voluntatem ſuam mutare, ac dicens, & declarans velle, & intentionis eius , & propoſiti fore inteſtatum decedere, quod inſtrumentum reuocationis , & declarationis prædictæ teſtamenti prædicti rogatum , & factum fuit ſolum coram tribus teſtibus, & notario ad hoc rogato, propter quod in
1 dubium reuocatur.† Et primo, an dictus P. poſt dictam eius profeſſionem , per quam ciuiliter mortuus cenſetur, poterit validè dictum teſtamentum, & legata pia, & non pia in eo contenta reuocare, & annullare. Reſponſio patet ſecundum omnes, quia nõ habetur pro mortuo naturaliter , nec ſua mors naturali æquiparatur , cùm non habeat per omnia effectum naturalis, vt dicunt ſcribentes in authen. ſi qua C. de ſac. ſan. eccl.
2 †Secundo, poſito quòd potuerit eum, & ea reuocare, & annullare, an in ipſa reuocatione, de qua ſupra dictum eſt, neceſſarius erit maior numerus teſtium, quàm duorum, ſeu trium in dicto inſtrumento reuocationis deſcriptorum adhibitorum , vel ſufficiens fuerit numerus dictorum trium teſtium, non obſtante, quòd in confeſſione de iure, & ex forma ſtatutorum Communis Bon. 7. teſtes. & etiam alia certa ſolennitas ſtatuto hoc dictante (vt prædicitur) teſtamenti requirebatur . & quid iuris ſuper quolibet dictorum quæſitorum. Reſpondeo, teſtamentum vltimum ſic à monacho factum ſubiecto iam eccleſiæ , & contra primum iure canonico valet . Ergo quò ad reuocandum primum etiam in piam cauſam cum ſolennitate canonica ligat actus clericorum, vel eccleſiaſticarum perſonarum, de cõſti. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.

ADDITIO.

TESTAMENTVM] *Idem Butr. in cap. in præſentia. colum. 14. & ſeq. de proba. idem tenet , vbi atteſtatur ſe ita aliàs conſuluiſſe. At Dec. ibidem numero 68. citat hoc conſi. & reprobat , & benè. Rub. Alexan. conſilio 155. Iaſo. in authen. ſi qua mulier numero 27. C. de ſacroſan. eccleſi. Nec per ingreſſum religionis tale teſtamentum rumpitur. Barto. in d. authen. ſi qua mulier numero 7. Paul. Abb. d. cap. in præſentia. nume. 52. & Dec. nume. 61. Dec. conſi. 31. colum. 2. Rip. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. q. 35.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſsit ob delictum per iudicem ſecularem detineri, aut iudicari.*

2 *Priuilegio clericali in totius ordinis clericalis commodum introducto, an poſsit renuntiari.*

Conſilium LXXX.

1 QVIDAM † clericus detentus per poteſtatem ciuitatis Bono. exiſtens in ſacris imputatur de certo delicto, ad cuius indagationem intendit inquirere Poteſtas ad delicti veritatem obſeruandam . Quæritur , an ſit dare remedium, vt de tali delicto indagare poſſit iudex, vt inueniatur veritas delicti.

Ad quod declarandum , ſuppono dictum euangelij pro fundamento. Nolite tangere Chriſtos meos , quod intelligitur , ideſt eccleſiæ ſponſos, qui ſunt clerici, qui in corpus , & animam in ſortem Domini recepti ſunt , de præben. capitu. cùm ſecundum Apoſtolum. per quod ſic oſtenditur clarè , iudicem ſecularem non poſſe tangere cleri-
a cum a ſecularem quò ad quid : hoc iure canonico inhibitum eſt, quòd etiam capiens ad finem iuſtitię conſequendæ clericum non de licentia ſui iudicis, incurrit pœnam excommunicationis maioris, 17. q. 4. capitu. ſi quis ſuadente, nec prodeſt renuntiatio,
2 † quia priuilegio clericali in totius ordinis clericalis commodum introducto , vt eſt hoc, non poteſt renunciari , de foro compe. capitu. diligenti. 11. quæſtio. prima, capitu. in olita. & capitu. placuit. per quæ concludo , quod vbi vult ſe Poteſtas intromittere de clerico inquirendo de delicto , ad fin. vt pœniteat , & nullatenus poſſit , quia non eſt ſuus iudex, de iudi. c. at ſi clerici. Aut ad finem, vt cognoſcat veritatem delicti, ad quem ſpectat cognoſcere, l. congruit. ff. de offic. præſi. & poteſt teſtibus , & alijs modis inquirere, non tangendo perſonam clerici , nec contra voluntatem includendo : immò includens eſt excommunicatus , de qua non poteſt abſoluere, niſi ſolus Papa, & eo ipſo priuatur eccleſiaſticis ſacramentis, corpore Chriſti, & omni dono , & gratia Chriſti, niſi abſoluatur per ordinarium ſolum, quãdo eſt in articulo mortis conſtitutus : ſed hoc verũ, quando faceret propria auctorit. ſed quid ſi de mandato iudicis eccleſiaſtici? Adhuc non puto, quia cauſam criminalem clerici quis non poteſt committere inferior à Papa, ergo nec eius præambulum , vt ab illo eius perſona tangatur ad fin. criminis indagandi, vt no. gloſſ. de iud. cap. at ſi clerici.

ADDITIO.

a CLERICVM] *Adde Alcia. in capitu. cum non ab homine, num. 2. de iud. Dida. Prat. quæſt. cap. 31. Clar. in prat. crim. q. 36.*

SVMMARIVM

1 *Fratres minores, an teneantur de bonis ad eos in*

caſu

caſu funeb ri peruentis, dare quartam eccleſiæ parochiali.

2 *Rectores eccleſiarum parochialium, an licitè poſsint exigere precium pro ſepulturis corporum.*

Conſilium LXXXI.

NVNQVID Fratres minores teneantur dare quartam partem eccleſiæ parochiali, ſiue eius rectori, de legatis, & peruentis ad manus eorum pro corporibus dictæ parochialis eccleſiæ ſepultis. apud eos, ſiue in cauſa funeris, ſiue in pecunia quocunque iure, & titu. ſiue pro ſacriſtia, ſiue pro labore venientium pro corpore, ſeu alio quocunque colore, necne.

Reſpondet, Minores, quòd ſacerdotes parochiales vltra pecunias, quas exigunt, & recipiunt pro labore veniendi ad funera, dum ſui parochiani tumulantur apud Minores, & vltra portionem canonicam, quam ſibi ſoluunt fratres prædicti de pecuniys datis fratribus pro labore veniendi ad funera, exigunt & recipiunt ab executoribus funeralium eaſdem pecunias, & candelas, ac ſi talia funera in propriys eccleſiis ſepelirentur, recipiunt etiam vltra pecunias, & candelas, quæ eis dantur pro labore veniendi ad funera & pro cruce, vnum cereum, & candelas nomine eccleſiæ parochialis, & tantundem de eccleſia nomine tumuli, vel ſepulchri, ſicut exigunt, & recipiunt ab illis, qui apud eorum eccleſias ſepeliuntur, petunt ergo Minores talia peruenta ad manus ſacerdotem parochialium computari ipſis ſacerdotibus parochialibus in ſortem canonicæ portionis.

1 VISO †puncto, & conſilio prædicto, videtur de iure dicendum, quòd cùm corpus adducitur ad monaſterium propter ſociandum ad ſepulchrum, non reperitur à iure cautum, vt ſacerdos parochialis teneatur imputare in quartam, vbi parochianus elegit alibi ſepulturam, ſi aliquid moderatum recipit, maximè ſi ex conſuetudine licitum eſſet pro labore, arg. de ſimo. c. ad apoſtolicam.

2 † Quod autem recipiunt parochiani pro ſepultura, ac ſi in eccleſia ſepeliretur, omnino illicitum eſt, & ideo in quartam [a] computandum, vt benè ſupra eſt conſultum, & tenet Fede. in opere ſuo conſilio 3.

Sic mihi videtur Ant. de But.

ADDITIO.

a *IN QVARTAM] Pro huius diſtinctionis reſolutione vide Dec: in authen. præterea. numero 13. verſicu. & iſta limitatio. C. vnde vir & vx. Didac. in capitu. officij. numero 16. de teſta.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum de dote lucranda in contractu matrimoniali appoſitum, an ſit validum.*

2 *Mater an poſſit filios proprios priuare, vel excludere à ſucceſsione ſuæ dotis, vel augmenti illius.*

Conſilium LXXXII.

1 DOMINA †Franciſchina filia quondam Bartholomæi de Codagnel, vxor Franciſci quondam, ad præſens vxor Ioannis Michaelis de ſancto Martino, mercatoris cirrici per Chriſti gloriam ſana mente, & ſenſu, licèt corpore languens, rerum ſuarum, & bonorum præſens nuncupatiuum teſtamentum in hunc modum procurauit, & fecit: In primis quidem reliquit pro malè ablatis incertis, cui de iure debentur, ſolidos quinque Bonon. Item reliquit domino Aegidio & cæt. Item reliquit domino Ioãni eius viro vltra dimidiam dotis ipſius debitam dicto Ioan. ex ſtatuto Communis Bononien. etiam omnia mobilia, & omne illud, & totum, quod peruenit ad dictum Ioan. occaſione mobilium ipſius teſtatricis. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus & actionibus tam præſentibus, quàm futuris, ſibi hæredes vniuerſales inſtituit Frontum eius filium legitimum & naturalem, & filium quondam Franciſcraui prioris mariti ipſius teſtatricis, & Ludouicum notarium filium quondam Bartholomæi de Codagnellis eius fratrem, & hanc vltimam ſuam voluntatem, &c. Factum ſic ſe habet, domina Franciſchina, & ſoror altera pro ea tradit in dotem duntaxat libras quingentas bono. Frontus dictæ dominæ Franciſchinæ maritus deceſſit ſuperſtite dicta domina Franciſchina, & Fronto eorum filio legitimo, & naturali poſt prædicta dicta domina Franciſchina nupſit dicto Ioan. de ſancto Martino, cui Ioanni ipſa domina Franciſchina, & Stephanus de Palmaria dudum ſocius prædicti Fronti tradidit in dotem libr. quingentas ipſi dominæ Franciſchinæ debitæ per dictũ quondam Frontum pro reſtitutione dotis ipſi dicto Fronto traditæ, de qua traditione quingentarum libra. Bononien. ipſi Ioanni facta nullum patet inſtrumentum. Quæritur, an pateat tam per libros ipſius Ioannis. Ponit modum ſuperuenientem dicto Ioan. de ſancto Martino, quibuſdam aduerſitatibus, volens, dictæ dominæ Franciſchinæ fore cautum de dotibus eius, & vt ipſa domina Franciſchina defendere poſſit de bonis dicti Io. quàmplura dictus Ioan. fuit confeſſus habuiſſe à Ludouico de Codagnellis fratre dictæ dominæ Frãciſchinæ, de quibus publicum patet inſtrumentum, quamuis rei vera dictus Ioan. nunquam habuerit à dicta domina Franciſchina, ſeu ab altero pro ea vltra dictas quingentas lib. Bonno. Primò domina Franciſchina deceſſit condito teſtamento ſupradicto, ſuperſtitibus & relicto Fronto eius filio, & quondam Fronti ſui primi mariti filio, & Ioan. de ſancto Martino ipſius dominæ Francis. vltimo marito, qui Frontus filius conatur recuperare à dicto Ioan. dimidiam dotis per ipſum confeſſatæ, ſ. li. quadragin. bon. non obſtante dicto teſtamento, & legato ipſi Ioan. facto, & non obſtante, quòd in rei veritate idem Io. non recepit a dicta domina Franciſchina, ſiue altero pro ea vltra dictas lib. quingentas, & non obſtante, quòd dicta domina Franciſchina eidem Ioan. dare non potuiſſet vltra di-

ctis quingentas, ſi voluiſſet, cùm ipſa plus non dederit dicto primo marito, vt præmittitur: & ad eam & eius manus aliquid non peruenerit, ex quo ipſa dotem potuiſſet augere: aſſerens idem Frontus dictam eius matrem in præiudicium eius filij Fronti ſui legitimi, & naturalis ex primo matrimonio teſtari non valuiſſe, cui Fronto per dictum Ioan. obijciuntur ſupradicta, & ſupra allegata, & ſecundum maritum Ioannem non teneri, niſi ad reſtitutionem dotis dimidiæ receptæ lib. quingentarum Bononien. & non dimidiæ librarum octuaginta confeſſatarum ex ipſa dimidia dictæ dotis receptæ prius penes ipſum Ioan. retento legato ſupradicto, & ipſam dominam Franciſchinam reuera potuiſſe teſtari de eo, quod fuit teſtata, & etiam de maiori ſumma ſi voluiſſet, attento maximè ſtatuto Communis Bono. poſito ſub rubrica, de dotibus reſtituen. & earum parte lucranda, &c. tenore ſubſequentis, videlicet.

Ordinamus, quòd ſi inter aliquos diſſolutum fuerit matrimonium, non extantibus liberis morte vxoris ex ea, ex ipſo matrimonio, vel aliquo alio, maritus ſeu pars mariti teneatur ſolum dimidiam dotis, & augmentum dotis, ſi de augmento tractaretur, reſtituere ei, cui de iure reſtituendum, vel reſtituenda fuerit intra tempus ordinatum à iure, reliquam dimidiam lucrifaciat ipſe maritus, vel pars eius in quibuſcunque quantitatibus, ſummis, vel rebus æſtimatis, vel non, & à quocunque, & cuicunque dos fuerit data, vel conſtituta, vel pro parte mariti fuerit confeſſata, vel ipſius dotis augmentum: & ſi maritus dotem non recepiſſet, vel non tantum, quòd dimidiam haber, non obſtante, quòd matrimonium fuit diſſolutum. Si verò ex ea liberi maſculi, vel fœminæ, non tamen extent liberi maſculi, vel fœminæ ex vltimo matrimonio, in quo deceſſerit, vel ex alijs matrimonijs vno, vel pluribus extent liberi maſculi, & vltimo matrimonio, in quo deceſſerit, extent fœminæ tantum, tunc maritus connumerata perſona ſua cum liberis maſculis mulieris ſi extant: & ſi non extant, cum fœminis ex alijs matrimonijs vno, vel pluribus, dotis & augmenti dotis virilem portionem lucretur deducta legitima, per cuius legitimę portionis deductionem, ſiue detractionem dicta virilis mariti non minuatur quoquo modo, nec etiam per l. hac edictali. quam reſeruare teneatur liberis ex dicta muliere, & dicto marito natis. Reſiduum tamen non reſtituere teneatur, vt ſupra: reſeruare tamen tenetur maritus omne illud, quod lucratur ex dote, vel augmento dotis liberis ex illo matrimonio, ex quo lucrum prædictum habuerit. Ex his caſibus, & aliis expenſæ funeris dictæ mulieris pro rata parte, quam quid de dote, & eius augmento habuerit, diuidantur, & fiant, & ſi per partem mariti factæ fuerint, deducantur, ſaluo ſi in inſtrumento dotium, vel augmenti ipſarum pactum appoſitum fuerit de maiori, vel minori parte lucranda ſolum, quod deuenerit, pactum debeat ſeruari, niſi extarent liberi ex alijs matrimonijs vno vel pluribus, quo caſu pactum de maiori parte lucranda liberis non noceat vltra dictam virilem portionem, quæ omnia locum habeant in matrimonijs contrahendis, & etiam iam contractis in poſterum diſſoluendis. Item diſtinctio, quòd mulier eſt, vel fuerit confeſſata dotem, vel eius augmentum, non obſtante, quòd alius, qui dotem, vel eius augmentum dederit, vel promiſerit, ſeu confeſſionem pro parte viri receperit, illud, & illam ſibi reddi fuerit ſtipulatus, & ex eis teſtari valeat, etiam non obſtante, quòd talis mulier liberos habeat ex quocunque matrimonio, dummodo tamen ipſis liberis exiſtentibus reſeruetur legitima ſecundum formam iuris, & noſtrorum ſtatutorum, & marito pars, quam lucrari debet ſecundum formam præſentis ſtatuti. Et ſi deceſſerit ipſa mulier non extantibus aſſcendentibus, nec liberis fratribus vtriuſque coniunctis, vel ex parte tantum, tertiam partem dotis, & aliorum bonorum ipſius relinquere teneatur, quam partem petere poſſint etiam ſi non fuerit relicta per dictam mulierem, prouidentes inſuper, quod vltimis bonis obligauis, &c. Et ita dico, & conſulo Ego Anto. de But.

ADDITIO.

a DE hac materia vide apud Rolan. in tract. de lucro dot. & Thanuc. Lucens. eod. tract.

Conſilium LXXXIII.

INQVANTVM Paulus diſponere voluiſſet circa bona ſubiecta oneri fideicom. planum eſt, quòd Cęnobium nullum habet iuris remedium, quia nihil ex his mutare potuit, aut aliter diſponere, quàm ante voluit Laparinus, vnde in hoc lęſus non exiſtit; inquantum autem de legitima, & Trebellianica, vel proprijs bonis eo viuente habili ad teſtandum ſi per duos ſaltim teſtes, quos ſufficere puto, diponentes ibidem fuiſſe numerum teſtium vocatorum ad actū teſtandi, & notarium, probetur, Paulum voluiſſe diſponere in ſolum Cęnobium, vt proponitur, duplex competit ei remedium contra prohi-
a bentem [a] teſtari, vel actionem habet de dolo ad intereſſe, ff. de dolo. ſi quis affirmauit. de præſcriptis verbis. l. quoties. vt not. gloſſ. in l. Lucius. §. Sempronia. de lega. ſecundo. poteſt etiam ſecundum aliquos agere ad duplum condictione ex lege, vt in Authentic. vt nulli iudices. §. & hæc peruenit. collat. nona, vt not. gloſſ. in dicto §. Sempronia. & l. eos. C. ſi quis teſt. prohib. quas ſequi videtur Barto. in l. prima, ff. ſi quis teſta. prohi. dubitari tamen poſſet, cùm §. ille de iudice tantum loquitur de ratione officij teſtari prohibente, & pœnæ reſtringendæ, &c. vt in regula. in pœnis. de regulis iuris, libro ſexto, ſed gloſſ. habuerunt reſpectum ad verbum, vel alij cuilibet, in text. dicti §. niſi exponatur, cuilibet, ſcilicet iudici, vt ibi exponatur forma, quod inducit pœnæ qualitas, quæ ſequitur. Vnde tutius puto, quod primū remedium Cęnobio ſufficere debet, ſi ſuum conſequitur intereſſe.

ADDITIO.

a PROHIBENTEM] *Prohibens aliquem teſtari, incidit in crimen falſi, l. Paulus. ff. de falſ. vt in caſu Corn.*

 conſilio

conſilio 56. libro primo, & conſilio 84. eodem volumine conſilio 209. libro ſecundo. conſilio 110. libro quarto, conſilio 91. libro primo, Soc. conſilio 105. libro primo, Socin. Iun. conſilio 148. lib. ſecundo. Et priuatur talis prohibens pœna extraordinaria, ita tenent communiter doct. vt dicit Boſſ. in titu. de his, qui prohibent aliquem teſtari, numero primo, & ei aufertur hæreditas, tanquàm ab indigno. ſcias tamen, quòd ad hoc, quòd huiuſmodi pœna locum habeat, duo requiruntur. Primum, quòd defunctus vellet teſtari. Secundum, quòd fuerit prohibitus teſtari, Et hoc eſt commune dictum, vt atteſtatur Soc. Iun. in d. conſil. 148. numero 3. libro 2.

Finis Conſiliorum eximij decretorum doctoris domini Antonij de Butrio.

CONSILIVM IVRIS VTRIVSQ. FLAMINIS DOMINI HIERONYMI DE TORTIS,

IN FAVOREM POTENTISSIMI POPVLI FLOREN. IN TICINENSI GYMNASIO EDITVM.

1 *Interdictum eccleſiaſticum.*
2 *Qualitas ẽt probãda, nõ ſolum factũ. nu. 7. & 11.*
3 *Ciuitas quando dicatur delinquere.*
4 *Ciuitas vt interdici poſſit, quæ requirantur.*
5 *Pœna priuationis pontificalis dignitatis aliquibus in caſibus imponitur.*
6 *Culpa nõ poteſt imputari illi, qui nõ põt reſiſtere.*
8 *Arguere licet à communiter accidentibus.*
9 *Cã falſa expreſſa in ſnĩa ipſo iure vitiat ſnĩam.*
10 *Offendens non dicitur delinquere, quando offenſus potuit offendi.*
12 *Diſpoſitio c. fælicis. & clem. 1. de pœn. non procedit in inferioribus.*
13 *Inſultatus percutiens inſultantem, præſumitur facere cauſa defenſionis.*
14 *Seditio vbi inualuit, licitum eſt occidere.*
15 *Minãtẽ nõ licet ꝑcutere, niſi eſſet ꝑiculũ in mora.*
16 *Incontinenti quid fieri dicitur, antequàm ad alia negocia diuertatur.*
17 *Multa fiunt, vt alijs exemplo ſint.*
18 *Qualitates c. fælicis. deducuntur.*
19 *Tertium innocentem nõ licet offendere, vt quis ſe defendat.*
20 *Excõicatio nõ cadit ĩ ignorãter offendẽtẽ clericũ.*
21 *Actus omnis iudicialis, in quo pars lædi poteſt, eſt nullus factus parte non citata.*
22 *Examinatio & ventilatio veritatis requiritur coram Principe.*
23 *Defenſio non poteſt tolli, etiam à Principe.*
24 *Etiam ſi vteretur plenitudine poteſtatis.*
25 *Papa vel Imp. nõ ſunt ſupra ius gẽtiũ vel nãle.*
26 *Princeps exprimens vnam cauſam inualidam, non præſumitur alia valida.*
27 *Notorium quid & quotuplex.*
28 *Ordine iuris non ſeruato cognoſcere, eſt ius alterius auferre.*
29 *Iura annullãtia actũ abſq; citatione partis, habent locum ẽt in Principe nedũ in inferiore.*
30 *Ordo iuris an ſit ſeruandus in notorijs.*
31 *Papæ quando credatur.*
32 *Sentẽtia cenſuræ per appellationẽ non ſuſpenditur.*

IN nomine Patris & filij, & ſpiritus ſancti amen. Domine Deus meus, qui illuminas oẽm venientẽ in hũc mundũ, digneris illuminare oculos meos ac mentẽ meam, & in viã veritatis dirigere, vt ſuper à me requiſitis rectè reſpondeã. Proteſtans in hac cã, & in hoc negotio me tenere ſolũ illud, quod tenet ſancta catholica mater Eccleſia: & ita proteſtor in principio, medio & fine, ꝙ oĩa, quæ infra ſcripſero, puto vera, ſalua determinatiõe S. Matris Eccleſię, vt dixi. Ego igitur exiſtimãs apud æquiſſimũ & verũ eiuſdẽ ſummi Pontificis iudiciũ diuino exemplo reos nõ eſſe habendos, quos demonſtrabitur nulliter eſſe indicatos, & iniuſte, nõ dubitaui ſcribere in fauorẽ potẽtiſſimi populi Florent. & eius ſupremorũ magiſtratuũ ciuiũq; primariorũ, & pręſertim Magnifici viri Laurentij de Medicis de ipſa Romana Eccleſia, eiuſque ſanctiſſi. Paſtorib. tam per ſeipſum, ꝗ̃ eius maiores clariſſimos ciues, ſæpe & maximè benemeriti.

Viſa igitur declaratione ipſius ſummi Pontificis ꝯ ipſos Florenti. & in ipſos ꝯtenta, ac ipſa diligenter põderata, pñtem conſultationẽ deducã ad duo mẽbra principalia. Primũ, an ipſa declaratio ipſius ſummi Pontificis fuerit iniuſta. Secundũ, an fuerit nulla. Circa primum de trib. videndũ erit articulis. Primus erit circa interdictum. Secundus erit circa pœnas, quæ in proceſſu narrãtur circa interdictum & excõicationẽ. Tertius erit de ipſa excõmunicatione.

Ante tamen, quàm veniã ad deciſionẽ ipſorũ dubiorũ, Pręmitto primò ꝙ ipſe ſummus Põtifex atteſtat ſe ſolum velle ꝓcedere ſuper nouiter ꝑpetratis.

1 † Venio nunc ad primũ articulũ, videlicet circa interdictũ: & quia duo videntur interdicta. Vnũ, qđ purè declaratũ eſt in ciuitate Florent. ſimul cũ duabus viciniorib. ciuitatib. Scđm, quod declaratũ eſt in ciuitate Floren. tñ cum priuatione eꝑalis dignitãtis: igitur de vtroq; ſeparatìm erit videndũ: & primò circa primum dico, dictam declarationem fuiſſe & eſſe iniuſtã. Nã licèt multæ ſint conſtitutiones puniẽtes illos, q offendunt Cardinales, Eꝑos & clericos, 16. q. 4. ſi quis deinceps & in c. ſi q̇s ſuadente. & 32. q. 4. c. Guiliſarius. & in c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. & in clem. 1. eod. tit. de pœnis. Tamen quantum ad ſpecialem pœnam, de qua agitur, interdicentem ciuitatem cũ duab. proximioribus ciuitatibus, ſolum haberet conſtitutio locum d. clemen. primæ. Modò vbi agitur de imponenda pœna alicuius ſpecialis cõſtitutionis, oportet quòd omnes eius qualitates

verificetur in caſu,de quo agitur, aliàs pęna nō cō-
ſtituitur.nota eſt ſingularis ab omnibus approbata
2 Ioan. And.in c.j.de homi.lib.6. & facit ratio, † quia
quando qualitas eſt cauſa alicuius effectus,puta pœ
næ inferenda,non ſufficit probare factum, niſi pun
ctualiter deducatur, & probetur qualitas,l. nō ſolū.
§ ſed vt probari. vbi pulchrè Bar.ff.de no.ope.nunc.
glo.& Ang.in l.cum actum.ff.de neg.geſt.Bald. in l.
matrem.C.de probat.Alb.in l.Spadonem.§.qui ab-
ſolutus.vbi eſt bo tex.ff.de excuſa.tut. ſed in caſu,de
quo agitur,qualitates requiſitæ in d.cle.prima, non
verificantur, ergo dicta pœna non potuit imponi.
Quod non verificentur,deducitur: nam primò pō-
derandum eſt verbum,Pontificem,poſitum in dict.
cle prima, propter quod dicunt ibi doc.dictam con
ſtitutionem,& eius pœnam nō verificari, niſi offen
datur ille, qui habet ordinem epiſcopalem. Hinc in-
fero,quod pro nulla offenſa, quæ diceretur, aut eſ-
ſet facta clericis inferioribus, haberet locum dicta
conſtitutio, nec etiam pro offenſione, quæ dicere-
tur facta Cardinali prædicto, cùm ipſe non ſit Epi-
ſcopus,ſed diaconus. Cùm ergo nullus ſit ordo ma
ior Epiſcopo, vt voluit Bar.in l.4.§.ſi quis.in fi.j.col.
ff.de app.vbi dixit, quòd Cardinales non habent ma
iorem dignitatem Epiſcopis, licèt habeāt maius of-
ficium:& no.per gl.3.in proœ.6. & ſic cùm ipſe Car-
dinalis habeat ordinem lōgè inferiorem ordine epi
ſcopali, certè relinquitur, quòd ex quo dicta quali-
tas requiſita non eſt verificata in dicto Cardinali,
nec in clericis inferioribus, quòd non potuit irro-
gari dicta pœna.

Sed videamus, an dictæ qualitates ſint verificatæ
in offenſione, & occiſione ipſius Archiepiſcopi. &
oſtendo clarè, ꝙ non, quod ſic deducitur. Aut volu-
mus dicere, dictam interdictionem fuiſſe declaratā
in dictam ciuitatē, eo quòd ipſa offenderit Archiepi
ſcopum; & hoc nō poteſt dici duplici ex capite. Pri
mò, quia hic modus, & hæc cauſa non fuit intenta-
tus neque intentata, neque deductus neque dedu-
cta in proceſſu. Sed quid fortius? etiam ſi fuiſſet hic
modus intentatus, adhuc nō videtur verificata hęc
qualitas, ꝙ fuiſſet ipſe Archiepiſcopus offenſus ab
ipſa ciuitate: quia ad hoc, vt aliquod delictum dicatur
cōmiſſum ab ipſa ciuitate vt à ciuitate, requirit ꝙ fue-
rit factum communicato conſilio, & deliberationē
præcedente eorum, qui repręſentant ciuitatem, vel
fuerit factū ab ipſo populo ad hoc congregato mo
re conſueto, & prius deliberatione facta, & præce-
dente in ipſa vniuerſitate, aliàs non poteſt dici factū
ab ipſa ciuitate, quæ minimè interuenerunt in ca-
ſu noſtro, nec de ipſis conſtat, ergo non poteſt dici
quòd ciuitas offenderit ipſum Archiepiſcopum vt
ciuitas, & hoc tetigit gloſſ.in l.ſicut,ff.quod cuiuſq;
vniuerſi. ſed hoc clarè voluit gloſ.in l.aliud.§. refer-
tur.ff.de regul.iur. Barto.in l.aut facta.§.fin.ff.de pœ
3 nis.† vbi dixit ſingulariter ad propoſitum, quòd ſi
totus populus ad pulſationem campanæ cum vexil-
lo fuerit ad aliquem occidendum, non dicetur ta-
men ciuitas occidiſſe, ſed ſingulares perſonæ, ſi non
præceſſit conuocatio populi ad hoc facta, vt ſupra,
& non præceſſerit deliberatio facta, ut ſupra. Et hoc
firmat Ioan.Andre.in d.c.fœlicis & Io. de Ligna.&
Ioan.de Imo.in d.clem.1.§. ſi ciuitas, & dicit Ioan.
de Lignano ſe ita conſuluiſſe coràm ſummo Ponti
fice & Cardinalibus ciuitatis Bononiæ, & eſt per
hoc bo.tex.in l.ſuper §.2.ff.quod ui aut clam, & hāc
ſententiam tenuit Panor.in c.dilectus.in 6.colum.in
verſic ſed iuxta prædicta quæro.de ſimonia, & dixit
quòd hęc eſt vera ſententia, quicquid dixerint ali-
qui tenentes contrarium in d.§.ciuitas. tamen à cō-
muni non eſt recedendum, maximè cum rationes
ipſorum non concludant, niſi ſecuto conſenſu per
modum ratificationis, quo caſu oportet maleficiū
fuiſſe commiſſum nomine ciuitatis: aliàs verò licèt
ipſa ciuitas habuiſſet ratum ipſum maleficium, ſed
non tanquam geſtum nomine ſuo, ex ipſa ratihabi
tione non teneretur: & ita voluit Bart.in d.l.prima,
§.ſed & ſi cum quis per gl.ibi, quam multum com-
mendat.ff.de vi & vi ar. Ex quo infert, quòd poſſum
habere factum ratum, licèt non qualitatem facti, l.e.
cùm interdi.C.arb.tut.& not. in l.Pompo. ſcribit.ff.
de neg.geſt.& ad prædicta facit, quod voluit glo.in
d.cle.j.in gl.in ver.rata.& in d.c.fœlicis.in prin.q mi
nimè interuenerūt in caſu nrō: nō faciūt ergo au-
ctoritates tenentiū contrariū aliquid ad propoſitū.

Nec dicat aliquis, tu præſupponis cōſtare vnum,
videlicet, quòd nihil actum fuerit cōmunicato con
ſilio, & præcedente deliberatione eorum, qui repręſentant totam ciuitatem, ex quo ex inſpectione li-
brorum; in quibus conſueuerunt deſcribi reforma-
tiones, & deliberationes, quæ fiunt per ipſos, qui re-
pręſentant totum populum, apparebit in ipſo nullā
deliberationem ſcriptam fore ſuper hoc: & hoc fir-
mauit in terminis Bal.in l.2.per illum tex. cum glo.
C.de erro.aduo.& gl. Bal.& ibi bo tex.in l.fina.C.de
reb.cred.in l.Sempronia libellos.ff.de fur.& l.Titiæ
textores.ff.de leg.j.

Non quoque eſt verificata alia qualitas, quæ re-
quiritur per ipſam conſtitutio. videlicet, quod Epi-
ſcopus interfectus, ſit proprius Epiſcopus ipſius ciui-
tatis interficientis, non autem ſit alienus, vt eſt caſus
in d.cle.1.§.ciuitas. in verbo, ſuus. & ita ibi firmant
communiter ſcrib. quod minimè erat in caſu no-
ſtro, quia ipſe Archiepiſcopus interfectus non erat
Epiſcopus proprius ciuitatis Florentiæ, ergo nō po
teſt habere locum pœna prædicta.

4 † Stat ergo prima concluſio, quòd dicta ciuitas
non potuit interdici ex eo, quòd ipſa ciuitas offen-
derit Archiepiſcopum ex duplici capite.

Primò, q̄a hic modus nō fuit in pceſſu deductus.

Secundo, quia etiam ſi fuiſſet deductus, non con
ſtat de qualitatibus, nec verificatæ ſunt qualitates,
quibus mediantibus ipſa ciuitas potuerit interdici.

Aut volumus dicere, quòd ipſa ciuitas potuerit
interdici, non quia ipſa offenderit ipſum Archiepi
ſcopum, ſed quia fuit offenſus in ea à prioribus, &
alijs, de quibus habetur mentio in proceſſu, quo ca
ſu non fit diſtinctio, an ſit Epiſcopus proprius, an
alienus, vt eſt caſus in d.cle.ſi.in prin. in ver.quem-
uis.& tunc dico, quòd adhuc in caſu noſtro non po
tuit interdici ipſa ciuitas, ex quo deficit qualitas,
quæ requiritur iſto caſu, ad hoc vt ciuitas ipſa po-
tuerit interdici: quia tunc demum ciuitas poteſt in-
terdici propter delictum ſingularis perſonæ, quan-
do ciuitas poſſet dici eſſe ipſius delinquentis, caſus
eſt ad literam in d.cle.j.§ terra, ibi, ipſius.& ita notāt
communiter docto. nemine diſcrepante, & in §.
ſeqnē.in verbo, ſi ſua ſit. cum ergo deficiat hæc qua-
litas, quę eſt cauſa ipſius effectus, ſcilicet interdicti,
& ſic vt ciuitas poſſit interdici, ergo deficiet effe-
ctus, d.l. non ſolum. §. ſed vt probari. per Barto.ff.
de ope.no.nūc.cum ſi.ſupra deductis. Modo quòd
ipſa ciuitas Florentinorū non ſubſit ipſis Priorib.&
alijs magiſtratib.in proceſſu nominatis.habentib.iu
riſdictionē, deducit, quia ſubiectū iuriſdictionis ad
hoc, vt operetur effectū, ꝙ rōne delicti cōmiſſi p ipſum
habentē iuriſdictionē poſſit interdici, requiritur ꝙ
ſit ſuprema, perpetua & inſolidū, & cōpetat iure p-
prio, & non repręſentato pro alia, ita tex. probat in
d.clementina j.in §. poteſtas. cum his quæ ibi not.
inquan-

inquantum doct. exemplificant in cõſulibus: & ta-
men ibi nihil dicitur de interdicenda ciuitate ex eo-
rum facto. & ad hoc facit quod voluit ibi D. Cardi
nalis & communiter omnes, & Io. Andr. in c. ſi ſen-
tent. de ſenten. excom. lib. 6. dicentes, quòd dicta ra-
tio iuriſdictionis, & dominij nõ habet locum in eo,
qui habet iuriſdictionem vel dominium commune
cum alio: quia non debet alter pro delicto alterius
grauari. Sed Priores & alij nominati in proceſſu nõ
habent iuriſdictionem ſupremam nec perpetuam
& inſolidum, quia illa eſt penès populum, ſicut erat
in populo Romano, antequàm eſſet translata in
principem, leg. 2. §. deinde. ff. de ori. iur. §. ſed quod
princi. Inſti. de iure naturali gen. & ciui.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur, quòd illa quali-
tas, quæ requiritur ad hoc, vt illa ciuitas poſſit inter
dici, ſcilicet, quòd Epiſcopus ſit proprius, tunc ha-
bet locum, quando tractatur de interdicenda ciuita
te, eo quia in ea fuerit Epiſcopus occiſus, ſed quan-
do tractatur de ipſa ciuitate interdicenda, eo quòd
eſt locus, in quo Epiſcopus fuit iniurioſè detentus,
nõ videtur in dicta conſtitutione repeti dictas qua-
litates. Quia reſpondeo, quòd imò dicta qualitas di
citur repetita, prout expreſsè aperit tex. in ſequenti
§. ibi, ſi ſua ſit. quia quando lex diſponit circa plura,
prout in caſu noſtro & in eadem oratione, ita quòd
omnia illa reguntur ab eodem verbo, tunc dicta in
vno, intelliguntur repetita in alio: ita Bart. ad literã
in l. prætor ait. in §. eritque differentia. in princ. ff. vi
bo. rap. & allegat. l. 1. iuncta l. 3. ff. de incen. rui. nau.
& facit ratio: nam cùm omnia regantur ab eodem
verbo, qualitas, quæ reſpicit illud verbum, reſpicit
ipſum vniformiter quò ad omnia, l. Seio §. Caio. ff.
de fun. inſtruc. & inſtru. lega. ergo nimirum, ſi dictũ
in vno intelligitur repetitum in alio. & ad prædicta
accedat theorica Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogo
nus. de verb. obli. & maximè in caſu noſtro: ſi enim
vbi eſt maius delictum, videlicet, vbi Epiſcopus eſt
occiſus, requiritur quò ad hoc, vt ipſa ciuitas poſ-
ſit interdici, quòd fuerit Epiſcopus proprius ipſius 3
ciuitatis, quod eſt longe maius delictum, quàm ſit
iniurioſè ipſum detinere: quanto fortius debemus
dicere, quod requiritur, quòd ſit proprius Epiſco-
pus, quando iniurioſè detentus eſt? certè multo for-
tius, maximè cum pœnæ ſint reſtringendæ, l. ſi de in-
terpretatione. ff. de pœnis. & hoc concludit.

Sed & fortius, ex quo delinquens non erat domi
nus ciuitatis, & ciuitas puniretur, durum eſſet dice
re, eam puniri, ſi culpã non haberet, cùm pœna de-
bet tenere auctores ſuos, l. ſancimus. cum ſi. C. de pœ
nis. vnde ſemper deberet ſubaudiri iſta qualitas, ſi
culpa ei poſſit imputari, vt probat tex. in d. cle. 1. ad
fi. & in c. fęlicis. allegato in ver. facultas ei affuerit.
Et ad hoc accedant notata per Bar. in l. 1. §. ne autẽ.
ff. ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fuerit. Sed in caſu noſtro
non poteſt impingi aliqua culpa ipſi ciuitati nec po-
pulo: quia ſicuti ciuitas & vti populus obuiare de-
buiſſent, fuiſſet neceſſe, quòd ſuper hoc præceſſiſſet
congregatio populi & deliberatio, iuxta ea quæ ſu-
pra dixi: imo fortius, etiam ſi prædicta non requiſita
fuiſſent, non potuiſſent obuiare, præſuppoſito quòd
tam breui tempore ſteterit detentus, prout ſtetit, &
maximè cùm ipſe populus non potuerit cogitare,
quòd habentes ipſum detentum, voluerint ipſum
occidere: quia in dubio capienda eſt præſumptio
excluſiua delicti, l. meritò. & ibi cõmuniter docto.
ff. pro ſocio. ergo non poteſt imputari aliqua culpa
ipſi populo, quia in actu occiſionis non potuiſſent
impedire, quin fuiſſet occiſus, vt patet cuilibet rectè
ſentienti.

Stat ergo, quòd culpa non poteſt imputari ipſi po
pulo, ex quo non potuit reſiſtere, nec potuit cogita
re (vt dixi) quòd debuerit habere cauſam reſiſten-
di, ex quo non debuit cogitare de occiſione, & ſic
ignorans non poteſt dici delinquere, l. fi. & quod ibi
Barto. ff. de decret. ab ordi. fa. & ſic ſtat, quòd non eſt
in culpa, l. culpa caret. ff. de reg. iur.

Sed quid fortius? aut volumus dicere, ipſum Inter
dictum factum fuiſſe ob detentionem ipſius Archie
piſcopi: & habeo intentum, ipſum interdictum nõ
debuiſſe declarari, quia quando res peruenit ad eũ
caſum, à quo incipere nõ poteſt, vitiatur ipſe actus,
l. pluribus §. & ſi placeat. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã.
ff. de verb. obliga. Sed ita eſt in caſu noſtro, quia ex
quo per mortem finita eſt ipſa detentio, finitum eſ-
ſet ipſum interdictum, quia finita cauſa ceſſat ipſum
interdictum ſine alia declaratione ipſo iure, ſecun-
dum Stepha. Guil. Cardi. & Ioan. de Imo l. in d. §. ter-
ra. licèt Pet. de Ancha. de hoc ibi dubitauerit, tamen
communior opinio eſt præcedens, qua reiectã facio
vnum fundamentum, cui non cadit reſponſum. Nã
quæ tollunt iam facta, multo fortius impediunt fiẽ-
da, l. patre furioſo cum ſi. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iuris. Sed ceſſatio cauſæ detentionis tolleret in-
terdictum iam declaratum, vt ſupra demonſtraui,
quanto ergo fortius Impediet declarandum. Aut
volumus dicere, ipſum declaratum fuiſſe ob occiſio
nem ipſius Archiepiſcopi, & habeo intẽtum, ipſum
interdictum fieri non debuiſſe ex cauſis ſupra dedu
ctis: quia nõ verificãtur. nec poſſunt verificari qua-
litates, quæ requiruntur, ad hoc vt ciuitas poſſit de-
clarari interdicta, vt ſupra demonſtraui. Sed quid for
tius, ſi conſideretur principalis qualitas requiſita in
d. cle. 1. eſt quòd offenſio facta fuerit iniurioſè vel te
merè, prout ibi ſonant expreſsè verba tex. in princip.

Stat ergò, quòd ex quacunque cauſa excuſabitur
dolus & temeritas, ceſſabit pœna dictæ conſtitutio- 7
nis, vt voluit glo. ibi ſuper ver. temerè, communiter
approbata, & tanto magis in caſu noſtro, vbi popu
lus ipſe nõ debuit cogitare, quod detinentes ipſum
Archiepiſcopum occidere ipſum deberent, cùm iu-
ris præſumptio eſſet in contrarium, vt ſupra dixi, per
l. meritò. ff. pro ſocio. Et ſic cum hæc præſumptio
habuit excuſare ipſum populum à culpa & temeri-
tate, vt ſupra demonſtraui, certè clarum eſt, quòd
ceſſabit dicta pœna, ſiue alius, qui offendat, ſit do-
minus, ſiue priuatus, ex quo ſubeſt in ipſo populo
& ciuitate cauſa, quæ excuſat ipſum populum & ci
uitatem à dolo & temeritate, ex quo fuit iuſta, vt ſu
pra demonſtraui: ergo ipſa iuſta cauſa excuſat à pœ-
na ipſum populum & ciuitatem. & ita Bal. in l. gene
raliter. in 3. col. in prin. in verſi. quintò op. C. de epiſ.
& cle. al. no. per Ioan. An. in c. 2. de elec. in nouel. in
6. & al. Ioan. An. in ſimil. in ti. de arbit. vbi voluit, quòd
iuſta cauſa petendi reductionem ad arbitrium bo
ni viri excuſat à pœna. & idem voluit Bald. quòd
iuſta cauſa excuſet à pœna, in c. 1. §. inter partes. de lo-
ge Corradi.

Sed quid fortius? nedum iuſta cauſa excuſat à
dolo & temeritate, ſed etiam iniuſta: glo. in l. plagij
criminis accuſatio. C. ad l. Fla. de pla. & in l. igitur,
de lib. ca. & idem voluit in d. glo. not. in l. 1. in fi.
ff. de abigeis, vbi voluit, quòd nedum iuſta cauſa,
ſed etiam iniuſta excuſet etiam à culpa. & ad præ-
dicta facit, quod voluit in ſimili etiam glo. ſin-
gu. ſecundum docto. ibi, in l. prima ff. ſi quis ius
di. non obtempe. circa fin. vbi voluit, quod ne
dum iuſta cauſa, ſed etiam iniuſta excuſet à pœna
contumaciæ.

Concludo ergo ex prædictis clariſſimè, quòd etiam

ſtante narratione ſimpliciter, prout iacet in proceſſu, non potuit reſultare ipſa pœna interdicti contra dictam ciuitatem, & ſic, quòd declaratio remanet iniuſta, & ſic apparet, quòd non poteſt dici, ꝙ nullus defectus ſit, nec in cauſa efficienti, nec in cauſa materiali, nec in cauſa finali: quia ex prædictis apparet, ꝙ defectus eſt in cauſa materiali, & maximè eo quia offenſio in Archiepiſcopum non poteſt dici iniurioſa, nec temeraria ex parte ipſius ciuitatis, ſeu populi Florentiæ, nec ab ipſa ciuitate, ſeu populo facta, nec etiam poteſt dici facta ab eo, cuius poſſit dici ciuitas, prout requiritur ad ipſam pœnam declarandam.

6 † Nunc verò aggredior ſecundum interdictum, quod declaratum eſt in ciuitate Florentię cum priuatione archiepiſcopalis dignitatis, quam declarationem dico etiam fuiſſe iniuſtã, quod deducitur. Nam licèt in aliquibus caſibus poſſit imponi pœna priuationis pontificalis dignitatis, vt habetur 2.q. 1. cita nos & in c. vbi periculum §. ciuitas de elec. in 6 cum ſi. tamen de iſta pęna ſpeciali priuationis pontificalis dignitatis ex ea cauſa, quòd præfatos delinquentes non puniuerit infra menſem, ſolum habetur in d. c. fęlicis. vbi habetur, quòd ciuitas duobus caſibus punitur. Primus eſt, quando præſtitit auxilium, vel fauorem his, qui offenderũt Cardinalem: & ex quo iſta qualitas non intentatur, nec elicitur ex proceſſu, ergo relinquitur, quòd de iſto caſu non eſt habenda mentio, quia non eſt caſus, de quo agitur. Secundus eſt caſus, ſi ciuitas taliter delinquentes infra menſem non puniuerit &c. modo pondero verbum poſitum in conſtit. d. ca. fęlicis, videlicet, dum textus vtitur verbis, taliter delinquẽtes: infero ergo neceſſe eſſe, conſtare illos, de quibus puniendis tractatur, eſſe tales, quòd comprehendantur in dicta conſti. neceſſe eſt ergo, ꝙ primò conſtet, q fuerint taliter delinquentes,

7 † quia (vt dixi in præcedẽti articulo) quando aliqua qualitas eſt cauſa alicuius effectus, primò neceſſe eſt, quòd conſtet de illa qualitate, antequam poſſit ſequi effectus: allegauit tex. in l. non ſolum. §. ſed vt probari, & ibi Bar. cuius doctrinam omnes ſequuntur, & commendant, ff. de no. ope. nunc. Ang. poſt glo. in l. eum actum. ff. de neg. geſt. Bal. in l. matrem. C. de prob. cum ſim. ſupra deductis. Sed nec ex proceſſu, nec aliter conſtat legitimè, qui fuerint aliter delinquentes: ergo nõ poteſt dici, quòd ipſa ciuitas ſteterit per menſem, quòd taliter delinquentes non puniuerit, cùm nunquam poſſit dictæ ciuitati currere menſis, donec non conſtet de taliter delinquẽtib. Et pro hoc allego, quod voluit ſingulariter Bal. in l. quandiu. C. qui admitti ad bonorum poſ. vbi voluit ſingulariter, quòd ſi ſit talis caſus, in quo requiritur factum, vel mora, prout in caſu noſtro, in quo requiritur mora, videlicet, quòd infra menſem non puniuerit, & etiam requiritur factum, quod puniuerit, tẽpus non currit ignoranti, ſed à die ſcientiæ, l. 2. C. qui admit. ad bo. poſ. & l. ſi ideo, & l. eum fratrem. C. de his quibus, vt indig. l. cum ſex. ff. de ędi. edic. & ideo refert Bar. conſuluiſſe, quòd tempora inſinuationum non currant, niſi à tempore ſcientiæ, per l. quinquaginta. ff. de excuſ. tu. vbi bo. tex. Cùm ergo in caſu noſtro non cõſtet, ipſam ciuitatem, ſeu populum ſciuiſſe taliter delinquentes, qualiter poſſumus dicere, quòd fuerint in mora puniendi infra menſem, & ſic quòd tempus menſis currat ipſi populo ſeu ciuitati, & maximè cum neceſſe eſt, quòd conſtet ipſum populum, ſeu ciuitatem ſciuiſſe, vt populum, & vti ciuitatem, ex his quæ deduxi in præc. articulo, de quibus minimè conſtat in caſu noſtro, & hoc concludit dictum interdictum fuiſſe, & eſſe iniuſtum, & maximè quia quando aliqua qualitas allegatur ad præparationẽ cauſæ, debet primò de ipſa conſtare, vt eſt caſus in l. non ignorat. & ibi Bal. C. qui ac. non poſ. quanto ergo magis debet conſtare de ipſa qualitate, quando allegatur ad deciſionem ipſius cauſæ, prout in caſu noſtro, cùm agatur de maiori periculo, & longe maiori in deciſorijs, quam in præparatorijs, l. de die. cum ibi notatis in principio. ff. qui ſatiſda. cogan.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur, quòd prædicta procederent, niſi in ipſa declaratione ſummus Pontifex certificaſſet ipſos taliter delinquentes, prout fecit, vt videtur prima facie conſtare in ipſa declaratione, & maximè cùm videatur ſe fundare ſuper ipſa, iuxtà notata in clem. 1. de proba. Quia reſpondeo: nam primò videtur certificare magnificum, & penitus innocentem Laurentium de Medicis. Quis enim ſani capitis non dixerit, pluſquam clariſſimè, & manifeſtiſſimè hoc non proueniſſe ex voluntate ſummi Pontificis. Sed quia ei clariſſimè ſubreptum fuerit: conſtat enim notoriè, vt dicetur infra, quod notoriè tunc temporis, & in illo tempore punctualiter, quòd eius frater erat mortuus, & occiſus, & ipſe Lauten. vulneratus, & in domum reductus, & ante capturam Archiepiſcopi: hoc enim & conſtat ex confeſſione ſecunda Archiepiſcopi. Item conſtat, ipſum M. Laurentium propter vulnus ei illatum per multum tempus domũ non exiſſe. Quis enim iudicabit, ipſum Laurentium manus inieciſſe in dictum Archiepiſcopum, & concurrente ſummo dolore fratris occiſi? profectò nullus, & maximè cùm hæc negatiua, ꝙ non iniecerit manus violentas, ſit coarctata euidenter ratione loci, & temporis: ratione loci, quia in loco, quo fuit detentus Archiepiſcopus, non erat nec poterat eſſe Lauren. vt conſtat ex prædictis, quod tunc temporis iam erat in domũ reductus, eo quia vulneratus. Ratione temporis, quia tunc illo tempore (vt dixi)

8 iam erat vulneratus in domũ reductus: † quis enim iudicabit tantum virum vulneratum ſteiſſe, & ꝙ ſe non reduxerit ad domũ, & maximè in tanto periculo, & in tanto tumultu, & in tãta prærupta factione? profectò nullus, cùm liceat arguere à communiter accidentibus, l. non nudis. & l. non epiſtolis. C. de probatio. & l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. actio. & ex hoc tollitur, quòd ipſe ſummus Pontifex ſuper hoc ſe fundauerit: quia illud eſt verum, niſi probetur contrarium, & voluit gloſſ. in d. clementina 1. Nec dicat aliquis, quòd prædicta procedunt reſpectu ipſius M. Laurentij, ſed reſpectu Prioris, & octo virorum Bailiæ prædicta non procedunt. Quia reſpondeo, etiam ꝙ de dicto Priore, & ipſis octo uiris Bailię fuit ipſi ſummo Pontifici ſubreptum, ex quo ipſe Archiepiſcopus armatus, & cum ſatellitib. (vt mihi præſupponitur, & dicitur notoriè hic conſtare) Priorẽ & ipſos octo viros inermes inſultaſſet, & ferro petijſſet, & ſic conſtat dictum Laurentium, & dictos Priorem, & octo viros Bailiæ non fuiſſe au-

9 xiliatores, fautores neque complices, † & ſic conſtat falſam cauſam expreſſam in ſententia, quæ viciat ſententiam ipſo iure, & quando conſtat clare ipſam eſſe falſam, l. prima, & ſecunda, C. quando prouoc. non eſt ne. Barto. & cæteri in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. & Modern. in l. ſi is ad quem. ff de acq. hære. Et ſi ſit ſententia principis, caſus eſt in cle. paſtoralis. de ſent. & re iud. & ita ibi notat d. Car. & Io. de imo.

Sed quid fortius ex alio capite apparet ipſum in-
10 terdictum iniuſtum, † quia quãdo offenſus potius

de iure

de iure offendi, offendens nõ dr̃ delinquere. ita voluit Bar. ad literã in l. vbi pactũ, vel tranſactio. in pe. col. in verſi. ſtatuto. vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus poſſit impunè offendi, quòd offendẽs bãnitum liquidato de bãno, & ſic liquidato, quod de iure poſſit offendi, quòd offendens venit abſoluendus: quia offendens eum, qui de iure potuit offendi, non dicitur deliquiſſe, nec delinquere, imò fortius, accuſatio, ſeu inquiſitio talis aſſerti delinquẽtis dr̃ illicita, & calumnioſa, dixit Albe. in l. ſi ſeruus. in 4. col. C. de his qui ad eccl. confug. alle. l. fideicom. §. ſi quis illicitè. ff. de le. 3. & §. ſancimus. in Authẽ. vt defunctorũ funera, & no. per gl. in c. venerabili. in glo. quæ incipit, tali modo. extra, de electio.

Præterea qui fecit, quod ſibi licuit, non venit puniendus, imò fortius, qui fecit, quod ſibi credidit licere, l. quis ſit fugitiuus. §. apud Celſum, verſic. idem Celſus. ff. de ædi. edic. & l. quæ ſub condi. §. fi. ff. de cõdit. inſt. & l. ſi quis aliquid. §. teſtamentum. ff. de pœnis. Sed oſtendam infra in ſecundo articulo principali, offendentes ipſum Archiepiſcopum excuſari, & eis licuiſſe, ergo concluditur ex hoc capite, ipſum interdictum eſſe iniuſtum.

Accedat quoque ꝙ qui à pęnis excuſatur aliquo modo, non poteſt dici taliter deliquiſſe, iuxta no. ꝑ Bal. & Sal. in l. Graecchus. C. de adult. per Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure, in 7. q. quia aſſerti delinquẽtes excuſantur, vt apparebit in ſecundo articulo principali, ergo non dicuntur taliter deliquiſſe. Præterea, quando tex. in d. c. fœlicis. loquitur de ciuitate, non ponit caſum, quando ipſe fecerit, ſed quando alteri facienti fauorem præſtiterit.

Hinc infero, ꝙ debuit verificari delictum fuiſſe commiſſum à ſingulis, & nõ à ciuitate: quia caſus, quando ipſa ciuitas deliquiſſet vt ciuitas, non videtur deciſus in illa conſtit. dicti c. fęlicis. Ex quo decidit tantum caſum noſtrum, quando facienti fauorem præſtiterit, quæ ſunt diuerſa, & in pęnalibus de vno ad aliud non infertur, vt patet de homicidio: cap. 1. lib. 6. vbi imponitur pęna grauis contra fauentes aſſaſſinis, & tamẽ non imponitur ipſis aſſaſſinis, vt firmant ibi doctor. dum tenent ad illum tex. illum intellectum, quòd non habeat locum in aſſaſſinis chriſtianis. Et quando tex. loquitur de faciente, & vtitur verbo, ſi quis. in pœnalibus, non cõprehendit ciuitatem, l. metum. §. animaduertendũ. ff. quod met. cauſa. & ita gloſſ. ibi per illum text. & facit ratio, quia verbũ, ſi quis, & verbum, perſona, & ſimilia fictè repræſentantur in vniuerſitate, l. mortuo. ff. de fideiuſ. no. in l. j. §. fi. ff. de acq. poſ. c. nouit. de his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu cap. Sed in his, quæ ſtrictè intelliguntur, qualia ſunt pęnalia, vel ſimilia, verba ſunt ſtrictè intelligenda, & in caſu vero, l. Labeo. vbi Bar. per illum text. ff. de ver. ſigni. l. 2. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. cùm ergo caſus noſter ſit pœnalis, erit ſtrictè intelligendus, ſecundum Archidia. & Ioan. And. & alios in d. c. fœlicis. ergo relinquitur quod ipſum interdictum non debuit declarari ad dictam ciuitatem virtute d. conſtitutionis dicti capit. fœlicis. ex quo hic caſus non compræhenditur in d. conſtitutione, ex quo textus d. c. fœlicis. vtitur ver. ſi quis, quod in pęnalibus (vt dixi) non comprę hendit ciuitatem.

Hinc dicunt Pet. Ioan. de Imo. & do. Abbas Siculus in d. c. nouit. ꝙ ſtante ſtatuto dicente, ſi quis fecerit tale quid, puniatur: non habebit locum in vniuerſitate faciente. Idem ſenſit Io. Mo. in cap. cùm in illis. §. 1. de præben. lib. 6. per tex. in capi. 2. de reſcrip. eod. lib. & probatur in d. cap. fœlicis. in fine, vbi ſpecialiter punitur ciuitas de auxilio, & fauore, quod fuiſſet ſuperfluum, ſi ſub verbo, ſi, quis poſito in principio, ciuitas fuiſſet comprænhenſa: quod eſſet contra §. quib. in prima conſt. C. Et per hanc rationem ita ibi ſentit Ioan. And. & Gem.

Et ad prędicta. quòd ex verbo, ſi quis, & ex verbo, perſona, non inferatur ad ciuitatem vel ſimile corpus fictum in his, quæ ſtrictè debent intelligi, prout in pœnalibus, vt dixi, facit text. in authenti. item nulla communitas vel perſona. C. de episco. & cle. & in l. ſi quis in tantam. in verbo, apud fiſcum vel apud homines quoslibet. C. vnde vi. & in l. 2. §. hoc etiam. C. de iura. calum. & in cap. 1. §. conuenticulam. de pace iur. fir. & ibi per Bald.

Benè fatendum eſt, quòd in fauorabilibus, vel ſaltem in differentibus ciuitas compræhenderetur, l. item ait. iuncta l. ergo. in fine. ff. ex quibus cauſis ma. vbi tractatur de reſtitutione ex clauſula generali, quæ eſt fauorabilis. l. 1. & 2. eo. titu. quibus ex cauſis maio. ad idem eſt text. in l. 1. cum gl. in verbo, perſonas. C. de iuriſdi. om. iudi. quia ibi tractatur de iuriſdictione ordinaria, quæ eſt fauorabilis, cap. 1. de reſcript. in 6. not. in l. more. & in l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iudi. Ad idem eſt text. in l. eos §. ſuper, cum glo. in verbo, homines. C. de vſuris. & in c. vt circa. §. 1. in verſicu. aliquid, de elect. lib. 6. quia ibi de nulla pęna tractatur, licèt actus ſit prohibitus.

11 † Præterea, non obſtat, ſi diceretur, prædicta militare in Archiepiſcopo, ſed non in Cardinale. Quia reſpondeo, quòd denegatio liberationis fuit facta à ciuitate, non à ſingulis, vt patet ex inſpectione librorum, vt dictum eſt in euidentialibus. Sed quid fortius? quando quis vellet pertinaciter inhęrere, quòd quando ciuitas ipſa fecit, quòd claudatur in d. conſtitutione d. c. fęlicis. quod minimè eſt, vt ſupra deduxi: tamen adhuc non iuſtificatur interdictum: quia non eſt probata iſta qualitas, quòd ipſa ciuitas fecerit, quę debuit probari, & de qua debuit conſtare, vt deduxi in præcedenti artic.

Et ſi diceretur, nonne fuit probata, ex quo fuit denegata liberatio Cardinalis à ciuitate? Reſpondeo, quòd illa fuit excuſabilis, vt infra ſubijciam, ergo non punibilis, vt ſupra dixi. Et ex hoc dico, quod priores & alij repręſentantes ciuitatem, licèt denegauerint liberationem ipſius dom. Cardinalis, tamen ex quo ipſa denegatio fuit excuſabilis (vt infra dicam) non poſſumus dicere, quòd veniant puniendi, & conſequenter ex quo non veniunt puniendi, non eſt quid imputetur ipſi ciuitati, ſi ipſos non punierit, l. culpa caret. ff. de regu. iuris. & ſic ex hoc non debuit interdici.

Sed quid fortius? quando ipſa denegatio fuit iniuſta & non excuſabilis, adhuc ciuitas non debuiſſet interdici, tenendo id, quod ſupra concluſi: & verum eſt, quòd quando ciuitas fecit, quod non clauditur in conſtitutione dict. capitu. fęlicis. quia cùm delictum denegationis fuiſſet factum ab ipſis Prioribus repræſentantibus ciuitatem, quo caſu cenſetur factum ab ipſa ciuitate, iuxta notata per Barto. in leg. ciuitas. ff. ſi cer. petatur. per glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de regulis iuris. & per Barto. in rub. ff. de decurio. & alleg. gl. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. & Ange. in d. l. nulli, certè non potuerunt puniri ipſi Priores, quia ſinguli non puniuntur tanquam facientes, ſed poſſent puniri tanquàm inſtigatores, vt plenè declarat Barto. in d. l. aut facta. §. fin. ff. de pęnis. & Panormi. in ca. dilectus. extra, de ſimo. Qui caſus nõ fuit deductus in proceſſu. Sed, qđ eſt fortius, denegatio dictę liberationis fuit excuſabilis, & ſic nõ punibilis, vt j. dicetur,

batur in d.c.tertio.& per Hoſt.in ſumma, §. qualiter.verſic.quid ſi dicat.& Ioan.And.& Anto. de Butrio in c.cum non ab homine. de iud. vbi dicunt, ſtari debere iuramento occidentium, an ſciuerint eos clericos vel ignorauerint:& prædicta probantur per punctum rationis.Nam quis præſumitur talis,qualis habitu reperitur,l.item apud Labeonem. §.ſi quis virginem.ff.de iniurijs, & eſt melior caſus de mundo ad hoc in l.ſi ignorans.ff.locati.vbi dicit tex.non enim contempſit diſciplinam, qui ignorauit eum militem. & ſic in propoſito non contempſit eccleſiã,qui ignorauit ipſos eſſe clericos, quinimò ex habitu (vt dixi) non præſumebantur clerici,ſed tales quales in habitu reperiebantur,& ſic milites: & in terminis dicunt Barto. & Ang. in d.§. ſi quis virginem.quòd qui verberat clericum, quem credit laicum,quia vadit in habitu laicali, quòd nõ tenebitur.Et ſubijcit ibi Ange.Canoniſtas ita tenere.Et idem firmant Barto.Bald.& Albe.poſt glo. in d.l.ſi ignorans. Et ad hoc eſt caſus, qui non videtur factus ad aliud, in l. ſi qua per calumniam, in vltima parte.C.de epi. & cle.vbi dicit tex. quòd clerici ignoti non reputantur clerici, ex quo tert.dicit, ibi glo.& Bald.ad literam, quòd ſi quis percutit clericum,qui non incedit in habitu clericali,quòd talis nõ eſt excommunicatus: idem firmat Cy. in l. gerit. ff.de acqui.hære & ideo dixit Bald. poſt gloſſ. in ca.1.quibus modis feud.amit.quòd ſi quis inſultat dominum,quem neſcit eſſe dominum ſuum, nõ perdit feudum.Idem dixit ibi gloſ. quòd qui concubit cum vxore domini, ignorans eam vxorem, quòd non perdit feudum.

Et ideo multum ad propoſitum facit, quod voluit Bald.multùm ſingu. in leg.directis. C. de teſta. manu.vbi dixit,quòd quis præſumitur talis, qualis per ſigna demonſtratur:& ideo occidens deſcriptũ in banno,qui erat cancellarius,ſed ignorabatur, dicitur impunè eum offendiſſe, ſtante ſtatuto, quòd bannitus poſſit offendi. ita voluit Ang. in l.filio quem pater.ff.de libe. & poſthu.& ita refert conſuluiſſe Iaco. de Bel. & Iaco. Butri. & idem firmant Bald.& Imo. in l.huiuſmodi.§. ſi ita. ff. de leg.primo,& idem voluit Bald. in l. de ætate.§. ex cauſa.ff. de inter.actio.per illum text.vbi dicit,quòd hæc eſt veritas:& idem firmat Ange.in l.noſtram,in prima colum.C. de teſtam. dicens ſe ita conſuluiſſe de facto.alle. d.§. ex cauſa. Remanet ergo firma & clara cõcluſio circa pœnam ſolius excommunicationis, quòd ipſa declaratio remanet iniuſta, & omnia, quæ poſſent deduci in contrarium, non obſtant, quia loquuntur in ſcientibus, & ceſſante cauſa deſenſionis, quæ non verificatur in caſu noſtro.

21 † Nunc ſatis tempeſtiuum eſt, vt veniam ad ſecundum principale membrum,videlicet,vtrum ipſa declaratio fuerit & ſit ipſo iure nulla. Quod deducitur,quia omnis actus iudicialis, in quo pars poſſet lædi,ſi fiat parte inaudita & non citata, eſt ipſo iure nullus, maximè ſi eſt actus iuſtitiæ & non gratiæ: caſus eſt in cle. paſtoralis. §.cæterum, de re iudic. ſed iſta fuit lata parte inaudita & non citata, ergo eſt ipſo iure nulla. Hoc quoquè deducitur: nam pars ipſa ideo venit citanda, vt poſſit ſe defendere, adeo quòd citatio dicitur de iure naturali, vt concludunt omnes, Barto. primò in extrauaganti, ad reprimendum in gl.in verbo,& figuram iudicij.vbi dicit,quòd Deus omnipotens citauit primum hominem delinquentem,dicens, Adam vbi es? & idẽ voluit Bald.in leg.fina.C.de ll.& in c.1.ſi de inueſtitis oriatur inter dom.& vaſ.& idem firmant Cano. maximè Ioan. de Imo. in d. clementi. paſtoralis. in 5.volum in verbo,no. quòd Papa. non poteſt ergo per principalem auferri neque tolli, cùm ſit de iure naturali,leg.3.§.ad diem.ff.de re mili.l.adoptio non iure facta.l.nam ita diuus.ff.de adopt.l.de vnoquoque.ff.de re iud.& d.cle. paſt. & maximè cũ coram principe requiratur ventilatio & examinatio veritatis,quia inquiſitio veritatis eſt de iure gen.& licèt ſolennitates legum princeps non teneatur obſeruare, obſeruantia tamen iuris gentium non debet deeſſe,quia pertinet ad naturalem æquitatem:hoc eſt,quod voluit dicere tex.in leg.fi. C. de ll. dum dicit, cauſa cognitionaliter examinata. Iſta quoquè ſententia deducitur:nam ea,quæ ſunt de iure naturali,princeps non poteſt tollere, nec ab eis reſilire, cap.1.de natura feu.ca.1. de proba. Et ideo dixit notabiliter Bal.in ca.1.de natu.feu.quod conuentio & conſuetudo concludit principi.Et ad hoc accedat, quod voluit Bar.no.in l.fin.C. ſi contra ius vel vti. pu.vbi dixit,quòd licèt princeps habeat iuriſdictionem à Deo,vt in Auth.quomodo opor.epiſcopos. circa princ. tamen Deus non dedit ei iuriſdictionẽ ſtatuendi aliquid indebitè & iniuſtè. & idem dixit Pet.de Ancha.multum not.ad propoſitum,quod dictum tendit ad radicem huius deciſionis in d.clem. paſtoralis. quod licèt princeps poſſit tollere defenſionem,quæ proueniret de iure poſitiuo, l.quoniã Alexandrum.C. de adulte.non tamen poteſt tollere defenſionẽ,quæ prouenit à iure gentium aut naturali,prout eſt citatio,ita voluit vbi ſupra. & idem firmauit Ioan. de Imol.in d.cle.paſtoralis. in 5. col. & in d. ver. vbi iſta ſunt verba formalia. Not. quod Papa non poteſt tollere ſententiam,vel ſtatuendo defenſionem,nec ea quę ſunt iuris naturalis,vt hic eſt caſus,de quo per Innoc. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Et adnerte, quòd citatio dicitur defenſio naturalis: vnde quòd ad actum præiudicij quis non citetur,princeps tollere non poteſt, vt no. in cle.fi.de verbo. ſigni.vel terminum citationum: vnde per hanc cle. poſuit Io. An. ꝙ non valet ſtatutum vel conſuetudo,quòd quis non citetur ad ſententiam vel actum præiudicalem: hinc dixit ſe reprobaſſe vnam publicationem teſtamenti factam Venetijs,in qua ex conſuetudine ciuitatis pars nõ fuit vocata.iſta ſunt verba Imol. vbi ſupra, & hanc ſententiam,quòd nõ valeat ſententia principis parte non citata,ſenſit (vt dixi) Barto. ad literam in d. extrauaganti, ad reprimendum. in glo. in verbo, figura. in ver. item quia hoc eſt de iure naturali, dum alleg.d.cle. paſtoralis. & hanc ſententiam firmat Bal. ad literam in l.fi. in primo no. C. de legi. vbi iſta ſunt verba ad literam:debet tamen pars citari,aliter non valet principis ſententia, & poteſt opponi de nullitate, tex.eſt hic notabilis cum ſua glo. ideo enim pars eſt citanda, vt poſſit ſe defendere, quæ defenſio eſt de iure gen. ſeu naturali, & ideo non poteſt auferri, vt ff.de re mili l.3. §. ad diem.& in clemen.paſtoralis.de re iudic. & ff.de adoptioni. l.adoptio non iure facta. & l.nam ita diuus.cũ ſimi.

22 † Item coràm principe requiritur examinatio & ventilatio veritatis: quia inquiſitio veritatis eſt de iure gentium: vnde licèt ſolennitates legum non teneãtur ſeruare principes,obſeruantia tamẽ iuris non debet deeſſe, quia pertinet ad naturalem æquitatẽ, & hoc eſt quod dicit litera cognitionaliter: quam bene no.iſta ſunt verba Bal.ad literam, vbi ſupra. Hanc eandem ſententiam voluit Bal. ad literã in l.3. §. ſi is pro quo.ff.quod quiſque iuris.in verſi. in eadem gloſſ.ibi, non obſtante, vbi iſta ſunt verba ad literam.& ſic no.quòd princeps poteſt de plenitudine poteſtatis alicui auferre defenſionem,

& hoc

& hoc in cauſa ciuili & pecuniaria: ſecùs in cauſa criminali, vel in cauſa ſtatus, vt extra, de re iudica. cle. paſtoralis. & facit quod no. in l. pactũ inter hæredẽ. ff. de pac. & ff. de re milit. l. 3. §. ſi ad diem. Iſta ſunt verba formalia Bal. vbi ſupra: idem voluit ipſe Bal. in l. 1. §. Offilius putat. in 3. col. in verſic & ſic non obſtat. ff. ſi quis cum qui in ius uo non ie. vbi iſta ſunt verba ad literam: & ſic non obſtat c. paſtoralis. de re 23 iu. in cle. † vbi dicitur, quod defenſio non poteſt tolli etiam à principe: quia illud eſt verum de defenſione, quæ excludit crimen, i. de mera innocentia, quia non poteſt princeps facere, quòd de ea non diſputetur ita Bal. ibi. & facit ratio clàra & aperta, qa non poteſt tolli rectitudo iuſtitiæ naturalis, nec defenſio excluſiua criminis. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & ideo vbi committeretur aliquid arbitrio libero alicuius, non tamen tolleretur citatio, quia hoc concedi non poteſt. ita no in cle ſæpe. in verſic. defenſiones. de verbo. ſignifica. notat Bar in l. 1. ff. de teſta mili. & in l. ſi filius ff de dona. & in l. cum mulier. ff. ſolu. ma. Inno. in d. c. quæ in eccleſiarum. hanc eandem ſententiam firmauit Lud. Pontanus de Vrbe, in l. 1. in 6 col. in verſi. item ſimilis eſt quæſtio, quid in ſententia principis. ff. de arbi. hanc ſententiam voluit Sall. in l. nec cauſas, C. de appel. vnde illa ſententia videtur indubitata ex his, quæ ſupra deducta ſunt.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur amice, prædicta procedunt, niſi quando princeps intenderet vti plenitudine poteſtatis. ita firmat Hoſt. & Ioan. And. in 24 c. in noſtra. de procur. † Sed in caſu noſtro princeps intendit vti plenitudine poteſtatis, ergo valuit ſine citatione. & quod noluerit vti plenitudine poteſtatis, deducitur: Nam paria ſunt, principem exprimere ſe vti velle poteſtate abſoluta, vel gerere actũ ſupra poteſtatem ordinariam. & apponere clauſulam, non obſtante. ita Bal. & ſcrib. in l. ſi teſtamentũ. C. de teſtam. Sed in caſu noſtro princeps procedendo ſine citatione facit actum poteſtatis abſolutæ, & in fine poſuit dictas clauſulas ergo valuit ipſa clauſula ſine citatione. Quia reſpõdeo, quod in caſu noſtro, licèt appoſuerit illas clauſulas, non obſtante, in fi. proceſſus, ſolum illæ clauſulæ reſpiciunt derogationem conſtitutionum & priuilegiorum, quibus caueretur prædictos nominatos excommunicari, & prædicta loca interdicta dici non poſſe, niſi certa forma ſeruata, ex quibus impediretur modus publicatus extra ordinem factus, & ſic diſpenſatio inducta circa modum procedendi, non debet extẽdi ad merita cauſæ aut econtra, vel de vno actu ad alium, prout eſt tex. & ibi notant Barto. & Scrib. in l. ſi in lege in princip. ff. locati. Sed quid fortius? etiã quando princeps intellexiſſet dictas clauſulas verificari ad omnia, tamen nunquam intelligitur velle ſupplere defectum citationis: caſus eſt in dicta cle. paſtoralis. § præhabitis. in fi. ſecundum vnum intellectum, & ibi notat domi. Cardinalis. Sed quid fortius? quod dico, etiam ſi apparet, quòd voluiſſet dictam clauſulam, non obſtante, etiam trahi ad defectum citationis, quod non potuiſſet: caſus eſt in d. cle. paſtoralis. & in d. §. præhabitis. vbi princeps expreſsè dixit, ſe velle vti plenitudine poteſtatis in omnibus & ſingulis actibus illius proceſſus: & tamen ibi ſententia fuit nulla propter defectum citationis, & ita Bal. ad literam in d. l. 3. §. ſi is pro quo. vbi dixit. & not. quòd princeps poteſt de plenitudine poteſtatis alicui auferre defenſionem, & hoc in cauſa ciuili & pecuniaria, ſecus in cauſa criminali vel cauſa ſtatus: ecce qualiter Bald. decidit caſum noſtrum. Et idem voluit in d. leg. 1. §. Offilius putat, in 3. col. vbi dicit apertè, quòd defenſio, quę excludit crimẽ, id eſt de mera innocentia, non poteſt tolli per principem: quia non poteſt facere princeps, quod de ea non diſputetur, quod fieret, ſi de plenitudine poteſtatis poſſet citatiua tollere. & facit ratio clara & aperta, quia non poteſt tolli rectitudo iuſtitiæ naturalis, nec defenſio excluſiua criminis. Inno. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. quod poſſet, ſi diceremus, quòd princeps de plenitudine poteſtatis poſſet tollere citationem & ideo vbi conceditur aliquid (vt dixi) arbitrio libero alicuius, non tamen tolleretur citatio, quia hoc concedi non poteſt, vt ſupra dixi.

Et aduertendũ eſt, quòd Bal. vbi ſupra, loquitur indiſtinctè, etiam quando princeps vellet vti plenitudine poteſtatis inter ſubditos; quanto ergo minus non poterit tollere in caſu noſtro, nec vti plenitudine poteſtatis in citatione tollenda, cum perſonæ, de quibus agitur, ſint tales, circa quas non habet plenitudinem poteſtatis, prout eſt in ſubditum, contra quem procedit tantum ratione aſſerti criminis. ita eſt caſus expreſſus in d. cle. paſtoralis §. cæterum. & ita voluit Salye. indiſtinctè, ſiue contra ſubditum, ſiue non in l. nec cauſas. C. de ap. licèt Bal. ibi viſus fuerit velle diſtinguere, an inter ſubditum vel non ſubditum, tamen in l. fin. in principio. C. de legibus. viſus fuit velle indiſtinctè, quòd ſententia principis, vt ſupra retuli, ſine citatione indiſtinctè non valeat & in alijs locis ſupra deductis, & rationes adductæ per ipſum in locis ſupra allegatis, de quibus ſupra, ſi rectè ponderentur, ita concludunt in ſubdito ſicut in non ſubdito. Et idẽ voluit Bald. in proœ. feu. in 12. colum. in verſic poteſt tamẽ Papa. voluit etiam dom. Abbas Siculus in c. cum olim. & c. cauſas de re iudic. & c. 1. de ca. poſ. & propr. & in c. cum à nobis. de teſt. & ſic ex prædictis apparet ſublatum prædictum fundamentum.

Nec obſtat etiam prædictis, ſi diceretur, quòd valet proceſſus principis ſine citatione, dummodo ſubſit iuſta cauſa. vt no. per gloſ. in l. antep. ff. quibus ex cau. in poſſ. quã refert & ſequitur Bal. in l. 1. in prin. C. quomodo & quando iud. quæ iuſta cauſa in dubio præſumitur in principe. ſecundum communiter doctores in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pu. & Cano. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Quia reſpondeo, ſi prædictum fundamentum eſt verum in ſe, de quo ſummè dubito ex ſupradictis, tamen dico, quod ad hoc vt procedat quod requiruntur duo.

Primum. quod vtatur plenitudine poteſtatis.

Secundum. quòd moueatur ex iuſta cauſa, quæ 25 ſubſiſtat. Quod deducitur, † quia Papa vel Imperator non ſunt ſupra ius gen. vel naturale, c. 1. de natu. feu §. ſi inſti. de iure naturali gen. & ciui. & ideo dicit Bald. notabiliter in d. c. 1. quòd contractus & conſuetudines concludunt principi. Et ideo dixi, quòd princeps obligatur ex ſuo contractu: licèt enim Deus ſubiecerit principi leges, non tamen ſubiecit ius gentium vel naturale: & ſic quando per eos diſpenſari conceditur, dicitur concedi de plenitudine poteſtatis, c. propoſuit. de cõceſ. præben. & ideo dixit Inno. in c. innotuit. de ele. quòd princeps non valet vti plenitudine poteſtatis niſi ex cauſa, & ideo nunquam conceditur talis diſpenſatio, niſi ſubſiſtente legitima cauſa, vt firmant communiter doc. in l. ſi. C. ſi contra ius vel vti pu. & in c. quæ in eccleſiarum de conſtitu. ergo ad diſpenſandum, quòd non requiritur citatio, quæ eſt de iure naturali & gentium, vt ſupra latè dixi. dicta clemen. paſtoralis. in d. §. cæterum. requiruntur duo copulatiuè, videlicèt, plenitudo poteſtatis, & cauſa.

Hinc

167 Bel.

contra glabi, quòd non licet ex ſolis minis percute-
re minantem, niſi eſſet periculum in mora expecta-
tionis, quia timeret de alio, videlicet, quia timebat,
quod ille, qui minabatur, expectabat ſocios venientes:
quo caſu voluit, quod liceat præuenire, & percutere mi
nantem, quia ſi expectaret, non poterit forte ſe de-
fendere. Quanto ergo magis in caſu noſtro, vbi nō
ſteterat in ſolis minis ipſe Archiepiſcopus, ſed iam
peruenerat ad facta, & interfectiones, vt ſupra dixi:
certè multo magis, & hoc pateret lippis, & tonſo-
ribus, attēto imminēti periculo, & ſummo, de quo
ſupra dixi, & attento, quòd ipſa Reſpublica Florenti
norum, & libertas erat in ſummo ac ſummo peri-
culo, maximè attentis interfectionib. ſummorū vi-
rorum. Apparet ergo, quòd neceſſariū fuit, ipſum
Archiepiſcopum interimere, antequàm aliquod
prædictorum eueniret, & maximè, vt coniurati, &
externa auxilia, intellecto, quòd interempto princi
pe eorum, amplius non habebant quid ſperare. Sed
omnino habebant ab inceptis deſiſtere, tanquàm eſ
ſet, qui nephandiſſimè inchoatis reſiſteret.

Nec dicat aliquis, dictam capturā, & interfectio-
nem non fuiſſe factam incontinenti, prout videtur
quòd de iure eſſet fienda, iuxta not. in l. vt vim. ff. de
iuſt. & iure. & in l. j. C. vnde vi. Quia dico, quòd om-
nia prædicta fuerunt facta incōtinenti, videlicet, ca-
ptura, & interfectio. primò captura, quia fuit ca-
ptus in flagranti crimine. Ipſa verò occiſio fuit fa-
cta incontinenti, attenta modicitate temporis, quę
fuit (ſi quæ fuit) inter capturam, & occiſionem, nec
propter hoc dicitur minus incontinenti facta, quia
ſi qui actus interuerunt medij, fuerunt neceſſarij, qui
non habent diuidere continentiam. l. continuus. in
prin. cum ibi notatis. & l. quæ extrinſecus. ff. de verb.
ob. & not. in ſimili per Bal. in l. petens. C. de pact. fa-
cit l. cum antiquitas. C. de teſtamentis, & ad hoc alle
go, quod voluit gl. in l. 3. in §. cum igitur. ff. de vi. &
16 vi ar. † vbi dicitur, quod quid dicitur fieri inconti-
nenti, quando fit, antequam diuertatur ad alia ne-
gocia, & vltra iura prææallegata, all. l. duos. § ſi. ff. de
duo. reis. & l. quod ait ff. de adulteriis, & ideo dixit
ibi Bar. quod aliquando aliquid dicitur fieri incontinē
ti, ēt ſi fiat biduo, vel triduo: aliquando etiam ſi fie-
ret poſt ſex menſes, attenta qualitate perſonæ, pu-
ta quando quis eſſet expulſus de caſtro. Subiiciens
poſtea, quòd ea, quæ fiunt in flagranti crimine, dicū
tur fieri incontinenti, & pro hoc allego ſingulare
dictum Baldi ad hoc in l. ſi. C. de his qui à non domi
no manu. vbi dicit, quod ſi negotium ſit tale, quod nō
poſſit in breui expediri, quod etiam quid dicetur fie
ri incontinenti, ſi fiat poſt triduum, & allegat gloſſ.
Vguzo. antiq. i. diſtinctio. ca. ius naturale. quam di-
xit eſſe menti tenendam, & ad prędicta accedāt no-
tata per Bar. & communiter ordinarios. in l. i. C. vn
de vi, & per Cano. in c. olim. de reſti. ſpol. Multa. n.
potuerunt eſſe neceſſaria in illo modico tempore
inter capturam, & occiſionem ipſius Archiepiſco-
pi, ita vt dicantur facta incontinenti, prout eſſet, vt
intelligerentur qualitates coniurationis, qui fuit
actus neceſſarius ad defenſionem Reipublicæ, vt
pluſquàm de ſe patet. Sed quid fortius? dico, quòd
ex quo ipſe Archiepiſcopus armatus cum ſatellitib.
Priorem, & ipſos octo viros, & demum Remp. inſul
taſſet, & demum ferro petiiſſet, & multos optimos
viros illatis vulnerib. a ſuis coniuratis interfectos
fuiſſe, & inter ipſiſſarum ſolennia, & in eccleſia Flo
rentina omni religione poſtpoſita: quòd probata
eſt defenſio ipſorum, qui occiderunt ipſum Archie
piſcopum, ſi Archiepiſcopus eſt nominadus, & pro
hoc allego, quod voluit Barto. in ſimili poſt glo. in

l. ſed & ſi quemcumque alium. in princ. ff. ad l. Aqui.
multum ſingulariter ad propoſitum, quod eo ipſo
quòd probo, quod aliquis veniebat contra me cū
cultello, ſtatim probata eſt mea defenſio: & dicit eſ
ſe caſum ibi cum gl. & al. ad hoc l. ſi ex plagis § ſi ta
bernarius. ff. eod. tit. & idem voluit Bald. in l. multis.
in fine, C. de libe. cauſa, ad literam in fine, & iſtud
concludit.

Nec dicat aliquis, quòd ſaltē non debuit eo mo-
17 do occidi, quo fuit occiſus. † Quia dico, quòd non
ſolum fuit neceſſe ipſum interficere, ſed etiam pu-
blicè. & crudeliter. maximè, vt coniuratis ſuis, & ex
terno auxilio eſſet exēplo, vt ab inceptis deſiſterēt,
& ſic, vt ſuccurreretur ipſi reip. ita vt multis ceſſanti-
bus opus fuerit exemplo mortis acerbiſſimæ. l. aut
facta §. ſi & l. capitalium. § famoſos. ff. de pœ. qui textus
d. §. famoſos, non fuit factus, niſi ad hoc, ex quo
tex. ibi dicit, quòd per ſuſpenſionem in furca cæte-
ri deterrentur exemplo.

Sed quid fortius? quando in aliquo eſſet exceſſus
modus, nec aliter probetur dolus ex propoſito, pro
ut non probatur. imò multæ ſunt cauſę, quæ habēt
excludere ipſum dolum, vt ſupra deduxi. ipſe exceſ-
ſus non faceret, vt haberent locum pœnæ dictæ cō
ſtitutionis, prout notat glo. in ca. ſignificaſti. de ho-
mi. & volunt communiter ordinarij in l. j. C. vnde
vi. Iac. de Are. Alb. Sal. & alij, & ad hoc facit, quod
volunt Ant. de Butrio, & domi. Ab. in c. cum olim.
de reſt. ſpol. quod ſi vulneratus, vel inſultatus reper
cuſſerit aggreſſorem fugientem, quo caſu videtur
ad vindictam facere, non ad defenſionem, non pu-
nietur vt doloſus, & pœna ordinaria, ſed vt culpabi
lis: & pœna minori: & pro hoc allego caſum ad hoc
valde ſingularem, in l. ſi adulterū cū inceſtu. §. Im-
peratores. ff. de adult. & in l. Gracchus. C. de adulte.
Sed in caſu noſtro, ex quo ſuit pluſquàm iuſtiſſimus
calor iracundiæ, vt ex ſupra narratis apparet. cōſtat
ipſos non potuiſſe: nec debuiſſe puniri pœnis, de qui
bus in interdicto, & declaratione, & conſequenter
conſtat, quod dicta declaratio fuit iniuſta, & fieri
non debuit. & ad hoc facit, quod voluit Bal. & An-
ge. in l. quid ergo. §. ſi hæres ff. de legat. j. vbi dicunt,
quòd ſi quis occidit clericum merentem, quod nō
poteſt puniri. & ex prædictis colligitur reſponſio ad
omnia, quæ poterunt in contrarium deduci. & ma
ximè cùm ex confeſſione Archiepiſcopi, & plurium
coniuratorum, prędicta ſatis manifeſtè probātur.

Nec dicat aliquis, quod de prædictis confeſſioni
bus Archiepiſcopi, & coniuratorum non conſtat:
Quia reſpondeo, quod non potuerunt facere cōſta
re, ex quo citati non fuerunt, & ſi citati fuiſſent, iu-
dicialiter & optimè probaſſent, & conſtare feciſſent
de prædicta confeſſione, & legitimè Archiepiſcopi,
& eius cōiuratorum, & de prædictis: ex quo infero,
quòd ex quo non fuerunt citati, & potuiſſent face
re liquido conſtare de eorum innocentia, quod
ſublata fuit eis defenſio, quod an licuerit, dicam
infra in vltimo principali articulo. & hæc quantū
ad Archiepiſcopum.

28. † Circa vero id, quod dicitur factum contra ip-
ſum Cardinalem: nam ſi qua cauſa poteſt iniuſti-
tiæ factæ contra ipſum dominū Cardinalem allega
ri, ſolum eſt cauſa, de qua habetur in d. c. fœlicis. §.
fina. de pœnis, lib. 6. Si demonſtrauero, quod quali-
tates illius cōſtitutionis nō verificētur cōtra nomi-
natos in proceſſu: ergo neceſſariò infert, quod pęna nō
poteſt habere locum, modo quod qualitates illius
conſtitutionis non verificentur: pondero verbū ibi
poſitum in principio, videlicet verbum hoſtiliter po
ſitū ibi in principio, quod exponitur per doctores,

Hinc infero, quòd cùm cõtra nominatos in proceſſu tanquàm non ſubditos non habeat plenitudinem poteſtatis, meritò non poteſt tollere citationẽ etiam ex cauſa. propterea quando agitur contra non ſubditos. non eſt verum, quòd cauſa in dubio præſumatur, vt firmat domi. Abb. in d.c. quæ in eccleſiarum. Et probatur per punctum rationis: nam aliàs clem. paſtoralis. nobis ſeruiret de vento, ſi diceremus, quòd quando agitur contra non ſubditũ; quod in dubio præſumatur cauſa in principe: quia fruſtra diceretur ibi non valere ſententiam principis contra non ſubditum ſine citatione: quia imò ſemper valeret, cum ſemper præſumeretur cauſa, quod eſt falſum & abſurdum, dicta clemen. paſtoralis. Et quia iura non debent imponi vento, l. ſi prætor. ff. de iudi. cum vul. Ergo non eſt verum dicere, quod quando agitur contra non ſubditum, ꝙ in principe præſumatur cauſa.

Sed quid fortius? quando pur eſſet verum dicere, quòd etiam quando princeps agit contra non ſubditum, quòd præſumatur cauſa, illud ſatis tũc pro-
26 cederet, quando nullam expreſſit cauſam. † Sed ſi vnam expreſſit, licèt inualidam, non præſumeretur alia valida. Sicut videmus in ſimili in allegante titulum ſpecialem in caſu, in quo ſi allegaretur, præſumeretur, quòd ſi titulus allegatus eſt nullus & falſus, non præſumitur aliàs verus, niſi aliter præſumeretur, iuxta notata plenè in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. no. in l. ſi certis annis. C. de pac. ſed in prędicto proceſſu exprimitur vna cauſa, quæ eſſet ſufficiens ad procedendum ſine citatione, ſi eſſet vera, videlicet, notorietas totalis. ergo alia cauſa non debet exprimi.

Præterea, ex quo princeps ipſe in dicto proceſſu ſe fundat ſuper dicta cauſa falſa, & ſic ſumus in caſu claro, quòd ſua voluntas fundatur ſuper cauſa ipſa notorietatis, quæ eſt falſa: ergo non debemus ire per cõiecturas, ꝙ alia cauſa motus fuerit, quæ ſit vera: quia in claris non eſt locus coniecturis, l. ſ. in fine. ff. de actio. emp. l. 1. in fine. ff. de do. præl. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. imò quando debemus, in caſu claro interpretatio dicitur calũnioſa, ſecundum gloſſ. no. per illum tex. vbi eſt caſus ſecundum verum intel. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obl.

Præterea, ſi diceremus, quòd alia cauſa pręſumeretur quàm falſa, ſequeretur quòd plura ſpecialia concurrerent circa idem: primũ eſt, quòd in principe fauore principis in dubio præſumatur cauſa, ſecundum quod eſſet ſpecialius, nedum ſpeciale, quod vbi princeps expreſſit vnam cauſam, & ſuper ea ſe fundaret, quod ſi non eſſet vera, quòd pręſumeretur alia vera, quod non memini me vnquam legiſſe. Tertium ſpeciale concurrit, quòd pluralitas cauſarum præſumeretur in principe, quod non eſt dicẽdum, l. 1. C. de do. promiſ. & no. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. plenè per Bar. in l. ſi is qui pro emp. ff. de vſuca.

Sed quid fortius? quando pur quis pertinaciter vellet dicere. quod pręſumitur alia cauſa quàm expreſſa. certè eodem modo poteſt dici, quòd præſumitur inepta & falſa. ſicut expreſſa. Quod deducitur ex eo, quod voluit Anto. de Butrio in c. ab excommunicato. de reſcri. vbi voluit, quòd ſi iudex expreſſit vnã cauſam in ſententia, & tractetur de pręſumẽda alia non expreſſa, pro ꝗa quia appoſuit dictionem maximè, vel ſimilem in ipſa ſententia, & nulla cauſa appareat ex actis, niſi illa, quę ſit expreſſa in ſentẽtia, & illa expreſſa in ſentẽtia ſit falſa vel inſufficiẽs, omnes alię, quibus pręſumitur motus, præſumuntur etiam inſufficientes: ergo ita etiam poteſt dici in caſu noſtro, ex quo cauſa expreſſa eſt falſa & inſufficiens quod ſi quę alia pur pręſumeretur, licèt nullatenus hoc ſit verum, vt ſuprà demonſtraui, potiſſimè illo fundamento, ꝙ plura ſpecialia circa idẽ concurrerent. ꝙ illa ſit inſufficiens & minus vera: & ſic ex pręđictis apparet, ꝙ non obſtat prædictum fundamentum.

Non obſtat etiam, ſi diceretur, ꝙ vbicũque proceſſus ſit ſuper notorio, non requiritur citatio, c. quanto. de tranſ. pręla. & in c. cũ ſit. de ap. in 6. Sed in caſu noſtro proceſſum fuit tanquam ſuper notorio, & videtur conſtare fuiſſe notorium, ergo valuit declaratio parte non citata. Quod autem probetur fuiſſe proceſſum tanquam ſuper notorio, probatur ex narratione ipſius Pontificis in d. proceſſu, in verſi. attẽdentes ex qua reſultare videtur duplex concluſio: quòd ſtari debeat ſimplici aſſertioni Põtificis, etiam de facto alieno. cùm ſuper ipſa fundat ſuam diſpoſitionem, iuxta no. per gl. in clc. 1. de ꝓba. cum ſi. Secundò, quia quando de ſe non fuiſſet notorium, tamen ſuper hoc uidetur Papa fuiſſe interloquutus. verſi. attendentes. cum quodlibet uerbum faciens ad cauſam, habeat vim interlocutoriæ in inferiore multo fortiùs in Pontifice: & voluit gl. in §. ad excluſas. in Authen. de liti. & in l. clerici. C. de epiſ. & cler. Et ſic habetur pro notorio virtute ſentẽtiæ, à qua non fuit appellatum, vt plenè habetur in d. clc. paſtoralis. §. prohibitus. cum ſi. Quia reſpondeo, quòd hæc qualitas notorietatis non eſt vera, quia multa ſunt in hoc proceſſu, quæ non ſunt notoria, nec de ſui natura eſſe potuerunt. Primò enim narrat, Laurentium inieciſſe manus violentas in Archiepiſcopum: & in fi. ſubdit, ita eſſe notorium: quod notoriè eſt falſum, cùm notorium ſit, Laurentium ante aſſertam ſcripturam Archiepiſcopi fuiſſe vulneratum, & in domum deductum, vidente & aſſiſtente maiore parte populi, & per 10. dies non exiuit, ex quo notorium eſt, ipſum nõ inieciſſe manus violentas in ipſum Archiepiſcopum. & licèt ipſum Laurentium fuiſſe vulneratum & deductum in domum, ſit facti momentanei, ſic tamen tranſiuit
27 in notorium. † Et hìc non ponam, quotuplex ſit notorium, quia non eſt opus, ſed ſolum tangam meram veritatem ad propoſitum: & quòd tranſiuerit in notorium, deducitur, ex quo deductus fuit domum vulneratus, vidente & aſſiſtente maiore parte populi, quo caſu etiam factum momentaneum tranſit in notorium. & hoc decidit clarè Bald. in l. ea quidem. in 5. col. in ver. 3. ex multitudine adſtantium. C. de accuſ. vbi iſta ſunt verba ad literam. Tertio, ex multitudine adſtantium. vnde dato, quòd aliquid fiat turi & de nocte, tamen poſſibile eſt tot adſtare & videre, quod illud eſt notorium: quanto ergo magis in caſu noſtro, vbi erat de die, & erat maior pars populi, prout veriſimile eſt, quòd deberet concurrere, quando tantus digniſſimus & optimus ciuis fuerat iniuſtiſſimè vulneratus, & eius frater crudeliſſimè ac proditoriè occiſus? iſta paterent lippis, & maximè (vt dixi) cum teneat argumentum a communiter accidentibus. l. neque natales. C. de prob. cum ſi. ſupra deductis. Illud etiam clarè decidit Bal. in d. l. ea quidem. in 9. char. in ver. notorium facti tranſeuntis. exemplificatur, vbi iſta ſunt verba formalia: notorium facti tranſeuntis exemplificatur per doc. cùm quis publicè occidit hominem coram maiori parte populi: & ſic latè decidit caſum nſm. Hinc dicit, quod illud, quod dicitur, quòd vox pręconis paucis innoteſcit. auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. quòd illud eſt verum, quando

emittitur

emittitur coram paucis, ſed ſi emitteretur coram maiori parte populi, & alta voce, benè tranſiret in notorium. Et ideo dixit notabiliter, ꝙ teſtis examinatus ſuper homicidio poteſt interrogari, an ipſum homicidium eſſet notorium.

Et ex hoc infero ad prædicta, quòd clarè fuit ſublata defenſio ipſi optimo viro Laurentio, & etiam alijs, de quibus infra: quia ſi citati fuiſſent, potuiſſent producere teſtes, & probare de eorum innocentia.

Et ad prædicta adduco vnum dictum Bald. quod videtur factum ſolum propter hunc caſum, in rubrica. C. de probatio. in penul. colum. in verſi. tamē per vehementem opi. vbi dixit, quòd per vehementem opinionem poteſt probari notorium abſque eo, quòd probetur ſubſtantia per ſenſum corporis. itē quod ſubijcit, quòd poteſt probari per rationem cōiecturalem, alle. l. qui duos. in fi. ff. de reb. dub. ſed quis ſani capitis vel alicuius iudicij negabit, quòd iſta non cōcurrant in caſu noſtro, in cuius enim iudicio caderet, ꝙ quando tantus ciuis, quantus erat Iulianus de Medicis, qui fuit occiſus, & quando fuit tantus ciuis, quantus eſt ipſe digniſſimus Laurētius de Medicis, vulneratus & deductus in domū, ꝙ ibi non concurreret maior pars populi, attentis ſummis benemeritis per ipſum ſemper in populum collatis? profectò nedum iſta probantur per vehementem opinionem, & nedum per rationem coniecturæ, ſed pluſquā notoriè caderet in ſenſum rectè ſentientis. & ad prædicta facit, quod voluit Bald. in c. j. de pace te. in 2. col. in ver. no. negatiuam facti. vbi dixit. notorium poſſe cadere in facto inſtantaneo, & alibi dixit Bal. ſecundum Dy. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. quòd illud, quod poteſt probari per plures, quàm per decem teſtes, eſt notorium.

Ex prædictis ergo infero, notorium eſſe nullo modo, ipſum Laurentium in Archiepiſcopum manus inieciſſe propter euidentiam negatiuæ coarctatæ, c. dudum. de elec. c. ex parte. de cle. non reſi. notat Anto. de Bu. in c. veſtra. de cohabi. cle. & mu. in quarto membro principali.

Ex prædictis infero, quòd tollitur quicquid dicitur vel poſſet dici ſtari aſſertioni Pōtificis, iuxta notata in d. cle. j. de prob. nam iſtud procedit, niſi probetur contrarium, vt ibi per gl. cōtrarium verò probatur (vt dixi,) ex notorietate.

Addit, Priores & octo viros Bailię idem feciſſe, fidelius veritatem expreſſiſſet, ſi Archiepiſcopū armatum etiam cum ſatellitib. Priores inermes inſultaſſe, & ferro perijſſe recitaſſet. Quis enim Pontificem informauit? Pręterea quis vellet dicere, capturam Archiepiſcopi factam in loco ſecreto, videlicet. in palatio dictorum Dominorum, cùm ipſa captura ſit actus momentaneus, cùm actus momētaneus non poſſit dici notorius, niſi fuerit factus in loco patenti, congruo tempore, & in conſpectu populi, vel maioris partis populi, adeo quòd talis populus ſit quodammodo teſtis per ſenſum proprium, & non per auditum ab alijs per famam, niſi forte hi à quibus audierunt, tot fuerint, quot in notorio requiruntur, & proprio ſenſu perceperint? & ita Bald. & Sal. locis pręall. ſupra.

Et dixit Bal. in l. ciues, & incolę. C. de app. Notorium propriè eſt, quod ante oculos ſitum eſt, vel in mentibus hominum ita radicatum, quod euelli, vel occultari non poteſt. Et ideo ſubijcit ipſe Bal. ad literam in verſi. item dicit, in d. l. ciues. cuius verba ſunt hìc ad literam. Item dicit Spec. quòd in notorijs requirantur loci qualitas, adſtantium multitudo, & temporis qualitas: ex quib. infert, quòd factum in villa, vbi non habitant, niſi quinque homines, non poteſt eſſe notorium, eadem ratione, nec factum in ſiluis. l. ſi putator. ff. ad l. Aquiliam. Item nec factum de nocte, quia homines non poſſunt bene videre, & de hoc eſt glo. ordinaria in l. cum exce. §. in hoc. quod met. cauſa ecce ergo, qualiter clarè decidit caſum noſtrum, cum n. dicta captura Archiepiſcopi fuerit facta in loco ſecreto, videlicet, in palatio dictorum Dominorum. qualiter poteſt dici eſſe notorium? & idem uolunt Canoniſtę, maximè Anto. de Bu. in d. c. veſtra. in 4. membro principali.

Hæc res eſſet ſine dubio, ſi teneremus illam ſententiam, quam tenuerunt nonnulli legum uertices, uidelicet, quòd actus momentanei nunquam tranſeunt in notorium, prout voluit Bart. in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & refert Ant. de Bu. in d. c. veſtra. Sed tamen opinio contraria eſt communis, quòd etiam ea quæ ſunt facti momentanei, poſſunt tranſire in notorium, quam tenuerunt Cyn. Bal. Sali. Albe. in d. l. ea quidem. idem tenuit Bald. in rubr. C. de proba. in pen. col. idem voluit ipſe Bal. in c. 1. de pace tenen. in 1. col. & ver. ſupra allegato, idem voluit Bal. in auth. qui ſemel. in 3. col. in ver. & adde, dicit Bart. vbi ſaluat dictum Bar. & Butri. procedere, vt ea, quæ ſunt facti momētanei, non poſſint tranſire in notorium, quod releuet ab onere probandi, declarando vt ipſe declarat. Et idem voluit ipſe Bart. quòd factum momentaneum poſſit tranſire in notorium, in l. ſi conſtante, in 2. col. in princ. ff. ſolut. ma. Et ideo ex prædictis apparet clarè informatione ipſius ſummi Pontificis, ipſum fuiſſe deceptum.

Et ſic ex præmiſſis tollitur præſumptio, quæ inſurgit ab aſſertione ipſius Pontificis.

Subiungit quoque, Archiepiſcopum per plures homines fuiſſe detentum in dicto palatio: ſimiliter in fine dicit, eſſe notorium; fatentur verum, ipſum Archiepiſcopum fuiſſe captum; ſed negant, Laurentium aut Priores cepiſſe, ſuper quibus ſe fundat Pōtifex, fuit. n. captus à quibuſdam, qui, prioribus inuaſis ab ipſo Archiepiſcopo cum ſocijs, ſuccurrerunt, qui ſtatim intellecto ab eo Archiepiſcopo negotio & forma factionis coniurationis ſuæ, timētes ſeditionem inualeſcere, & audientes milites quam plurimos externos ex foro Cornelij in fauorem Archiepiſcopi appropinquare cōtra ipſam Rempu. & libertatem Florentinorum, vt præuenirent periculo patriæ periclitantis, ipſum ſuſpenderunt: qui ergo dicit Pontifici notorium eſſe, Archiepiſcopū in dicto palatio fuiſſe detentum, non bene intellexit, qualiter quid facti momentanei poſſit tranſire in notorium ex his, quę ſuprà latè dixi, & vera ſunt, & maximè cùm detentio tam breuis nunquàm poteſt tranſire in notorium, niſi carceres, vel alius locus detentionis eſſet patens populo tranſeunti, & poſſet videri detentus. Secus ſi eſſet detentus in aliqua domo palatij, prout communiter ſunt carceres, & maximè cùm dicta qualitas non ſit verificata: & iſta ſunt de mente clarè Anto. de But. quia ita firmat in d. c. veſtra. in ver. venio ad declarationem per exempla. & ſequitur eum Vgo. de ſancto Gemi. qui dicit, ꝙ nunquàm fieret notoria detētio in carcerib. ſtrincharum. & ſic infero, quòd prædicta narratio, dicens ipſum Archiepiſcopum fuiſſe detentum in palatio notoriè per plures horas, non eſt verum, imò ſibi ipſi repugnans, & continet ex prædicta manifeſtum errorem iuris.

Subſequenter & Archiepiſcopum communicato conſilio pędictorum fuiſſe ſuſpēſum: quod minimè

nimè fuit, quia negatur ipſa communicatio conſi lij, & eorum aſſerta notorietas. Primo.n. de aſſerta notorietate, quòd ipſa non conſtet, & quod in hoc aſſerta narratio non ſit vera, hoc patet lippis: quia conſilia maximè ſimilia non conſueuerunt fieri, maiore parte populi vidente, audiente & intelligente, & tali tempore, quo maior pars populi poſſit videre, audire & intelligere. & hoc eſt clariſſimum, & maximè à communiter accidentibus, vt ſæpè dixi: ergo non eſt poſſibile dicere, quòd aſſerta communicatio conſilij tranſiuerit in notorium, cùm ſit facti momentanei & tranſeuntis: & ad hoc vt facta momentanea & tranſeuntia tranſeãt in notorium, eſt neceſſe quòd tria concurrant, loci qualitas, quæ minimè eſt in caſu noſtro, adſtantium multitudo, & temporis qualitas, vt ſupra latè retuli. Quis.n. ſani capitis iudicabit, ſimilia conſilia fieri tali loco & tali tempore, quòd concurrat multitudo adſtantium? Stat ergo ex hoc capite, quòd aſſerta narratio eſt minus vera, quòd ipſa aſſerta cõmunicatio conſilij non ſit vera, & ſic hæc negatiua probatur. ſ. ꝙ non interuenerit communicatio conſilij prædictorum ex productione & inſpectione librorum, in quibus homines deliberationes & geſta magiſtratuum prædictorum ſcribi conſueuerunt & debent, & ita Bal. in l. 2. per illum tex. cum gl. C. de error. aduoc. gl. Bal. & ibi bo. tex. in l. fi. C. de rebus credi. facit l. Sempronia libellos. ff. de fur. & l. Titiæ teatores. in princ. ff. de leg. 1. ex quibus apparet, dictam aſſertionem communicationis conſilij, & eius notorietatem non eſſe veram.

Adducit etiam, Cardinalem captum, & in palatium deductum in vilipendium ordinis clericalis: profectò poſſunt ipſi Florentini dicere exemplo veræ veritatis, De bono opere dilapidarunt, non enim captus fuit d. Cardinalis, ſed ab octo viris volens, & rogatus ad palatium deductus eſt, ne tunc temporis, ſ. populo fluctuante, ab ipſo populo offenderetur propter vehemens indicium, quod contra eum laborabat de conſcientia occiſionis in Iulianum, & de ſeditione. Et quòd iſta ſit veritas, honorificentiſſimus tractatus in dicto palatio, literæ ipſius Cardinalis ad Pontificem, & actio gratiarum nomine Pontificis ab Apoſtolico Nuntio expoſita, manifeſtiſſimè atteſtantur, adeo quòd contra præſump. quæ reſultare videtur ex aſſertione Pontificis, pluſquam ſufficienter conſtat de veritate in contrariũ, & probatur.

Ait inſuper, petenti ſibi per Legatum liberationem Cardinali fuiſſe contumaciter denegatum. Cui licèt ex his, ꝙ ſupra ſcripſi in ſecundo principali articulo, inquãtum tetigi de Cardinale, appareat reſponſio, tamen ad hoc reſpondeo, quòd ſi inſpiciatur ſcriptura reſponſionis datæ per ipſos, quæ in ſcriptis data fuit, apparebit, Florentinos non in vilipendium aliquod, ſed propria defenſione libertatis ciuium & rerum ſuarum liberationem diſtuliſſe, nemo. n. præſumitur aliter in mente agitaſſe, quàm prout verbo exprimit, dixit iuriſcon. in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. lega. Apparet ergo clarè de mente ipſorum Florentinorum, nõ diſtuliſſe ipſam liberationem in aliquod vilipendium ipſius Eccleſiæ, ea eo ꝙ verba protulerunt, vt dixi. Sed potius, (vt dixi) pro propria defenſione libertatis ciuium & rerum ſuarum, quod licuit, quia ſicut licet patri vindicare filium. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vindic. ita ciuitati vindicare ciuem, l. 1. 2. & 3. ff. de libe. ho. exh. & voluit Rap. Co. ad literam in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb. oblig. Et licèt ab initio (vt dixi) non fuerit captus, ſed volens & pro ſua defenſione deductus, poſtea tamen ſuadentibus his, quæ videbantur & audiebantur, cõmunicato conſilio deliberatum fuit, non dimittere, donec res aliquantulum componeretur, non in aliquod vilipendium Eccleſiæ.

Dicitur etiam, plures clericos familiares Cardinalis fuiſſe occiſos: quia reſpondeo, hoc eſſe verũ, ſed dico, quòd habet adijci, quod licuit, ex quo ingreſſi fuerunt palatium cum armis, & inſultauerũt dominos Priores, in quo caſu licuiſſet eos occidere, etiam ſi cogniti fuiſſent clerici, vt ſupra deduxi in ſecundo articulo: multo ergo magis in caſu noſtro in tumulto defenſionis, & etiã in caſu, in quo non cogniti fuerunt clerici. Apparet ergo clariſſimè ex ſupraſcriptis multipliciter, quòd qualitas notorij, ſuper qua ſe fundat Pontifex, non eſt vera.

Sed quid fortius? dico, quod quando factum fuiſſet notorium (quod minimè fuit, vt ſupra demonſtraui) tamen dico, quòd non potuit eſſe notum ipſi Pontifici, ea quo fuit notorium facti momentanei, & ideo dixit not. Bald. in d. auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. quòd notoriũ facti tranſeuntis, ſeu actus tranſeuntis debet probari per cohærentias & circũſtantias, ſubijciens quòd notorium actus permanẽtis probatur per ſeipſum, etiam poſt concluſionem in cauſa, ſi negetur, alle. l. ſi inter emptionem. §. ad officium. ff. fi. regun. ita voluit in 4 col. in verſ. & breuiter. & ideo dixit in ea. col. in ver. & breuiter concludo, quòd notorium actus momentanei non releuat ab onere probandi, tanquam res certa iudici. & ideo dixit multum ſingulariter ad propoſitum ipſe Bal. in c. 1. §. iniuria. de pa. iur. fir. in 6. col. in verſ. in iſta materia quæritur in terminis. quòd in notorio facti non permanentis non valent probationes factæ iuris ordine non ſeruato, quod eſt fortius: ſubijciens propriè in terminis, quòd ſi quis accuſatur de homicidio tanquam notorio, quòd non valent probata ordine non ſeruato. Apparet ergo ex hoc capite, quòd ipſe Pontifex non potuit ſe ſuper dicto facto tanquam notorio (quando pur fuiſſet notorium, quod minimè fuit) ſe fundare, alio non oſtenſo neque probato ei de ipſo notorio, cum ſit facti momentanei &
18 tranſeuntis. † Et ſubijcit Bald. vbi ſupra, quòd cognoſcere iuris ordine non ſeruato, eſt ius alterius auferre, alleg. gl. in c. ſtatutum. de hære. lib. 6. & ad prædicta allego Alb. ad literam in l. ea quidem. in 14. col. in prin. in verſi. eſt & aliud notorium. vbi dixit ad literam, quòd antequam procedatur ſuper notorio facti tranſeuntis, iudex debet accipere probationes ſuper tali notorio. alle. c. conſuluit. de app. Et quia quando aliquid eſt præambulum alterius, ſi illud negẽt, primò oportet illud probari, l. non ignorat. C. qui accu. non poſ.

Sed quid fortius? quòd ſi pur ipſum factum fuiſſet notorium, tamen non ſunt notoriæ qualitates facti, id eſt, quòd nõ competat defenſio, vt dicit glo. in c. quanto. de tranſ. prę la. & in c. illud. de exceſ. prę la. & dicunt Imo. Ant. de But. & d. Abb. in d. c. veſtra. de coha. cle. & mu. quòd nullum malum poteſt eſſe ita notorium, quòd non præſumatur, quòd poſſit competere aliqua excuſatio. Vnde nõ eſt bona conſequentia, notorium eſt, Archiepiſcopum occiſum fuiſſe, ergo notorium eſt occidentes incurriſſe in poenas, & ipſos nullas habere defenſiones: quia ſtant ſimul, ipſum occiſum fuiſſe, & ipſos occidentes, iuſtè potuiſſe occidere, & ipſos habere nedum excuſationes, ſed multas & veras defenſiones, vt ſupra latè dixi: & ita firmant doct. vbi ſupra, vt in d. l. ea quidem, & in locis ſupra deductis.

Nec

Nec obſtat tex in c. quanto. quia ibi licèt hominibus non eſſet notorium, Epiſcopum tranſiſſe ſine licentia Papæ, tamen operatur effectũ notorij duobus reſpectibus. Primò, quia cùm nulla poſſit competere excuſatio, niſi allegando licentiam ſummi Pontificis, talis licentia non præſumitur, primò, qa facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & poſtlim. reuer. Præterea & fortius, cum dependeat à ſola poteſtate principis, reputatur impoſſibilis, l. apud Iul. §. fi. ff. de leg. j. Præterea notorium erat ipſi Pontifici, ſe licentiam nõ dediſſe, & ſic non ſolum erat notorium factum, ſed ẽt qualitas facti, & ideo non procedit illud, quod ibi notauit Ant. de Bu. dicens, quòd ſi eſt notorium facti, quòd non impeditur effectus notorij, licèt non ſint notoria accidentia: quia primò poſſum dicere, quòd iſtud dictum non eſt verum, & eſt contra cõmunem ſententiam, de qua ſupra: poſſet forte ſaluari dictum ſuum, quando eſſent talia accidentia, q̃ etiam ſi eſſent vera, non haberent excuſare facientem, puta, accuſatur Titius, quòd occidit Seium tali die in conſpectu populi: probatur, quòd occidit in conſpectu populi, ſed non probatur de die. certè iſto caſu non impeditur effectus notorij, licèt non ſit notorium accidens, videlicet, qua die: quia iſtud accidens dici non haberet excuſare facientem, imò teneretur, & ita poteſt ſaluari ſubtiliter dictum Anto. ſed quando accidẽs eſſet tale, quod ſi eſſet notum, haberet excuſare ipſum facientem, & facere ipſum factum non tranſire in delictum, prout eſt in caſu noſtro. & clarè conſtat ex ſupra deductis, certè iſto caſu, ꝙ accidentia, quæ habent facere factum non tranſire in delictum non cognita, non habeant impedire effectum notorij, hoc dicere eſt minus bñ dictum. & contra communem concluſionẽ omniũ, prout licet ex ſupra deductis intueri. Præterea, vbi non eſt notorium, defenſionem nõ competere, nõ poteſt procedi ſine citatione: caſus eſt in cap. j. & ibi no. de of. del. li. 6. conſeruator citat partes, & tamen non poteſt procedere, niſi ſuꝑ notoriis., nec eſt vis inter delegatum, & ordinarium: quia illam non approbant Ant. de Bu. & Mod. in d. ca. veſtra. & quòd idem ſit in ordinario, probat tex. & ibi no. in c. ſępe. de appel. vbi ſi eſſet quæſtio ſolum de articulo iuris certi, debet pars citari, & tamẽ iura ſunt notoria, & dicunt ibi doc. quòd quando nulla alia apparet defenſio, ſatis eſt, quod illud ius potuerit tolli per conſuetudinem, ideo debet pars citari: quia forte eã allegabit, & probabit. ita in terminis dicit ibi ad literam Io. de Imo. & d. Abb. & ſic in terminis reprobatur deciſio d. Ant. de Bu. in d. c. quanto. nam ius de ſui ſubſtantia eſt certum, l. ornamentorum. ff. de aur. & ar. leg. conſuetudo verò contraria eſt per accidens, vt in c. j. de conſt. in 6. & plenè communiter per legiſtas in l. de quib. ff. de ll. in l. conſuetudinis. C. quæ ſit lõg. conſuetudo, & ſecundum do. Ant. poſſet procedi ſine citatione, quod eſt falſum. Poſſet tamen eius dictum ſaluari, vt ſupra ipſum ſaluaui, vel in actib. ordinariis proceſſus ſine citatione. prout ſentiunt Moderni in d. c. ſępe. & fuit intentio ipſius do. Ant. prout colligitur ex his, quæ ipſe notat circa citationẽ in d. c. veſtra. Et ſimiliter per illum text. reprobatur alia deciſio Ant. de Bu. quam poſuit in c. cum olim. de re iud. vbi dixit, quòd ſpeciale eſt in proceſſu Papæ, quod citatio nõ requiratur, in huiuſmodi notoriis, & tamen in d. c. ſępe. eſt proceſſus Papę. Ad idem eſt tex. in d. cle. paſtoralis. vbi Imperator aſſerit eſſe notorium, & tamen ſine citatione procedendi nõ
29 potuit. †Ideo Io. de Imo. & d. Abb. reprobant d. opinionem d. Ant. ponentes, ꝙ regula, ꝙ iura requirentia cita. in actu, vel annullantia actum factum ſine citatione ita habent locum in principe ſicut in inferiore. per cle. paſtoralis. quod debet intelligi, quatenus citatio poteſt tollere defenſionem, quæ defenſio eſt de iure naturali, vt ſupra dixi: quia aliàs citatio, per ſe non eſt de iure naturali, vt plenè per Bal. in l. executorem. C. de excep. rei iud. circa finẽ, & hanc ſententiam firmat Bal. in l. cum fratrem. C. de his q̃bus, vt indig. in vj. col. in ver. dubitari conſueuit, vbi dixit, quòd firmiter tenendum eſt, quòd nulla ſententia poteſt ferri quantumcunque ex notorio, niſi præcedat citatio legitima. alleg. l. 3. §. ad diem. ff. de re mili. cum ſi. idem voluit, & hanc ſententiam tenuit Ang. in repe. l. 1. C. de iudi. in 17. col. in verſ. & ꝙ non requiratur citatio in notorijs, vbi iſta ſunt verba ad literam, & quòd non requiratur citatio in notorijs notat Innocen. expreſsè de ap. c. cum ſit Romana. quod intellige, quando eſt notorium iudici per acta, aliàs ſecus, vt ibi per eum. ita Ang. ad literam: & hanc ſententiam quòd requiratur citatio; tenuit Ang. in rep. l. ſi vacantia. in co. 33. ver. ſed quęro. C. de bo. vac. lib. decimo, vbi dixit ad literam.

30 † Sed quæro, quando iudex procedit ſuper crimine notorio, an ſit ſeruandus ordo iuris? Videtur quòd non, C. de accuſ. l. ea quidem. ibi, circa ſolemnitatem accuſationis. pro hoc facit gl. j. C. qui & aduer. quos. Inn. diſtinguit, aut eſt notorium facti permanentis, & nullus ordo iuris requiritur, nec citatio, cùm citatio non fiat ad alium effectum, niſi vt citatus poſſit ſe defendere. In his. n. nulla cadit defenſio propter notorietatem, ergo non erat neceſſaria citatio. Vnde fuit fundata ſententia Imperatoris Henrici contra regem Robertum, de qua habetur in cle. paſtoralis. de re iud. Aut eſt notorium facti trãſeuntis: & tunc non debet ſeruari ordo iudiciarius, ſed bene debet pars citari, quia per inficiationẽ poſſet effici res dubia, ita Ang. ad literam referens opinionem quorundam, cum quibus in hoc trãſit, volentium (& rectè) quòd vbicunque nõn interuenit partis citatio, ſi pars habet legitimam excuſationẽ, ſententia eſt ipſo iure nulla: quanto ergo fortius erit ipſo iure nulla in caſu noſtro, vbi nedum habent legitimam excuſationem, ſed pluſquàm legitimam defenſionem, vt patet ex ſupra plene deductis in aliis articulis? & hanc eandem ſententiam tenet Salicet. in l. ea quidem. in 35. columna, in verſicu. primum, an citatio. de accuſat. l. inquiſit. C. de accuſatio. & concludendo in hoc articulo, illa videtur communis opinio, & vera ex his, quæ ſupra deduxi, & ex mente docto. in locis, de quibus ſupra, quòd vbi notorium ſit, defenſionem non competere, tunc procedi poſſit ſine citatione: quia tunc nõ tollitur defenſio, ſi non ſubeſt. Et ita ſaluetur opinio eorum, qui dicunt, citationem non requiri: vbi verò apparet defenſionem competere, vt in caſu noſtro, vel eſſet dubium, procedat opinio tenentium, quòd requiritur citatio: & ſic opiniones docto. de quibus ſupra, & quam vltra docto. ſupra deductos tenuit gloſſ. in capitu. ad noſtram. el 3. de iureiuran. & in c. cum ſit. ad fi. de appel. & Innocen. in capitu primo, de cohabi. cler. & mu. in ca. 1. de offi. delega. li. 6. & Hoſtien. Ioan. And. Ioan. de Imo. & d. Abb. in c. cum olim. de re iud. & in c. cum ſit. de app. & in dic. capitu. veſtra, & d Car. & Moder. in cle. fi. de cenſi. & multos alios refert, & ſequitur Anton. de But. in dic. capit. veſtra. circa 28. colum. & pro iſta parte eſt caſus in dic. clem. paſtoralis. inducendo, vt ſupra ſępe induxi, per quẽ tex. reprobatur etiã alia deciſio Ant. de But. in d. c. cũ olim. de re iudic. dicentis, quòd licèt requiratur citatio in notorijs

etiam

etiam in proceſſu principis, tamen eius defectus nõ reddit actum nullum ſi poſtea pars condemnata nihil rationabile allegaret: quod ibi reprobant Io. de Imo. & d. Abb. Sed illud dictum domini Anto. nihil ad propoſitum caſus noſtri, imò videtur Ibid. Ant. velle, quòd quando pars allegaret aliquid rationabile, quod tunc proceſſus redderetur nullus. Sed in hoc caſu nedum allegatur quid rationabile, ſed ẽt allegantur optimæ, veræ, & à iure permiſſæ defenſiones ex his, quæ ſupra deducta ſunt, & verè in alijs articulis. Et concluditur clarè, quòd procedi non potuit ſine citatione, & ex quo ita proceſſum fuit, quòd actus eſt nullus.

Nec obſtat, ſi aliquis dixerit, ſi procedi poteſt ſine citatione quando factum eſt notorium & inexcuſabile, ergo & in hoc caſu, quia narratur per Pontificem, delictum eſſe notorium & inexcuſabile; cui narrationi videtur ſtandum, vt ſupra etiam deduxi, iuxta notata in clementina 1. de probatio. & quia ſuper hoc videtur interlocutus. Quia primò poſſum reſpõdere, quòd iſta qualitas, quod factum ſit notorium, & quòd ſit inexcuſabile, nõ eſt vera, imò ſupra clarè probaui, & eſt veritas, ꝙ non eſt notorium, & quando eſſet notorium, quod eſt excuſabile, vt ſupra deduxi; & amplius non repeto, quia ſatis dictum eſt, & non ſtatur aſſertioni ipſius Põtificis, vt voluit glo. in d. cle 1. de proba. Præterea, d. clem. 1. loquitur, quando Papa narrat actũ geſtum à ſe: & ita illum tex. intelligit Bald. ad literã in l. ex his verbis. C. de re mili. in 2. colum. in ver. vltimò opponitur. vbi iſta ſunt verba formalia. Vltimò opponitur ad l. noſtram de c. 1. de proba. in cle. So. ibi ſpeciale in principe, cui in facto proprio eſt credendum, ſicut creditur legi aliquid referenti etiam ſine die & conſule, vt in §. fin. in t. conſtitu. C. Ita Bal. ad literam; vel ſaltem ab alio geſto cum ipſo Pontifice. Secus ſi ipſe narraret factum, quod ipſe ſcire non potuit, niſi per auditum ab alijs: ita firmat Io. An. in regula. non licet. de reg. iur. in 6. Anto. de But. & d. Abb. in d. cle. 1. & Ioan. Cal. quem refert & ſequitur Lapus in c. poſt ceſſionem: de probatio. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe in materia principum Mediolani. idem ibi videtur velle Io. de Imol. & d. Abb. idem d. Abb. & Moder. in c. cùm à nobis, de teſti. & ibi hoc tenet ætate noſtra verè Iuriſcon. & verè legum & canonum decus, ſplendor & honor, d. meus & præceptor, d. Franc. de Are. motus, quia ſpeciale eſt fauore principis, quòd vni ſoli credatur præter intigentium. in c. in omni negotio. de teſtib. l. vbi numerus. ff. de teſti. cum ſi. Item ſpeciale eſſet fauore principis, quòd crederetur deponẽti de eo, quod audiuit ab alijs, cùm regulariter hoc teſtimonium non valeat, & hoc ſit contra regulas iuris, l. teſtamẽtum. cum ibi notatis. C. de teſti. & ſic concurreret duplex ſpecialitas circa idem; eodem fauore, quod eſſe non debet, l. 1. C. de do. promiſ. l. cum poſt. § gener. ff. de iure do. no. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. Barto. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapio.

31 † Sed quid fortius? ſi verum eſſet dicere, quòd crederetur Papæ de eo, quod audiuiſſe dicit ſe ab alijs. Aut volumus dicere hoc debere intelligi, ꝙ credatur ſe audiuiſſe ab alijs, & legitimè, & hoc eſſet valde abſurdum dicere, quia iſto caſu concurrerent multa ſpecialia circa idem, & eodem fauore, nedum duplex ſpecialitas.

Primò, ꝙ crederetur vni tantũ præter inſgentiũ.

Secundò quia crederetur vni tantùm deponenti de eo, quod audiuit ab alijs, contra regulam iuris, vt ſupra dixi.

Tertium ſpeciale, quia crederetur vni tantùm & eidem, quòd id, quod audiuit ab alijs, fuiſſet legitimè depoſitum.

Quartum ſpeciale, ꝙ illi, à quibus audiuit, eſſent tot ac tales, quibus foret adhibenda fides: neſcio qui ſani capitis, aut qui guſtauit, aliquid de iure, hoc iudicabit: ſi enim in iure duplex ſpecialitas eſt improbata eodẽ fauore circa idem, vt dixi, quanto magis tot & tot ſpecialitates? ꝓfectò multo magis, & hoc concludit: adeo quod nõ cadit reſponſum, nec melius poteſt probari in iure. Præterea, qualiter eſt poſſibile, ꝙ dicamus, quòd credatur Papæ de eo, quod audiuit dici ab alijs, ita vt eorum dictum dicatur feciſſe fidem, cùm depoſuerint parte non citata, quod non poſſunt etiam coram Papa, vt voluit Bart. in l. filiusfa. ff. de dona. & idem Bar. in l. 1. de teſta. mil. & in extraua. ad reprimendum, in glo. in verbo, videbitur. & in gl. in verbo, figura iudicij, quia citatio eſt de iure naturali, habito reſpectu ad defenſionem, vt ſupra antè deduxi?

Et ideo dixit ſing. Bal. in l. eos § Apoſtolos. C. de appella. quòd ſi dictum eſt in compromiſſo, quòd poſſit prorogari etiam abſentibus & ignorantibus partibus, nihilominus notificatio debet eis fieri, aliàs prorogatio eſſet nulla. ita dicit ſe dixiſſe de facto non alia ratione, niſi ne in totum ius naturale facto partium tolli poſſit. Præterea prædicta procedunt in his, in quibus Papa habet plenitudinem poteſtatis, ſecundum dominum Abbatem in dicta clementi. 1. vbi dicit, quòd ſi aliter tenemus, poſſet Papa narrare donationes ſibi eſſe factas à variis pſonis, & impoſſibilis eſſet reprobatio, quia cõſiſteret in mera negatiua, c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſio. & proprie. vbi per Inno. Bald. & Ang. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. l. actor, quod aſſeuerat. C. de probat. plenè in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. quod eſſet iniquum & abſurdũ. idem voluit Abb. in d. c. cùm à nobis. & allegatur ꝓ caſu d. clem. paſtoralis. vbi Imperator aſſerit eſſe notorium, & tamen ei non creditur contra non ſubditum, quia ſi crederetur, non fuiſſet ibi neceſſaria citatio, quod eſt falſum. Sed in caſu noſtro nominati in proceſſu non ſunt ſubditi Pontifici, & ſic non habet in eos plenitudinem poteſtatis, vt ſæpe dictũ eſt, ergo relinquitur, quòd non ſtatur ipſi narrationi ipſius Pontificis.

Nec obſtat, quòd Papa videbatur interlocutus: quia primò dico, quòd non probatur, quòd ibi ſit ſententia interlocutoria, nec omnis vox iudicis dicitur ſententia, l. ex ſtipulatione. C. de ſententiis & glo. in d. §. ad excludendas. & in d. l. cum clemen. loquuntur in verbis prolatis à iudice in modum præcepti, non autem ſimplicis narrationis. & loquuntur in verbis prolatis à iudice animo diſponendi. Sed in caſu noſtro ipſa verba, de quibus ſupra, non fuerunt prolata ab ipſo Pontifice per modum diſponendi, ſed per modum narrationis & cauſæ, ſicut in ſimili dicit text. in l. dicere. ff. de arbitr. cum ſimilibus.

Sed quid fortius? fateamur, ꝙ ſit interlocutoria, dico quod non fecit ius, ex quo non præceſſit citatio, imò non valuit, cùm ad validitatem interlocutoriæ ſit neceſſaria citatio, ſi parit præiudiciũ: ita voluit Barto. ad litteram in l. vbi decretum. ff. de offi. procon. & leg. & idem voluit Ange. in l. 1. C. qui nõ ob. lon. temp. preſcript. alleg. text. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. ea quæ. & l. in cauſæ § cauſa cognita. & l. intra vtile. ff. de mino. & allegat Innoc. ita tenere in capitulo, cum veniſſent. de in integ. reſtitu. in 3. col. in verſic. vel dic, & melius imò fortius dico, quod in interlocutoris

cutorijs magni præiudicij, prout in caſu noſtro, nedum requiritur citatio, ſed etiam perēptorium: ita voluit ſingulariter Bar. in l. conſentaneum. in 2. col. in verſi. aduerte tamen. C. quomodo & quando iudex. allegatur tex. in l. præſes, eod. tit. & l. Titia. ff. de accuſatio. bene fateor, quòd in Pontifice non requiritur peremptorium, vt ſupra dictum eſt. & idē; quòd in interlocutoria requiratur citatio, voluit Bal. in l. 1. C. de ſenten. ex breui. reci. & idem firmant Dy. Ang. Ray. de For. Oldra. & Ioan. de Imol. in l. recuſante. in prin. ff. ad Treb. Idem voluit Bar. & Io. de Imo. in l. ſi procurator. ff. de damno infecto. Idem voluit Io. de Imo. poſt alios in leg. quod iuſſit. ff. de re iudica. & idem voluit Bal. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. vbi dixit etiam, quòd in interlocutorijs, in quibus interuenit grande præiudicium, requiritur trina citatio. Fateor, ꝙ in caſu noſtro, cùm loquamur in Pontifice, quòd non requiritur peremptorium, licèt ſit magni præiudicij, ſed bene requiritur citatio, ex his, quæ ſupra deduxi, & videntur omnes vno ore illud firmare, maximè vbi agitur de tanto præiudicio, de quanto agitur in caſu noſtro.

Et pro prædictis videtur caſus in cle. paſtoralis. allegata: vbi Imperator ſuper notorietate fuit interlocutus, & tamen ſententia ſuper dicta qualitate non fecit ius: quod conſtat, ex quo ſententia annullatur ex defectu citationis: quod fuiſſet iniuſtū, ſi qualitas notorietatis haberetur pro vera, virtute ipſius interlocutoriæ: & ad id quod ſupra fuit dictū, quòd debet credi Papæ ſuper eo, ſuper quo fuit interlocutus, ex prædictis patet clara reſponſio: quia illud eſt verum & procedit, quando ad ipſam interlocutoriam acceſſit requiſitis his, quæ de iure requiruntur. Et deducitur ab abſurdo euitando vltra ſupra deducta, quod argumentum concludit, l. nā abſurdum. ff. de oper. lib. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iure, & quod abſurdum, clarè patet, quia aliàs ſequeretur, quòd nedum princeps, ſed etiam quilibet inferior poſſet multum de facili tollere defenſiones naturales, ſi interlocutoria valeret parte nō citata, vbi agitur de præiudicio, & maximè vbi agitur de tanto præiudicio, de quanto in caſu noſtro, videlicet inchoando proceſſum contra ignorantē & non citatum, & narrando delictum eſſe notoriū, & poſtea interloquendo ſuper eo, adeo ꝙ ferretur ſententia diffinitiua, & tranſiret tempus appellādi, antequàm reus aliquid ſciret.

Nec dicat aliquis, prædicta procedere in iudice inferiore à ſummo Pontifice: ſed in ſummo Pontifice multa præſumuntur & permittuntur, quæ non præſumuntur & permittuntur in inferiore. Quia reſpondeo, quòd licèt hoc ſit verum, multa permitti ipſi Pontifici, quæ non permittuntur inferiori, & multa præſumi in ipſo, quæ non præſumuntur in inferiore: tamen dico, quòd reſpectu citationis, & ad hoc vt poſſit perueniri ad interlocutoriam, maximè quæ ſit tanti & cauſa maximi præiudicij, prout in caſu noſtro, vt res ipſa demonſtrat, dico quòd in ipſo Pontifice non plus præſumitur, nec plus poteſt, quàm inferior quantum ad hoc, vt poſſit perueniri ad ipſam interlocutoriam tanti præiudicij, quāti hoc eſt: nec in eos plus præſumitur, quàm in inferiore, ex his, quæ ſtatim dixi, quibus nullo modo poteſt reſponderi, quia ſequeretur, quòd nedum duplex ſpecialitas concederetur reſpectu eiuſdem fauoris, ſed etiam plures ſpecialitates reſpectu eiuſdē fauoris, ex quibus ſequerentur abſurda, de quibus ſupradixi.

Vltimò non obſtat prædictis, ſi diceretur, ꝙ ſpeciale ſit in ſententijs cenſuræ, c. ſacro. de ſen. excom. & 24. q. 1. c. de illicita. Sed appellatione cenſuræ venit excommunicatio & interdictum, vt in c. quærēti. de verb. ſigni. Ergo iſta declaratio continens excōmunicationem & interdictum, videtur potuiſſe fieri ſine excommunicatione.

Et ſi dicatur, quòd talis defectus citationis ſaltē facit ſententiam cenſuræ iniuſtam, vt no. in d. c. ſacro. & ponit Fed. de Se. in conſilijs ſuis, cōſ. 11. in verſ. quæritur an excommunicatio lata per ordinarium tempore feriato. & no. per Ant. de But. in c. ab excōmunicato. de reſcr. Quia videtur poſſe reſponderi, quòd illa iniuſtitia dicitur reſpectu puniendi excōmunicatum, non autem reſpectu releuandi excommunicatum. Vel aliter videtur poſſe dici, quòd illud procedit reſpectu excommunicationis & cenſuræ ferendæ ab homine: ſecus ſi cenſura declaratur lata à iure. caſus eſt in c. reprahenſibilis. ſecundo reſponſo. de ap. Sed iſto caſu nulla cenſura imponitur ab homine, ſed ſolū à iure lata declaratur. Quia primo reſpondeo, quòd quando in caſu noſtro diceretur lata ſententia cenſuræ reſpectu excommunicationis & interdicti, quòd tamen reſpectu aliarū pœnarum prædicta non procederent, quia illæ non dicuntur ſententiæ cenſuræ. facit quod notant Archi. & doc. in d. c. Fœlicis. & Pau. & Car. in d. cle. 1. & 11. q. 5. concludunt, has pœnas diuerſimodè regulari à pœnis cenſuræ: ſed & fortius dico, quod in caſu noſtro excommunicatio & interdictum non dicūtur ſententia cenſuræ quò ad hunc effectum, vt potuerit ferri ſine citatione, quia non fuit lata ſententia excommunicationis & interdicti: primò, ipſa eſt pœna iuris, ſed fuit lata declaratoria ſuper delicto declarando incidiſſe in pœnas, non tamen diſponēdo, quæ eſt ſententia hominis & diuerſa à ſententia cenſuræ, vt eſt text. in d. c. reprehēſibilis. de ap. & notat gl. in c. cupientes. §. quod ſi per 20. de elec. li. 6. notat Lapus & Gemi. in cap. is cui §. ſanè. de ſen. excō. eodib. & Lapus do. Car. & Io. de Imo. in cle. 1. de ſeq. poſ. & fru. & d. Abb. & Mod. in c. peruenit. de ap-
32 pel. † dicentes, quòd licèt ſententia cenſuræ per appellationem non ſuſpendatur, c. paſtoralis. de app. tamen ſecus eſt in declaratoria talium cenſurarum, quia ſunt diuerſa: ſed ſi ſpeciale eſt in ſententijs cenſuræ (vt dixi) ergo iſta, quę eſt diuerſa ex prędictis, remanebit ſub regula, ſecundum quam omiſſio citationis vitiat actum, vt ſupra late in ſuperioribus deduxi, maximè in illo articulo, vtrum in interlocutorijs, quæ pariunt pręiudicium, requiratur citatio.

Nęc prędictis obſtat tex. in c. repręhenſibilis. allegato: quia ille non loquitur de citatione, ſed loquitur de monitione: quia monitio requiritur, non vt quis vocetur ad defenſionem, ſed vt conſtituatur in contumacia, ſine qua etiam pro notorio delicto nemo poſſet ab homine excommunicari, vt ibi notant omnes: ideo non eſt mirum, ſi eius omiſſio nō vitiat actum, quia requiritur potius ad iuſtitiam, quàm ad ſolennitatem proceſſus, & ſic lædit potius ius partis, quàm ius conſtitutionis, & ideo non vitiat. ſecus ſi lęderetur ius conſtitutionis: ſecus in caſu noſtro, in quo læditur ius conſtitutionis, vt ſupra deduxi, & ideo vitiat, l. 1. §. item ſi. §. ſacros. ff. quorum ap. non reci. not. in l. eum prolatis. ff. de re iudi. & in l. 1. & 2. C. quando prono. non eſt neceſ. l. pe. ff. de iuſti. & iure. Citatio. n. in caſu noſtro requiritur ad finē, vt poſſimus nos defendere, & allegare cauſas, quare in dictas pœnas non inciderimus, & maximè in caſu noſtro, vbi clarè & verè poterant allegari, & de ipſis conſtari facere, vt ſupra deduxi, quæ ſi omit-

ſi omittatur, reddit actū nullū, vt patet ex his, quę ſupra latè deducta ſunt, & prout not. gl. in cle. ſi. in verbo, conſtiterit. de cenſi. in d. cle. ſ. de pœnis. in verbo incommodè. & in clemen. ſequen. circa fi. & in dictis locis ſequuntur eos Pau. de Caſt. & Io. de Imol. d. Card. & Io. de Imo. in c. extirpandę. § quia verò. de præb. vbi expreſsè dicunt, actum nullum. & idem firmant d. Abb. & Mod. in d. c. reprehenſibilis.

Sed quid fortius? quando pur quis pertinaciter vellet inſtare, quòd in prędicta declaratoria non requireretur citatio, tamen negari non poteſt, quin in diſcuſſione cauſæ ſeu cauſarum, propter quas qs dicitur in excōmunicationē incidiſſe ipſo facto, quòd non requiratur citatio. & ita voluit ad litteram Lud. Pon. in conſilijs ſuis, conſi. 482. quod incipit, Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. in ea ſu præmiſſo circa primum, in quo quæritur. & allegat glo. in d. verſicu. conſtiterit. vbi ſupra. & allegat Abb. & Moder. ita tenere in d. c. repræhenſibilis. & alleg. text. in c. cum ſecundum. de hæret. lib 6. ſed in caſu noſtro, nec in ipſa declaratoria, nec in ipſa diſcuſſione non interuenit nec monitio, nec citatio: quis ergo dicet ipſam validam? profectò nullus, qui guſtauerit aliquid de brodio iuris, & prædictis.

Nec prædictis obſtat, ſi diceretur, quòd etiam citatio in vim citationis omiſſa non reddit excommunicationem nullam, vt voluit Ant. de Butr. in c. ab excommunicato. de reſcrip. Quia reſpondeo, ꝙ loquitur in caſu ſpeciali, videlicet, in ſententia cenſuræ, vt vult ibi ipſemet, ſed in ſententia declaratoria dico, quòd ſi iudici conſtat de delicto inexcuſabili, vel per notorium, declarando vt ſupra dictum eſt, vel per probationes, quas citata parte fecit, quòd tūc poteſt ferre ſententiam non citata parte: quia tunc ceſſāt cauſa finalis citationis, quæ eſt, vt poſſit ſe defendere, ex quo conſtat delictum eſſe inexcuſabile: & ſic ipſa declaratio facta in tali caſu nihil grauat partem, pluſquàm ipſa pars eſſet grauata à iure, & ſic non tollitur defenſio. ita notant Hoſt. & Io. And. in d. c. repræhenſibilis. & D. Abb. & Moder. in c. puenit. eo. tit. & eſt tex. & ibi not. in c. cum ſecundum. de hære. lib. 6. Si autem factum & qualitates facti non eſſent notæ iudici, vt iudici, tunc non poſſet ferri declaratoria ſine citatione: quia tūc grauaretur pars, vt voluni præfati doc. in locis ſupra allegatis.

Sed vnum eſt, quod concludit, cui non cadit reſponſum quòd quādo milies verum eſſet, quòd in ipſa declaratoria non requireretur citatio, tamē nemo diſcrepat, ꝙ in ipſa diſcuſſione negotii & cauſę, propter quam peruenitur ad ipſam declaratoriam, bene requiritur citatio: quia aliàs tolleretur notoriè ipſa defenſio ipſi parti, quod non poteſt, vt dictū eſt in præcedentibus. & ita volunt omnes in locis ſupra allegatis: quę citatio minimè in ipſa diſcuſſione ipſius cauſæ interuenit in caſu noſtro, & hoc concludit ineuitabiliter, ita vt non cadat reſponſum, & ſic concludo, ꝙ dicta declaratio non obſtantib. deductis in contrarium. quibus ex præallegatis & deductis apparet reſponſum, quòd eſt nulla in omnibus ſuis partibus.

Adde etiam prædictis, ꝙ oſtēditur nulla dicta declaratio in ea parte, in qua declarat interdictum in ciuitate Florentiæ cum duobus vicinioribus: nā de iure id non poteſt fieri, niſi offendens fuerit dn̄s dictarum ciuitatum, ſm ꝙ ſupra plenè dixi: vel ſi ciuitas offenderit Epiſcopū proprium. Sed ex proceſſu apparet, & notoriè conſtat, ꝙ ipſi declarati, & pręſertim Laurentius de Medicis, non erant nec ſunt Domini dictarum ciuitatum eo modo, quo requiritur ad hunc effectum, vt ſupra latius dixi: & iſte Archiepiſcopus eſt pręlatus alienus, & non ciuitatis Florentię.

Apparet igitur ex narratis in dicto proceſſu, & ex his quę conſtant notoriè, quòd delictum intentatum & cauſatiuum dictarum pœnarum non ſolū non fuit verum in actu, ſed nec in potentia. hinc infero, quòd ſententia dicitur continere intolerabilē errorem iuris expreſſum, & ſic eſt nulla, etiam ſi ſit ſententia principis: caſus eſt in d. cle. paſtoralis. §. rurſus. & ibi notant D. Car. & Io. de Imo. vbi Papa dicit, quod ſententia Imperatoris eſt nulla tāquàm continens expreſſum iuris errorem, & quia narrat regem Robertum incidiſſe in pœnas lęſę maieſtatis, quę non committuntur à non ſubdito, & notoriè conſtabat regem ſubditum non eſſe. Sic ergo in caſu noſtro ſententia eſt nulla, etiam quatenus eſſet ſententia cenſurę, c. per tuas. de ſen. excom. & notat Ant. de But. in d. c. ab excommunicato. de reſcriptis. Hinc Infero, ꝙ ex quo eſt nulla, ꝙ ſequitur, quòd nec quò ad Deum, nec quò ad homines timenda eſt, d. c. per tuas. & ibi not. & Hoſtien. ibi in ſumma. §. quis ſit effectus. ver. hęc vera. & in ver. fin. & ita puto de iure eſſe. cum proteſtatione tamen, de qua ſupra in principio, videlicet, ſalua ſemper determinatione Sanctę matris Eccleſię. Deo gratias.

Hiero. De Tortis, &c.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G.

Omnes ſunt Quaterniones, præter G, qui eſt Quinternio.


172

CONSILIA, SEV RESPONSA
DOMINI FELINI SANDAEI, PATRITII FERRARIENSIS, IVRECONSVLTI CLARISSIMI,

Atque Rotæ Romanæ Auditoris celeberrimi.

NVNC DEMVM E' TENEBRIS IN LVCEM eruta, ſummaq́; diligentia, pariq́; cura excuſa.

VNA' CVM INDICE IN OPVS VNIVERSVM locupletiſsimo, eoq́; gemino, altero ſingulorum capitum Argumenta, altero res vocesq́; inſigniores veluti digito demonſtrante.



VENETIIS,

Apud Bernardum Iuntam, & fratres. M. D. LXXXII.

AD LECTOREM.

ACCIPE nunc, doctiſſime & ornatiſſime Lector, diuina oracula, ac iuridica Reſponſa, & Conſilia R. Patris D. FELINI Sandęi, nobilis Ferrarienſis, & dum in humanis fuit, Rotę Romanę digniſſimi Auditoris, Epiſcopiq; Lucenſis: quę iamdiù apud Ioannem Vanulium minorem, V. I. D. & Lucen. ciuem latitarunt, qui, vt omnibus ſtudioſis prodeſſet, prefata Conſilia reuidendi, ac in præſentem ordinem reducendi, & componendi maximum, ac graue onus iſtud ſubire non recuſauit, ac ea ad commune bonum & vtilitatem in lucem dare, Argumenta, Summaria, velut index ſuper quolibet conſilio, per eum nouiter addita: tabulam inſuper de per ſe & ſeparatim, ſeu repertorium ſeparatè cuiuſq; conſilij miro ac nouo ordine, & modo compoſitam & fabricatam, generaleq; argumentum earundem, in principio per alphabetum, tabulam, & indicem, collocatam: ita vt quilibet ſtudioſus abſq; labore & temporis diſpendio, quòd ſibi occurrerit, reperire valeat, & facilius ſuauitatem fructumq; præſentis operis conſequi ac percipere valeat, in caſibus & materijs quotidianis emergentibus, omnibus nempe ſtudioſis & profitentibus vtiliſſimum. Habes etiam in præſenti opere quędam conſilia, licèt perpauca, aliorum Excellentium Doctorum, quę inſerta in volumine Conſiliorum eiuſdem D. FELINI ad ea neceſſaria, & vtilia inſerenda, duximus ac annectenda. In quibus ſi quid fortè minimum, quod oculos offenderet, reperies (quod non creditur) ad iuſtiſſimam excuſationem noſtram cogitabis impoſſibile eſſe in opere tam confuſo ac deprauato, vt hoc erat, quaſi opus deſperatum, cuncta etiam minima videri ac rimari poſſe. ſed, vt ait Legiſlator, de minimis prętorem non curare, & minimum ac nihil à legibus parificari. Vnum tamen eſt, quòd ſubſtantiam & ſenſum integrum cuiuſq; conſilij, materiaſq; perfectas, vt nihil perperàm poſitum, aut contrarium, aut defectiuum, quod ſenſum mutet, aut variet intellectum (prout in ſimili requiritur) opere reperiet. Idcirco laborem hunc noſtrum & vigilias in præſenti opere ſtudioſus ac benignus Lector non deſpiciat: quippe qui vt omnibus prodeſſemus ac benefaceremus, vllo labori parcere non curauimus: & Impreſſor in his clariſſimis ac lucidiſſimis literis ad commune ſtudioſorum, & profitentium vtilitatem, & bonum, imprimere non recuſauit. Vale.

INDEX CAPITVM,
SEV ARGVMENTORVM
TOTIVS HVIVSCE CORPORIS.

Argumentum Conſilij Primi.

STATVTO ſtante in Collegio Artiſtarum, quòd vacante vno loco in Collegio, alius, in quem maior para conſenſerit, aſſumatur: poſteà alio ſtatuto facto, quòd ille debeat prior admitti, qui prior gradum aſſumpſit: vtrum graduatus tempore primi ſtatuti non petens admitti in collegio, & poſt illum ſint alij admiſsi, an prior, qui non petijt admitti, lapſis iam decem annis, poſsit in præiudicium aliorum admiſſorum obtinere & admitti?

Conſilij II.

Vnio eccleſiarum, an ſit præſcriptibilis. Et quantum tempus requiratur, poſito quòd ſit præſcriptibilis: & titulus dans cauſam præſcribendi, quomodo probetur: & an cum titulo procedat: &, dato quòd vnio ſit præſcriptibilis, an ſufficiat tempus quadraginta annorum.

Conſilij III.

Reus criminis, qui ad eccleſiam confugit, inſecutus ab officialibus iuſtitiæ, an ſit ſecurus, ita quòd ibi capi non poſſit. Et an hoc idem habeat locum in reo criminis, qui aufugit ad pedes Sacerdotis extra eccleſiam deferẽtis corpus Chriſti: & captus ab executoribus, an ibi de iure potuerit capi, & talis captura teneat. Et,

Vtrum peccator iuſtificatus à Deo per gratiam, ſit præferendus illi, quem Deus ſemper in innocentia ſeruauit.

Conſily IIII.

Clericus habens per litteras Apoſtolicas gratiam obtinendi & acceptandi duo beneficia, etiam ſi alterum eorum eſſet curatum, vtrum poſsit obtinere vnum ſolum vacans, & per hoc gratiæ ſuæ videatur renuntiaſſe. Et,

Vtrum habilitatus ad vnum beneficium, poſsit obtinere alia duo beneficia, vigore gratiæ Apoſtolicæ.

Conſiiij V.

Iudex faciendo præceptum alicui ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ſi non faceret aliquid intra certum tempus, an tale præceptum teneat, & liget ipſum vltra poſsibilitatem.

Conſilij VI.

Gratia audiendi confeſsiones & diſpenſandi, conceſſa à Papa in certis caſibus Priorj ordinis viuæ vocis oraculo, an dictus Prior potuerit dare & committere vni ex ſuis religioſis vices ſuas in hoc, & illi, cui eſt à priore conceſſum, libera conſcientia exercere valeat.

Et,

Vtrum gratiæ, quæ in ſcriptis non apparet, ſtari debeat, & credi ipſi dicenti ſe eam habere. Et,

In gratijs an ſcriptura ſemper requiratur.

Conſilij VII.

Statuto ſtante, quòd geſta per alios notarios, quàm certos expreſſos, non valeant, & ſint ipſo iure nulla, aut debeant annullari. Et,

Statuti verba prohibitiua ſimpliciter, aut non valeant, & non valeant ipſo iure, differunt: & quomodo intelligantur.

Conſilij VIII.

Vſusfructus relictus bonorum, ſeu pecuniarum per teſtatorem nepoti, & poſt eius mortem ſuis filijs, ſi haberet: & caſu, quo nepos ſine filijs decederet, ad monaſterium deuolui voluit dicta bona: vtrum dictus nepos donationem facere potuerit de dicto vſufructu cuidam ſuo affini, ante ingreſſum religionis Sancti Lazari, quod ipſe intrauit.

Et,

Vtrum caſu, quo dictam donationem facere non potuerit, monaſterium, quod eſt ingreſſus, acquiſiuerit iſtud ius: aut ſit deuolutum ad illud monaſterium, cùm nullos filios habuerit.

Conſilij IX.

Sacerdos ſeu presbyter an poſsit fideiubere pro dote, ſine conſenſu ſui ſuperioris. Et an talis fideiuſsio teneat, & compelli poſsit ad ſoluendum.

Conſilij X.

Hæreticus pronuntiatus, paratus ſe corrigere, & redire ad Sanctam Eccleſiam, an liberetur à pœna ignis. Et vtrum poſito, quòd à pœna ignis liberetur, an bona confiſcata recuperet.

Conſilij XI.

Reſignare beneficium volenti Papa conceſsit, quòd poſsit retinere ſibi fructus primi anni, & poſt annum ei decem nomine penſionis debeantur. Modò reſignans vult, quòd ille, cui reſignatur, deponat centum ducatos, prout ſunt redditus beneficij, pro fructibus primi anni. Item vult, quòd reſtituat ſibi expenſas ſupellectilis factas pro dicto beneficio, & circa vnum molendinum dicti beneficij, ex quo nullos vel modicos fructus percepit: vtrum talis renuntiatio hoc modo facta, ſit ſimoniaca.

Secundò

Vtrum expenſa, quæ fit in capella & refectione domorum, deduci debeat de illis fructibus illi dandis.

Conſilij

Index Argum. in Conſilia D. Felini Sandæi.

Conſilij XII.

Princeps vaſallo mandat, ne aliquid faciat ſub pœna ſuæ indignationis, & ille non obtemperat, an per talem inobedientiam dicatur feudo priuatus, & ſit rebellis, & ei audientia denegari poſsit, & poſsit offendi, ſaltem in re.

Conſilij XIII.

Condemnatio in decem, facta contra Sempronium à iudice, & de expenſis nihil dicet, ille, in cuius fauorem ſententia eſt lata, appellat ab omiſſa condemnatione expenſarum, & poſteà ab eodem iudice petit executionem ſententiæ in illis decem, verum per appellationem ſit ſuſpenſa talis eius iuriſdictio, etiam quòd articuli ſint ſeparati, ſcilicet expenſarum, ab illis decem pro ſorte principali.

Conſilij XIIII.

Metus qualis requiratur in fœmina. Qualis item in viro, vt contractum diſſoluat. Et quomodo idipſum vel metus, in iure accipiatur. Et qualiter probetur metus.

Conſilij XV.

Venator in venatione falconem amittens, quem quidam ruſticus cepit cum actis & ſonalijs, ponens eum ſub cuſtodia, dando ei comedere carnes ſalſas & caſeum, ex quibus cibis falco mortuus eſt, verum ruſticus teneatur ad emendationem falconis.

Conſilij XVI.

Puellæ nouem annorum, & ſic in ætate infantili exiſtenti, ſine tutore & curatore, an poſsit dari curator ad litem, ſeu lites. Et quid talis curator facere poſsit, poſito quòd dari poſsit.

Conſilij XVII.

Argumentum idem omninò cum ſuperiori conſilio, idem caſus, res, & conſultatio.

Conſilij XVIII.

Canonicus ſeu clericus abſens in ſtudio de licentia ſui Epiſcopi, an debeat habere fructus, qui diuiduntur ſeu percipiuntur per præſentes in eccleſia aſsiſtentes. Et,

Abſens in ſtudio generali, an debeat reputari vt præſens.

Conſilij XIX.

Matrimonium ſeu ſponſalia an probentur per ſolam confeſſionem mulieris & viri, qui dicunt ſe contraxiſſe inuicem, & num ſit opus alijs atteſtationibus.

Conſilij XX.

Hypothecam anteriorem prætendens in bonis ſtabilibus, an per ſubſequentem renuntiationem de dictis bonis intelligatur renuntiatum priori hypothecæ, & actio ſit extincta, attenta renuntiatione, & acceptata per ipſum habentem dictam anteriorem hypothecam.

Conſilij XXI.

Hypotheca an dicatur ſublata, dato quòd ipſa principalis obligatio remaneat.

Conſilij XXII.

Mulier an poſsit habitare in domo mariti, relinquendo domum, quam pater ei reliquit ſub conditione, vt in ea maneret perpetuò, & cum marito in alia domo habitando, dicta domo paterna veniat priuanda.

Conſilij XXIII.

Iniuria vtrum dicatur fieri alicui, petēdo decimam, ad quam non tenetur. Et,

An proceſſus ſit nullus, in quo non fuit lis conteſtata. Et an in eo deficere videantur ſubſtantialia.

Conſilij XXIIII.

Colonus alicuius accuſatur ſuper poſſeſsione domini ſui, an debeat abſolui, cùm non ſit dominus, & accuſatio ſit nulla, propter hoc. Et,

Proceſſus ineptitudo an reddat proceſſum nullum, & nullum eſſe, pronuntiari debeat. Et,

Conſilium conſultoris an quis ſequi teneatur, etiam ſi à ſuperiorē datus eſt conſultor.

Conſilij XXV.

Verba, dedit, ceſsit, & locauit, vtrum poſita in contractu faciant contractum locationis, aut emphyteoticum. Et ſi fuit ceſſatum in ſolutione dicti affictus, an bona ipſa ceciderint in commiſſum, ita quòd inducatur priuatio totius iuris quæſiti ex ipſo contractu. Et pactum dictu inſtrumento appoſitum, quòd liceat quandocunque affrancare per ſe & ſuos ſucceſſores dicta bona, an per tale pactum ſit inducta liberatio, ita quòd non inſurgat dicta priuatio bonorum, etiam quòd per plures annos ſit ceſſatum in ſolutione affictus.

Conſilij XXVI.

Papa an diſpenſare poſsit aliquam deſponſantem mulierem verbaliter per verba de præſenti, non tamen ex corde cum deſponſantem, ſed eius amore captus, nulla tamen carnali copula ſequuta, attento ſuper tali diſſolutione conſenſu vtriuſque, & nobilitate viri, ac ignobilitate mulieris.

Conſilij XXVII.

Priuilegio ſuo non vtens, lapſu temporis illud amittit. Et,

Feudum datum pro ſe & ſuis hæredibus in perpetuum, an tranſeat ad omnes deſcendentes.

Conſilij XXVIII.

Conſilium eſt Manfredi de Forliuio, ad conſilium ſuperius: Feudum datum ab Imperatore hoc modo, Pro te & hæredibus tuis, & hæredibus in perpetuum: an tranſeat ad omnes deſcendentes.

Conſilij XXIX.

Habitum monachalem nouitiorum extra clauſtrum portans per multum tempus, poſteà eo dimiſſo, vtrum ſit notatus infamia per hoc ipſum, & apoſtaſi, & ei obſtet ad alias promotiones.

Conſilij XXX.

Donatio facta à Iudæo filio ſuo non emancipato, inter viuos, iuramento legis Moſaicæ vallata, an poſsit per ipſum patrem Iudæum reuocari, vel nulla dici.

Conſilij XXXI.

Immunitas conceſſa ab inferiore Imperatoris, an valeat, & ſic priuilegium. Et,

Clauſulæ,

Clauſula, motu proprio, ad hoc vt dicatur eſſe in priuilegio conceſſo, an oporteat, quòd in eo ſit expreſſa, aliàs non dicatur ineſſe priuilegio.

Conſilij XXXII.

Feudum ab eccleſia habitum, per ingratitudinem amiſſum, vel per venditionem eius, vt res propria, vtrum tranſire poſsit ad hæredes & ſucceſſores talis delinquentis, & ipſe eis concedere valeat. Et,

Inueſtitura facta de feudo, lite pendente, an valeat. Et,

Inueſtitura ſubreptitia, quia non expreſſa veritate, an valeat. Et,

Mora purgari poteſt, vbi eſt appoſita pœna, & tempus non certi diei, ſed annuatim. conſi.34.nu.23

Mora purgari poteſt, quando dies appoſita eſt cauſa differendæ ſolutionis. conſi.34.nu.25

Mora non dicitur vbi ceſſatur ex probabili cauſa. conſi 34 nu.12

Mors teſtatoris monet executores vltimæ voluntatis. conſil.34. nume.3.

Mors ciuilis idem operatur quod naturalis. conſi.8. nu 1

Motus violentus corporis ad offenſam, non poteſt violari. conſ.50. nume.19.

Minæ ad hoc vt inducant iuſtum metum, eſt conſideranda qualitas perſonæ minantis. conſi.14. num.9

Minor vigintiquinque annis, in criminalibus non admittitur. conſil.36.num.5

Minor vigintiquinque annis, qui in criminalibus repellitur ex defectu ætatis, tamen receptus & examinatus, facit ſolenne iudicium. ibid.nu.10

Minori vigintiquinque annis, qui in omittendo in iure ſuo deliquit, ſuccurritur, & conſeruatur illæſus à pœna, & damno, abſque alia reſtitutione. conſ.34.nu.9

Mulier ad hoc vt dicatur per metum contraxiſſe ſponſalia, debet interuenire metus, qui poſſit cadere non in conſtantem virum, ſed in conſtantem fœminam. conſi.14.nu.1.& 2

Mulier ſi à patre tantum territa, conſenſerit ad ſponſalia, an conſenſus ſit nullus. ibid.nu.6

Mulier marito obedire tenetur, & eſt de iure. conſi.22.nu.1

Mulier dans poculum amatorium marito, tenetur ad pœnam, & quid de medico. conſi.15.num.1

Mulier in criminalibus de iure ciuili repellitur à teſtificando. conſi. 36.num.4

Mulieris conſenſus in contrahendis ſponſalijs, libertate gaudere debet, & non metu aliquo. conſi.14.nu.5

Mulieres ſunt multo magìs verboſæ, quàm viri. conſilio 36. nume.12

Multa dicunt aliqui, vt multa ſcire videantur. conſi.45.nu.1

Munera ordinaria & extraordinaria, quæ dicantur. conſi.46.nu.8

N

NEapolitanum Regnum recognoſcit ſuperiorem, quia eſt feudum ſub Eccleſia datum, & tota Sicilia eſt de patrimonio Eccleſiæ. conſi.46.nu.11

Nepotes, ſeu nepotibus, iſta verba includunt omnes deſcendentes. conſi.28.nu.8

Notarius ſimpliciter rogatus intelligitur rogatus vt apponat clauſulas conſuetas. conſi.18.nu.10

Notarius etiam dicitur peritus. conſi.24. nu.18

Nouatio dicitur interueniſſe, interuentu nouæ perſonæ in iudicio. conſi.21.num.3

Nouatione liberatio inducitur à tali obligatione conſi.21.nu.1

Nouus in fide prohibetur aſſumi ad ſacerdotium. conſi.3.nu.5

Nundinarum facultas, ex lapſu decennij perditur, eo quòd non ſit vſus nundinis. conſi.1.num.2

O

OBligans ſe ſoluere pretium frumenti, quando creditor ab eo petierit, & creditor petat illud tempore penuriæ & careſtię, non tenetur tunc debitor ſoluere, quia non cenſetur debitorem de iſto caſu cogitaſſe. conſi.43.nu.10

Obligatio facta verbis generalibus, non obligat obligatum, ſi iudex

nullo iuris ordine ſeruato, condemnauit obligatum. conſil. 34. nume 12.
Obligatio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. conſi. 20. nu. 2
Obligatio limitata, limitatum producit effectum. conſi. 22. nu 8
Obligationis conditio, non mutatur ex perſona hæredis. conſil. 32. nume. 6
Obmiſſum non videtur, quod eadem ratione includitur. conſil. 18. num. 13
Occidendi animus cognoſcitur ex loco & re, in quibus eſt percuſſus. conſi. 50. nu. 25
Offerens ſe, vel oblatus alicui hoſpitali, cum ſuis bonis, illa oblatio habet in ſe tacitam conditionem, ſi in eo permanſerit. conſi. 47. nume. 8
Offenſus ab aliquo qui poſteà fugit, ſi reaſſumptis viribus currat poſt fugientem, & eum occidat, non tenetur de homicidio. conſil. 50. num. 21
Officialibus ciuitatis, poteſtate data prouidendi ſuper abundantia ciuitatis, poſſunt illi recipere pecuniam mutuò, & obligare ciuitatem vt emat frumentum pro abundantia. conſilio 16. nume. 8
Officium regulare & ordinarium potentius eſt, quàm extraordinarium. conſi. 16. nu. 17
Officium cuiuſcunque, nemini debet eſſe damnoſum. conſilio 15. nume. 7
Oeconomus ſi ſit conſtitutus à capitulo ſede vacante, an poſſint coram eo agitari cauſa, & alia fieri ac ſi viueret Paſtor, & eccleſia non vacaret. conſi. 40. nu. 3
Oeconomus ſede vacante conſtitutus, temporalia ſolùm adminiſtrare poteſt, non eccleſiaſtica, nec iuriſdictionem contentioſam. ibid. num. 6
Ordinandus ab Epiſcopo, ſi quid notario offert, vel Epiſcopo præſentat, eſt ſimoniacus, & à ſolo Papa poteſt diſpenſari. conſil. 38. num. 9
Ordo peruerſus in iudicio factus, facit proceſſum nullum. conſil. 23. num. 3
Ordinis omiſſio, in proceſſu, tam in cauſis ordinarijs, quàm extraordinarijs, reddit proceſſum nullum. conſ. 24. nu. 7
Onus generaliter impoſitum rebus, vt onus reale, tranſit cum onere ſuo, etiam ſi dictæ res & bona tranſeant in clericum vel eccleſiam. Secus ſi tale onus ſit variabile & incertum. conſil. 46. num. 17
Optione legata vnius ſerui ex familia, & antequàm legatarius optet, ſeruus manumiſſus eſt per hæredem, ſi legatarius non optet, ſeruus remanet liber. conſi. 2. num. 18

P

PAcis bonum & effectus reputantur magna cauſa. conſil. 35. num. 5
Paciſci alteri nemo poteſt. conſi 50. nu. 7
Pactum inſtrumento emphyteotico appoſitum, de non expellendo ipſum emphyteotam, intelligitur, ſi talis emphyteota ſoluerit canonem. conſi. 25. nu 22
Papa iniungens ordinario, quod ad eius officium ſpectabat, & in fine dicens, & habebis ratum quicquid noſtra auctoritate feceris. per hoc non facit eum delegatum. conſi. 43. nu 17
Papa nunquam præſumitur velle vti poteſtatis plenitudine. conſil 4. num. 4
Papa nunquam intendit multiplicare inconueniens in aliquo beneficiando. ibid. nu. 5
Papa an tollere poſſit circa ius diuinum, aut in vna ſpeciali contingentia circa ipſum, ex cauſa diſpenſare. conſi. 26. nu. 5
Papa ex certa cauſa tollit præcepta Apoſtoli. ibid. nu 6
Papa diſpenſat aliquando ſuper iuramento præſtito. ibid. nu. 8
Papa non præſumitur vti plenitudine poteſtatis ſuæ. conſil. 11. nume. 4
Papa dicitur primus Monarcha. conſi. 31. nu. 11
Papa concedit quandoque diuerſis religioſis ore proprio, quibus ipſi vtuntur ſecretè, nec Papa vult fieri litteras. conſil. 6. nume. 4
Papa dando indulgentias aliquibus religioſis pro earum eccleſia, videtur præſupponere vitam eorum approbatam. conſilio 34. nume. 4
Papa ſolus poteſt mutare voluntatem teſtatoris, & diſpoſita uno modo mutare in alterum. Nec legatus de latere poteſt niſi ſolus Papa. conſi. 41. num. 9
Papæ poteſtas non eſt ſoluere, quæ ſunt de iure diuino, ſed ea defendere vſque ad ſanguinis effuſionem. conſ. 26. nu. 4
Papæ poteſtas verſatur circa matrimonia, & quomodo. ibidem, nume. 12
Papæ authoritas, in beneficialibus ampliſſima eſt. conſ. 11. nu. 1
Pater factus monachus, an retineat filium in poteſtate. conſil. 30. num. 13
Patientia Principis non inducit diſpenſationem ſtatuti, cùm Princeps non præſumatur ſcire, quæ ſunt facti. conſ. 7. nu. 7
Patria poteſtas eſt facta, & circunnunciari non poteſt. conſi. 30. nume. 12
Patronus præſentans aliquem ad eccleſiam vacantem ſub his verbis, Præſento te ad eccleſiam, concedendo patronatum, per hoc non concedit totaliter patronatum, ſed tantum eo reſpectu, quo poſſit petere inueſtituram. conſ. 27 nu 3 & 4
Paulus de Caſtro vir maturi capitis dicitur. conſi. 42. nu. 11
Pax facta à duobus de ea non rumpenda, ſub obligatione, & pœna fiſco applicanda, vel eccleſia, ſi poſteà ſe offendunt, & ſe reconciliant, talis conciliatio non necet eccleſia. conſilio 10. nume. 8
Perſona ſuadens quando eſt inhabilis, iudicium retrò ſemper redditur nullum. conſ. 7. num. 3
Petitio ſimplex facta ab eo, qui cogere poteſt, dicitur violenta. conſ. 31. num. 18
Petitio eius qui cogere poteſt, facta in aliquem, ſi ſequatur ſolutio vel factum talis petitionis, non dicitur talis ſolutio ſpontanea, etiam ſi ceſſet petitio. conſ. 58. nu. 5
Pœnam non meretur, quod ſit lege permittente. conſi. 29. nu. 2
Pœnalis diſpoſitio quæ loquitur negatiuè, ſ ſi non fecerit tale quid perdat certum quid, ad hoc vt pœna committatur, requiritur monitio. conſ. 84. nu. 11
Poſſidere non dicitur colonus, ſed dominus. conſ. 50. nu. 3
Poſſidens immobilia, qui lege vel aliàs à ſatiſdatione releuatur, non habet locum, ſi poſſidet vilem terræ ceſpitem, vel vnam domunculam conſ. 42. num 16
Poſſeſſio data de facto, de facto poteſt reuocari, vocato poſſeſſore. conſ 49. num. 17
Poſſeſſio requiritur in præſcriptione: aliàs eſt nulla. conſil. 2. nume. 12
Poſſeſſionem rei naturalem tantum habens, & non ciuilem non poteſt incurrere pœnam l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. conſi. 50. num. 15
Poſſeſſorio agenti in cauſa matrimonij, ſufficit docere de coniugio quoquomodo, etiam ſi non plenè. conſ. 49 num. 1
Prælatos vocat Bartolus inſatiabiles. conſ. 42. nu. 13
Præceptum præproperè factum, & ſine cauſa cognitione, eſt inualidum. conſ. 5. num. 4
Præceptum iudicis, non obligat vltra poſſibilitatem. ibid. nu. 6
Præceptum præſupponens dolum. debet de facto reuocari, conſtito quòd non adeſt dolus ſeu contumacia. conſ. 49. nu. 12
Præcepta quæ fiunt ſine cauſa cognitione, non habent vim ſimplicis etiam citationis. conſ. 5. num. 5
Prædicatum eſt nobilius ſubiecto. conſ. 46. num. 4
Prælatus ante poſſeſſionem ſuæ prælaturæ aut beneficij, nil agere aut adminiſtrare poteſt etiam quod Papa ipſum Epiſcopum pronuntiarit. conſ. 40. nu. 7
Prælatus rem eccleſiæ illis de nouo concedere non poteſt, quarum culpa ſeu negligentia res illa reuerſa eſt ad eccleſiam. conſil. 32. num. 11
Probatum expreſſè dicitur, quod reſultat virtualiter ex ratione intellectus bene apprehendentis ex ipſis actis ſeu probatis. conſil. 2. num. 29
Prælati tales eſſe debent erga ſubditos, quales eſſe vellent, ſi ſubditi ſibi eſſent ſui prælati vel ſuperiores. conſi. 3. nu. 4

Præſcriptio quadraginta annorum, ad hoc vt procedat, requiritur titulus aptus ad præſcribendum, ſeu dans cauſam præſcribendi. conſ.2.num.2
Præſcriptio ſeu quaſi poſſeßio, ſine titulo, ad hoc vt habeat locum, requiritur tempus in cuius contrarium memoria hominis non exiſtat. ibid.num.4
Præſcriptio an ſit contra ius commune. ibid. nu 6
Præſcriptio interrumpitur per vnicum actum. ibid.nu.6
Præſcriptio nulla cum mala fide, procedit etiam ſi ſit poſſeßio tanti temporis, cuius memoria in contrarium non extet. ibidem, num.11
Præſcriptioni longißimi temporis renuntiari non poteſt. conſ.25. nume.19
Princeps in his in quibus diſſoluendis ex ſola voluntate proceßit, eius contraria voluntas ſufficit. conſ.27.nu.17
Princeps non præſumitur priuilegiare aliquem contra ſe. ibidem, nume.18
Princeps vel alius rector conformare ſe debet moribus eorum, cum quibus viuit. conſ.35.nu.15
Principis mens talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet. conſil. 31. nume.7
Prior in tempore, potior eſt in iure. conſi.1.nu.1
Priores ciuitatis habentes poteſtatem ſuper bono & pacifico ſtatu ciuitatis, poſſunt vigore dictæ facultatis facere ſtatuta, quòd habentes ad inuicem diſcordias, & cauſas teneantur compromittere. conſ.26 nu 9
Priuilegium contra ius, in dubio intelligitur perſonale. conſil. 6. nume.5
Priuilegium immunitatum non poteſt concedi nec oriri niſi à ſolo Principe non habente ſuperiorem, vt Imperator, quia procedit ex plenitudine poteſtatis, aliàs non valet. conſilio 31. num.5
Priuilegium vni conceſſum non extenditur ad aliud. conſil. 3. nume.2
Priuilegium an præſcriptione tolli poßit. conſ.27.nu.21
Priuilegium cum ſit ſtricti iuris, an ex identitate rationis poßit extendi. conſ.18.nu.12
Priuilegij reſtrictio cenſetur benigna & pia, cùm per reſtrictionem reducitur ad ius commune. conſ.44.nu 6
Priuilegia vni loco conceſſa, ſub hac forma, ſicut & prout habet talis eccleſia, aut tale hoſpitale, ſi poſt tale priuilegium dictæ eccleſiæ vel hoſpitali aliud priuilegium de nouo conceditur, non intelligitur conceſſum dicto loco, quia intelligitur de præſenti, non de futuro. conſ.33.nu.3
Priuilegia conceſſa ſine clauſula motu proprio, non tenēt nec releuant priuilegiatum. conſi.31.nu.3
Priuilegia conceſſa eccleſiis extenduntur per omnia ad hoſpitalia. conſi.33.num.6
Priuilegia data ſtudentibus ſuper perceptione fructuum in abſentia, an intelligatur ſolum de ſtudentibus in ſacra pag. conſi. 18.num.7
Priuilegiatus non vtens priuilegio ſuo, illud per non uſum decennio amittit. conſi.1.nu.23
Præ, dictio, eſt ampliatiua. conſi.28.num.6
Probationes in criminalibus clariſſimæ debent eſſe. conſilio 36. nume.1
Procurator conſtitutus, poteſt obligare bona domini pro obſeruantia contractus, & apponere pœnam, licet ad hoc non habuerit mandatum. conſ.16.num.6
Procurator dicens & faciens plus, quàm habet in mandato præſente domino & tacente, obligat ipſum dominum, etiam ad pœnam. conſi.39.nu.16
Procurator excedendo fines mandati, ſciente ſeu præſente domino, niſi reuocet, dicitur fieri à domino. conſi.39 nu.17
Profeſſio diſpar non debet eſſe in vno & eodem collegio, quia talis diuerſitas inducit diſcordiam ex morum diuerſitate, & eſt dare duos paſtores vni gregi. conſi.35.nu.12
Profeßioni creandæ ſeu inducendæ quæ requirantur. conſilio 29. num 4
Proceſſus ineptitudo, an reddat proceſſum nullum. conſi.25.nu.17
Profeßioni inducendæ tria ſubſtantialia requiruntur. conſilio 47. num.2
Profeßioni alicuius religionis oblata, non poſſunt redire ad ſeculum, etiam ex ſuperioris diſpenſatione. conſi.47.nu.1
Prohibitio tutori facta, ne ducat eam, cuius tutor extitit, habet locum in filio tutoris. conſi.32.nu.8
Prohibita re vti licet, quando eſt aliquid permiſſum ad quod permißum deueniri non poteſt, niſi per prohibitum. conſil. 16. nume.4
Prouiſio & pœna hominis, facit ceßare prouiſionem legis. conſil. 25.num.25
Puellæ quæ faciunt refutationes ſuis fratribus, etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris, quatenus ſapiunt denotationem, etiā ſi ſunt iuratæ, ſunt nullæ. conſi.26.nu.15
Puellæ nouem annorum non habenti tutorem vel curatorem, an poſſit dari curator ad litem ſeu ad lites. conſi.16.nu.1
Punitur falſum licet nemini damnum inferat. conſi.48.nu.8
Puniri & condemnari, ſolùm iſta verba conueniunt iudicio criminali, non ciuili. conſi.23 num.5
Pupillus paciſci, & alia ad ſuum commodum facere poteſt ſine tutore, aliàs non. conſi 16.num.12
Pupillo impoſſibile eſt donare, etiam cum authoritate tutoris, & iuramento. conſi.16 num.14

Q

Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundùm tempus verbi. num.21
Qualitas nominis determinans verbum à quo diſpoſitio ſumit effectum, habet limitare obligationem, ſi ceßat æqualitas. conſil.25.num.23
Quot capita, tot ſententiæ. conſi.25.nu.14

R

Ratio vbi eſt diuerſa argumentari non poteſt. conſilio 16. num.10
Regnum omne in ſe diuiſum, deſolabitur. conſi.35.nu.17
Regula eſt Cancellariæ Apoſtolicæ, quod contra eum qui triennio tenuit beneficium pacificè, non poſſit opponi quicquam, ſubreptionem concernens, niſi vitium ſimoniæ. conſi.2 nu.3
Regulæ additio facta, eſt pars regulæ. conſi.33.nu.1
Regulæ Apoſtolicæ Cancellariæ de triennali poſſeſſore non moleſtando, intellectus. conſi 44.num.1
Religio tollit maculam peccati, ſed non iuris, vel facti. conſil.37. nume.6
Religionis alterius ingreſſus per monachum factus tollit omnem maculam, ſcilicet quo ad actus temporales, vt poßit eſſe in iudicio, qui prius eſſe non poſſet. Sed ad actus ſpirituales remanet macula & inhabilitas. conſi 36.nu.5
Religioſi non excuſantur ignorantia iuris, niſi ſint monachi qui nunquàm exeunt monaſterium. conſi 38.nu.10
Res de facili ad naturam ſuam reuertitur. conſ.6.num.8
Rei demonſtratæ fruſtra adijcitur. conſ.31.nu.1
Re prohibita vti licet, quando aliquid eſt permiſſum ad quod permiſſum deueniri non poteſt, niſi per prohibitum. conſil. 16. num.4
Reipublicæ intereſt, ne delicta & crimina remaneant impunita. conſi.3.num.1
Remedium ordinarium vbi poteſt habere locum ceſſat extraordinarium. conſi.17.num.2
Renouatio rei extinctæ, vel quæ pro extincta habetur, non dicitur nouatio, ſed quodammodo reuerti ad naturam ſuam. conſil.31. num.13
Renuntians caſibus fortuitis, & quibuſcunque, non intelligitur renuntiaſſe caſui inſolito, & ſic de eo non exiſtimatur cogitaſſe. conſi.43.num.9
Renuntians beneficio, an committat ſimoniam, ex eo quòd vult ſibi ſolui expenſas in certis maſſaritijs eccleſiæ. conſi.11.nu.6
Renuntiationis acceptatio, eſt actus continens liberationem in ſe,
& licet

& licet non præiudicet acceptanti in iure deteriorationis, quando ſit ſimpliciter, ſecus tamen, quando ſit ſpecificè. conſilio 21. num. 2
Reſcripta ſumunt vires ex præſumpta mente concedentis. conſil. 31 num. 6
Reſtitutus ad gratiam iam reuocatam, non conceſſa ſibi noua, ſed illam confirmando talis reſtitutio non nocet gratijs medio tempore conceſſis. conſ. 1, nu. 27
Reſtitutus per principem ad ciuitatem, à qua erat bannitus, cum facultate recuperandi bona confiſcata, non intelligitur de bonis, quæ fiſcus iam alienauit. ibid. nu. 28
Reſtitutus ad beneficium, à quo erat remotus, non innititur ex veteri titulo, ſed ex nouo. conſil. 1. nu. 29
Reſtrictio iuris alicuius, quod principaliter vni fauorabile eſt, cenſetur benigna, & pia, quamuis alteri ſit aſpera. conſilio 6. numero 9
Romanum imperium hodie ceſſat conſil 49. nu. 13
Ruſticus ſimplicitate ſua excuſatur. conſil. 15. nu. 8
Ruſtici non debent optare ea, quæ eis non licet habere, cum nihil, niſi quòd ex terra participat, optare poſſint. conſilio 15. numero 4
Ruſtici non debent interrogari de his, quæ ſunt reſeruata peritioribus. conſil. 2. num. 5
Ruſtici ſagaciter, & peritè deponentes, ſunt ſuſpecti de ſubornatione. conſil. 2. nu. 38

S

SCandali fomentum habent diſmembrationes. conſilio 35. numero 18
Scripturam falſam faciens, licet ſcriptura illa non faciat plenam fidem, ſed aliquod adminiculum, punitur tamen pœna falſi. conſil. 48. num. 9
Sciri dicitur, quod vehementer opinatur, vel quod ab antiquis percipitur. conſil. 48. nu. 24
Scrutinium non eſt fiendum in omni electione, niſi illorum prælatorum, qui habent iuriſdictionem ordinariam, & cognoſcunt de criminalibus, & ciuilibus cauſis: in alijs ſufficit, quòd conuentus, et congregatio eligant. conſil. 38. nu. 2
Scrutinij forma eſt difficilis, & in multis, viri etiam perfecti deficiunt conſ. 38. nu. 1
Sententia lata ſuper libello inepto, eſt nulla. conſi. 24. num. 4
Sententia lata ex falſa cauſa, eſt nulla. conſil. 49. nu. 14
Separatio ſi committatur, vel ſpolietur mulier ſine culpa, propter aliam ſe prætendentem vxorem, auditur ſeparata. conſilio 49. nume. 3
Sermo & locutio alicuius loquentis, refertur & interpretatur ſecundum illud, quod loquitur. conſil. 39. nu. 13
Simonia mentalis, aboletur per pœnitentiam conſilio 38. nu. 7
Socij duo ſi ſint quos ſocios fuiße apparuit, & demum in diuiſione ſtetiſſe per decem annos, licet non probetur aliter diuiſio ex diuturnitate temporis præſumitur diuiſa ſocietas. conſilio 2. numero 25
Solēnitates, quæ aliàs in aliquo facto requiruntur, ſi de facto notorie conſtat, & clarè, tales ſolennitates relaxantur, nec eis eſt opus. conſ. 42. nu. 3
Solutio ſpontanea illius dicitur, quando non præceſſit exactio illius, qui cogere poterat. conſi. 31. nu. 17
Species in ſpecie ſua tantum operatur quātum genus in genere ſuo conſil. 46. nu. 15
Species derogat generi, quando euellitur a ſpecie, vt ſpecies ſeparata. conſi. 35. nu. 10
Spoliatus dicitur ante omnia reſtituendus, fallit quando ſibi obſtat notorius defectus, quia tunc non reſtituitur ante omnia. conſilio 37. num. 4
Sponſalia filius contrahendo coactione reuerentiali patris, tenet conſenſus: Secus ſi coactus a patre, vi vel metu. conſilio 14. numero 7
Sponſus & maritus differunt, ſunt tamen correlatiua. conſilio 39. numero 12
Statutum permittens bannitum impune occidi, an intelligatur etiā quod poſſit occidere, quia non eſt in poteſtate percutientis motum temperare. conſ. 50. nu. 20
Statutum debet interpretari ſecundum ius commune. conſilio 48. numero 16
Statutum dictans, quòd ſtetur dicto alicuius, intelligitur dummodo iuret. ibid. nu. 17
Statutum, quòd homicida decapitetur, debet intelligi de doloſo, & non culpoſo, vel caſuali. ibid. nu. 18
Statutum, quòd pater teneatur ad legitimam pro filio, debet intelligi, ſi filius non ſit ſoluendo. ibid. nu. 19
Statutum diſponens de dote lucranda, mortua uxore ſine liberis, an habeat locum in mortua poſt ſtatutum, & dotata ante ſtatutū. conſil. 1. nu. 12
Statutum ponens vinculum laico ante clericatum, ſi poſtea factus eſt clericus, tale vinculum tranſit cum illo in clericatum. conſil. 46. num. 18
Statutum, quòd minor non poſſit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, ſi obligatio tendit ad commodum minoris, valebit illa ſine conſenſu propinquorum. conſ. 16. nu. 11
Statutum dictans, quod poßidens apothecam, non poſſit capi perſonaliter, non habet locum in poſſidente apothecam viliſſimam. conſil. 2. num. 18
Statutum loquens de ſcriptura manu debitoris, habet locum in ſubſcriptione manus eius ſolum conſil. 2 nu. 18
Statutum loquens in rebellione, non habet locum in inobedientia conſil. 12. nu. 3
Statuti natura eſt, non dare detrimentum, nec ligare præterita. conſilio 1. nu. 16
Statuto vel conſuetudine ſtante, quòd ſi aliquis de conſortaria vendiderit aliquam rem immobilem, poſſit proximior de conſortaria retractare, & petere ſibi reuendi intra annum, eodemque pretio: ſi facta fuerit non conſorti, talis proximior ulteri extraneo vendere, vel credere illud ius non poterit. conſilio 15. numero 14
Statuto dictante, quod index ferat ſententiam cum conſilio ſapientis, ſententia lata ſine conſilio, an ſit nulla. conſil. 24. numero 11
Statuto mandante, quod de contractu ſoluatur gabella, ſi non ſoluatur, an contractus remaneat validus. conſilio 7. numero 1
Statuto diſponente, quòd nullus bannitus audiatur, an valeat proceſſus factus ante banni exceptionem. conſil. 7. nu. 3
Statuto dictante, quod bannitus non audiatur, vel ius ei non reddatur, proceſſus in eius fauorem factus, etiam parte non opponente, eſt nullus. ibid. nu. 5
Statuto derogatur per inobedientiam, & per non vſum dicitur ſublatum. conſil. 18. nu. 16
Statuto ſtante, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi poſt contractum factum nolunt partes cancellare, & cancellatur, an per hoc fiſco ſolui debeat gabella, conſi. 10. num. 6
Studentibus priuilegia data ſuper perceptione fructuum in abſentia, an intelligatur ſolum de ſtudentibus in ſacra pagina. conſil. 24. num. 4
Subſtitutio pio loco facta, caſu, quo hæres inſtitutus deceſſerit ſine liberis, non euaneſcit, ſi ille ſubſtitutus ingreditur monaſterium. conſil 8. nu. 2
Succeſſorum appellatione, intelligi debet de vniuerſali ſucceſſore non de particulari. conſ. 15. nu. 13

T

TAxa generalis, quæ dicatur. conſ. 46. nu. 7
Tempus & dies in actu appoſita, interpellant pro homine, nec requiritur alia monitio. conſ. 34. nu. 2
Tempus datum petendæ inueſtituræ, non currit impedito, maxime quando per impedimentum pacifice non poſſedit. conſi. 32. nu. 16. & 17
Teſtamentum in quo præteritus eſt filius, eſt nullum ſi hoc ipſe vult. Secus, ſi taceat. conſil. 1. nu. 16

Teſtator

Teſtator ſi grauat hæredem de emendo aliquo loco in quo fiat eccleſia vel hoſpitale, de licentia diœceſani ſi dominus loci nō vult illum vendere, bona reinuertuntur hæredi. conſi. 41. nu. 10
Teſtator legans patrimonium ſuum fratribus certi loci, ſi omnes fratres recedunt de dicto loco, dictum patrimonium conuertitur in meliores vſus, & non illi loco. conſi. 34. nu. 17
Teſtator relinquens quod in certo loco emendo ab hærede ſuo cōſtruatur eccleſia, vel hoſpitale cum licentia diœceſani, ſi hæres volens emere illum locum, & ille, cuius eſt locus vendere non vult, tale legatum debet conuerti in alia pia opera pro anima teſtatoris conſi. 41. nu 10
Teſtator relinquendo bona ſua eccleſiæ, poteſt apponere legem illis bonis decernendo ad cuius vſum debeant applicari, & eſt obſeruandum. conſi. 41. nu 6
Teſtatore mandante tutoribus, vt omnia faciant cum conſilio alterius, factum ſine eius conſilio non tenet. conſi. 24 nu 10
Teſtis cauſæ redditio conſtat ex duobus: ratione ſcilicet, & intellectu. conſi. 2. nu. 19
Teſtis ita punitur de falſo, ſi verum taceat, ſicut ſi falſum deponit. conſi. 50. nu. 23
Teſtis corruptus, etiam ſi verum dicat, non probat. ibid. nu. 24
Teſtis qui factum obſcurè narrat, & contradictionem implicat, nō probat. ibid. nu. 16
Teſtis vnus ad hoc vt ſufficiat in probando contra aliquem, debet eſſe omni exceptione maior. conſi. 36. nu. 2
Teſtis infamis infamia facti, non eſt omni exceptione maior, & non ſufficit eius teſtimonium ad condemnandum ibid. nu 3
Teſtis ad hoc vt repellatur à teſtificando, non ſufficit accuſatum inquiſitum & conuentum, ſed condemnatum ibid. nu. 8
Teſtis infamis infamia facti, in criminalibus repellitur. fallit, quādo teſtis teſtificatur cum tormentis: quia tunc valet. ibid. numero 9
Teſtis deponens per verbum credit, non probat. conſilio 2. numero 7
Teſtis dicitur corruptus ſi accepit pecuniam vt veritatem dicat. conſi. 43. nu. 10
Teſtis, qui verum depoſuit, & in cauſa ſcientiæ aſſignauit ſenſum corporeum, ſecundum quem falſum dixit, non eſt condemnandus pœna falſi. conſi. 48. nu. 14
Teſtis deponens de ſcientia, quam ab alio audiuit, licet quod audiuit, non ſit verum: per hoc non dicitur falſus teſtis. conſi. 48. numero 23
Teſtes negantes in criminalibus, præferendi ſunt etiam dignioribus negantium. conſi. 5. nu. 28
Teſtes viles & vacillantes, qui offendunt aures iudicis, poſſunt torqueri. conſi. 36. nu. 6
Teſtes duo amici, qui propter amicitiam non faciunt integram fidem, ibi duo requiruntur, ſi ſunt tres, ſuppletur per illum tertium, etiam ſi ſit amicus, deiectus amicitia omnium. ibid. numero 11
Teſtes ad hoc vt probent præſcriptionem tanti temporis, cuius memoria, & c. qualiter deponere debeant conſi. 2. nu. 35
Teſtes debent concordari & concordantur per poſſibilem multiplicationem actuum. conſi. 36. nu 13
Teſtes vt probent memoriam in contrarium non extare, quæ requirantur. conſi. 2. nu 8
Teſtium varietas, infringit dictum eorum. conſi. 50. nu. 8
Teſtium minori numero fide dignorum magis creditur, quàm maiori numero vilium. conſi. 50. nu. 19
Teſtium veritatis initia, non debent eſſe per rationem diſputandi, ſed quodam tactu ipſius veritatis. conſi. 2. nu. 20
Teſtium dicta requirunt modificationem à communi vſu loquendi, & ſecundum communem intelligētiam interpretatur. cōſ. 2. numero 36
Teſtium dicta non debent intelligi ſecundùm iuris ſubtilitates. ibid. nu. 37
Teſtibus contrarijs attendi debent qui dicunt veriſimiliora. cōſ. 50. numero 27
Titulus debet allegari & probari, quando agitur de vnione duarū eccleſiarum. Nec ſufficit allegare ſolā poſſeſſionē cōſi. 2. nu. 13
Titulus putatiuus ad cauſandam præſcriptionem in vnione eccleſiarum, quomodo probetur ibid. nu. 14
Titulus putatiuus an debeat probari in vnione. ibid. nu. 15
Titulus fama publica probatur. ibid. nu. 17
Titulus, qui verè probari non poteſt, an probetur per communem reputationem tituli. ibid. nu. 21
Torturo in criminalibus in teſte cauſatur ex culpa per imperfectā & variam loqutionem & præſumptionem falſi, & vilitatem perſonæ: & talis torturo etiam de iure canonico admittitur. conſi. 36. nu. 7
Tradidit & vendidit, per iſta verba in inſtrumento venditionis dominium transfertur cum ſuis pertinentijs immediatè in emptorem, nec requiritur alia poſſeſſionis apprehenſio. conſi. 50. numero. 1
Tot capita, tot ſententiæ. conſi. 35. nu. 13
Tributum quale dicatur, & quid ſit. conſi. 46. nu. 1
Tributum eſt illud, quod pro pace & quiete, & pro ſalute populi, ſoluitur principi. ibid. nu. 5
Tributum large quid dicatur. ibid. nu. 6
Tributum dicitur onus mere reale ibi. nu. 9
Tributaria bona laicorum, ſi hodie tranſeant ad eccleſiam, vel clericos, tenentur ad illa tributa. conſi. 46. nu. 16
Tributaria non poſſunt eſſe prædia in Italia, ſed in prouincia ſic. conſi. 46. nu. 12
Triennalis curſus licet excludat hæredem ab impugnatione ſoluendi legata, vigore ſtatuti, iuxta l. primam. C. de fideicommiß. tamen non excludit à facultate impugnandi teſtamentum per inhabilitatem teſtatoris. conſi. 44. nu. 3.
Turbato de facto licitum eſt incontinenti reſiſtere, & ſi verba non ſufficiunt, etiam per vim defendere bona. conſi. 50. nu. 10
Tutor pupilli illuſtris, poteſt exercere munera, dignitates, & libertatem, ſecundùm qualitatem dignitatis pupilli conſi. 16 nu. 18.
Tutor habiturus litē cum pupillo datur ei curator ad litem. cōſ. 17 numero 3

V

VAſallus, qui commiſit delictum, propter quod feudo priuatur, ſi poſteà per ſententiam fuit à principe reſtitutus, feudum recuperat. conſi. 10. nu. 1
Vectigalia, collecta, & pedagia, an poſſint per alios reges, quàm per imperatores de nouo imponi. conſi. 46 nu. 10
Vectigalia hodie reges, ſaltem de conſuetudine poßunt imponere, & pedagia ſubditis, maximè in Italia ibi. nu 14
Vendere promittens bona alicui, quādocunque ſoluatur certa quātitas producta venditione, tamen vltra decennium, dictus promittens non tenetur. conſi. 25 nu. 17
Vendendi fiſcalia facultas, cui data eſt, poterit dare fideiuſſorem euictionis, & apponere pœnam & pacta, pœnalia, ſecundum morem regionis: licet in facultate non ſit expreßum. conſ. 20. numero 7.
Vendens rem aliquam, intelligitur vendere iure proprio, non libellario ſeu emphyteoticario. conſi. 32 nu. 15
Venditio prædij minoris, quando continet manifeſtam vtilitatem, etiam ſine tutoris authoritate, valet. conſi. 16. nu. 13
Verbum imperpetuum ſecūdum ſubiectam materiam intelligitur. conſilio 28
Verba contrahentium non trahuntur regulariter ad incogitata. conſi. 43. nu. 1
Verba ſemper ponderant actiones hominis, verbis expreſſas, non corde retentas. conſi. 38 nu. 8
Verba contrahentium, ex cauſa intelliguntur de præſenti, etiam ſi partes vtantur verbis futuri temporis. ibid. nu. 2
Verbo in contractibus debere aliquid operari, intelligitur, dummodo ius commune non lædant ibid. nu. 4
Verbo in contractibus appoſita, nihil operantur, quando ſunt contraria iuri communi, & ex eis reſultat abſonus intellectus: quia tunc ſecundum ius commune interpretantur. ibidem numero 5
Verba appoſita in contractibus & alijs ſcripturis, cauſa maioris vehementiæ,

vehementia, ſeu quodam uſitato ſtylo, non inducunt alterationem ſubiectæ materiæ, etiam ſi remaneant fruſtratoria. ibid. numero 18
Verba dubia interpretantur contra proferentem, & ſtipulantem in contractibus. conſi. 25. nu. 15
Verba ſemper, & quandocunque, non tollunt præſcriptionem longiſſimam 30. annorum. ibid. nu. 20
Verba ſub pœna indignationis noſtræ, important priuationem beneficiorum. conſi. 12. nu. 1
Verba: ſi quis plus valet, donat, geminata in contractu tollunt remedium l. 2. C. de reſcind. vend. conſi. 27. nu. 9
Verba geminata plus important, quàm ſimplicia. ibidem. nu. 7
Verborum geminatio, non neceſſaria in contractu, non mutat rerũ ſubſtantiam. conſi. 26. nu. 8
Verecundia excuſat mulierem adulteram à pœna, ſaltem, quæ non clamauit propter verecundiam imminentem. conſi. 34. nu. 21
Veritas in paucis conſiſtit. conſi. 45. nu. 2
Veritatis origo, aliquando multum operatur. conſi. 48. nu. 26
Vim vi etiam clericis licitum eſt repellere, pro conſeruatione rerum ſuarum. conſi. 50. nu. 11
Vinco vincentem te, ergo vinco te. conſi. 1. nu. 9
Virginalis pudoris in matrimonio ſeu ſponſalijs contrahendis eſt, non ita conſentire præciſè. conſi. 39. nu. 8
Virginalis pudoris non eſt de per ſe maritum ſuſcipere, vel partium eligere, ſed parentum iudicium expectare. ibi. nu. 9
Viris literatis eccleſia maximè indiget. conſi. 18. nu. 5
Viſitator generalis poteſt cognoſcere maleficium à viſitatore ſpeciali. conſi. 35. nu. 6
Viſitator deputatus à Papa ſpecialiter in aliquo loco, videtur aliſmente iuriſdictionem ordinariam. ibid. nu. 9
Vita aſperior licet religioſis deduci non poſſit, niſi adſit ſolemnitas ſui conſenſus, tamen ſi reperiuntur obſtinatus, in quo olim erant non requiritur conſenſus ſolemnitatis. conſi. 32. nu. 20
Vitium anteceſſorum tranſit in ſucceſſores. conſi. 29. nu. 12
Vitia perſonalia, perſonæ cohærentia, tranſeunt contra quemcunque ſucceſſorẽ, maximè cum datur admonitio ex primo autore. conſi. 32. nu. 7
Voces, ſunt ſigna paſſionum, id eſt voluntatũ animi. conſi. 48. nu. 7
Vnitur vna eccleſia alteri, cum vna eorum eſt pauper. conſilio 2. numero 30
Voluntas teſtatoris expreſſa, non eſt immutanda. conſilio 41. numero 9
Voluntas in delictis inſpicitur. conſi. 48. nu. 3
Voluntatis mutatio non præſumitur. conſi. 39. nu. 4
Votum de non petenda diſpenſatione à Papa, an valeat. conſi. 26. numero 10
Voti obſeruantia, eſt inducta de iure diuino. conſi. 26. nu. 9
Vnio facta ex falſa cauſa eſt nulla. conſi. 35. nu. 11
Vnio aut annexio, an probetur ex diuturnitate temporis. conſilio 2.
Vnio an probetur: & ſama probet titulum: & dicatur ſufficienter probatum. conſi. 2. nu. 16

F I N I S.

CONSILIA

ET IVRIDICA RESPON.

R. PATRIS D. FELINI SANDAEI PATRITII FERRARIENSIS,

ROTAE ROMANAE MERITISSIMI & ornatiſsimi Auditoris,

LVCENSISQ. EPISCOPI, ATQ. IVRISCON. PEREXIMII.

PER D. IOANNEM VANVLIUM CIVEM LVCENSEM, V. I. D. promulgata.

ARGVMENTVM.

STATVTO ſtante in collegio Artiſtarum, quòd vacante vno loco in dicto collegio, alius, in quem maior pars conſentiret, aſſumatur: poſtea alio ſtatuto facto, quod ille debeat prior admitti, qui prior gradum aſſumpſit: Vtrum graduatus tempore primi ſtatuti non petens admitti in collegio, & poſt illum alij admiſſi, an prior, qui non petit admitti, lapſis iam decem annis, poſſit in præiudicium aliorum admiſſorum obtinere & admitti?

SVMMARIVM.

1 PRIOR in tempore, potior eſt in iure.

2 *Matrimonium per ſuperuenientiam furoris, non annullatur: ſecus ſi ante matrimonium.*

3 *Citatio facta pro electione nondum defuncto prælato, non tenet, licèt poſtea moriatur.*

4 *Acta & geſta pendente aliquo obſtaculo, quod poſtea tollitur, non per hoc geſta & acta valida redduntur.*

5 *Clauſula in reſcripto Papæ: quòd ſi non omnes etc. alter veſtrum etc. ad hoc ut unus poſsit exequi, requiritur, quòd conſtet de impedimento alterius, vel aliorum.*

6 *Libertatis datio ſeruo alieno, ſi ille, qui libertatem dedit, ſuccedit domino ſerui, non per hoc confirmatur illa libertas.*

7 *Beneficia in curia Romana, quæ Papæ ſpectant, intra menſem ſuum conferenda, ſi ordinarius illa contulit, licèt Papa intra menſem ſuum contulerit, non per hoc eſt ualida collatio ordinarij.*

8 *Clerici duo habentes literas Papæ ad præbendam primò uacaturam, unus uerò eorum habet gratiã ſuam cum clauſula intra menſem acceptandi, et uacat præbenda, et ſecundus ante finitum menſem illã acceptat: acceptatio eſt nulla, etiã ſi ſit finitus menſis, & primus non curat acceptare.*

9 *Unico vincentem te, ergo uinco te, valet.*

10 *Statuti natura eſt non dare detrimentum, nec ligare præterita.*

11 *Actus non operatur, nec operari debet ultra intentionem agentis.*

12 *Statutum diſponens de dote lucranda, mortua uxore ſine liberis, an habeat locum in mortua poſt ſtatutum, & ducta ante ſtatutum.*

13 *Ius competens pluribus gradatim circa idem, valet, quod interim ſit per alium.*

14 *Attentata reuocantur poſt ſententiam, et ante appellationem poſtmodum interpoſitam.*

15 *Clauſula, anteferri, in literis Papæ, ſi ille non uult acceptare, alius habebit præbendam.*

16 *Teſtamentum, in quo præteritus eſt filius, eſt nullum, ſi hoc ipſe vult: ſecus ſi taceat.*

17 *Loqui dicitur quis ſolo facto abſque verbis.*

18 *Legata optione unius ſerui ex familia, et antequã legatarius optet, ſeruus manumiſsus eſt per hæredem, ſi legatarius nõ optet, ſeruus remanet liber.*

19 *Canonicus antiquior, ſi eſt conſuetudo, quòd optet præbendam vacantem, ſi ea vacante antiquior permittat nouum Canonicum illam appræhendere, valet, & tenet.*

20 *Legatum factũ à patre de ſeruo caſtrenſis peculij filij, & filius non eſt uſus iure ſuo, quia nõ diſpoſuit ante obitũ patris, ualet, quod pater reliquit.*

21 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*

22 *Nundinarum facultas ex lapſu decennij perditur, eo quòd non ſit uſus nundinis.*

23 *Priuilegiatus non vtens priuilegio ſuo, illud per non vſum decennio amittit.*

24 *Decennij lapſus concludit tacitam renunciationẽ eius, quod competit alicui ex priuilegio, & ex*

uò alicuius contractus.

25 *Infinitas eſt uitanda in contrahenda obligatione.*

26 *Argumentum valet de pacto ad ſtatutum, cùm per pactum aliquid competens idem eſt in competente per ſtatutum.*

27 *Reſtitutus ad gratiam iam reuocatam, nõ conceſſa ſibi noua, ſed illam confirmando, talis reſtitutio non nocet, gratijs medio tempore conceßis.*

28 *Reſtitutus per principem ad ciuitatem, à qua erat bannitus, cum facultate recuperandi bona confiſcata, non intelligitur de bonis, quæ iam fiſcus alienauit.*

39 *Reſtitutus ad beneficium, à quo erat remotus, non innititur ex veteri titulo, ſed ex nouo.*

30 *Doctor reſtitutus ad ius collegij, quod ex aliqua cauſa amiſerat, nõ cenſetur reſtitutus ad ius antiqui loci, nec in præiudicium ipſum ſequentis, cui eſt ius quæſitum.*

Conſilium I.

DIRIGE Domine verba mea in
viam veritatis & iuſtitiæ. Erat ſtatu-
tum in collegio Doctorum Artiſta-
rum, ꝙ vacãte vno loco in eodem
collegio, aſſumeretur alius, in quẽ
cõſentiret maior pars. Poſtea factũ
eſt ſtatutum, ꝙ ille debeat admitti,
qui prius aſſumpſit gradum. Modò quidam fuit gra-
duatus tempore primi ſtatuti, & cùm vacaret locus,
nõ petijt admitti & alius admiſſus eſt, & poſt eũ alij.
Modò condito iſto ſecundo ſtatuto, & admiſſis alijs
ſecundùm eius formã, ille, qui prius non curauit, vel-
let admitti ratione prioris gradus. Quæritur, vtrum
poſſit in præiudicium eorum, qui poſt eius gradum
ſunt recepti, lapſis iam decem annis.

In quæſtione iſta prima facie vr̃ dicendum, ꝙ poſ-
ſit admitti, quia non vr̃ rationabile, ꝙ ipſe careat lo-
co ſuo ſine culpa, c. 2. cum ſimi. de cõſtitu. & recepti
poſt eius doctoratum, videntur recepti ſinè eius præ-
1 iudicio: †quia cùm prior ſit tempore, vr̃ potior in iu
re, regula, qui prior. lib. 6. & dato ꝙ ipſe tacuerit, non
debet ei obeſſe taciturnitas in tali actu damnoſo, iux-
ta no. per Inno. in c. ſuper hoc. de renun. l. cùm de in-
debito. ff. de probatio. Et cum in facultate eius eſſet
frui priuilegio, & cõmodo collegij, non eſt imputan-
dum, ſi prolongauit hoc: quia de re ſua poterat ad li-
bitum diſponere, l. in re mandata. C. mãda. Quinimo
ex quo ipſe tandiu tolerauit, ꝙ portio ſibi obueniens
diſtribueretur inter alios, vr̃ potius dignus commen
datione, & gratiarum actione, ꝗ tali repulſione. Item
nõ videntur poſſe conſequi illi graduati poſt ipſum,
quia ipſe vult reducere ius ſuum ad priſtinã naturã: &
ideò habet adſiſtentiam iuris, c. ab exordio. 35. diſt. l.
ſi vnus. §. pactus. ibi. in priſtinam naturam redijt. ff. de
pact. facit text. in l. filio, quem pater. ff. de lib. & poſth.
ibi, non translatus, ſed redditus videretur. per quem
dicit Petr. de Anch. in ca. cùm aliquibus. de reſcrip. in
6. ꝙ doctor, qui ſtetit abſens à collegio, ſi reuertitur,
recuperat ſuum primum & deputatum locum, & an-
tiqua emolumenta. Ex quibus videretur non eſſe iu-
ſtum, neque conſonum bonis moribus, reducere iſtũ
dominum ad vltimum locum collegij, & interdice-
re ſibi optata ſtipendia. Quod etiam vr̃ poſſe fortifi-
cari, quia antequàm ipſe peteret locum, quem petere
poterat, alius non potuit poni in loco ſuo, pendente
tempore, quo poterat inſtare pro iure ſuo, & ſi aliter
fuit factum, non valuit, etiam ſi poſteà appareat, ꝙ ip-
ſe non intendebat petere, vel non curabat pro tunc:
quia actus geſtus tempore incõgruo, tali incongrui-
tate, quæ reſiſtit ſubſtãtiæ ipſius actus, eſt ipſo iure nul
lus, etiam ſi ſuperueniat temporis habilitas, ff. de itin.
actuque priua. l. 1. §. fin. & quod ibi not. glo. & vide §
ſi quis ab actore. vbi probatur, ꝙ qui vſus eſt ſeruitute
itineris vi, clam, vel precariò, & poſteà bona fide, nõ
habet interdictum illud, de itine. actu. pri. Sed hæc ac-
ceptatio de proximo ipſum ſequenti, & in loco ſuo,
eſt facta tempore incongruo, quia pẽdebat tempus,
quo declararet intẽtionem ſuam: ergo nulliter, licèt
poſteà non declarauerit. Pro hoc, quia in tantum põ
2 deratur habilitas, quãdo actus geritur, ꝙ †dummodo
tunc adſit, licèt poſteà ſuperueniat inhabilitas & incõ
gruitas, non propterea actus vitiatur. Vnde propter
furorem ſuperuenientem, non annullatur matrimo-
nium, quod tamen à principio fuiſſet nullum inter fu
rioſos, c. ij. qui. 32. q. 7. cõfirmatur hæc ratio, per c. bo-
3 næ. el. 2. de elc. vbi nõ †tenet citatio facta pro electio
ne nondum defuncto prelato, licèt poſteà moriatur.
4 †Præterea geſta pendente aliquo obſtaculo, quod po
ſteà tollitur, non propterea redduntur valida. Proba-
tur, quia ſententia excommunicationis lata, pendẽte
appellatione valida, licèt poſtea deſeratur appella-
tio, non propterea redditur valida, c. licèt. de ſenten.
excom. lib. 6. Et cùm per deſertionẽ fingitur appellans
retro non appellaſſe, adeo ꝙ damnatus de furto, qui
appellauit, ſi appellationem non proſequitur retro,
notatur Infamia, ff. de iis qui notantur infamia. l. fur-
ti. Sic in propoſito receptio ſecundi graduati eſt nul-
la pendente obſtaculo primi graduati, licèt ex poſt fa
cto de voluntate primi appareat.

Præterea arguitur ſic: Cùm poteſtas per prius com-
petit vni, quàm alteri, ita quòd incertum tempus de
vno deuoluitur ad alium, ad hoc vt ſecundus poſſit
vti, oportet, quòd ei conſtet caſum deuolutionis ex-
tare. Et ideo ſi ſunt dati plures iudices cum clauſula,
quòd ſi non omnes poteritis &c. ad hoc, vt non im-
pediti poſſint procedere, requiritur quòd conſtet de
impedimẽto alterius, c. ſi citatus. in verb. conſtiterit.
de reſcrip. & optimus text. in c. ſi contra vnum. de of-
fi. deleg. in 6. & in ca. Romana. §. ſi verò. de appella. eo.
lib. & c. quamuis. & ca. prouida. de electio. eodem lib.
Præterea, adduci poteſt tex. ff. qui, & à quibus. l. ſi ſer-
6 uo. vbi ſi quis †dedit libertatem ſeruo alieno, licèt po
ſteà ſuccedat domino ſerui, non propterea confirma
tur illa libertatis datio. Sic & hic, licèt primus non vta
tur iure ſuo, non tamen tenet geſtum ab alio, donec
7 hoc apparuerit, etiã ſi poſt appareat. Et †ideo dicunt
Io. Mo. & Archi. & Io. And. in ca. 3. de præb. in 6. quòd
ſi intra menſem cõpetentem Papæ ad conferenda be-
neficia in curia Romana vacantia, ordinarius contu
lit, licèt intra menſem Papa nulli cõtulerit, ita quòd
collatio liberè deuoluitur ad ordinarium; non pro-
pterea eſt valida collatio ordinarij. Et plus dicit Io.
And. ibi in nouel. quòd ſi aliquis ſimpliciter impetra
uerit cum clauſula decreti, licèt non vtatur, tamen ſi
antequàm appareat de non vſu, ordinarius contulit,
collatio non tenet.

Præterea facit tex. in cap. ſi tibi abſenti. de præbend.
In 6 ibi, ſi confertur beneficium, non definit vaca-
re. Nec is, cui facta eſt collatio, ius habet in benefi-
cio, & tamen interim, donec conſtat, an ille velit
acceptare, collatio alteri facta non tenet: vbi etiam
dicit glo. prius, quòd etiam non poteſt conferri alte-

ri ſub

8 ri ſub cõditione,ſ.caſu,quo primus nõ curaret. Et † fa
cit optimè quod Pau.de Leaza.in cle. 1.de cõceſſio.
præben.vbi dicit,ꝙ ſi duo clerici habent literas ad præ
bendã primo vacaturã, & primus habet cum facultate
te acceptandi intra menſem,poſtea vacante præben-
da ſecundus illam acceptat ante finitũ menſem, & di
cit,ꝙ acceptatio eſt nulla,ẽt ſi primus nõ curet, & la
batur totus mẽſis. Et ſequitur ibi do.Card.in § ſecus.
in prima opp.verſi.faciũt hæc.dicẽs ſe ita conſuluiſſe
Ferrariæ,p tex.ibi ſm intellectũ, qui ſumit ex gloſ. 1.
Ex quibus videtur fundata intentio iſtius doctoris
clarè. Si enim receptio facta de ſecundo poſt gradua
tionẽ ſuam nõ valet,inquantũ de primo,hoc eſt quã
tũ ad hoc, vt ſuccedat loco iſtius:ergo valuit tanquã
de ſecundo poſt ipſum,& ſic præcedit illum:ergo om
nes alios quomodocunq; receptos poſt illum , quia
9 eos ſuperat:ſi enim vinco † vincentem te.vinco te,c.
authoritate.de cõceſ.præbend.in 6. Et iſta ſunt,quę,vt
puto, non ruminata per quempiam imperitum præ
buerunt iſti occaſionem turbãdi tot doctores in ſua
pacifica poſſeſſione.

Sed iſtis nõ obſtantibus , quibus ex rationibus ſe-
quentibus erit reſpõſum,credo ſine aliquo ſcrupulo,
ꝙ receptus poſt ipſum, debet in omnibus præcedere
ipſum,& per cõſequens oẽs alij,quorum principia tẽ
poris habent ligatas radices cum ipſo primo,excluſo
omni medio. Et ad hoc plura inuenio,quàm per aliũ
habentem plus otij poſſent clarius deduci. Sed adſtri-
ctus lectione quotidiana, ſufficere exiſtimabo accu-
mulare hic ſcientia in fauorem iſtorum , & confu-
ſionem , ſi qua erit , excuſent , qui nouerint otia le-
gentium.

Conſidero tria tempora. Primò,tempus doctora-
tus ſui. Secundò,tempus editi ſecundi ſtatuti. Tertiò,
tempus præſens,ſ.renouatę querelę. Et oſtendo,ꝙ in
nullo tẽpore poteſt ſe fundare. Ergo debet poni ex-
tra collegium,& non admitti ẽt ad vltimum locum.

Quantum ad primum tempus,erat ſtatutum,ꝙ va
cante vno loco in collegio,ille reciperetur, in quem
conſentirent plura vota collegiatorum : ſed poſt do-
ctoratum iſtius & ſequentium vacauit locus,& colle
gium elegit alium,& non ipſum: ergo ſi obſeruanda
ſunt ſtatuta,receptio illius fuit validiſſima,& per con
ſequens aliorum ſequẽtium: & ſi ipſe nõ fuit electus,
nõ imputet ſibi,ſed collegio hoc facienti ex libertate
collata in ipſum vigore ſtatuti tunc vigentis, ſecun-
dum qđ erat locus gratificationi, non prioritati gra-
dus:& ſors nõ cecidit in ipſum,nõ ex eo quia nõ petie
rit,ſed quia ſecũdus fuit magis acceptus. Et iſta ratio
videtur multum palpabilis & clara. Et per hanc ratio
nẽ tollunt allegata in contrarium pro maiore parte,
quia nõ fuit facta receptio de ſecundo pendẽte tẽpo
re,quo expectaretur declaratio intentionis primi:qa
nõ ſufficiebat velle admitti,ſed oportebat,ꝙ collegiũ
gratiam faceret, in qua tunc non proportionabatur
prioritas gradus ſortis,ſed fortunæ felicitas.

Quantum ad ſecundum tẽpus dico, quòd aut vult
præcedere receptos ante ſtatutum,& nõ poteſt, quia
10 † nõ eſt de natura ſtatuti præbere diſpendium præte
ritis,c.2.& c.fi.de conſtitutio. Et ſi decernetur,iſtud ſta
tutum eſt factum propter irrationabilitatem primi,
quod erat cõtra ius commune, ſecundum quod in-
tenditur in talibus tempus ordinationis, data æquali
tate ordinis,18.di.c.1.ergo debet trahi ad præterita ,
iuxta no.in c.cùm tu.de vſu per gl.in verbo, recepit.
in c.1.de elect.in 6.per Archid.& Domi.in c.quoniã
multi.47.diſtinct.

11 Reſpondeo, † ꝙ actus non operatur vltra intẽtio
nem agentis,l.non omnis,ff.ſi certum pet. Et iſta non
fuit intentio ſtatuentium:quod apparet,quia ſi ita eſ
ſent recepti per ſuffragia, ante hoc ſtatutum mutaſ-
ſent loca,& ſecundo ordinato,primò receptus ceſſiſ-
ſet primò ordinato, ſecundò recepto : & hoc nõ fuit
factum. Et ſic colligitur intentio ipſorum,quòd vel
lent concernere,ſcilicet futuros doctoratos,non præ
teritos. Sed iſte in primo tempore non fuit admiſſus,
quia nõ curauit,vel quia nõ venit ei ſors : ergo nunc
nõ moleſtabit iam receptos. Ad quod eſt deciſio In-
nocen. multum in terminis in c.ſtatuimus de maio.
& obe. vbi dicit text ꝙ inter ordinatos in clero, non
præcedit primò ordinatus,ſ. qui eſt in maiori ordine:
vnde Diaconus ſecundo loco ordinatus , præcedit
Diaconum primò ordinatum. Et reprobatur conſue
tudo præterita .

Quærit Inno. vtrum primò recepti , cedent ſecun-
dò ordinatis in maiori ordine? & determinat quòd
non. Et plus dicit,quòd etiam ſi vigore talis receptio
nis expectarent aliquas præbendas vacaturas, q̃.non-
dum vacaſſent tempore illius conſtitutionis, tamen
ſi poſteà vacabunt, illa habebunt: quia ius quæſitum
eis vigore primæ conſuetudinis de habendis præben
dis, non tollitur per ſuperuenientiã ſtatuti. Sic opti-
me in propoſito, ius percipiẽdi emolumẽta,quæ ob-
ueniunt in collegio etiam poſt ſtatutum,nõ eſt ſubla
tum , dato ꝙ ſtatutum taliter diſponat, ꝙ ſi extitiſſet
tẽpore receptionis , incluſiſſet ſecundò ordinatum .
& hoc dictum ponderare poteſt habens iudicare , &
eſt approbatum per Io. And. Imol. & D. Abb.ibi,pro-
pter regulam, quæ habet, ꝙ primo receptus præfer-
tur,c.ſi duobus.& c.ſi tibi qui.de reſcrip.li. 6. & Ioan.
de Imol. latè & eleganter in c.fina.in 5. col.de conſt.
& idẽ in 16.col.vbi per iſtud dictum reprobat op.Bar.
12 in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iur. volẽtis,quod † ſta
tutum diſponens de dote lucranda mortua vxore ſi-
ne liberis, habeat locum in vxore moriente poſt ſta-
tuta,& ducta ante ſtatutum: quia ſecundùm Imol. &
bene,ius quæſitum hæredibus mulieris ſuper reſtitu-
tione dotis ſoluto matrimonio, fuit quæſitum ex ip
ſo contractu dotis: ideo ſuperuenientia ſtatuta non
debent tollere ius alteri quęſitum,per authoritatem
Inn.in loco prædllegato,ſecũdùm ipſum. Sic in pro-
poſito,nedum receptio & incorporatio facta in col-
legio de iſtis debet eſſe valida,& potior in emolumẽ-
tis præteritis,ſed etiam futuris : quia ante iſtud ſtatu-
tum ius ipſorum erat firmum. Et iſta probant, quòd
nihil commune habent cum receptis ante ſtatutum,
conſiderato ſecundo tempore. Aut vult ſuppeditare
receptos ſecundùm formam ſtatuti, habito reſpectu
ad prioritatem ſuæ ordinationis: & non poteſt,quia
primus receptus poſt ſtatutum adeptus eſt locum ſuũ
ex forma ſtatuti, & proximus eſt immediatè vltimo
recepto vigore primi ſtatuti : q̃ receptio valuit, & nõ
13 põt per iſtum infringi. Probatur, qa † quotiès pluri-
bus graduatis cõpetit ius circa idem, valet quod inte
rim fit p aliũ, 12.q.2.ſi qua de rebus.8.q.2. Lugdunen
ſis.c.ſæpe.de appella.cle.ſi appellatione.eo. tit.l. pin-
de.ff.ſi cer.peta. & ibi ponuntur aliæ cõcordantię. Te-
net ergo receptio primi graduati poſt ſtatutũ ſumpta
in ſuo genere,ſ.tanquã pximè ſequẽs graduatum añ
ſtatutum,ex quo iſte nõ eſt vſus iure ſuo. Ad hãc rõ-
nẽ inducitur c.nõ ſolum. primo reſpõſo.de appellat.
14 lib.6.vbi reuocantur † attentata poſt ſententiã & an-
te appellationẽ poſtmodum intra decẽ dies interpo-
ſitam. Et ſic ſecus ſi nõ appellatur intra decẽ dies. Per
hoc enim videtur acquieuiſſe ſententiæ,& per conſe-
quẽs executionem interim factam nunc apparet ha
bere vigorẽ,ſicut dicitur de eo,quod eſt in pẽdẽti. ad
hoc l.1.§.1.ff.ad Macedoni.& c.fraternitatis. in fi. de
fri.& qđ no.gl.pen.in c. cum venerabilis. de exceptio.
quę oĩa probãt,ꝙ negligẽtia habẽtis primum locum,
habitu & nõ actu priuãt eum, & habitu & actu ſubin
trat.& pbat in d.c.tibi qui.& c.duob.maximè qñ ipſi

habenti facultatem petendi primum locum, non eſt
ſtatutum tempus certum, & quòd poſſit dicere ſe in-
iuſte præoccupatum ab alio, quia aditio ſtatuti ſo-
la conſtituit eum in mora, cùm ſtatim debuiſſet pe-
tere primum locum poſt editum ſtatutum: receptus
autem videtur adeptus locum, quem ipſe potuiſſet
petere. & per conſequens ſequentes illum, iure con-
nexitatis præcedunt illum. Et actus iſtorum con-
firmantur ex tunc, & vt ex nunc. Ex tunc quidem,
ratione negligentię. Ex nunc autem, ratione ap-
parentię volūtatis. Ad quod eſt deciſio Ioan. Andr.
in c. ſc. de præben. in 6. ſuper verbo, anteferri. vbi di-
15 cit, ꝙ † habens clauſulam anteferri, ſi illa non vult
vti primus, cui derogabatur per ipſam clauſulam, ha
bebit præbendam. ad hoc ff. de minori. l. ſi iudex. & de
16 iniuſto rup. te. l. filio. cum ſua gl. vbi dicitur. quod † te
ſtamentum, in quo præteritus eſt filius. nullum eſt, ſi
filius vellet dicere nullum: ſecus ſi taceat, l. ſcimus. in
principio. C. de inoffi. te. ſic & hic, ſi iſte primus do-
ctor vult acceptare locum, poteſt. ſi autem non facit
17 hoc. alius ſuccedit: quia etiam † ſolo facto quis lo-
quitur. l. Paulus reſpondit non tam verbis. ff. rem ra.
ha. gl. in c. fi. de vita & ho. cle. Quod ex facto deno-
tante iniuriam priuilegiati amittitur priuilegium, ad
hoc text. in l. ſi cum optio. ff. de opt. leg. vbi ſi legata
18 † eſt ſerui optio ex vniuerſa familia, & antequam le-
gatarius optet, ſeruus eſt per hæredem manumiſſus;
ſi poſteà legatarius nō petat ille remanet liber. ita &
19 no. in c. fi. de conſue. in 6. vbi ſi † eſt cōſuetudo, quod
antiquior canonicus optet præbendam vacantem, ſi
illa vacante antiquior permittat nouum canonicum
illam apprehendere, valet actus. & ibi clarè Io. And.
Ad hoc tex. in l. ſeruum filij. in primo reſponſo. ff. de
20 leg. 2. vbi ſi † pater legauit in teſtamento ſeruum,
qui erat in caſtrenſi pecul. filij, & filius non fuit vſus
iure ſuo, quia non diſpoſuit ante obitum ſuum de il-
lo ſuo ſeruo: valet quod fecit pater, & tamen ante, fi-
lium non vti iure ſuo, diſpoſitio erat in pendenti. ad
idem l. proponebatur. ff. de caſt. pecu. Præterea, vide-
tur apertius deduci poſſe, quòd prioritas ſui doctora-
tus non obſtet iſtis receptis poſt ſtatutum: quia ſtatu-
tum loquitur de futuris doctoribus, nō de iam docto
ratis: ſed iſte eſt talis. ergo ſtatutum ad ipſum non ex-
tenditur. & ſic nec vigore primi, nec vigore ſecundi
temporis, poteſt ſe eleuare cōtra iſtos: quia iſti ſecun
di non habent eum de ordine ſuo, cùm non includa-
21 tur ſub ſtatuto. Probatur: † qualitas adiecta verbo in-
telligitur ſecundum tempus verbi, l. in delictis. §. ſi ex-
traneus. ff. de noxa. vbi edictum volens teneri domi-
num de culpa ſerui ſui, commiſſa eo ſciente, non ha-
bet locum in eo, qui ſciuit ſeruum extraneum deli-
ctum commiſiſſe, & poſteà habuit in ſuum ſeruum;
quia illa qualitas ſeruitutis adiecta verbo, ſciuerit, in-
telligitur, ꝙ fuerit ſuus. Sed hæc verba ſtatuti loquen
tia de prius ordinatis, vt præcedere debeant, intelligi-
tur de ordinatis de cætero, non antè: & ſic attenditur
tempus principij. Ad tertium tēpus, ſcilicet præſens,
in quo videretur ipſum debere admitti ſaltē tanquā
vltimum: dico, quòd non poteſt ad hoc compellere
ipſos de collegio. quia cum ex coniecturis apertiſſi-
mis appareat eum non curaſſe hactenus de collegio,
certè perdidit hanc facultatem petēdi ſe admitti, cum
iam dicatur eſſe lapſos decem annos: quia ex nō vſu
quis perdit ius ſibi competens. ita eſt tex. in l. 1. ff. de
22 nun. vbi facultas † faciendi nundinas, tollitur ex hoc,
ꝙ quis non vtitur ea lapſis decem annis. & ibi dicit
Barto. ꝙ ciuitas, quæ eſt priuilegiata, ſi facit ſtudium
generale, perdit illud priuilegium, & illam facultatē,
ſi per decem annos non vtitur ea. & dicit Spec. in tit.
de inſtru. edi. §. nunc autem. verſic. penul. quòd non
23. vtens priuilegio ſuo perdit † illud, ſi labuntur decem
anni. & eſt communis doctorum doctrina approba-
ta per Bart. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi. & in l. fi.
ff. de conſti. princ. per glo. & Archi. 25. q. 2. in ſumma.
Ioan. And. in c. 2. de immu. eccle. in 6. & Ioan. And. Io.
de Lig. & Domi. in c. fi. de conſue. lib. 6. & Inno. Ioan.
And. & do. Ant. in ca. accedentibus. de priui. & Hoſt.
Ioan. And. & d. Abb. in c. ſi de terra. eod. tit. & glo. fi. ad
fi. in ca. Abbate. de verbo. ſignifi. & in l. falſo. C. de di.
reſcr. & omnes, maximè do. Abb. in c. cū acceſſiſſent.
de cōſt. & Ioan. And. in regula, acceſſorium, in mer.
& do. Abb. in c. pro illorum. de præben. maximè quia
iſtud tempus inducit expreſſum argumētum renun-
ciationis, cum habitauerit in ciuitate, & tanto tem-
pore, ꝙ ſciuerit ſe poſſe intromittere inter collegia-
tos, & omiſerit: & ſumus propriè in terminis not. in
24 d. ca. fi. de conſue. in 6. in fi. ſuæ diſtin. Et † non ſolum
in eo, quod competit alicui ex priuilegio, ſed etiam
in facultate competente ex vi alicuius contractus,
lapſus decennij concludit tacitam renunciationem
illius facultatis. & ideo concludit Petr. de Anchar.
conſi. 327. incip. Viſis diligēter actis, & actitatis. quod
ſi in cōtractu quis promittit aliquid facere, quotiens
citius ſoluerit ducentos quomodocunque, & quan-
docunque: certè iſta verba interpretantur, quod de-
bet quàm primum poterit: ſicut illa promiſſio ſub po-
teſtatiua conditione concepta, l. hæc conditio. ff. de
cond. & demon. Sed curſus tanti tēporis arguit eum
de negligentia, iux. no. in ſimi. in ca. plerunque. de re-
ſcri. Poſt terminum ergo, ſiue moram, non autem an
te, poteſt ſibi competere facultas agendi: quia dum
ceſſat facultas, videtur negata poſt tempus. l. ſtatuli-
berum. ff. de leg. 2. Et per iſta verba videtur in eius vo
luntate tacitè collata ſubſtantia contractus, ſcilicet
emptionis & venditionis, quo caſu in reſolutione ſit
collata lex ſtatuit ſexaginta dies. l. quod ſi nolit. ad fi.
ff. de ædi. edic. ergo multò fortius videtur hoc tēpus
25 collatum in contrahēda obligatione, vt ſic in ea † eui-
tetur infinitas, c. 2. de reſcr. lib. 6. & habet hoc dictum
in ſe æquitatem, ſecundum ipſum, ꝙ qui vult per ali-
quos implementum à ſe fiendum quærere contra aliā
actionem, debeat implere, cùm primum poteſt. Ita re
ſidet ipſe. Ex cuius deciſione infertur in propoſito, ꝙ
facultas petēdi collegium, & locum in eo, non debet
eſſe perpetua in præiudicium ſucceſſorum: ſed intelli-
gitur, ꝙ petat, cum poteſt: & iſte multotiens potuit, &
non petijt intra decenniū: ergo eſt præſcriptum huic
facultati, per iſtud dictum d. Petri: qui licèt loquatur
26 in facultate competente † ex pacto, eadem tamen ra-
tio videtur in competēte ex ſtatuto, quę ſolent ęqui-
parari, ſecundum gl. in rub. de decr. decu. lib. 10. & in
l. domini prædiorum. C. de ag. & cenſi. & in l. 2. C. quę
ſit lon. conſ. & ſi diceretur, ꝙ iam reſtitutus eſt ad vl-
timum locum in collegio, & ſic videtur renunciaſſe
facultati repellendi eum: immo tacitè videtur reſti-
tutus ad emolumenta, quia non eſt doctor nouellus:
ergo quo ad ſtipendium non dicetur nouellus. Re-
ſpondeo primò, ꝙ receptio eſt facta cum proteſtatio-
ne debita, ſcilicet non præiudicando iam receptis. Et
poſito, ꝙ iſta reſtitutio valeret, & ꝙ vellent ipſum
admittere ad vltimum locum, non per hoc cenſetur
reſtitutus ad perceptiones emolumentorum: quia re
ſtitutio renouatiua primi gradus, & omnino redinte-
gratiua, non extenditur ad præiudicium tertij, cui ius
eſt quæſitum medio tempore. tex. in c. quamuis. de re-
27 ſcrip. lib. 6. vbi † ſi reſtituatur quis ad gratiam reuoca
tam, non concedendo nouam, ſed illam confirman-
do, talis reſtitutio non nocet gratijs medio tempore
conceſſis. & ideo dicit d. Card. in ca. quia diligenti,
28 de ele. ꝙ reſtitutus † per principem ad ciuitatem, à qua
erat bannitus, cum facultate recuperandi bona con-
fiſcata, non intelligitur de bonis, quę fiſcus iam alte-
ri alie-

ri alienauerat. no.Bar.in l.fi.C.de ſen.paſſis.& in l.Gal
lus.§.& quid ſi tantum.cum concor.ff.de lib.& poſth.
29 & dicit Io.An.in c.ex inſinuatione.de ſim. ꝙ † reſtitu
tus ad beneficium, à quo fuit remotus. nõ mititur ex
veteri titulo,ſed ex nouo. Et alleg.Bar.in terminis in
30 l.qui ad tẽpus.quæ eſt lex 2.ff.de decu. † ꝙ doctor re-
ſtitutus ad ius collegij, quod ex aliqua cauſa amiſe-
rat,non cẽſetur reſtitutus ad ius antiqui loci,nec ſo-
liti premij: quia nõ intelligitur reſtitutus cum præiu-
dicio ipſum ſequentis, cui eſt firmiter ius quæſitum.
Illud autẽ dictum do.Pe.allegatum in parte cõtraria,
intelligitur de doctore,qui nunꝗ̃ perdiderat ius colle
gij: quod nõ eſt hic per prędicta.& ideò Io.de Imo.in
c.ex trãſmiſſa.in vltimo rñ.de renun.dicit,ꝙ priuatus
collegio,ſi reſtituitur de nouo, non recuperat prima
iura.Facit c.mãdamus.ibi,vltimus in choro ſedeat,18.
q.4. & c.intelleximus. de æta.& qua. Ex quibus omni-
bus ſine vlteriori proſecutione concludo, ꝙ iſte do-
ctor non põt præcedere in aliquo iure collegij, eos,
qui fuerunt doctorati tẽpore primi ſtatuti poſt ipſũ:
quia non intrauit per electionẽ, vt debebat: nec debet
præcedere doctoratos poſt ſtatutum,quia nõ eſt vſus
iure ſuo,& quia receptio primi poſt iſtud ſtatutũ prę-
bet ei ius connexitatis cum vltimo doctorato tẽpore
primi ſtatuti,& per conſequens oẽs ſequentes nituntur
iure acceſſorij inſeparabilis: Et ꝙ iſte non poteſt ad-
ſtringere collegiũ pro recuperatione iuris ex ſua ma-
lignitate perditi.Si tñ domini patres de collegio reſti-
tuant eum ad vltimum locum, quod eſt faciendum
propter eminentem eius facundiam, & propter pœni
tentiam ſuę ſolitudinis prętentię,debebit eſſe vltimus
poſt alios in ſedendo & in pecunia. Ita credo veriſſi-
mum eſſe de iure,ego Felinus Sandæus iuris, vtriuſq;
doctor perexiguus, decretales publicè legens in almo
ſtudio Ferrarienſi. Et ideò hæc ſcripſi manu propria,
& ſigillo meo paruo ſigillari mãdaui,ſaluo ſemper iu
dicio alterius rectius ſentiẽtis. Laus Deo immortali.

Felinus Sandæus iuris Doctor Ferrariæ.

QVIA per ſupra dictum excellentem doctorẽ dominum Felinum Sandæum fratrem honorandum copioſè & luculenter demonſtratum eſt, & rei ſufficienter demonſtratæ aliam demonſtrationẽ adducere ſuperfluum induceatur, l.1. de do.præle.l.1.ff. de in inte. reſti. ideò requiſitus de ſubſcriptione tantùm, idem dico, & conſulo iuris eſſe, prout ſuprà cõſultum eſt,ego Philippus de Franchis de Peruſio,doctor, & nunc Ferrariæ iura canonica ordinariè legẽs, & in fidem propria manu ſcripſi, & meo ſigillo paruo ſigillaui,ſaluo tamen veriori cõſilio. Laus Deo.

Philippus de Franchis de Peruſio iuris
vtriuſque Doctor Ferrariæ.

HIS conſideratis, copioſè & ſubtiliter ſuprà ſunt deducta, ita dico & conſulo: quia iſta emolumenta, quæ percipit primò receptus ſeu primò recepti,& in futurum percipiat tanquàm acceſſoria prioris receptionis percipient, ad quam ſtatutum poſtea factum, etiã reſpectu futurorum emolumentorum, non extenditur, vt eſt caſus in præallegato ca ſtatuimus.de maio.& obe.iuncto c.fi.de cõſti. & ibi hoc tenetur. Facit etiã deciſio Io.And.in regula,ſine culpa. in 6. vbi ſi virtute cõſuetudinis,vel ſtatuti primogenitus legitimus in omnibus ſuccedit filijs alijs, primogenitus natus ex concubina ſecundogenito,nato ex matrimonio cum aliqua contracto,cuius matre moriente ſi cõtrahat pater cum prædicta cõcubina matrimonium poſtea,& ſic legitimetur primogenitus, non tñ intelligitur legitimatus quo ad præiudicium ſecundogeniti.Item ibi Io.An. dicit, ꝙ etſi ſecundogenitus legitimus fiat clericus, non propterea excluder primogenitus legitimè natũ à ſucceſſione primogenituræ, poſtꝗ̃ dicta cõſuetudo vel ſtatutum, vt primogenitus ſuccedat clericum ſecundogeniti per regulas generales,vt iuri prius quæſito per ius ſuperueniens non derogetur, c.quamuis.& ca.ſi pro te.de reſcrip.in 6.& in regula, factum legitimè.eo.li. Facit ẽt, quia ius ſuperueniens,quæ virtuti antiquæ conſuetudinis facta ſunt, alio non dato non eneruat, in c.1. de po.præla. in 6. & in cap.cum venerabilis. de conſue. Item facit,quia quanquam lex abrogetur, tñ vbi agitur de facto habente cauſam à tempore legis abrogatæ,iudicatur ſecundùm tempus legis abrogatæ, vt voluit Bar.in l.fin.ff.ad l.Corn.de fal.& not.in c.nouit.de iudi. & in c.1. de conſti. Sic ergo dicendum eſt, quòd hoc caſu, ſcilicet tempus primi ſtatuti, & non ſecundum tẽpus ſecundi ſtatuti. Hoc caſu cùm habeat cauſam ex facto, tempore primi ſtatuti iudicandum ſit. item facit,quod no.Fe.conſi.293. vbi dicit,ꝙ guardianus datus executor ante ele.exiuit. de ver.ſig. nihilominus poſteà exequi poterit in teſtamento ſibi exequenda de mandato, etiam attenditur poſtmodum tempus,in quo non erat hoc prohibitum. Item facit quod not.Ange.in Auth.vt cum de appell.cogno.in princ. & in Auth. in medio litis factas iuſſiones non fieri.vbi dicit,ꝙ ſi factum fuit teſtamentum cum ſeptẽ teſtibus, & ſuperueniat ſtatutum requirens octo teſtes,nõ infirmabitur illud ſtatutum prius factum ante ſtatutum,quod morte preueniente teſtator nõ immutat.Itẽ ad hoc facit,quod no.Bart.in l.omnes populi.de iuſti.& iur.vbi ſtatutum inducens vel tollens exceptionem, non habet vires niſi à tempore ſtatuti facti,non autem à facto ante ſtatutum,& illud nõ tollit. imputet ergo huic prius doctori, ſi permiſit alios poſt ſe doctoratos prius recipi ad collegiũ:ſua.n.negligẽtia illũ excludit à loco priori, ſi alius ad illum receptus fuit, ſi illud debito tempore nõ petijt, c.tibi qui. de reſcrip in 6.& c.ſi clericus. de præben.eo.lib.

Et ita, vt ſupra ſcriptum eſt, dico & conſulo ego Theodolphus Specia. de Crema,Doctor, manu propria ſubſcribens, ſigillumq; meũ cõſuetum appoſui.

Theodolphus de Specia de Cre. Doct. Ferrariæ.

ARGVMENTVM.

Vnio eccleſiarum an ſit præſcriptibilis, & quãtum tempus requiratur,poſito quòd ſit præſcriptibilis: & titulus dans cauſam præſcribendi quomodo probetur: & an cũ titulo vel ſine titulo procedat:& vnio,dato ꝙ ſit præſcriptibilis,an ſufficiat tẽpus 40.annorum.

SVMMARIVM.

1 *Vnio aut annexio an probetur ex diuturnitate temporis.*
2 *Præſcriptio quadraginta annorum, ad hoc ut procedat,requiritur titulus aptus ad præſcribendũ, ſeu dans cauſam præſcribendi.*
3 *Præſcriptio ſeu quaſi poſſeßio ſine titulo, ad hoc vt habeat locum,requiritur tempus, in cuius cõtrarium memoria hominis non exiſtat.*
4 *Præſcriptio an ſit contra ius commune.*
5 *Beneficiorum pluralitas,maximè incompatibiliũ, eſt inimica ſacrorum canonum.*

6 Præſcriptio interrumpitur per vnicum actum.

7 Teſtis deponens per verbum credit, non probat.

8 Teſtes, vt probent memoriam in contrarium non extare, qua requirantur.

9 Interpretatio fit contra probare debentem, maximè in his, in quib. ius commune reſiſtit.

10 Iudex in ſententia non debet ſubitus eſſe, ſed omnia diligenter inueſtigare.

11 Præſcriptio nulla cum mala fide procedit, etiam ſi ſit poſſeſsio tanti temporis, cuius memoria in contrarium non eſſet.

12 Poſſeſsio requiritur in præſcriptione, aliàs eſt nulla.

13 Titulus debet allegari & probari, quando agitur de vnione duarum eccleſiarum: nec ſufficit allegare ſolam poſſeſsionem.

14 Titulus putatiuus ad cauſandam præſcriptionem in vnione eccleſiarum quomodo probetur.

15 Titulus putatiuus an debeat probari in vnione.

16 Vnio an probetur, & fama probet titulum, & dicatur ſufficienter probatum.

17 Titulus fama publica probatur.

18 Statutum loquens de ſcriptura manu debitoris, habet locum in ſubſcripta manu eius ſolum.

19 Teſtis cauſæ redditio conſtat ex duobus, ſcilicet ratione, & intellectu.

20 Teſtium veritatis initia non debent eſſe per rationē diſputandi, ſed quodā tactu ipſius veritatis.

21 Titulus, qui verè probari non poteſt, an probetur per communem reputationem tituli.

22 Hoſpitale præſumitur authoritate epiſcopi conſtructum, ſi ibi diuina celebrantur.

23 Eccleſia illa dicitur eſſe pauper, quæ non excedit valorem ducatorum decem.

24 Filius, qui viuente patre ſeorſum habitauit, & vt emancipatus longo tempore contraxit, valent contractus, quia præſumitur emācipatus, ex quo viuente patre ſeorſum habitauit.

25 Socij duo, quos ſocios eſſe apparuit, & demum in diuiſione ſtetiſſe per decem annos, licet non probetur aliter diuiſio, ex diuturnitate temporis præſumitur diuiſam ſocietatem.

26 Dictum vnius integræ perſonæ præbet iuſtam credulitatem.

27 Clericus adſtrictus a ſuperiore, ut titulum ſuæ eccleſiæ oſtendat, ſi bullas amiſit, nec per eas de titulo docere poteſt, ſi probet diu dictam eccleſiam tenuiſſe, præſumitur pro titulo, & ſufficit.

28 Clericus, qui tenuit beneficium longo tempore ſciente & patiente diœceſano, non poteſt compelli ad docendum de titulo.

29 Clericus, qui multo tempore ſtetit in ordine ſubdiaconatus, ſi perdidit literas ſuæ ordinationis, nihilominus cenſendus eſt ſubdiaconus.

30 Probatum expreſsè dicitur, quod reſultat virtualiter ex ratione intellectus bene apprehendentis ex ipſis actis ſeu probatis.

31 Clericus ſi per triennium tenuit beneficium, & poſteà perdidit inſtitutionem, ſtabitur iuramento ſuo.

32 Regula eſt cancellariæ apoſtolicæ, quòd cōtra eum, qui triennio beneficium poſſedit pacificè, non poſſit quicquam opponi præſcriptionem concernens, niſi vitium ſimoniæ.

33 Clericus illegitimus, qui diù tenuit beneficium, & perdidit titulum collationis, & legitimationis, an teneatur docere de legitimatione et collatione, an uerò ex ſola diuturnitate poſſeſsionis præſumatur.

34 Vnitur una eccleſia alteri, cùm altera earum eſt pauper.

35 Beneficij titulus probatur præſumptiuè in beneficialibus.

36 Teſtes ad hoc ut probent præſcriptionem tanti temporis, cuius memoria, etc. qualiter deponere debeant.

37 Teſtium dicta recipiunt modificationem à communi uſu loquendi, & ſecundùm communem intelligentiam interpretantur.

38 Teſtium dicta, non debēnt intelligi ſecundum ſubtilitates juris.

39 Ruſtici ſagaciter & peritè deponētes, ſuſpecti ſunt de ſubornatione.

Conſilium II.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Clariſsime doctor, in cauſa vnionis coram vobis pēdente ſcribam pauca verba, quātum mihi videtur pro iuſtitia vtriuſque partis bene examinanda. Et præſens controuerſia reducitur ad tres difficultates. Prima, an vnio eccleſiarum ſit præſcriptibilis. Secunda, poſito ꝙ ſit, quātum tempus requiratur ad præſcribendum. Tertia difficultas, an ex atteſtationibus teſtium ſit ſufficienter probata poſſeſſio. Circa
1 †primum, licèt fuerint opiniones, quia Hoſtienſis in ſumma de ſupplēda negligentia prælatorum. §. quot modis. verſiculo. ſuppletur. vbi dicit, ꝙ temporis diuturnitas non probat vnionem vel annexionem. & idē voluit Hoſtienſis in ca. nonnulli. de cle. non reſiden. prout refert ibi Ioan. Andr. circa medium, in verſicu. quid ſi ſemper. vbi Hoſtienſis firmat, ꝙ licèt ex conſuetudine fuerint tentæ duæ eccleſiæ per vnum rectorem, tamen ille, qui eas poſſedit per ſolam conſuetudinem non excuſatur. vt ibi per eum. Tamen in hac difficultate eſt tenendum contrarium, prout firmat & diſputat Ioannes Andreas in regula, qui contra iura. lib 6.

lib.6.in mercuriali.& idem tenuit glo.in verſi.ad mē-
ſam.in clemen.1.de exceſſibus prælatorum. & domi-
nus Florianus in clementina, quia regulares.circa fi-
nem princ.in verſi.20. quarto. de ſupplenda negligen
tia prælatorum. Et Panormitanus in capitulo, cura
paſtoralis. de iure patronatus, in principio.
2 Circa † ſecundā difficultatē dicendum videtur abſ-
que aliqua dubitatione, quòd aut adeſt titulus aptus
ad præſcribendum, ſeu dans cauſam præſcribendi: &
tunc ſufficeret tempus quadraginta annorum, per
capitulū, de quarta.& ibi per gloſſam, in fine, de præ-
ſcriptionibus. Nam vt dicunt doctores ibi, niſi fuiſſet
titulus, non fuiſſet ſufficiens tempus quadraginta an
3 norum, prout gloſſa, & ibi firmatur. Aut † agitur de
quaſi poſſeſſione, & præſcriptione ſine titulo: & tunc
requiritur tempus, in cuius contrarium non ſit me-
moria. Hoc probatur per caſum in termin. in c. 1. de
præſcriptionibus, libro ſexto, vbi in præſcriptioni-
bus, in quibus ius commune vel præſumptio eſt con
tra præſcribentem, debet allegari titulus, & probari:
& tunc ſufficit tempus 40. annorum, vel requiritur
tempus, in cuius contrarium non eſt memoria.
Et hanc doctrinam firmant omnes doctores in
capitulo, ſi diligenti. de præſcriptionibus. & non po-
teſt dici contrarium, cùm ſit caſus & deciſio in ter-
minis in dicto capitulo primo.
4 Modò in † caſu noſtro p̄ſcriptio & poſſeſſio eſt cō
tra ius, cùm ius prohibeat & reſiſtat, eò quia quæli-
bet eccleſia parochialis debet habere rectorem, capi
tulo, cùm non ignores, de præbendis. 7. quæſt.1. ſi-
cut alterius.
5 Item pluralitas beneficiorum † maximè incompa-
tibilium, eſt inimica ſacrorum canonum. 70. diſt. ſan
ctorū.& c. quia in tantū.& c. de multa. de præbēdis.
Cum igitur in eccleſijs compatibilibus ius reſiſtat,
meritò ad præſcribendum requiritur tempus, in cu-
ius contrarium non ſit memoria, quando non adeſt
titulus, qui non det cauſam præſcribendi, vt per gloſ
ſam in verſicu. cauſam tribuat. in dicto cap. primo,
& in cap. ſi diligenti. in verſicu. iuſtus titulus. de præ-
ſcriptionib. vbi plenè per doctores.
Eo ergo caſu, quo agitur de præſcriptione eccle-
ſiæ, tanquàm vnitæ ſeu annexæ, licèt procedat præ-
ſcriptio, tamen quia primò eſt contra ius, & ius com
mune reſiſtit poſſidenti, requiritur titulus, & abſque
titulo requiritur tempus, in cuius contrarium non
ſit memoria. & ita in terminis decidit Ioannes An-
dreas in dicta regula, qui contra iura. in fine: qui hāc
quæſtionem diſputauit, & ſic habetis deciſionem in
terminis Ioan. And. Idem decidit dominus Florian.
in dicto verſic. 20. quarto. vbi reprobatis opinionibus
Landulfi, concludit, quòd cùm ius commune reſi-
ſtat, non ſufficit præſcriptio, niſi interceſſerit titulus
ſufficiens ad dandum cauſam præſcribendi. Et con-
cludit, quòd tenendo ſeu poſſidendo alterum bene-
ficium annexum, ſeu vnitum, procedit præſcriptio
ſeu conſuetudo, modo prædicto.
Ista ſunt verba domini Floriani intelligentis mo-
do prædicto, an ſit præſcriptio cum titulo, vel ſine.
Et idem dominus Florianus in §. præmiſſa. in ver. 3.
quæro, ſemper ſit, & remittit ad ea, quæ dixit in dict.
verſiculo, vigeſimo quarto. cum contrarium non
poſſit dici, per caſum in dicto cap. primo. de præſcri-
ptionib. in ſexto, ita quòd de hoc non eſt hæſitan-
dum. Et eſt deciſio in terminis Ioannis Andreæ in
dicta regula, qui contra iura. in fine. Et noſcis quan
ta ſit authoritas Ioannis Andreæ.
Teſtes autem in hac cauſa inducti non probant
de aliquo titulo, ſed indifferenter ſuper hoc inter-
rogati, dicunt ſe neſcire: ſolùm probant eandem poſ-
ſeſſionem, non coloratam aliquo titulo. Ita poteri-
tis videre omnes teſtes in interrogatorijs partis ad-
uerſæ, omnes indifferenter dicunt ſe neſcire.
Circa tertiam & vltimam difficultatem, licèt om-
nes teſtes communiter nitantur probare de quaſi
poſſeſſione 40. annorum, non colorata aliquo titu-
lo. Et ij teſtes nihil probant, ex quo abſque titulo
requiritur tempus, in cuius contrarium non ſit
memoria, vt ſupra, & maximè, quia in iſtos quadra-
ginta annos fuit præſcriptio interrupta, eò quia con-
ſtat per publicum inſtrumentum iam ſunt duode-
cim anni, & vltra, quòd dicta eccleſia fuit collata
domino Bartholomeo Tatuffo tanquam benefi-
cium diſtinctum de per ſe, & non vnitum, quo caſu
6 † per vnicum actum contrarium interrumpitur præ
ſcriptio, vt per gl. in l. nemo. §. temporales. ff. de regu
lis iuris. & p Imol. in c. accedētibus. de priuilegijs. ita
q́ ēt non eſſet probata præſcriptio 40. annorum. Tñ
quicquid ſit de hac præſcriptione 40. annorum, non
videtur curandum in hac præſcriptione, & quaſi poſ
ſeſſione, contra quam ius reſiſtit, vt ſupra oſtenſum
eſt. Solùm reperio duos teſtes, qui deponunt de vl-
teriori tempore, videlicet, Zanettum, quintum te-
ſtem in ordine, qui ſuper quarto capitulo interro-
gatus, à quanto tempore citra, dicta eccleſia fuerat
vnita, vnde ſe neſcire dicit, ſed credit quòd ſint forte
7 anni centum, &c. Hic † teſtis non probat, quia de-
ponit per verbum, credit: vt per Bartolum in l. 1.
ff. de ventre inſpi. & in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de
arbi. Similiter alius teſtis Ramfaldus ſextus teſtis in
ordine, ſuper quarto capitulo nititur deponere de
tempore, cuius initij memoria non eſt in contra-
rium, ſed deponit eius teſtis iudicio, quo caſu non
concludit neceſſariò, vt per Bartolum, in dicto. §. ſi
arbiter. Idem Ang. in l. ſciendum. de ver. oblig. col. 4.
in fi. Idem Butrius in c. cùm olim. col. 2. de cenſ. & ſo
per Bar. in d. l. 1. ff. de vent. inſpi. Gaſparinus ſeptimus
& vltimus teſtis ſuper quarto capitulo deponit de
tēpore, in cuius initiū non extat memoria: ſed non
videtur reddere bonam rationem, quia poſteà in-
terrogatus quanto tempore citrà, reſpondit ſe aliter
neſcire. Item interrogatus, ſi per tempora præterita
fuerint rectores diuerſi in dictis eccleſijs, dixit ſe ne-
ſcire: vnde non reddit concludentem rationem.
Et aduertendum, quia, vt ſuprà oſtenſum eſt, in
hac præſcriptione, contra quam ius reſiſtit, & poſ-
ſeſſio eſt contra ius, & conſequenter ad cauſandam
præſcriptionem, requiritur tempus, in cuius contra-
rium non eſt memoria, vt ſuprà.
8 Eſt diligenter † conſiderandum, vtrum teſtes ad-
ducti probent memoriam non extare, cum alias fo-
ret facile vnicuique teſti, dicere ſimpliciter memo-
riam non extare in contrarium. Vnde quomodo
per teſtes probetur memoria non extare, habemus
textum & ibi per doct. in l. ſi arbiter. ff. de probatio-
ni. vbi requiritur, q́ teſtis reddat cauſam ſcientiæ, quia
omniū eſt cōis opinio, & q́ nec viderint nec audie-
rint in contrarium, aliàs teſtis non probat memoriā
non extare. Hoc idem voluit gloſſ. ordinaria in di-
cto capitu. primo, in fin. de præſcriptio. libro ſexto,
quàm gloſſ. videatis, quia ſemper allegatur, ſi teſtes
concludenter probent memoriam non extare: quia
debent deponere, quòd ſemper viderunt & audie-
runt ita eſſe, & quòd nunquam audierunt, nec vi-
derunt contrarium, & quòd communis opinio eſt,
quòd ſemper ſic fuerit: aliàs teſtes nihil probant. Et
ita etiam voluit Hoſtien. & Innocen. in cap. qui per
nouale. & in cap. veniens. de verb. ſign. & in Spec. in
titu. de proba. §. 1. in ver. vltimò quærit, qualiter pro-
batio. & maximè ibi, in huius autem præſcriptionis
probatione aliàs teſtis nihil probat.
9 Modò, † ſi veſtra reuerētia dignetur inſpicere hos

teſtes, facilè videre poteritis, an probant, cùm nõ red dant cauſam concludentem per modos, quibus probetur memoriam non extare. Et dixit Bal. l. in l. ingenium. ff. de ſtat. homi. quod totum pondus cauſæ ſtat in teſtib. Et nouit etiam veſtra reuerẽtia, quod interpretatio fit contra probare debẽtem, c. in præſentia. de probatio. maximè in iis, in quibus ius commune reſiſtit.

Placet veſtræ reuerẽtię, pro iuſtitia vtriuſq; partis, diligenter conſiderare dictos teſtes, & ea, quę per me ſcripta ſunt, & re bene digeſta, non eſt dubitandum, quod iuſtitiam partibus adminiſtrabitis, & ego nul-
10 lum aliud intereſſe pretẽdo. Amplius † videatis Spec. ti. de appel. in §. nunc breuiter. verſ. iuſta cauſa eſt. in §. per te. quantum inſtruit iudicem, vt non debeat ſubitus eſſe in ſententia, ſed omnia diligenti inquiſitione inueſtigare. 30. q. 5. iudicantem. Cætera pro iuſtitia. Philippus de Peruſio. Laus Deo.

Eiuſdem ad prædicta propter apoſtillas.

CLARISSIME Doctor, ego non faciendo dubium, ꝙ vnio non poſſit præſcribi: quia glo. eſt quod ſic, in verſ. ad menſam, de ſupplen. negl. præla. & do. Flo. in verſi. 30. quæro, in cle. 1. de exceſsib. prælato. & Panor. in d. c. cura. de præben. & Io. And. in regula, qui contra iura. Sed difficultas eſt, quantum temporis requiratur.

Item, an cum titulo vel ſine titu. & quomodo probetur titulus dans cauſam præſcribendi. Et pro iuridi-
11 ca † intelligentia prædictæ difficultatis, quæ cùm dependeat a præſcriptione, & ex ea fundetur, præmittendum eſt primò, quòd cum mala fide nulla præſcriptio procedit, c. fin. in verſ. nulla. de præſcrip. etiam ſi eſſet poſſeſsio tanti temporis, in cuius contrarium non eſt memoria, ſecundùm Io. And. & alios doctores, per illud vniuerſale, negatiuam nullam. in d. c. fi. & facit regula, poſſeſſor, libro 6. eſt glo. penult. in c. 1. de præſcript. in 6.

Secundò præmittendum, ꝙ ſine poſſeſſione nulla præſcriptio procedit, vt in regula, ſine poſſeſſione. lib. 6. etiam ſi eſſet præſcriptio tanti temporis, in cuius cõtrarium non eſſet memoria, vt habetur in c. cauſam, ibi per Panor. & alios, de præſcrip. cum ad eſſe præſcriptionis requiratur poſſeſsio vel quaſi.

His præſuppoſitis, ſunt cõſiderandi duo caſus. Primus, quando duæ eccleſiæ ſunt poſſeſſæ ab vno vel pluribus rectoribus ſimpliciter, non tanterque annexæ ſeu vnitæ vel dependentes adinuicem, & iſto caſu nõ procedit præſcriptio, cùm non fuerant poſſeſſæ, tanquam vnitæ, & vbi non cõcurrit quaſi poſſeſſio vnionis ſeu annexionis, ſine tali poſſeſſione nõ poſſet procedere præſcriptio, vt ſupra. Item quia in dicto caſu eſſet poſſeſsio cum mala fide. Et ideo quia eſſet mala fides, & quia non adeſſet quaſi poſſeſſio vnionis, nõ cauſatur, nec procederet præſcriptio, vt ſupra: & iſto caſu poteſt procedere, quod notat Hoſti. in ſum. de ſupplen. negl. præla. §. quot modis. verſi. ſuppletur. vbi dicit, ꝙ temporis diuturnitas non probat vnionem vel annexionem: nam debet intelligi, quando beneficia fuerunt poſſeſſa, non tanquam vnita, ſed ſimpliciter. & eodem modo poteſt procedere, quod not. Hoſti. in d. c. nonnulli. de cle. non. reſi. quando duæ eccleſiæ ſunt ſimpliciter poſſeſſæ. Patet ergo, quòd in hoc primo caſu non cadit præſcriptio, ſeu de conſuetudine tractare.

Eſt ergo neceſſariũ cõſiderare ſecundum caſum, quando duæ eccleſiæ ſunt poſſeſſæ tanquam vnitæ ſeu dependentes: tunc enim, cùm concurrat quaſi poſſeſsio vnionis, cauſatur præſcriptio. Et ideo probata quaſi poſſeſſione vnionis, eſt aduertendum, ꝙ aut conſtat de vero titulo, & ſimiliter non cadit præſcriptio vel conſuetudo: quia ſi titulus vnionis eſt verus & iuſtus, ſecundum ea, quæ habentur in c. vnice. de exceſsib. prælat. & in c. nouit. ne ſede vacante. & 16. q. 5. & temporis. ex quo conſtat de vnione, & debito modo, & ſeruata forma iuris, non cadit nec eſt opus tunc de præſcriptione vel conſuetudine tractare, vt per glo. in verbo, cauſam tribuat. in d. c. 1. de præſcript. in 6.

Si verò cõſtat de vero titulo, ſed ſolùm probatᷣ poſſeſſio ipſarum eccleſiarum tanquam vnitarum & annexarum, & hoc caſu ex quo nõ probatur aliquis titulus putatiuus, ſed ſola quaſi poſſeſſio vnionis, & quòd eccleſiæ tentæ fuerunt tanquam vnitæ vel dependentes, prout eſt caſus noſter: tunc requiritur tẽpus, in cuius contrarium non eſt memoria. & in hoc habetis deciſionem in terminis Io. And. in regula, qui contra iura. lib. 6. videatis thema, vbi quærit de rectore parochialis eccleſiæ fuiſſe tentas & poſſeſſas tã quam vnitas & annexas, & tamen hoc caſu Io. And. in fi. cui concludit præſcribi eo tẽpore, de cuius initio non eſt memoria, per c. 1. de præſcrip. lib. 6. Et iterum Io. And. in ſua deciſione, in fi. repetit, dum tamen poſteà ſic fuerit eccleſia, ſcilicet vt annexa vel vnita. iſta eſt formalis deciſio Io. And.

Modò ita formaliter contigit in caſu noſtro, quia licèt teſtes dicant, quod iſta beneficia fuerunt poſſeſſa tanquam vnita, ſeu dependentia, per hoc non ſufficit præſcript. 40. anno. quia per ſolam poſſeſſionem, tanquam vnita & poſſeſſa annexa vel dependentia, non probatur titulus, ſed bene probatur ſola poſſeſſio, ſcilicet quòd fuerunt poſſeſſa tãquam annexa ſeu vnita vel dependentia. Et ideo hoc caſu requiritur præſcriptio tanti temporis, in cuius contrarium non eſt memoria, habetis thema, cauſam & deciſionem clariſſimam Ioan. Andreæ in dic. regula, qui contra iura. placeat videre & bene conſiderare, quia ex hoc eritis clari.

13 Dum ergo † veſtra reuerentia dicit, quòd tenere duo beneficia tanquàm annexa vel vnita, non eſt cõtra ius: Ego hoc fateor, quando conſtat de titulo: nã titulus debet allegari & probari: ita tex. in d. c. 1. ibi, tenetur probare. Sed quando non conſtat de titulo putatiuo, nõ ſufficit probare ſolam quaſi poſſeſſionem vnionis: & ſic ꝙ beneficia fuerint poſſeſſa & tenta tãquàm vnita ſeu dependentia; per hoc enim non eſt probare titulum, ſed ſolam poſſeſſionem vnionis. Et ideo dicto caſu requiritur tempus, in cuius contrarium non eſt memoria, vt per Ioan. And. in di. regu. qui contra iura.

Aduertatis ergo, ꝙ licèt teſtes probent, ꝙ viderunt tenere & poſſidere iſtas eccleſias tanquam vnitas, ſeu dependentes, ex hoc non inducitur probatio alicuius tituli, ſed ſola quaſi poſſeſſio vnionis: quia, ſi teſtes deponerent, ꝙ viderunt tenere & poſſidere eccleſias ſimpliciter: tunc clarum, ꝙ non poſſet habere locum præſcriptio, vt ſupra præmiſſum eſt. Ad inducendum ergo conſuetudinem & præſcriptionem, eſt neceſſarium probare de quaſi poſſeſſione vnionis, & ꝙ teſtes deponant, ꝙ viderunt tenere & poſſidere dictas eccleſias tanquam vnitas & dependentes: & hoc caſu licèt teſtes ita deponant, non probatur titulus: quia ſi ex hoc probaretur titulus putatiuus, prout vos dicitis, tunc ſufficeret præſcriptio 40. annorum.

Sed quid ſi per depoſitiones teſtiũ modo prędicto nõ ſurgit probatio alicuius tituli, ſed ſolũ inſurgit probatio quaſi poſſeſſionis vnionis: ideò eſt, ꝙ requiritur tempus, in cuius contrarium nõ eſt memoria, vt per Io. Andr. in d. regula. qui contra iura. Et videatis bene thema in principio, & deciſionem in fi. prout ſupra ſignaui. Et ideo teſtes in caſu noſtro interrogati de

titulo

titulo vnionis, dicunt ſe neſcire: ſolum probāt quaſi poſſeſſionem vnionis, & nō ſufficit allegare titulum aut quod per teſtes allegatur titulus vnionis, niſi probetur. Ita tex. in d. c. 1. de præſcrip. in 6.

Titulus autē putatiuus ad cauſandam præſcriptionem, eſt, ſi probaretur ꝙ epiſcopus vniuit, tamen nō ſeruata forma iuris, aut abſque conſenſu capituli, vel ſi capitulum eccleſię cathedralis feciſſet vnionem vacante ſede, vel ſine conſenſu epiſcopi. Aut ſi inferior ab epiſcopo feciſſet vnionem, qui non potuiſſet vnire, d. c. ſicut vnire, aut ſi fuiſſet impetrata vnio per literas ſubreptitias Papæ. Iſtis & ſimilibus caſibus titulus talis daret cauſam præſcribendi; licet eſſet inualidus; tamen quia in putatiuis ſucceſſionibus ſufficit, & ita gloſſ. quarta in c. cum dilectus. de conſuc. & in c. de quarta. de præſcrip. in vltima gloſſ. in fi. per gl. in ver. cauſam. in d. c. 1. de præſcrip. in 6. Et de huiuſmodi titulis vel aliquo eorum, teſtes nihil probant, imò dicunt ſe neſcire, quod titulus putatiuus probetur: & tunc ſufficeret poſſeſſio quatuor annorum, vt ſuprà. Sed probare ſolam poſſeſſionem, quod tāquam vnita & annexa poſſeſſa fuerint, non eſt probare titulū vnionis, ſed probatur ſolùm quaſi poſſeſſio vnionis. & hoc eſt quod voluit do. Flo. in dicto verſi. ao.

15 quæro ſi bene conſideretis. Nec obſtat † quod dicit Bar. in l. Celſus. ff. de vſuca. quia idem Bar. concordat: dicit enim, quòd titulus putatiuus debet probari. Nec poſſum dicere contrarium, cùm ſit tex. in d. c. 1. Et probare, quod tanquam vnita poſſeſſa fuerint, non eſt probare titulum, vt ſuprà. Sed teſtes noſtri interrogati de titulo, & quis vniuit, dicunt ſe neſcire: ideo hoc caſu requiritur præſcri. tanti temporis, in cuius contrarium non ſit memoria, quæ minimè probata eſt, vt ſuprà. Placeat igitur conſiderare, quia aut teſtes deponunt de poſſeſſione ſimpliciter, & ſic tanquam vnita: & hoc caſu non procederet præſcriptio: tum quia non eſſet poſſeſſio vnionis, tum quia eſſet mala fides, ex quo ius commune reſiſtit, vt in d. c. de multa, & c. cùm non ignores. de præben. & dicta reg. Qui contra iura. Oportet ergo dicere, quòd probet per teſtes, ꝙ beneficia fuerunt poſſeſſa tanquam vnita: & tunc ſi dicitis, ꝙ ex hoc teſtes probent titulum, & ſic ſufficiat poſſeſſio 40. annorum: tunc quæro à vobis, in quo caſu erit, ꝙ requiratur tempus, in cuius contrarium non ſit memoria? Certè non erit dare caſus: quia ſi teſtes probant poſſeſſionem ſimpliciter abſq; qualitate vnionis, vel annexionis, nō cauſatur præſcrip. vt nunc proximè oſtenſum eſt. & probando qualitatem vnionis, & ꝙ tanquam annexa poſſeſſa fuerunt, vos dicitis eſſe probatum titulum, & ſufficiet 40. annos. Non erit ergo dare caſum, in quo requiratur tempus, in cuius contrarium non ſit memoria: & hoc eſt falſum, vt in d. c. 1. & per Io. An. in d. regula, qui contra iura. Verum, quia probare, quod beneficia fuerunt poſſeſſa tanquam vnita, non eſt probare titulum, ſed ſolùm quaſi poſſeſſionem vnionis. Ideò eſt, quòd in dicto caſu requiritur tempus, in cuius contrarium non ſit memoria, prout in terminis dicit Io. And. in dicta regula, qui contra iura. quem diligenter conſideretis in procem. in themate, & poſteà in fin. in deciſione: quia ponit deciſionem in term. ad hanc difficul. de qua agitur coram veſtra reuerentia. Laus Deo.

EXcellēs Doctor & Reuer. domine Cardi. Rauen. Vicarie digniſſime.

Pro clariori demonſtratione iuris D. Ioannis Mariæ à Cloarijs, cupit veſtra reuerentia, reſponderi ad quędam obiecta, quę fiunt contra ipſum. Quoniam dicitur, quòd dato quod vnio ſit præſcriptibilis, non tamen ſufficit præſcriptio communis annorum quadraginta, ſed debet eſſe longiſsimi temporis, de cuius initio memoria in contrarium non habetur, vt multum clare determinat Io. And. in regula, qui contra iu. meto. Et dicitur, ꝙ teſtes ſui non probant de hoc tempore: ergo &c.

Inſiſtam igitur circa duo. Primò, ꝙ etiam ſi teſtes ſui non probarent de tanto tempore, nihilominus debebat obtinere. Secundò, quod vno rectè legenti & interpretanti apparere poteſt, ꝙ teſtes ipſi pro maiore parte probent diuturnitatem temporis longiſſimi, cuius initij non ſit memoria in contrarium. Ad primum dico, quod intentio illius d. Ioannis Mariæ eſt fundata hoc modo: quia non allegat ſolam diuturnitatem temporis ſed allegat titulum, quem non poteſt probare verè: quia non reperit inſtrumentum vnionis, ſed probat titulum præſumptiuē: quia teſtes deponunt, quòd prędeceſſores ſui tenuerunt eccle-

16 ſiam ſancti Apollinaris. Et † apparet, ꝙ homines iſtarum eccleſiarum ita reputauerunt, & nō eſt qui probet, & dicat contrarium: vnde iſta fama factæ vnionis probat titulum iſtum, adeò ꝙ dicitur probatus titulus ſufficienter. Et mihi videtur, quod de hoc ſit aperta deciſio do: Bar. in l. Celſus. in 1. col. ff. de vſucap. in ver. pone ꝙ pater tuus emit fundum, &c. vbi

17 † aperto ore vult, quòd ſufficit probare titulum publica fama. Et ita hic, dato quòd titulus ſit perditus, tamen eſt communis opinio in loco de titulo: quia continuè homines Grumuli reputauerunt eccleſiam ſuam vnitā ſancto Appollinari. Et hoc ſuadet grauis paupertas illius eccleſiæ, quę nullo modo poſſet ſuſtinere proprium rectorem. Et ideò Bal. in l. 1. in ſ. q. C. de rei ven. pone, inquit, ꝙ ego litigans non poſſum probare de titulo patris mei, ſuper rei alicuius poſſeſſione cecidi, quomodo potero vendicare? & reſpōdet ꝙ per indicia, puta per publicam vocem, & famā: vnde licèt non probem titulum, probo iuſtiſsimam credulitatem tituli, vt ibi per eum. Sic in propoſito impoſſibilitas probandi titulum verum non debet adeo attendi, quia ex aduerſo præualeat tot teſtium aſſeueratio, non ſimpliciter de poſſeſsione, ſed qualificatiuè, ſcilicet quod tenta fuit tanquam vnita & incorporata.

Et ſi diceretur, ꝙ ſufficeret publica fama, uel communis opinio: tamen non erit teſtis, qui deponat de hoc. Reſpondeo, quod imò rectè intuenti eſt probata fama & communis opinio.

Primò adduco, quod no. Bal. in c. pręterea. in prima col. de teſt. vbi dicit per illum tex. no. quod ex pluribus concurrentibus, etiam ſi ſint diuerſi generis, reſultat vnà probatio integralis, vel ſaltem violenta preſumptio. Ad idem allegat c. cùm dilectus. de ſucceſſio. ab inteſtato.

Modò dico, quòd actus, de quibus teſtes deponunt, videlicet diuturna perceptio ſacramentorum, in quo non eſt qui deponat de contrario, inducat effectum communis opinionis. Nam profectò credendum eſt, quod ſubditi prælatos iſtos adiuerunt, opinantes has eccleſias vnitas, cum tot teſtes dicant, ꝙ tentæ fuerunt vt vnitæ, & poſteà dicitur de concurſu totius plebis, quod ſanè inducit probationem famę.

Secundò adduco, quòd ex dictis teſtium & effectibus, quos probant, reſultat opinio vulgi. Ergo eſt probata fama. Ita dicit Bar. in l. ſi conſtante. in 1. q. 1. partis. ff. ſolu. mat. vbi vult, quòd communis opinio vulgi eſt fama, & quod illa probetur; etiam ſi teſtes nō dicerent expreſſe ita fore vulgi opinionē, ſi deponant actum, hoc de neceſſitate concludentes: & hoc vult Bar. dum dicit, virum habere tot debita, &c.

Modò hic aſſertio tot teſtium, quod tenuerint, vt vnitas & atteſtatio concurſus populi probant communem op. Ergo & primum: & illud mihi concludit, & ita clarè tranſiuit Bal. in l. vbi adhuc. in verſi. quæritur gl.

ni gl.C.de iure do.

Tertiò adduco Spe.in ti.de prob.§.1.ver. illud autem ſciendum.vbi dicit,quòd ſi teſtis dicit ſe audiuiſſe à maioribus,& ꝙ ex aduerſo non probatur contrarium, docebitur de communi opi. & dicenti, quòd hic non ſit probanda communis opin. incũbit onus probandi, quod probo tali ratione: Communiter non dantur duæ eccleſiæ curatæ duobus ſucceſſiuè in titulum. Item communiter eccleſia curata alteri vnitur. iſta ſunt nota. Modo communis accidentia transfert onus probandi in aduerſarium : gl. in l. neque natales.C.de proba.Ergo cùm conſtet de poſſeſſione continuata per duos,& de paupertate eccleſiæ litigioſæ,& de actibus populi,præſumitur quòd communis opinio erat de titulo, & videantur teſtes in fine ſeptimæ chartæ: ibi, & ab antiquioribus.

18 Quartò † conſidero,quòd illud dicitur probatum expreſsè,quod reſultat virtualiter ex ratione intellectus bene apprehendentis ex ipſis probatis. Iſte modus arguendi colligitur ex gl. & quod ibi notat Ang. & Imo.in l.prætor ait. in prin. ff.de ope.no. nunci. in ver. expreſſum. & ex eo, quod Bar.in l.1.§.ſi ita.ff.de hære.inſtit.de ſententia, in qua dicitur iunctum, Victori,&c.ꝙ ſatis expreſſum intelligit,condemnamus. Et no.Bal.in l.errore.C.de teſt.& dicit Angel.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſo.ff.de verb.obl. ꝙ ſtatutũ loquens

19 de ſcriptura † confecta manu debitoris,habet locum in ſubſcripta de eius manu, quia virtualiter eſt idem effectus.

Modò hic dicta teſtium, vt prædixi, non habent iſta verba, quia ita eſſet communis: ſed ex quo dicitur, ꝙ reputarunt eas vnitas, & quòd omnes de villa percipiebant ſacramenta, certè iſta verba habent manifeſtum ſenſum de vnione.

Quintò conſidero, quòd etiam ſi non eſſent examinati teſtes, videtur notorium in loco, ꝙ iſtæ fuerint reputatæ vnitæ eccleſiæ. Eſt enim notorium facti permanentis ipſa diuturna poſſeſſio duorum prælatorum,quod veriſimiliter non ſucceſſiſſent alter alteri, niſi eſſent vnitæ. Eſt enim notorium paupertas iſtius eccleſiæ, & eſt notorium, quòd populus ita credidit.

Modò dico,quòd reſultat præſumptio vnionis. Et pondero verba Specu. in titulo,de notorio crimine. §.iam de notorio.ver.notorium facti:vbi dicit,quòd aliquando aliquid, quod eſt notorium facti à iure præſumpti, & quod ex actibus probatur violenta præſumptio notorij: iſta ſunt verba ſua,quæ conduco ad propoſitum, quaſi hic reſultat notorium de præſumpta vnione.

Sexto conſidero, ꝙ licèt aliàs in probanda fama plura dicantur, de quibus Specu.ti.de notorio crimine.§.fama.& gl. & Archi.4.q.4.§.item ſępe.& Bar. in l.de minore.§.ſi plurium. ff. de quæſt. & Saly. in l. ea quidem. C. de accu. & Inno. in c. cum oporteat. de accu.cum alijs cõcor.tamen in caſu noſtro non exigitur tanta ſolennitas probationis famæ: quæritur enim, vt probetur fama de titulo, & iſta probata eſt ex hoc, ꝙ teſtes deponunt,quòd illi presbyteri tenuerunt vt vnitas,& quia ita reputauerunt ipſi, & ꝙ ita audiuerunt ab alijs: & iſti actus,vt prædixi, probant hãc famam: ſunt enim actus continui & communes omnibus de populo, probantes euidenter, quid populus opinetur. Iſta enim facta ſunt veri ſermones, l.populus. ff. rem ra.ha. Secus,quando tractatur de fama alicuius hominis: quia regulandæ ſunt aſſertiones teſtium ſecundùm doctrinas doctorum in dictis locis: vnde pluribus ſimul iunctis, probatur vnio præſumptiuè, videlicet rõnabilis cauſa, & effectus vnionis, paupertas eccleſiæ, de qua litigatur. Communis reputatio hominum loci probata poſſeſſio, cuius

initium non probatur. Teſtimonia de memoria æternã viuentium, inefficacia probationum contrariarum, præſumptio ſcientia ſuperioris, tacita probatio concludit titulum putatiuum. Allegans autem, quòd non fuerint vnitæ, vel quòd iſti prælati tenuerunt de facto, quæ duo non præſumuntur, probet.

20 Et † ſi diceretur, contra teſtimonium iſtorum poteſt probare poſſeſſionem,non vnionem, niſi expreſsè dicant ſe vidiſſe fieri vnionem : quia omnis redditio cauſæ teſtis duobus conſtat, ſcilicet ſenſu, & intellectu, id eſt ratione cognitionis eius, quod deponitur. Sed certum eſt,ꝙ vnio non videtur: ergo per teſtes non probatur. Reſpondet Bal. loquens in probatione dominij, in l. proprietatis.ad fi. C. de proba.ꝙ non probatur vnio, ſed probantur cauſæ vnionis: illæ enim cadunt in ſenſu teſtis : puta quia vidit rem diu gubernatam tanquàm vnitam, & conſiderauit paupertatem eccleſiæ vnitæ. Iſtæ enim cauſæ conſiſtunt in facto hominum : ergo apprehenduntur per ſenſum corporis, iuxta gl.in l. quod meo.§.pen.ff.de acqui. poſ.

21 Et ſubdit † paulò pòſt, quòd initia veritatis in teſte non debent eſſe per rationem diſputandi, ſed (vt ita dixerim) quodam tactu ipſius veritatis. Et ꝙ etiam titulus,qui non poteſt probari verè, probetur per cõmunem reputationem tituli, not. Bar. in l. antiqui natura.§. cum me abſente.ff.de neg.geſt. Et ſi diceretur, ſolennitas vnionis ad iuſtificandam poſſeſſionem alterius curati, videtur extrinſeca à poſſeſſione: ideo non præſumitur, niſi probetur, l.quicunq;. in fi.ff. de publ. Reſpondeo,ꝙ iſtud fallit in materia, in qua concurrit diuturnitas temporis. caſus eſt in l. ſi filius. C.de peti.hære.& probatur in l.qui aliena.verſi.ſed ſi non adierit.ff.de acqui.hære.& ibi hoc notant Bar. & Ang.& idem not. Hoſt.& Io. An. in c. Albericus. de teſt.& d.Anto.& Imo.in ca. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen. capi.& Ang.in l.ſciendum. ff.de verb.obl.& Lud.de Ro. in l. qui in aliena,præalle.& eſt tex. cum glo. in c. peruenit.de empti.& vendi.Et latè probat Pet.de Ancha.conſi.130.incipiente,

22 Ex conſilijs excellentium doctorum. Et adduco † quod notat Archi.in c.nemo.de conſe.diſt.1.vbi dicit, ꝙ ſi apparet hoſpitale conſtructum, & ibi publicè diuina celebrantur,an præſumatur authoritate epiſcopi cõſtructum,ſi aliter non apparet? & dicit ꝙ ſic,& ſequitur Lud.Ro.in l.ſciendum.ff.de verb.obl. Et ſi diceretur: iſta ſunt vera,quando deponitur vel probatur de aliquo actu, quo ad ſolennitatem, quæ ex hac præſumptione ſuppletur. Secus autem, vbi tractatur de ipſa ſubſtantia actus,puta an facta fuerit vnio,vel nõ. Non autem diſputatur,an poſitio,quòd fuerit facta, an interuenerit debita cauſæ cognitio,vel conſenſus capituli: quia iſta præſumerentur bene ex longo tranſcurſu temporis. Sed hic negatur vnio,quæ ex hoc ſolo non probatur. Reſpondeo ſecundum Bal. in l.1.C. de re.ecc. non alie. pone, inquit, aliquis tanquam executor vendidit rem teſtatoris, & alia geſſit per lapſũ temporis: fatetur quod non, niſi aliud ſuadeant coniecturę, quia præſumetur tunc fuiſſe executor.

Modò iſtam caudam noto ad propoſitum, & dico, quòd allegare ſimpliciter vnionem, & probare eam ex diuturna poſſeſſione, non iuuaret. Sed addere circunſtantias adeò claras, & coniecturas inexpugnabiles, eſt oſtendere quaſi euidentem titulum: quoniam

23 apparet de paupertate eccleſiæ vnitę, † quæ non excedit valorem 10.ducatorum: iſta eſt coniectura vnionis. Prætereà, ꝙ epiſcopus loci tolerauerit non vnũ, ſed duos rectores,qui diu eccleſias rexerunt, vt haberent curam vtriuſq; eccleſiæ, eſt euidens coniectura præſumptæ vnionis; & non eſt hoc adſcribẽdum incuriæ vel negligentiæ prælati, imò vigilantiæ & diſcretioni,

ſcretioni, ne eccleſiæ Grumuli ob tenuitatem redditurum pateretur diſpendium in regimen animarũ.
Si autem vna quarta vnionis perijt, cur debet imputari vtrique eccleſiæ, quorũ utilitas per diſmembrationem euidenter oſtenditur? Et quod concurſus cõiecturarum cum diuturnitate tẽporis importet præſumptionem totius actus neceſſarii, not. Bal. in l. poſt
24 mortẽ. ff. de adopt. vbi dicit, ſi† filius habitauit ſeorſum à patre, & vt emancipatus contraxit longo tempore, valet contractus: quia præſumitur emancipatus ex quo viuente patre ſeorſum habitauit. Ad idem
25 † l. vlt. C. cõmuni diuid. vbi † ſi apparet duos fuiſſe ſocios, & demum ſteriſſe in diuiſione per 10. ann. licèt aliter nõ probetur diuiſio ex diuturnitate temporis & cõnquinata diuiſione, & ſeparatione: probatur ſocietatem fuiſſe diuiſam. Sic econtrario in vnione. facit l. in liberæ. ff. de ritu nu. Et aduertat, rogo, reuerẽtia veſtra, quomodo iſta concludant: quia dico, ꝙ probatus eſt titulus præſumptiuè, & ꝙ illud tempus ita longum arguit, præſumpta vnione, iunctis cõiecturis, inter quas iſta eſt magis intuenda, inquantum teſtis legatis fide dignis, & iuratus refert Reuer. Cardinalem Rauen. tunc ſimpliciter archiepiſcopo, cauſa cognita & ruminata declaraſſe ꝓprio ore has ſuas eccleſias fore & cenſeri vnitas. non dico, ꝙ hoc probet vnionem, cùm teſtis ſit ſingularis: ſed dico, quòd præbet optimam materiam coniecturandi & imagi-
26 nandi veritatem: quoniam dictum † vnius integræ perſonæ præbet iuſtam credulitatem, iuxta gl. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. Et ſi diceretur, iſta euaneſcunt, ſi videatur Io. And. in regu. qui contra. in mercu. in reſponſione ad primum argu. vbi dicit, ꝙ in temporalibus bene poteſt allegari iſta diuturnitas temporis, per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſti. ſecus in ſpiritualib. in quibus requiritur canonica inſtitutio, c. 1. de reg. iur. lib. 6. Reſpondeo, ꝙ per hæc nõ diſſentio ab authoritate Io. And. Sed dico aduertẽdum eſſe: quia ipſe in ſua ſolutione, dum recedit ab opi. Guiliel. vult ꝙ tempus, cuius initij, &c. ſufficiat in iſtis term. quia habet vim tituli: ergo ſentit, ꝙ minus tẽpus cum titulo ſufficit. Sed ſic eſt, quòd per famam probatur titulus, qui non apparet, vt ſuprà dixi: ergo eſt ſatisfactum opin. Io. And. Et ſi diceretur: ergo nunquam requireretur allegare tẽpus longiſſimum, ſed ſufficit longum, quia habebit in ſe præſumptionem tituli. Reſpondeo, ꝙ verum eſt, ꝙ non ſufficiat, quando quis fundat ſe in tempore, & teſtes deponunt ſolum de poſſeſſione. Sed quando deponunt qualificatiuè, ꝙ poſſeſſio fuit propter vnionem ab omnibus præſumptam, & ipſe actor fundat ſe in ea vnione, quam probat præſumptiuè: tunc eſt de mente Io. And. quod iſte titulus non ſit ſufficienter probatus, & maximè, quando concurrit tantus fauor veriſimilitudinis, prout hic: quia ſi non eſſet facta vnio, oporteret eam de neceſſitate fieri.

Et ſi diceretur ſecundum hoc, Quicunque probaret ſe tenuiſſe per decem annos duo beneficia curata, quorum alterum eſſet copia preſſum, ſufficit probatio poſſeſſionis abſque titulo: quod eſt abſurdum.

Reſpondeo, & dico, ꝙ nõ procedit hoc: quia cùm allegaret titulum præſumptiuè, poſſeſſio eſſet minus
27 recens. Sed bene dico, † ꝙ clericus aſtrictus à ſuperiore, vt oſtendat titulum ſuæ eccleſiæ, ſi non habet, quia perdidit, & probat ſe diu tenuiſſe eccleſiam, præſumitur pro titulo, & ſufficit. Ita dicit Inno. in ca. illud. de præſump. volens, ꝙ ſi homines dicunt illum rexiſſe eccleſiam vt rector, & aliter nõ oſtenditur titulus, vel verus vel putatiuus, ſufficit. Et ſic loquitur in beneficialibus, & ſic in terminis noſtris, aliàs ſecundum ipſum ſequeretur magna abſurditas, ꝙ oporteret ſemper quaſcunque probationes habere paratas de ſua canonica inſtitutione.

Modò non dubito, ꝙ iſta verba, quæ ſunt Innoc. formaliter ſuadent non parum R. V. ꝙ iſte debeat obtinere, dato ꝙ inſtrumentum tituli ſit amiſſum; ex quo non eſt in loco, qui non recordetur principium vnionis: quia non probatur, quod nunquam iſtę fuerint diſmembratæ.

Et ſi diceretur, imò Inno. retractat hanc ſuam opi. ibidem in verſi. nobis videtur. Reſpõdeo, ꝙ Hoſt. ibi approbat primum dictum, dicens, ꝙ cõſiderato, ꝙ prælati ſæpius inquitant de titulis, & ſubditi nõ libenter ſuſtinent intruſos, diuturnitas temporis & pacificæ obedientiæ probant ſufficienter titulum. Et dicit, ꝙ iſtud tempus eſt in arbitrio iudicis: & ꝙ non debet eſſe poſſeſſio recens. Sed in caſu noſtro nõ poteſt arbitrari hoc tẽpus, quia non habet tempus de ſui principio. Teſtes enim non dicunt, ꝙ à tot annis citra ita fuerit, quaſi aliquando fuerit contrarium.

Sed dicunt, ꝙ cõputatis annis, quibus eorum memoria cœpit eſſe tenax, ſemper viderunt. Subdit Hoſtien. quòd ſi tamen ex aduerſo probaretur de intruſione, remouebitur. Ita fateor hic, quòd ſi aduerſarius, cuius intentio eſt fundata in quadam mera negatiua, videlicet non eſt vnio, probet de ſeparatione, ſecus eſſet. Et iſtam deciſionem Hoſt. ſequitur ibi do. Ant. Io. de Ligna Imo. & do. Abb. qui tamen in verſi. idem puto & fortius. dicit, quòd non ſufficit fama de titulo, ſed requiruntur alia adminicula, puta, de alijs actibus pertinentibus ad titulum, puta, collatio ſacramentorum, audientia diuinorum, & ſimilia. Quę optimè concurrunt hic, & latè probãt teſtium aſſertiones, ita quòd inducatur optima & ſufficiens præſumptio tituli. Et alleg. Do. de San. Gemi. in c. ordinarij. §. 1. de offi. ordi. lib. 6. vbi diſputat, an & quando cogatur ordinarius oſtendere titulum ſui beneficij. Et inter cætera dicit, quòd ſi factum eſt adeò antiquatũ, & diceret ſe inſtrumẽta perdidiſſe, non compelletur probare. alleg. Hoſtien. in c. licet. de ſymo. Fatetur tamen, quòd audiretur tertius volens probare de non canonica inſtitutione. Et idem tenet do. Pet. de Ancha. in repetitio. regulæ primæ, de reg. iur. lib. 6. Et dicit Bal. in l. ſi filius. C. de peti. hære. ꝙ ſi clericus ſciente eo, ad quẽ pertinet collatio, diu tenuit beneficium, præſumitur principalior poſſeſſor, niſi contrarium
28 † probetur de directo. Et dicit Bal. in l. ſiue poſſideris. C. de proba. quòd ſi clericus tenuit beneficium longo tempore, ſciente & patiente diœceſano, non poteſt compelli ad docendum de titulo. allegat Inno. in d. ca. illud.
29 Idem in iſtis † terminis dicunt Bal. Ang. Imo. & Roma. in d. l. qui in aliena. & Io. de Im. in c. ex frequentibus. de inſti. Et dicit Inn. in c. ſuper his. paulò ante fi. quòd clericus, qui multo tẽpore ſtetit in ordine ſubdiaconatus, ſi perdidit literas ſuæ ordinationis, nihilominus cenſendus eſt diaconus. ſequitur do. Ant. in c. inter. de cleri. peregri. & ſolemnis doct. Io. de Ana.
30 in c. licet Hely. de ſymo. dicit, ꝙ † ſi clericus per triennium tenuit beneficium, & perdidit inſtitutionem, ſtabitur iuramento ſuo, cle. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. Sed ſi ſterit per 10. an. nulla probatio requiritur. Et dicit in verſi. tu autem, conſidera ꝙ omnes doct. ita tenent. Et ita eſt, ꝙ nemo impugnat hanc concluſionem. Conſiderauerunt enim iuris noſtri Commentatores fore exemplo pernicioſum, ſi eccleſiarum rectores per amiſſam collationis chartulam beneficio priuarentur, alio in contrarium non docto: vnde vi-
31 get regula † cancellariæ apoſtolicæ, ꝙ contra eum, qui per triennium tenuit pacificè beneficium, nihil opponi poteſt, intreptionem concernens, excepto vitio ſimoniæ. Et in proœmio illius regulæ abhorret Papa vexantes rectores ſuper titulorum iuſtificationibus.

tionibus. faciunt notata in l.cogi.C.de peti.hære. Et ſic ex iſtis apparet, ꝙ nō ſequitur: iſte non probat de titulo, ergo ſuccūbet. Quod tempus in ſe habet vim, non dico tituli, ſed præſumptionem & coniecturarum pendentiam tituli, etiam in iſtis beneficialibus.

Et ſi diceretur, iſtud eſt fatendum, quando præſumptio iuris communis non eſt contra conuentum: quia quòd quis teneat vnicum beneficium, non repugnat iuri communi: Sed tenere duo curata implicat repugnantiam contra regulas iuris: ergo diuturnitas temporis non ſufficit, niſi ſit tanti temporis, &c.

Reſpondeo, quod quando quis haberet pręſumptionem iuris communis contra ſe, ſatis deducitur titulus in beneficialibus, probata tanta poſſeſſione cum bona fide.

32 Quid enim, ſi † illegitimus tenuit diu beneficium, & perdidit titulum legitimationis, & collationis, nūquid priuabitur? Certè non videtur, ꝙ ſit priuandus, quia coniecturę adiuuant tempus. Si enim probat de titulo beneficij ex ſola diuturna poſſeſſione, præſumendum, ꝙ conferens voluit cognoſcere de habilitatione eius: vnde dicit Arch. in c. Lugdunenſis. 9.q.3. & Inno. in c. 1. de ele. peregri. quòd ſi ordinator clerici facit literas ſibi de ordinibus à ſe collatis, præſumitur illis oſtenſis, quòd habuerit ordines pręcedentes, quia ſi ille de hoc inquiſierit: vnde ſicut titulus iuris habens concurſum iuris communis, probatur præſumptiuè, non video quare etiam titulus contra ius non poſſit probari præſumptiuè: ſatisfactum enim videtur c. 1. de præſcrip. li.6. eo ipſo, quòd probatur præſcriptio cum titulo. Poſteà habemus authoritates doctorum, quod titulus probatur præſumptiuè: ergo dicetur probata præſcriptio cum titulo, iuxta nota. in d.l. Celſus. Reſpondeo aliter, quòd de iure communi prouidetur, † vt data paupertate vnius eccleſiæ, 33 vniatur alteri. ita no. in c. ſicut vnire. de exceſſ. præla. in c. & temporis. 16.q.1. in c. 1. ne ſe. va. facit c. ad audientiam. de eccle. ædi.

Modò iſtud non eſt contra ius: ergo non requiritur alius rigor, vel alia efficacia probationis in hoc titulo duarum eccleſiarum iure vnionis, quàm requiratur in ſimplici titulo vnionis beneficij.

Veritas enim ita ſe habet, & notoria facti apparentia, quòd eccleſia Grumuli iam diu eſt adeo tenuis, quòd non poſſit habere proprium rectorem. Si ergo titulus vnius beneficij probatur pręſumptiuè, vt probatum eſt ſupra: Et ſi non ſit magis contra ius tenere duo, vt vnita caſu, quàm ſit contra ius tenere vnicum curatum, non video quare non ſit immediatè aſſentiendum, quòd ſufficienter appareat de titulo vnionis.

Prætereà conſidero, quòd nō agitur de graui pręiudicio alicuius, non dico in iſta lite, ſed ex hoc, quod iſta præſcriptio procedat: non enim præiudicatur epiſcopo neque hominibus loci.

Modò dico uobis, quòd c. 1. de pręſcriptio. lib. 6. adſtringens eum, qui habet ius commune contra ſe, ad probandum æqualem titulum cum præſcriptione, non procedat in ijs, quæ ſunt modici præiudicij, ſi ſint talia, in quibus is, contra quem præſcribitur, poteſt pręiudicare. procedit enim tunc præſcriptio cum omni tempore ſine titulo: licèt ius commune faciat contra præſcribentem, dummodo adſit ſcientia & patientia aduerſarij. Ita notat latiſſimè examinando, & determinat do. Ant. in c. cùm eccleſia Su. in vl. char, de cau. poſſ. & pro. & ita intelligitur tex. ibi, quem conſideretis, & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. ven. Modò hic iſta præſcriptio currit ſciente & patiente epiſcopo, cui parum præiudicat: ergo non exigitur aperta & palpabilis demonſtratio tituli. non eſt penitus contra ius commune, vt prædixi, & ſic tollitur motiuum d. c. 1. de præſcript. lib. 6.

Pręterea, dato ſed non conceſſo, ꝙ à principio poſſeſſio iſtarum eccleſiarum non concluderet vnionem, quia erat contra ius: tamen ex ipſa præſcriptione cōcluſio quo ad ſucceſſores cauſatur. Primò bona fides, per gl. & doct. in c. cura. de iure patro. Secundò creatur ius, quod nulli erat debitum: quia nō poteſt dici, ꝙ iſta præſcriptio auferat ius tertio: & imo tunc non requiritur de neceſſitate probatio tituli & ſic erimus in caſu, de quo loquitur Lapus in c. generali. de elect. li. 6. & ibi Domi. videtur dicere, quòd c. 1. de præſcripti. li. 6. procedit, quando ius commune certum ius attribuit alicui perſonę: ſed quando creatur per præſcriptionem vnum ius nulli alteri debitū, dato quòd etiam à principio ius reſiſtat; ſed poſtquā certum eſt iſtud ius a iure communi approbatum, non requiritur titulus. Et ita formaliter loquuntur. Et, vt puto, iſtud dictum multum iuuat rem noſtram ad tollendum c. 1. de præſcriptio. libro 6.

Quę oīa probant, ꝙ hic ſit probata præſcriptio 40. annorum, & cum titulo, qui in beneficialibus probatur præſumptiuè ex diuturnitate temporis, cum debitis adminiculis: & qua ratione probat titulum vnicum, vbi cōcurrunt omnia adminicula ad cauſandam vnionem. Et ꝙ ſufficiat talis pręſcriptio cum titulo, probat cap. 1. de pręſcrip. lib. 6. Et ita notat expreſsè Io. An. in d. regula, qui contra. Et illa deciſio intellecta cum iſta deductione, pręſtat victoriam huic d. Ioanni Marię: & ita tenet do. Car. in cle. 1. in prima q. de ſupplen. negli. pręlato. & do. Abb. loquens ſimpliciter de pręſcriptione, nihil dicto de titulo, in c. cura. de iure patr. quas quotas à me primo in iſto facto deductas alij traxuht ad contrarium ſenſum, & malè, per prędicta. Et ita tenet Petr. de Ancha. in cle. quia regulares. & gloſſ. in ver. ad menſam. in cle. 1. de exceſſi. pręla.

Requirentes pręſcriptionē 30. vel 40. annorū cum titulo, ꝙ concurrit hic, vel tanti temporis, & non habet memoriam in contrarium, quod etiam concurrit hic per infra dicenda. Et hęc quantùm ad primū, quod ſuperius primo diſcutiendum propoſui, quod ſufficere videtur.

Sed adhuc venio ad ſecundum.

Inſiſtendo circa ſecūdum, de quo ſuprà de pręſcriptione tanti temporis, &c.

Opponitur contra prędicta hoc modo: Probans ſe tenuiſſe eccleſias vt vnitas, debet probare, quòd tenuerit tanto temporis ſpatio, quod eius initij memoria non ſit in contrarium, vt eſt deciſio Ioannis Andreæ in regula, qui contra. in mercuria. cuius dicta videntur multum aduerſari ijs, quæ ſuprà dixi. † Sed poſito, quòd per eius authoritatem hoc ſit verum, licèt per rationes aliud dici poſſet. Reſpondeo, quòd iſta deciſio procedit & militat, quando allegatur ſolùm tempus, & non deducitur titulus: quia tunc illud tempus habet vim tituli. Sed hìc allegatur titulus, & probatur ex curſu temporis 40. an. ergo non obuiat iſta deciſio.

Et ſi diceretur: Imo ſumus in terminis primi §. Io. An. ꝙ ipſe non diſputat de eo ſimpliciter, qui probat ſe tenuiſſe, vt vnitas, & tamē requirit tempus longiſſimum, vt hic. Item non erit dare caſum in quo requiratur probatio longiſſimi temporis, ſi ſemper tempus 40. annorum iunctis verbis, vt in ita &c. ſufficit ad deductionem tituli.

Reſpondeo, quòd verba thematis & deciſionis Io. An. non important de neceſſitate hoc: quia non potuiſſet loqui in eo, qui ſemper tenet: quia titulus nō pręſcribitur, & tali titulo per viam diſpēſationis oportet continuè docere, cap. ordinarij. de offic. or. lib. 6. Sed dicit, ꝙ ille tenuit tanquam vnitas, non tamen alle-

alſegabar, nec probabat titulum vnionis, quod non eſt hic. Vel aliter reſpondeo, quod dictum Io. An. eſt de neceſſitate intelligendum, niſi ille probaret de titulo: & hoc per tex. in c. 1. de reſcript. in 6. qui probat, ꝙ vbicunq; requiritur præſcriptio, cuius initij me-
34 moria non eſt in contrarium, vbi † etiam ſufficit pręſcriptio 40. an. cum titulo: ſed ita, ꝙ etiam in beneficialibus titulus probatur præſumptiuè, ſecũdùm Innoc. in d. c. illu. l. cum concur. de quibus ſupra: ergo iſte ſatis probaunt.

Vltimò reſpondeo, ꝙ poſito, ꝙ teſtes debeant deponere de tanto tempore, de cuius initij non eſt memoria in contrarium: adhuc ille obtinebit, ita eſt, ꝙ teſtes optimè euidenter concludunt hãc pręſcriptionem longiſſimi temporis: ergo res eſt indubitata. & militat pro ipſo dicta opi. Ioan. And.

35 Præmitto, † quod no. gloſ. in cap. 1. de præſcriptio. libr. 6 quæ dicit, quòd probatur præſcriptio tanti, &c.

Hoc modo teſtes dicunt, quod ſemper viderunt & audiuerunt ita, & nunquam viderũt & audiuerũt contrarium. Et quod communis opi. eſt, & ſemper fuit, quòd ita eſt.

Pręmitto ſecundò, quòd non credo de omnimoda neceſſitate eſſe, ꝙ vtantur omnibus iſtis verbis formaliter: ſed ſatis puto, ſi eorum dicta cuiuſq; ſano & non paſſionato intellectui concludant effectum prædictorum verborum, dato quod non deponant cum hoc ordine.

36 Multa † enim adduci poſſent, ꝙ dicta teſtium recipiunt modificationem à communi vſu loquendi: vnde dicit Bal. in c. 1. in principio, in tit. de no. for. fi. ꝙ ruſtici non debent interrogari de iis, quæ ſunt reſeruata peritioribus, iuxta glo. in l. ſtipulatio iſta. & ꝙ dicta teſtis interpretentur ſecundùm communem intelligentiam, no. Inn. in c. cùm cauſam. el primo. vltra medium de teſtamen. & in c. cum clamor. in fi. eo. ti. & Bald. in ti. de pace Conſtan. in verbo, Opizoni. in fi. & Bar. in l. ſi quis filiabus. in fi. ff. de teſta. tut.
37 † ꝙ dicta teſtium non debent intelligi ſecundum ſubtilitates iuris, no. Bal. in l. lege. ad fi. C. de legi. hære. gl. & Bal. in l. 1. C. de vſur. bene dicit Bal. in c. quanto. in fi. de iudi ꝙ verba laicorũ debent intelligi groſſo & vulgari modo: vnde ſi teſtis dicit, ꝙ vidit talem poſſidere, vnde dicit Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. ꝙ in ruſticis duæ negationes non faciunt vnam
38 affirmationem: † ruſtici enim ſagaciter & peritè deponentes, ſunt ſuſpecti de ſubornatione.

Præmitto etiam, ꝙ ex quo omnes homines vtriuſque villæ petierunt & habuerunt ſolùm ſacramenta ab vno rectore Sancti Apollinaris, certè iſtud eſt manifeſtè probare, ꝙ communis opinio ſemper fuit, ꝙ iſtæ eccleſię ſint vnitæ cum omnes teſtes deponunt de toto tempore vitæ ſuæ: & hoc videtur rectè penſanti concludere, quòd non eſt qui recordetur contrarium.

Præmitto etiam, quòd in cauſis beneficialibus ſufficit iudici poſſe imaginari veritatem rei, etiam ſi probationum deductio non concluderet articulatè, & pręcisè ipſam veritatem, ſed dummodo ex diuerſis cauſis poſſit informare animi ſui motum, c. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpoliato. & iſta ſunt bene conſideranda.

Modò conſidero dicta teſtium. Primus teſtis ſuper 3. c. ꝙ quandiu vixit, ſemper vidit teneri, & regi has eccleſias vt vnitas, & ꝙ omnes ita reputarunt: & deponit vltra annos 40. Vnde credo, quod ſi Spe. dum ſcripſit in titu. de proba. & Inno. dum commentauit ca. quid per nouale. habuiſſent examinare hunc teſtem, nõ formaſſent aliter capitulum pręſcriptionis, quàm iſte depoſuit. Et ſubdit in quarto c. ꝙ à multis hoc audiuit, & quod ita ſemper tenuerunt omnes. Similiter & ſecundus teſtis in tertio & quarto c. dicit, ꝙ ſemper quandiu vixit, ita credidit: & ita tenuit: & ita audiuit ab aliis dicentibus homines alios iam mortuos ita tenuiſſe. idem dicit tertius teſtis. Et in effectu examinatis aliis teſtibus reputo ſuperfluum oſtendere, qualiter probent. Et quando ſcripſi præmiſſiones, de quibus ſuprà, non legeram eos aduertenter: & miror de quibuſdam, qui ponderant ſuperflua ad eorum confuſionem.

Ex quibus omnibus nõ dubito in aliquo, & credo, ꝙ reuerentia veſtra, adhibitis omnibus conſiderationibus, ſit ſufficienter informata: & Deo auctore poſſit procedere ad ſententiam, & pronunciare has eccleſias fore vnitas: Et quòd iſta præſcriptio longiſſima probet vnionem, tenet Ioan. An. in d. regula, qui contra iura. & Do. de Rot. in antiquis, concluſio. 25. quæ incipit, Item not. & conclu. 218 quæ incipit, Itẽ no. ꝙ vbi aliquid. Et Guliel. de monte Land. in extrauaganti, execrabilis. verſiculo, ſed nunquid deponẽtes, & Cal in titulo, de rebus eccleſiæ, non alienand. & do. Abb. in d. c. cura. & Cardinalis, & Pet. de Anch. in d. clemen. 1.

Et iſtorum authoritates cum depoſitionibus teſtium, & cõiecturis manifeſtiſſimis, adeò ſatisfaciunt mihi, quòd de victoria huius cauſæ non dubito. Si quid dictum eſt imperfectè, excuſent me, qui nouerunt legentium.

Ita videtur mihi de iure veriſſimum, ideo ita conſulo ego Felinus Sandæus, &c. Et ita fuit obtentum.

Felinus Sandæus, I.V. Doct. Ferrariæ.

ARGVMENTVM.

Reus criminis, qui ad eccleſiam confugit inſecutus ab officialibus iuſtitiæ, an ſit ſecurus, ꝙ ibi nõ poſſit capi: & hoc idem habeat locum in reo criminis, qui aufugit ad pedes ſacerdotis extra eccleſiam deferentis corpus Chriſti, & captus ab executoribus de iure potuerit ibi capi: & talis captura teneat. &, Vtrum peccator iuſtificatus à Deo per gratiã, ſit pręponendus illi, quem ſemper Deus ſeruauit in innocentia?

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ intereſt, ne delicta & crimina remaneant impunita.*

2 *Priuilegium vni conceſſum, non extenditur ad alium.*

3 *Fidei noſtræ ſpectantia & concernentia, ſunt defendenda vſq; ad effuſionem ſanguinis.*

4 *Prælati debent eſſe tales circa ſuos ſubditos, quales eſſe vellent, ſi ſubditi ſibi eſſent eorum prælati, vel ſuperiores.*

5 *Nouus in fide prohibetur aſſumi ad ſacerdotium.*

6 *Bonus, qui ſemper fuit bonus, an præponatur illi, qui ſemper non fuit, & eſt nouus in bonitate.*

7 *Comparere in iudicio, ſicuti qui eſt infirmus, excuſatur: ita eſt, qui quaſi valetudinarius: & an qui eſt valde debilis, poteſt appellari infirmus.*

8 *Infirmus, qui de recenti eſt liberatus à febre, adhuc habetur pro febricitante.*

9 *Iudæum eſſe, vel de recenti ad fidem conuerſum, quo ad ordinis promotionem vel beneficij, paria ſunt.*

10 *Inimicum quem eſſe, vel de recenti reconciliatum, parificantur, quo ad teſtificandum & accuſandum.*

11 *Eccleſia quòd ſit paſtore uacans, aut paſtorem habeat de recenci creatum, parificantur.*

Conſilium III.

DIRIGE Domine &c. Habent legiſtæ titulum C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. & Canoniſtæ de imm. ecc. per totum. Quod reus communis inſecutus ab officialibus curiæ, ſi currit ad loca Deo dicata, eſt ſecurus & immunis. Occurrit, ꝙ quidam fugiens, vidit ſacerdotem deferentem ſacratiſſimum & venerabile corpus Redemptoris noſtri, cuius vexilli cæleſti protectione confiſus, ſeſe totum contulit ad ſacerdotis pedes, is, qui templa longioris greſſus expoſcere pertimebat, hunc cæleſti tentorio conſeruatum, irreuerenter corripuère ſatellites.

Modò quæritur, vtrũ talis captura de iure teneat, hoc eſt, vtrum ꝙ priuilegia data eccleſijs, & locis ſacroſanctis, extendantur ad illam tremẽdam & mirabilem diuini corporis reliquia. Rogaſti me, Hieronyme, vt ſemotis occupationibus, quibus mirificè detineor, reſcriberem tibi quid ſentiam, quod pro iure domeſticæ fraternitatis denegare nequiui. Accipe ergo quid hæc noſtra Felinea reuolutio collegerit.

Quòd non ſit immunis, indubitatum videtur, ꝙ per priuilegium conceſſum eccleſijs, de quo ſuprà, videtur ſequi impunitas delicti, per conſequens audacia delinquendi, & ſic offenditur reſpublica, cuius
1 † intereſt ne crimina remaneant impunita, l. liber hõ. ff. ad l. Aq. c. vt famæ. cum ſi. de ſen. ex. Quapropter vi
2 detur iſto caſu priuilegium † vni conceſſum, non extendi ad aliud, l. maritus. & l. ſeq ff. ſol. mat. l. 1. in fi. de conſti. prin. l. priuilegia quædam. & l. omnibus. ff. de reg. iur. l. leges. in fi. C. de legi. l. regula §. fi. ff. de iu. & fac. igno. c. conſtitutus. in fi. de conceſſi. præben. c. ſanè de pri. c. peſti. 7. q. 1. c. hic. & 16. q. 1. c. contra morem. 100. diſt. regula priuilegium. regula, quæ autem. regula, ꝙ alicui. regula in argumentum. de re iur. in 6.

Hanc partem indiſtinctè tenet Hugutio epiſcopus Ferrarien. & Laurentius de Pinu in c. quæſitum. 13. q. 2.

Pro quibus facit gl. quæ dicit, quòd licèt quis recipiat corpus Domini, non gaudet eo priuilegio, quo gauderet ingrediens eccleſiam: quia ille eſt cibus animæ, non corporis, vnde animam iuuat, non corpus.

Contra, ꝙ ſit immunis, arguitur: Sicut ſe habet corruptibile ad incorruptibile, finitum ad infinitum, inter q̄ nulla eſt proportiò, teſte Philippo: & ſicut ſe habet terrenum ad cæleſte, humanum ad diuinum, temporale ad æternum, ita ſe habet locus ſacer ad templum, eccleſiæ ſtructura, ad ſummum Deum. Et minus videretur tutus receptus & protectus à corruptibili, quàm ab incorruptibili, hoc eſt ab eccleſia quàm à Deo.

Et tamen non ſic eſt: ergo fortius videtur tueri, protegi & conſeruari conuolans ad corpus Chriſti à maioritate & ſuperioritate rationis, quàm ad eccleſiam: quia ſi id, de quo magis, &c. auth. multò magis. C. de ſacroſan. ec. c. propoſuiſti. 82. diſt. c. admonere. 33. q. 5. c. 1. de conſecra. diſt. 1. c. viduas. 27. q. 1. & c.

Prætereà, ſi non aſſignatur diuerſa ratio inter ſupremam potentiã, & ſanctiſſimi corporis cæleſtis, & eccleſiaſticum confugium, ſemper eſt maior potentia ſua indiſtinctè. Sed hic non cadit diuerſa ratio extinguendi magis vnius virtutem quàm alterius: imo maior in non expreſſo, quàm in expreſſo, &c. Secundum patet: primum probo per Euangelium Lucæ ſeptimo, c. & Euangelium Matthæi. 10. c. vbi mulier, quæ fluxum patiebatur ſanguinis, poſt tergum domini humiliter veniens, tetigit fimbriam veſtimenti ſui, & ſtatim liberata eſt. Et ideò interrogatus Auguſtinus, vtrum mulier menſtruata licitè ingrediatur eccleſiam, Reſpondit in hæc verba, & habetur 5. diſt. c. ad eius. Si in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit domini veſtimẽta tangere: Cur ei, quę menſtrua patitur, non licitè poſſit eccleſiam ingredi? Ecce, Auguſtinus indubitatum reputabat, ꝙ priuilegium vel diſpoſitio redundans in laudem & vtilitatem ex relucenti coruſcatione diuini corporis, non haberet locum in eccleſia. Et hic nos facimus dubium à contrario, vtrum plus poſſit eccleſia, quam Deus.

Prætereà, affirmare, quod iſtud priuilegium non operetur, nec trahatur ad celeberrimum & immaculatum Chriſti corpus, ſed ad eccleſiam, eſt aliquid afferre, quod ſit dignius virtutibus optabilius & efficacius ipſo ſummo Deo: ſed impoſſibile eſt dare hunc caſum: ergo &c. primum patet. Secundum per authori. Hieronymi in epiſtola ad Ruſticum Vrbanenſem
3 epiſcopum: Quid † maius eſt Chriſto, aut quid poterit corpori aut ſanguini eius interponi? probatur authoritate Hoſt. in c ſanè. de cele. miſſ. aſtutè poſuit iſtam opi. dicens, ꝙ eſt defendenda vſq; ad effuſionem ſanguinis, Arch. in c. ad eius 5. di. & Arch. in c. quæſitum 13. q. 2. Carol. in ſing. 344. incipien. Dicimus duo ad ſolatium, dicit, ꝙ iſte caſus occurrit de facto in ciuitate Vrbini: & dicit ſe cras ita conſulturum. Oldra. tenuit iſtam partem in conſi. 54. & do. Abb. latiſſimè in c. fi. de conſe. ec. vel al. quem tamen vide, quia nõ habui tempus legendi totum. & eundem in d. c. ſanè. de cele. miſ. Et idem tenet Hoſt. in ſumma, de Iudæis. & omnes doct. in cle. 1. de pœni. & remiſ. Ad cõtrarium dic breuiter, ꝙ iſtud priuilegium eſt fauorabile, ideò ampliandum. Et quod ſit fauorabile, patet ex mente concedentis, qui rem principaliter non cauſa odij, ſed fauoris induxit.

Tunc ſtat communis doctrina, de qua per d. Abb. in c. 1. de loca. per gl in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. inſect. per gl. in ver. liberius. & ibi Bal. Saly. in l. penul. C. de in ius uo. per Bal. in l. quomodo. ff. de legi. per Domi. in c. ſciant cuncti. de elect. in 6. per Bar. in l. 2. in fin. ff. ad Treb. & in l. liberrorum. ff. de ver. ſig per Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. per gl. & Bart. in l. qui exceptionem. ff. de con. inde. cum concor.

Rogaſti me ſecundo loco, amantiſſime Hieronyme, ſuper tali dubio, de quo inuicem contuleramus: Vtrum peccator iuſtificatus à Deo per gratiam, ſit præponendus in electione illi, quem ſemper Deus ſeruauit in innocentia.

Communis ſchola Canoniſtarum allegat de hoc gl. in c. fidelior factus eſt Petrus. l. diſ. quæ dixit, ꝙ præfertur ille, qui fuit à Deo iuſtificatus per gratiam: quia præſumitur, ꝙ in culpa, qua tempore nocentiæ & dãnati ſtatus commiſit, didicerit, qualiter alijs miſereri debuiſſet, iuxta illud Poetæ, Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco. Vnde dicit quidam Papa 74.
4 di. c. quorundã. Talis † ego ſum erga ſubditos meos, quales vellem eſſe erga me prę latos meos, ſi ſubditus eſſem. Sed licèt illa gl. allegetur pro ſing. & non habeat cõſociam, ſed d. Abb. in c. at ſi clerici. in prin. alibi de iudi. tamen ego in tractatu meo de potentia Papæ,

Papæ, quem lego diebus dominicis, dicebam, ꝙ illa
glo. potius probat cõtrarium. quia immediatè arguit
contra d. cap. nos conſuetudinem. 12. diſt. vbi nouus
5 † in fide, prohibetur aſſumi ad epiſcopatũ. facit text.
in §. 1. & per totum 48. diſt. & cum iſto contrario remanet
ibi glo. vnde non videtur eſſe clara: & tamen
totus mundus allegat eam pro deciſione.

Et quamuis pro concordantia ad illam glo. ego no-
6 uiſſimè ſuſpicauerim aliam hoc aperto † ore ſentientem
in §. nunc ergo quæritur. in glo. magna, in fi. 63.
diſt. nihilominus ego non teneo communem, imò
dico, quòd concurrentibus ſimul illis duobus. præponetur
ille, qui ſemper fuit bonus, illi, qui eſt nouus in
bonitate. Fateor tamen, ratione prædicta, quòd iſtis
non concurrentibus, non eſt malè factum eligere
illum, qui ſemper ſemel fuit peccator. & ita determinat
Do. in d. c. fidelior. & nihil allegat. Ego arguo ſic:
7 † Paria ſunt, aliquid eſſe factum de recenti infinitum
eſſe, & non eſſe factum: ſed hic iſte eſt de recenti cõ-
uerſus: ergo habetur pro non conuerſo: ſecundum
patet, conſequentia tenet, aſſumptum probo. Primò
allego tex. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. in ver. quaſi valetudine
impedita. ff. ſi qs cau. vbi text. vult, ꝙ quemadmodum
excuſatur à comparendo ille, qui eſt in infirmitate
conſtitutus: ita & qui eſt quaſi valetudine impeditus:
& ſic poteſt appellari infirmus, qui eſt valde
debilis.

8 Secundò allego, † quod no. Inno. in c. quoniam frequenter.
in princ. vt lite nõ conteſt. & ſequitur ibi dominus
Antonius in 6. col. vbi dicunt, quòd quemadmodum
poſſunt examinari teſtes ad inſtantiam actoris,
ſecundùm formam illius decretalis, ſi ſunt graui
infirmitate conſtituti: eodem modo quando ſunt infirmi
propter debilitatem corporis, non propter febres
acutas: & hoc dicunt eſſe de mente illius text. in
ver. valetudinarij. ergo de recẽti relictis febribus, adhuc
habetur pro febricitante.

9 Tertiò allego † textum cum glo. ſingulari in c. cõ-
ſtituti. 17. q. 4. & in §. 2. 48. diſt. vbi parificatur, An quis
ſit Iudæus, vel de recenti ad fidem conuerſus, quo ad
promotionem ordinis vel beneficij: & pulchrè declarat
do. Ioan. de Ana. in c. cum ſit. in vlti. col. de Iudæis.
10 Quartò † adduco tex. ſing. in c. accuſatores. el 1. 3.
q. 5. & glo. in c. per tuas. el grande, in ver. capitales. in
fi. de ſimon. Et glo. Inno. in c. cùm oporteat. in glo. penultima,
de accu. & ibi dominus Abb. in fin. 2. col. &
dominus Ioannes de Ana. in fine quartæ col. Et Ioan.
And. in addi. Spe. in ti. de lega. §. ſequitur videre. in 5.
col. Item qđ fuit olim, vbi parificatur, An quis ſit inimicus,
vel de recenti reconciliatus ad actum teſtimo-
11 nij, vel accuſationis. Quintò & † vltimò deduco in medium,
quod eleganter ſcripſit Hoſti. in ca. olim, el 1.
de reſti. ſpo. vbi dixit, quòd paria ſunt, quòd eccleſia ſit
vacãs, & careat paſtore, & habeat prælatum de recenti
creatum: & allegat caſum optimum in c. cum veniſſent.
de inſtitu. Et refert & approbat Io. An. in ca.
nouæ in c. 1. de re eccl. non alie. Ex quibus concludo
non eſſe promouendum nouiter bonum, maximè
cæteris paribus, ſaluo conſilio cuiuſcunque veterani
Canoniſtæ.

Hæc ſunt breuiter, taliter & qualiter glomerata & inculcata, quæ humanitati tuæ trado ſuper his, quæ petiiſti. Volui potiùs aperiendo, quæ pauca vidi, apud te ignorans videri, quàm notis & mandatis nõ obtemperando tumidus & elatus conferri. Alterum, nõ Chriſtiano chriſtianè viuente, nõ potui quærere: ſed qui prior noſtrum inuenerit, alteri referat. Vale mi Hieronyme, & his meis viribus, quantulæ ſint, ita ex corde vtere, acſi eodem geniti eſſemus parente: Et Felinum tuum exiſtima, qui te amat & obſeruat.

Laus Deo. Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

CLERICVS habens per literas Apoſtolicas gratiam obtinendi & acceptãdi duo beneficia, etiã ſi alterum eorum eſſet curatum, vtrum poſſit obtinere vnum ſolum vacans, & per hoc gratiæ ſuæ nõ videatur renunciaſſe: Aut per acceptionem ſolius gratiæ dicta eius gratia dicatur expirata? &, Vtrum habilitatus ad vnum beneficium, poſſit obtinere alia duo beneficia vigore gratiæ apoſtolicæ?

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio alicui conceſſa de epiſcopatu, non intelligitur de archiepiſcopatu, quia diſpenſationes ſunt reſtringendæ.*

2 *Literæ ad beneficia ſunt odioſæ, & ideo reſtringendæ.*

3 *Beneficiorum pluralitas eſt damnata per omnes canones.*

4 *Papa nunquam præſumitur vti velle plenitudine poteſtatis ſuæ.*

5 *Papa nunquã intendit multiplicare inconueniens in aliquo beneficiando.*

6 *Diſpenſatio cum illegitimo facta, vt poſſit tenere vnum beneficium ſimpliciter, non intelligitur diſpenſatus de curato, aut in cathedrali.*

7 *Diſpenſatio ſuper pluribus beneficijs reſtringitur ad duo.*

8 *Gratia apoſtolica abutens, meritò commodum eius amittit.*

Conſilium IIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Dubitatur, vtrum do. Marius de la volta, clericus Bononienſis poſſit obtinere quandam eccleſiam vacantem in diœceſi Fauentiæ vigore gratiæ apoſtolicæ, quæ afficit beneficia per ipſum acceptanda, & loquitur de duobus, etiam ſi alterum eſſet curatum Et primò videtur, quòd ſic: quia vigore huius gratiæ adeptus eſt vnicum beneficium: vnde dato, quòd ſit adeptus alia duo cum illo compaſſibilia ex alia via. non per hoc videtur expiraſſe gratia: quia non eſt in forma pauperum, ſed eſt gratia conceſſa in forma communi. Et ita determinat glo. 1. in c. ſi pauper. de præbend. in 6. quam approbant ibi omnes doctores. & Io. de Deo, in quæſtionibus, q 3. Et Io. de Imo. poſt alios, in c. in noſtra. in 6. colu. de reſcrip. & c. ad aures. in 2. col. eo. ti. & probatur in cle. gratiæ. & ibi gl. in ver. poſſet. de reſcri. Sed nihilominus indubitatum & clariſſimum puto, quod eo ipſo, quòd conſtat ipſum habere duo beneficia, ſiue compaſſibilia, ſiue non, eſt capax ad alia. Et primò, quòd cùm ex defectu natalium ſit Incapax cuiuſcunq; beneficij, habilitatio, quam obtinuit ad vnum beneficium, ſine cura eſt reſtringenda tanquàm odioſa.

Vbi dicit Innoc. in c. dilectus. de conceſſio. preben. ꝙ ſi quis habet diſpenſationem, quòd non obſtante defectu natalium, vel alio, poſſit honores & dignita-

tes

tes eccleſiaſticas obtinere: quia diſpenſationes ſunt
reſtringendæ, c.1. in fi. de fil. presb. in 6. vbi tex. loqui-
tur in terminis, imo plus dicit Inno. ſe firmare, quòd
ſi diſpenſatum eſſet cum aliquo ſuper epiſcopatu,
non intelligitur diſpenſatum ſuper archiepiſcopatu.
allegat tex. op. in c. nos conſuetudinem. 12. di. & hęc
dicta approbant doc. ibi, & Sp. in ti. de leg. §. poſtre-
mo. in 3. col. ver. quia ſi diſpenſatum ſit cum aliquo.
& d. Ant. poſt Hoſt. in c. cum Vintonienſ. in 2. co. de
elect. & eſt tex. rectè intuenti in c. innotuit. de elec.
Et dicit do. Car. poſt Pau. de Leaz. in cle. ne in agro,
§. ſi quis, in 4. q. de ſta. mo. ꝙ habilitatus ad omne be-
neficium, non habebit epiſcopatum: & tamen epiſco
patus dicitur beneficium, c.1. & ibi d. Car. de male. Et
2 præmitto, † ꝙ literæ ad beneficia ſunt odioſæ, & re-
ſtringendæ, c. quamquam. de præbend. lib. 6. Modo li-
cèt iſte, qui ſecum litigat, non potuerit ad plenum ſci
re, quo iure poſſideat tot beneficia: tamen non vide-
tur caſus, in quo probetur eum capacem huius be-
neficij: quod eſſet quartum.

Et primò aduertendum, quia non videtur proba-
bile, ꝙ iſte poſsit habere tria beneficia, quaſi vnum
vigore habilitationis loquentis de vno, & duo vigo-
re gratiæ: quia attentis præmiſſis, iſta non accipiunt
tam latam interpretationem, etiam ſi vis verborum
vel actuum per ſubauditam intelligentiam ad hoc
3 traherentur. Primò, quia eſt dare materiam † plurali-
tati beneficiorum, quæ eſt damnata per omnes ca-
nones, c. ſanctorum. 70. diſ. c. ſingula. 79. diſt. c. de mul
ta. c. extra. de pręb. vnde ſi ille propoſuiſſet Papæ, quòd
intendebat habilitari ad tria, Papa hoc non conceſſiſ-
ſet, quia iſtud fuiſſet vti quodammodo plenitudine
4 † poteſtatis, quod nunquàm præſumitur, ſecundùm
Inno. in cap. innotuit. de electio. & Bal. in l. teſtium.
C. de teſtamen. & in l. bonorum. C. qui admit. cum
concordant. probatur in cap. propoſuit. de conceſſi.
præbendæ, ibi, licet &c. Operatur autem mentio fa-
cta in gratia expectatiua de iſta habilitatione, vt eui-
tetur ſubreptio. Sed ex quo ipſa habilitatio adhùc
non erat producta in exercitio, rationabilius fuit cō-
ceſſa gratia ad duo compaſſibilia: vnde iſtæ duæ gra-
tiæ, veluti odioſiſſimæ, ſunt reducendæ ad terminos
iuris communis, c. licet. de præbend. & c. dilecto. de
ver. ſigni. vnde ſufficit, quòd aliquid operentur, iuxta
illud quod dicitur in c. cùm dilectus. de conſu. Nun-
5 quam † enim Papa intendit multiplicare inconue-
niens in beneficiando aliquo, c. ſi proponente. de re-
ſcriptis. Vnde vires ſuorum reſcriptorum ſumun-
tur ex coniecturata eius mente, inquit Inn. in c. cùm
eccleſiaſticę. ad fi. de exceptioni. Et talis præſumitur
mens eſſe concedentis, qualis eſſe debuit, inquit Bal.
in l. ex facto. per illum tex. de vulg. & pupilla. & facit
in hoc c. non poteſt. de præbend. lib. 6. primo reſpon-
ſo. Cùm etiam de omnino ipſis habilibus multùm
dubitatur, an poſſint ſine diſpenſatione obtinere plu
ra ſimplicia, vt extra nos. latè in c. de multa. de præ-
ben. & in cle. gratiæ. de reſcript. maximè per Car. mul
to fortius in iſto, cuius gratia eſt omnino reſtringen-
da, maximè cum ſit valde ſimplex habilitās ad vnum
beneficium. Vnde dicunt deciſores Rotæ, concluſio
ne 130. quæ incipit, Item voluerunt domini, ꝙ opi.
6 Io. Mon. &c. in nouis, ꝙ ſi diſpenſatur † ſuper defectu
natalium, ſi eſt cruda, & nuda, puta diſpenſat eum il
legitimo, vt poſſit tenere vnum beneficium ſimplici-
ter, non teneat, ſi velit tenere curatum vt cathedra-
le: nulla enim verborum conſonantia poteſt induce
re tacitam diſpenſationem ad beneficia, attenta in-
habilitatione iſtius, omnia tenet ex diſpenſatione. Et
hæc ſunt reſtringenda: vnde dicit do. Abb. in c. du-
7 dum, de elect. in quarta col. ꝙ † diſpenſatio ſuper plu
ribus beneficijs, reſtringitur ad duo. Et etiam ſi iſta eſ-
ſet omnino habilis, non eſſet tamen capax ad tria ſim
plicia: quia requiritur diſpēſatio epiſcopi, ſecundum
Spec. in ti. de lega. §. vidēdum reſtat. in princ. Et ſi Epi-
ſcopus cum iſto diſpenſaret, non extenditur diſpen-
ſatio ad beneficium ſitum extra diœceſim, quale eſt
iſtud, de quo litigatur, vt ibidē ſubdit Spec. Et quòd
in iſtis requiratur expreſſa diſpēſatio, nec ſufficit iſtud
argumentatiuè dicere, contra regulas iuris commu-
nis, probāt multa dicta Spec. in ti. de le. §. videndum.
maximè in verſic. qui ſi indulgetur. Et per eius dictum
credo indubitanter, quòd ſi tempore, quo iſte impe-
trauit literas gratioſas, priùs fuiſſet aliud adeptus ſim
plex, & Papa dicit, ꝙ præter illud poſſit habere duo,
etiam ſi vnum eſſet curatum: per hoc non videretur
eum habilitare, vt licitè retineret primum. Et demū
conſidero omnia dicta Spec. in d. §. fi. per totum, quę
rectè intuenti, optimè concludunt prædicta, videli-
cet, quòd dicta habilitatio iuncta literis expectatiuis
non operetur capacitatem trium ſimplicium: ſed ſuf
ficit, quòd operetur effectum ſuum, qui non eſt exi-
guus. Ex quibus infertur, quod iſte poſſit habere duo
beneficia. Et ſi diceretur contrà, per hæc infertur, ꝙ
ex beneficijs, quæ habet, ſolum illud legitimè teneat,
quod habuerit vigore literarum expectatiuarum. fa-
teor & credo, ꝙ teneat illicite: quia ſine aliqua habi-
litatione tenet, & ſine aliquo tit. in quo aliter nō in-
tro. quia de hoc nō petitur. Et ſi diceretur, ꝙ ille vult
illa duo dimittere & acceptare iſtud litigioſum vigo-
re gratiæ: dico ꝙ non poteſt, quia acceptando duo,
quia tenere non poteſt ex defectu natalium, videtur
renuntiaſſe gratiæ. Ita probat optimè clem. gratiæ. de
reſcript. & quod ibi do. Car. in primo notabili, & ſic
8 † cum abuſus fuerit ipſa gratia, meritò perdit eius cō-
modum, c. priuilegium. 11. q. 4. Et non poteſt facere
iſtas permutationes, quia etiam ſi licitè iſta retine-
ret, conſiderata habilitatione, quæ loquitur ſolum
de vno, non poteſt alia habere, etiam iſtis dimiſſis,
vt latè concludunt omnes doctores in c. 1. de fil. pre-
sby. lib. 6. dum dicunt, allegando Do. de Rot. quos di-
cunt approbare dictum Archi. ibi, quòd ſi taliter ha-
bilitatus vult illud dimittere & aliud habere, non po-
teſt, de præbend. in 6. Ex quibus conſtare poteſt cuiq;
in iure exercitato, quòd iſte non licitè ſe intromittet
ad iſtud quartum beneficium, cùm ad hoc ſibi non
patrocinentur ſuę bullę. Et dubium ſit, an licitè reti-
neat, quę habet, cum gratię ſuę renunciaſſe videtur.
Et ita dico & conſulo ego Felinus Sandęus vtriuſq;
Iuris Doctor perexiguus, decretales legens Ferrarię
publicè: & ita hic ſcripſi, ſubſcripſi, & ſigillaui.

Laus Deo omnipotenti.

ARGVMENTVM.

IVDEX Faciendo pręceptum alicui ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ſi non faceret aliquid ad certum tempus, an tale pręceptum de iure teneat, & liget ipſum vltra poſſibilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus vel alius, cui committitur facultas cogendi aliquem, non debet incipere a præcepto ſeu pœna excommunicationis: aliàs præceptum eſt nullum.*

2 *Ignorantiæ ſignum iudicis eſt, & vehemēter errare, qui ſtatim à præcepto et excōicatione incipit.*

3 *Excom=.*

3 *Excommunicatio, quæ adijcitur ad obſeruantiam præcepti inualidi, eſt nulla.*

4 *Præceptum properè factum, & ſine cauſæ cognitione, non tenet.*

5 *Præcepta, quæ fiunt ſine cauſæ cognitione, non habent vim etiam ſimplicis citationis.*

6 *Præceptum iudicis non obligat vltra poſsibilitatẽ.*

7 *Excommunicatio lata pro futura culpa; licèt non liget, debet tamen ligatus ab ea abſolui de facili, etiam alio non citato.*

8 *Clauſula præcepti, & ſi ſenſeris te grauatum, proceſsit à Romana curia: & ſi citatus comparet, præceptũ reſoluitur in vim ſimplicis citationis.*

9 *Excommunicans aliquem iniuſtè, tenetur ad omne intereſſe obueniens excommunicato, & tenetur actione iniuriarum.*

10 *Literæ apoſtolicæ ſi prima facie offendunt ius tertij, ſubitò eis non eſt obediendum, ſed reſcribendum ſuperiori.*

Conſilium V.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitię. Venerabilis domine vicarie, & vos dñi Canonici Imolẽſens, viri preſtãtiſſimi, pro defenſione dñi Lucæ pſbyteri laroris præſentiũ pręmitto ſeriẽ facti: Ex qua inferã, & in quo debueritis aduertere, ne pfulminationẽ cẽſuræ eccleſiaſticæ inuoluatis vos, & ipſũ, ꝑ peruerſione ordinis & iuſtitię iuris cõis, in quibus videtur vos non ſufficienter conſideraſſe. Nam fuit condemnatus in expenſis quidã dominus Marinus de Lugho, quia ſuccubuit in cauſa cuiuſdam capollę, quam mouerat cõtra dictum dominũ Lucã: & vt ſatisfaceret, ei fuerunt capta quædam bona mobilia & pignorata de mãdato iudicis, ad hoc habẽtis ſpecialẽ cõmiſſionem. Dictus aũt Marinus vigore quarundã literarũ reuerendiſſimi domini Legati vel locum tenentis ad vos, obtinuit à vobis reuocationẽ dictæ pignorationis, propter quod pręcepiſtis eidem dño Lucę, vt redimeret pignora, & deponeret apud aliquem, vt ceſſarent vſurę, & interim apparebit de iuſtitia cõdẽnationis expenſarum. Et pręcepiſtis ſub pęna excõmunicationis, quã incurreret ipſo facto, ſi hoc nõ faceret certo termino: & recuſaſtis acceptare fideiuſſionẽ, quam offerebat de vſuris ſoluendis, ſi ſuccumberet in cauſa condemnationis expenſarũ. Ex narratis ſupra, & ex ijs, de quibus dubitatur, ne veniant, dicam aliqua circa prędicta, & conſulam ſuper futuris. Et primo dico, ꝙ præceptum per vos latum nõ tenuit, & expreſsè eſt contra formam iuris per tex. in c. Romana. §. caueãt. de ſen. excom. lib. 6. vbi prohibetur iudici eccleſiaſtico, ne ferat excõmunicationẽ cõtra aliquem, ſi intra tale tempus non ſatisfecerit, niſi pręcedat culpa vel offenſa: & iſta nõ cõcurrebant hic, quia do. Lucas offerebat ſe ad conſeruandum ius d. Marini ſuper vſuris, ſi ſuccũberet, & offerebat idoneam cautionem, quã recuſaſtis: ergo in ipſo non fuit culpa. Et ſi putabas ipſum Marinum iniuſtè fuiſſe condemnatum, non erat facienda vis, vtrum pignora ſtent apud Iudæum vel apud non Iudæum: quia ſecundum opi. noſtram, ipſe Mar. in omnem euentum obtinuiſſet: & ideò non erat incipiendum à præcepto excommunicationis.

1 Vnde dicit † excellens practicus Pe. de Anch. conſ. 56. inci. In Chriſti nomine amen, Duplici ratione, &c. quòd iudex eccleſiaſticus vel alius, cui committitur facultas cogendi aliquem, non debet incipere à pœna excommunicationis: aliàs pręceptum eſt nullum, per l. nimis properè Marcelle feſtinas. C. de exe. rei

2 iud. Et † dicit do. Ant. de But. in ca. 2. de teſti. cogend. quòd incipere ſtatim à ſententia excommunicationis, eſt vehementer errare, & ſignum ignorantiæ. Et iſtud maximè venit hic, quia do. Lucas paratus erat ſatisfacere D. Mar. ſi mendacia ſua & ſuggeſtiones præberent ei aliquam victoriam: & talis cautio fuit repulſa, & ſic præceptum iniuſtum: ergo & ſententia excommunicationis: quia ſecundum Bald. in l. 1. in

3 2. colum. C. quomodo & quando † iudex. quoties excommunicatio adijcitur ad obſeruantiam præce-

4 pti inualidi, eſt nulla. Et quòd † tale præceptum factum properè ſine cauſæ cognitione nõ teneat, not. in cap. ad aures. de temp. or. & in c. 2. in gloſſ. non videtur. & in c. ex literis. de reſt. in integ. & in c. pro illorum. & c. dilecto. de præben. & do. Abb. in d. c. 2. in 5. col. & Pe. de Anch. in regula, ea quæ. in prima oppoſitione. Et dicit Bartol. in l. non fatetur. ff. de confeſ. & do. Ant. in c. ex parte. el. 2. in 55. col. de verb. ſigni. & Bart. in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtemp. & Bal. Ang. & Imol. in l. publicorum. ff. de pub. iudi. & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de ſen. excom. §. ſpecies. ver. ſed ne

5 quid. Et dicit Bald. † in l. ius alimentorum. ff. vbi pup. edu. deb. quòd præcepta, quæ fieri ſolent ſine cauſæ cognitione, non habent vim etiam ſimplicis citationis. Sed præſuppoſito, quod tale præceptum valeret, licèt eſſet iniuſtum: adhuc dico iſtum non incur-

6 riſſe excommunicationem, quia † præceptum iudicis non obligat vltra poſſibilitatem, l. ſi ff. quæ ſentẽ. ſine appell. reſcind. Et iſte do. Lucas adhibuit omnẽ diligentiam, vt poneret iſta pignora apud aliquem, qui vellet ea nummo redimere, & neminem inuenit, qui voluerit ſe inuoluere in hoc facto; & non eſt veriſimile, quòd ipſe aſſerit iſtud falsò: quia non redundabat in præiudicium ſuum: & ideò ſi non potuit, eſt excuſatus, quia tale præceptum habebat hanc tacitam conditionem, ſi poſſet. Et non videtur veriſimile, quòd Iudex aliter ſenſerit, per c. vt noſtrum. vt eccle. benefi. Et hoc eſt, quod determinant doct. poſt gl. in c. 2. de teſt. cogen. dicentes, maximè do. Abb. ꝙ quando conſtat de impoſſibilitate implendi mandata, non requiritur aliqua abſolutio. Et poſito, ꝙ eſſet excommunicatus, dico & conſulo paternitatibus veſtris, vt eum abſoluatis, & hoc duplici ratione. Primò

7 quia † excommunicatio lata pro futura culpa, dato quòd liget, debet tamen ligatus ab ea abſolui de facili: ita in caſu noſtro voluit gl. in d. c. 2. & do. Pet. de Anch. in d. conſilio. Quinimo dico, quod abſolutio iſta poteſt fieri etiam alio non citato: quia erant & alia remedia ad ſuccurrendum Marino ſuper vſuris ſuis, vt dixi: & ideò debet etiam de facto reuocari. Ita notat Inno. in c. querelam. de elect. in 11. col. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. & in l. fi. in 2. col. C. de edi. diui Adri. toll. & Ange. in l. j. ſi per vim vel alio modo. & Pet. de Anch. conſilio 18. incip. Dominus noſter. in fi. cum concord. Et ſecundò aliud conſidero, quòd ſi dominus Lucas comparuerit corã vobis in termino iſto, tale præceptum valuerit in vim ſimplicis citationis,

8 & † ipſo comparente eſt reuocandum: quia in mandato veſtro eſt appoſita clauſula, ſi ſenſeris te grauatum &c. Et allego Ange. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nuntiatio. vbi dicit, quod curia Romana introduxit formã citãdi hoc modo, quo ſuprà: & ſi citatus cõparet, reſoluitur pceptũ in vim citatio-

nis. Et hæc ſunt, quæ tendunt ad iuſtificandum factũ domini Lucæ, & emẽdandũ proceſſum veſtrum, &c. Et conſidero, quòd literæ domini legati, vt audio, non extenduntur ad iſtam condemnationem expenſarum: ſi ita eſt, conſulo, quòd vlterius non moleſtetis dictum do. Lucam, qui iuſtè poſſidet id, quod ſibi adiudicatum eſt, l. iuſte poſſidet ff. de acquiren. poſſeſſio. Et ſi videtur vobis, ꝙ debeat omnino ſuccurri D. Marino, ne vſuræ grauent eum: non video, quare per vos nõ debeat acceptari cautio dicti D. Lucæ, qui offert ſe ſoluturum dictas vſuras, ſi cõſtiterit,
9 ꝙ non legitimè obtinuerit in expenſis. Et eſt † aduertendum, quia iura valde inſequuntur excõmunicantes aliquem iniuſtè: quia tenentur ad omne intereſſe obueniens excommunicato, & puniri debent per ſuperiorem, per c. ſacro. de ſententia excommuni. & tenentur actione iniuriarum, c. illud. & c. temerariũ. 11. q. 3. & puniuntur tanquàm ſacrilegi, c. non in perpetuum. 24. q. 3. & carere debent ſacra communione, & arceri ab ingreſſu eccleſiæ. ca. de illicita. 24. q. 1. & peccant mortaliter, per dictum c. ſacro. & ideo non faciunt interim fructus ſuos, & tenentur ad reſtitutionem, ſecundum Arch. in §. 1. 44. diſt. Ex quibus omnibus ſine vlteriori proſequutione, concludo, ꝙ ſicut proceſſum fuit iniuſtè & de facto incipiendo ſtatim ab excõmunicatione, ita de facto debet præceptum reuocari, & abſolui vſque ad cautelam: quia quo ad dicta non eſt excõmunicatus. & debet acceptari cautio dicti D. Lucæ de ſoluẽdis vſuris, ſi ſuccubuerit. Et ſi aliter fiat, dato ꝙ poterit appellare, tunc erunt ligatæ manus veſtræ infallanter & indubitanter: & omne præceptum ex poſt latum, erit nullum. Et debent veſtræ paternitates conſiderare motum Do. Marini, & ordinẽ iri, & geſtorum: & videre, an dictus Marinus ducatur ſpiritu diuino vel diabolico: & aduertere ad literas, quas per ſubreptionem reportat a nõ legato:
10 quibus non eſt ſemper † obediendum, quando prima facie oſtendunt manifeſtè ius tertij, & eſt reſcribendum ſuperiori, vt ſcitis.

Ita videtur mihi, ſaluo tamẽ iudicio cuiuſcunq; minimi ex vobis, vel alterius cuiuslibet rectius ſentiẽtis.

Laus Deo omnipotenti: Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

GRATIA audiendi confeſſiones & diſpenſandi conceſſa à Papa in certis caſibus priori certi ordinis viuæ vocis oraculo, an dictus prior potuerit dare & committere vni ex eius religioſis vices ſuas in hoc, & illi, cui eſt a priore cõmiſſum, libera conſcientia exercere valeat: &c. Vtrum gratia, quæ in ſcriptis nõ apparet, ſtari debeat: & credi ipſi dicenti eam habere. Et in gratijs, an ſemper ſcriptura requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia etiam in ſcriptis non redacta, an valeat.*
2 *Gratia non ſcripta de Stylo curiæ, non valet.*
3 *Ceremoniæ curiæ, ſtylus aut rigoroſitates non attenduntur, vbi agitur de anima: ſecus in foro contentioſo.*
4 *Papa concedit quandoque diuerſis religioſis ore proprio, quibus ipſi vtũtur ſecretè, nec Papa vult fieri literas.*
5 *Priuilegium contra ius, in dubio intelligitur perſonale.*
6 *Gratia quando dicatur eſſe præter ius: & quando contra ius.*
7 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris: diſpenſandi tamen facultas eſt fauorabilis, & benignè interpretanda.*
8 *Res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*
9 *Reſtrictio alicuius iuris, quod principaliter vni eſt fauorabile, cenſetur benigna et pia, quamuis ſit aſpera alteri.*
10 *Fides validat confeſſionem.*
11 *Mendicantes religioſi ſeminãt diſcordias & ſcandala, & faciunt partialitates.*

Conſilium VI.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Vtrum do. Auguſtinus debeat abſtinere ab iis, quę ſunt ſibi diſpenſatiuè conceſſa propter obiectiones ſibi factas? &c.

Conſidero, ꝙ in hac mea ſimplici relatione non agitur ad oſtentationem, nec vt doctus velim videri apud paternitates veſtras. quibus inſufficiẽtia mea notiſſima eſt, & plus, quam vellem. Idcirco breuiſſimè tãgam ea, quæ iudicio meo oſtendunt aliqualem ſubſtantiam claritatis, ſubijciens me redargutioni cuiuſcunque. Mihi videtur, quòd licita conſcientia, poſſit perſeuerare, & exercere omnia ea, quæ ſunt ſibi conceſſa propter particularia merita ſua, & propter probitatem, integritatem, & ſanctimoniam, quam profectò credo in eo vigere. Et moueor ex diſpenſatione facta ſibi per dominum priorem generalem totius ordinis, qui hoc potuit vigore gratiæ apoſtolicæ, quæ valet, quamuis non ſint ſcripta. Et allego
1 Inno. in c. † conſtitutus, in glo. incipiente, ſed in omni. de reſcrip. vbi dixit, ꝙ valet gratia non ſcripta. Eſt tex. in c. inſtitutionis. 25. q. 2. & in cle. dudũ. in verſiculo nos etenim. ibi, gratias verbo vel reſcripto, de ſepul. & ibi glo. & traditur in alijs locis.
2 Et ſi diceretur, de ſtylo curię non valet gratia, † niſi ſcripta: fateor, & allego Do. de Rot. idem tenentes cõcluſione 326. in nouis: & do. Car. in cle. j. § ſanè. & cõcedo, ꝙ ita ſe habet regula cancellariæ, & ꝙ hoc ſit
3 probatum. Sed reſpondeo, ꝙ † iſta obiectio ſit fortis, quando ſumus in foro contentioſo, & agitur de probanda gratia aliqua: ſed hic nos ſumus in foro conſcientiæ, in quo attenditur veritas, c. inquiſitioni. de ſen. excõ. & vbi agitur de anima, non attenduntur ceremoniæ curiæ, uel rigoroſitates iuris poſitiui, ſecundùm Inno. in c. plerique de immu. eccle. & in ea quia propter. de elect. dum dicit, quòd electus non ſeruata forma iuris poſitiui, eſt tutus quo ad Deũ, & ideo non vereor: ita ſit, quòd ſanctitas domini Papę hanc gratiam conceſſerit propter teſtimonium tot religioſorum, quibus refragari, hæreticum eſt: & puto non carere ſcrupulo occultæ malignitatis, quantuncunque oſtendatur ſcriptura: tamen vtens hac gratia, eſt tutus quo ad Deum. Nec eſt iſta mea reſponſio, qui non ſum dignus loqui ore proprio, nec meo ſenſu, ſed eſt ſententia maximi canoniſtæ, & apud nos uenerabiliſſimi domini Abbatis Siculi, in clemen. dudum. paulò ante finem, de ſepult. vbi dicit iſta uerba formaliter ſemper teneri menti iſtum text. iuncta gloſ. vt in conſcientia ſatis tutus ſit, qui habet gratiam à Papa, licèt ſcriptura inde confecta non ſit. Et intellexi aliàs à quodam maximo curiali, &

ſide

fide digno viro, quòd de more Papæ eſt concede-
re religioſis multas gratias ore proprio, quibus ipſi
utuntur ſecretè. Nec vult Papa fieri literas, ne a-
lij prælati ſeu religioſi inſurgant, puta quando alicui
clariſſimo & probiſſimo religioſo concedit, ꝙ poſſit
abſoluere in caſibus epiſcopalibus: quia ſi hoc inno-
teſceret epiſcopis, recalcitrarent. Et iſtud fuit præter
tim de more Eugenij maximi & cordialiſſimi fauto-
ris obſeruatum. Sic in propoſito non eſt admiratione
dignũ, nec inducit aliquam ſuſpicionem alicui exer-
citato & rẽporato viro, ꝙ omiſſa expenſa bullarum,
de conſenſu Pontificis ad euitandos clamores ita fa-
ctum fuerit. Et ſi diceretur, præſuppoſito pro vero, ꝙ
iſta gratia ualeat, ſi apparet an fuerit perſonæ, an di-
5 gnitati conceſſum, † quomodo poteſt tranſire in ſuc-
ceſſorem? Reſpondeo & fateor, ꝙ priuilegium cõtra
ius, in dubio præſumit perſonale, ſecundum Io. And.
in c. ex tuarum. de autho. & vſu pallij. Sed hic eſt opus
animaduerſione, quia hæc gratia fuit, quæ conceſſa
non fuit cõtra ius. Diceretur eſſe contra ius, ſi Papa
dixiſſet: Indulgemus ordini Carthuſienſium, ꝙ ad ip-
ſum conuolantes non ligentur conſtitutione cle. ut
profeſſores. quia iſtud de directo fuiſſet contra ius.
6 Sed fuit † præter ius, non contra ius: quoniã quod
iſta poteſtas diſpenſandi ex particulari cauſa poſſit alij
cui competere, vt non poſſit indifferenter, ſed cum
menſura diſcretionis quoſdam habilitare prẹter ius,
quia fuit caſus quodammodo conceſſus.
Modò dico, quòd omnis cõceſſio facta præter ius
commune, in dubio nõ intelligitur perſonalis, & al-
lego Specul. in titu. de inſtrumento. edit. §. nunc autẽ
videndum. verſic. Item quòd fuit conceſſum. cum ſe-
quẽti, per l. beneficium ff. de cõſtitutioni. principum.
per c. cùm dilecti. de emptio. & venditio. per capitu-
lum, ad audientiam de reſcriptis. per c. placuit 16. q. 1.
hanc deciſionem Specul. ſequitur Bart. in l. pater. ff.
de ſerui. legat. & Ioan. de Imol. in l. quia tale. ff. ſolut.
7 matrim. † Confirmo; quia licèt diſpenſatio ſit ſtrictã
in ſe, c. 1. in fi. de filijs presby. in 6. tamen facultas diſpẽ
ſandi eſt fauorabilis, & benigne interpretanda. Ita not.
Ioan. And. in c. ñ. de ſymo. cum cõcord. maximè, quia
cle. vt profeſſores. eſt exorbitans a terminis iuris com-
munis, & correctoria iuris antiqui, & pœnalis, vt nó
tat ibi do. Cardi. Florent. in vlti. colum. referendo cõ-
8 ſilium Fede. conſi. 6. Quapropter † cùm per iſtam gra
tiam reuertamur quandoque ad terminos iuris anti
qui, eſt facienda lata interpretatio, quia res de facili
reuertitur ad naturam ſuam, ca. ab exordio. & allego
glo. valde ſingularem in c. ſtatutum. in verbo, nume-
randam. de præben. in 6. quæ dicit, quòd conſtitutio
correctoria, eſt extendenda, quando per eam reuerti-
tur ad ius commune. Et ideo cum iſta ſit quędam lex
priuata, cõcernens fauorem Carthuſienſium, eſt in-
terpretanda, poſito quòd corrigeret ius: quia per eã
9 reducitur ad terminos iuris communis. Et † ſi dicere-
tur, præiudicat alijs. Reſpondeo vnico verbo, & alle-
go text. elegantem, quem videatis, in §. ſtatuimus. in
verbo, cùm non ſit. de deci. in 6. Vbi quando principa
liter reſtrictio alicuius iuris eſt fauorabilis vni, cenſe-
tur pia & benigna, quamuis ſit aſpera alteri, qui non
vtitur iure communi. Ita cãtat tex. ibi. Modò quam-
uis iſta interpretatio eſſet aſpera alijs religioſis, tum
quia nituntur clem. quæ eſt correctoria: & iſti nitun
tur gratiæ, quæ habet ius commune antiquum pro
ſe: facienda eſt benigna interpretatio. Et ſi diceretur,
tur, imò ſtante hoc dubio, eligenda eſt per iſtum mo
nachum tutior pars, vt abſtineat maximè à confeſ-
ſionibus? Reſpondeo primo, quòd non eſt aliquod
periculum in confeſſionibus, quia cùm moniales ha-
10 bent eum † pro idoneo, iſta fides validat confeſſionẽ:
glo. eſt in c. dudum. el 2. in verbo, deceptæ. de electio.
& in cle. dudum. in verbo, auditur. de ſepult. Et poſito,
quòd aliud concluderetur, non eſt opus reiteratio-
ne: quia ipſe non ingeſſit ſe authoritate propria, ne-
que præſumptuosè, ſed imò obedientia deuictus, o-
bedit mandatis ſuperioris & prioris, & qui ad id eum
deputat authoritate apoſtolica. Et ideo allego do.
Abb. ſiculum in c. dudum. vbi dicit, quod per præla-
tum, qui ſe intendit, indigẽt reiteratione. Secus, ſi fuit
impoſitus authoritate ſuperioris: ita hic, &c.
Conſiderato etiã, quòd iſte eſt reputatus habilior
cæteris ab ipſo Priore, & quòd iam ſunt ipſæ conſue-
tæ huic confiteri, qui vt aſſuetus paſtor, cognoſcit o-
ues ſuas: Dico, quòd Papa dando poteſtatem Priori
faciendi ſubſtitutum eliget induſtriam perſonæ ſuæ
in facienda hac electione ſubſtitui, cap. ſi cui. de offi.
deleg. in 6. & c. ſi cui nulla. de præb. in 6. Et ideo dico,
quòd per iſtam rationem potuit Prior dare poteſtatẽ
vicepriori faciẽdi alium ſubſtitutum, quia iſtud con-
cernit qualitatem perſonæ Prioris, &c.
Quibus omnibus conſideratis, ꝙ iſte ſit tutus quo
ad Deum, per gratiam Papæ, profectò non puto eſſe
cõtrarium aut oppoſitum bonis motibus, nec redun
dare in diſplicentiam Chriſti, quòd iſte religioſus,
qui profectò non eſt de illis, propter quos emanauit
cle. vt profeſſores. poſſit vti licentia ſibi conceſſa per
religioſiſſimos & prudẽtiſſimos hominum exiſtima-
tores dominos ſuperiores ordinis veſtri.
11 Sed vnum ſubdo, † quod dicit do. Cardi. in d. clem.
vt profeſſores. quòd iſta clem. emanauit propter men
dicatores, qui ſeminant diſcordias & ſcandala, & fa-
ciunt partialitates, volentes quodammodo omnibus
prædominari, & mittentes ſuo ſenſui. Iſta ſunt verba
ſua, & pro certo iſte non eſt de illis, imò ipſe poſſet
dicere illud: Venit homo malus ſeminans zizaniam.
Et poſſet dici de eo illud, quod dicit propheta Iacob
Geneſis 37. fera peſſima deuorauit eum, beſtia come
dit Ioſeph. Quæ tamen omnia præcipitanter aduna-
ta, ſubijcio correctioni & temperamento charita-
tum veſtratum, quarum deuotiſſimus, omnibus me
totum commendo. Ita credo verum eſſe, & ita re-
ſpondeo ego Felinus Sandæus.

Laus Deo omnipotenti.

ARGVMENTVM.

STATVTO ſtante, quòd geſta per alios nota-
rios, quàm certos expreſſos, an valeant, aut ſint ipſo
iure nulla, aut debeãt annullari. Et ſtatuti verba pro-
hibitiua ſimpliciter, aut nõ valeant, aut non valeant
ipſo iure, differunt: & quomodo intelliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mandans, quòd de contractu ſoluatur gabella, ſi non ſoluatur, contractus an remaneat validus.*

2 *Frater minor, licèt poßit eſſe executor in teſtamẽto, tamen ſi de facto fuerit exemptus, non contradicente epiſcopo, actus tenet.*

3 *Statutum diſponens, quòd nullus bannitus audiatur, an valeat proceſſu factus ante exceptionem banni.*

4 *Perſona fundans, quando eſt inhabilis, iudicium retrò ſemper redditur nullum.*

5 *Statutum dictans, quòd bannitus non audiatur, vel ei ius non reddatur, proceſſus in eius fauorē factus etiam parte non opponente, eſt nullus.*

6 *Ignorantia ſtatuti neminem excuſat.*

7 *Patientia principis, non inducit diſpēſationem ſtatuti, cum princeps non præſumatur ſcire, quæ ſunt facti.*

Conſilium VII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Eximie doctor in quem illa de geſtis ab illis notarijs cōtra diſpoſitionem iuris ſtatuti, certè non poſſum credere non vidiſſe vel in terminis, vel in ſimili iſtam quæſtionem. Sed aduerſa fuit memoria, vt ita dicam, & nihil poſſum inuenire.

Sed prima conſideratione videtur, quòd mens ſtatuti ſit, derogare iuri communi. Secunda, quòd omnes creati ab habentibus poteſtatem, poſſunt conficere inſtrumenta in omni loco, vt per Specula. & Io. And. in tit. de inſtru. edit. §. reſtat. in 6. col. verſicu. & ſcias. Et ideo ſi iſti poſſent exercere officium in illo loco, ſtatutum nihil operaretur, contra nota. diffuſè per Bart. & Imo. in l. 4 §. prætor. ff. de dam. infecto. Modò eſt videndum, vtrum ſtatutum dicat, quòd omnino geſta per alios quam illos expreſſos, ſint ipſo iure nulla. Et ſi ita dicit ordo, quòd acta non valent, ſed ſimpliciter prohibet, vel etiam dicit, non valeant, & non ſit illud verbum, ipſo iure: tunc putarem iſta inſtrumenta valere ipſo iure, antequàm pronuncietur nul-

1 la. Et ad † hoc iudicio meo optime ſeruit, quod ſcribit Bart. in l. vniuerſa. in verſi. dicas no. C. de precibus Imperatori offerendis. vbi dixit, de ſtatuto iubēte ſolui gabellam de contractu, quòd ſi non ſoluitur, contractus remanet validus, etiam ſi lex diceret aliter, non valeat, vt ibi per eum. & do. Abbatem in c. 2. in 2. col. de teſtibus. facit quod pulchrè ſcribit Barto. in l. 2. ff. fami. erciſcund. & Baldus in l. filio præterito in fin. ff. de iniuſto rupto, irritoq; teſtamento. & in rubrica, C. de reſcind. vendi. & per Bartol. in l. 2 de canone frumentario vrbis Romæ. Item facit quod ſcribit not. Fede. conſilio 293. incipiente. Factum tale eſt, ante conſtitu-

2 tionem Clementis V. vbi dicit, quòd † licet frater minor nō poſſit eſſe executor teſtamēti, vt in cl. exiui. tamen ſi de facto fuerit exemptus, non contradicente epiſcopo, tenet actus. Allegat in ſim. notata in l. filiusfamilias. ff. de procu. vbi licet minor poſſit repelli à procurando, ſi non fuerit repulſus, tenet iudicium.

Item allegat, quod no. Hoſt. & Ioan. And. in ca. 1. ne clerici, vel monachi. vbi dicunt, &c. vt dixit heri R. V. Et concernit Specu. quem ipſe non allegat, in dicto. §. reſtat. verſiculo, ſed cum dixeris.

Et cum iſtis dictis Federi. concordat expreſsè dom.

3 Ant. in c. fi. de conſti. & ibi Imol. in vltima col. † Item, quod no Bar. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. indeb. dum vult, quòd quando ſtatutum diſponit, quòd nullus bannitus audiatur: tamen valet proceſſus, antequàm exceptio banni ſit oppoſita, per id, quod habetur in c. pia verſiculo, ſed ſi poſtea. de exceptio. in 6. facit l. ſerum, coniuncta glo. ff. de procura. & quod no. Bart. in l. 3. prætor. alias eſt in l. nam & poſteà. in principio. per illum tex. ff. de iu. iur. & in l. cum lex. in vltima col. ff. de fideiuſſ. & ibi latè Imol. Item facit, quia ex quo plures notarij admiſſi ſunt cōtra formam ſtatuti, videtur quòd tale ſtatutum non fuerit inceptum moribus vtentium, per id, quod no gl. in c. 1. de treuga & pac. & Bart. in l. fi. §. ſed cum antiquitas C. de cura. furio. & dicit Bal. in l. rem non nouam. C. de iudi. quòd quæcunq; ſit conſtitutio, per non vſum tollitur. Et ita dicit ſe cōſuluiſſe, ſi bene recordor. facit tex. in §. leges. 4. diſt. & tex. aureus in Authen. de fideiuſſo. in princi. ibi, vſui non neſcimus, quemadmodum approbatā. & multa alia poſſent adduci pro hac parte. Sed in iſtis quieſcentibus, de facili poſſet teneri contrarium in caſu noſtro: quia iſta habent locum in concernentibus defectum iuris: ſed vbi ſumus circa habilitatē perſonæ, tunc ratione perſonæ funditus inhabilis, geſta ſunt omnino nulla: & ita eſt hic. Iſta differētia habetur in l. nulla. 2. §. 1. cum gl. ff. qui ſatiſd. cog. per quem tex. dicit Bar. in l. licet. C. de procur. quòd quando perſo-

4 na eſt funditus inhabilis, hæc † exceptio ſemper reddit iudicium retro nullum: & ſic nō proceditur in tali exceptione, quin ſemper poſſit opponi. Et optimè

5 facit, quod diſputando † cōcludit Io. And. in addi. Spe. in tit. de ſententiæ prolatione. §. iuxta. verſic. itē nulla ratione litigatoris. dum concludit, quòd quā ſtatutum dicit, quòd bannitus non audiatur, vel bannito non reddatur ius, proceſſus in eius fauorem factus, parte non opponente, eſt nullus, tanquam factus contra prohibitionem legis, vel ſtatuti, l. iubemus §. ſanè. C. de ſacroſanc. eccl. l. non dubium. & facit tex. quem ad hoc no. Bald. in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſa. tuto. & textus & ibi Bald. in l. cum lege. ff. de teſtibus. & tex. in tit. de pace Conſtantiæ. in §. ſi quis autem. quē notat ibi Bald. per illum tex. in l. quos prohibet. ff. de poſtu. Nec ad iſtam quæſtionem credo opportere diſcutere, vtrum l. Barbarius. habeat locum in tabellione putatiuo, de quo per Bar. in l. actuarios. C. de num mularijs. li. 12. per illum tex. ff. de decu. & per Bal. in d.

6 l. Barbarius. & in alijs locis: quia ignorantia † ſtatuti neminem excuſat hic, c. 1. de poſtu. præl. Nec eſt neceſ-

7 ſe † videre, vtrum patientia principis inducat diſpenſationem ſtatuti: de quo in c. quia. de conſanguin. & affini, & in l. quidam conſulebant. quia princeps nō præſumitur ſciuiſſe hæc, cum ſint facti, & in facto conſiſtant.

Obſecro vos, vt cum conſulueritis in iſto puncto, faciatis omnino, quòd ego habeam copiam cōſilij, quia mihi videntur iſta ſatis coloratè ſeruire. Eſt verum, quòd non ſunt in puris terminis, ſed ſpero, Deo duce, inuenire. Rogo item vos, vt hęc charta non perdatur, quia volo eam rehabere. Et mittetis conſilium veſtrum in materia denunciationis euangelicæ.

Minimus ex diſcipulis veſtris Felinus Sandæus. Et dominus Philippus de materia texuit conſilium, & noluit poſteà mihi oſtendere: vide notata in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. vide dom. Cardi. in terminis, in cle. 1. verſiculo, nonnulli. in 6. q. de exceſ. prælat. Latè habes in c. 1. cum P. tabellio. in 29. col. de fide inſtru. eſt diſputatio Paul. de Leaz. quæ incipit Vſurarius ceſſit.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

VSVSFRVCTVS relictus bonorum ſeu pecuniarum per teſtatorem nepoti, & poſt eius mortē ſuis filijs, ſi haberet, & caſu quo nepos ſine filijs decederet, ad monaſterium quoddam deuolui voluit dicta bona, vtrum dictus nepos donationem facere potuerit de dicto vſufructu cuidā ſuo affini, ante ingreſſum religionis S. Lazari, vbi ipſe intrauit? &c.

Vtrum caſu, quo dictam donationem facere non potuerit, monaſterium, in quod eſt ingreſſus, acquiſiuerit iſtud ius, aut ſit deuolutum ad illud monaſterium, cum nullos filios habuerit?

S M M A R I V M.

1 *Mors ciuilis idem operatur, quod naturalis.*
2 *Subſtitutio loco pio facta, caſu quo hæres inſtitutus deceſſerit ſine liberis, non euaneſcit ſubſtitutio, ſi ille ſubſtitutus ingreditur monaſterium.*

Conſilium VIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitię. Caſus talis eſt: Quædã mulier reliquit nepotẽ ſuum vſufructuarium ducentarum librarum turon. ac etiam filios ſuos legitimos & naturales ex dicto nepote deſcendentes: & caſu, quo dictus nepos decederet ſine filijs legitimis & naturalibus, voluit dictas libras ducẽtas deuolui ad monaſterium corporis Chriſti. Quæritur modò, an dictus nepos poterit donationem facere ante ingreſſum religionis, videlicet monaſterij Sãcti Lazari, cuidã affini ſuo, iuriũ ſuorũ dictarũ ducẽtarũ librarum. Itẽ quærit̃, an caſu, quo nõ potuerit donationẽ facere loco ſuorum filiorum legitimorum ac naturalium, monaſterium S. Lazari ſuccedat? Et pp ſui religionis ingreſſum iſtud ius acqſitũ ſit monaſterio S. Lazari, & nõ monaſterio corporis Chriſti? vr̃, ꝙ potuerit donare ante ingreſſum: ſed ex quo poſteà ingreſſus eſt, vr̃ donatio facta in fraudem: & tamen monaſterium, in quo ingreſſus eſt, nõ poterit petere poſt mortem eius, vt infra dicam. & ſi eo viuente non pe-
1 tit, videtur euenisse caſus ſubſtitutionis, cum † mors ciuilis operetur idẽ, quod naturalis, quia ſtatim eo ingreſſo, debeantur monialibus. optimè facit quod no. Io. And in addi. Spec. in rubrica, de ſecundis nup. ꝙ expirauit vſusfructus, ex quo deductus ad caſum, ĩ quo non poteſt petere alimenta, & non eſt ſpes filiorum. Quòd debeatur canonicis regularibus, facit c. in preſentia. de prob. & tex. in §. ſed hoc præſenti. in Auth. de ſan. epiſ. vbi ad faciendum deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs, monaſterium capax habetur loco filij. Et conſiderandum, quòd ſi canonici regulares non petunt, quod ſtatim eo profeſſo videtur fraudari intentio teſtatoris, niſi detur monialibus, vnde donatarius non eſſet tutus in conſcientia.
2 Concludo † indubitanter, ꝙ eo profeſſo ſtatim debeatur vſusfructus monialibus: primò per doctrinã Io. And. in loco prællegato, quæ optime concludit. Secundò, quia quando pius locus ſubſtituitur, caſu, quo hæres ſubſtitutus deceſſerit ſine liberis, nõ euaneſcit ſubſtitutio, ſi ille ingreditur monaſterium: Caſus eſt in dicta auth. ſed hoc præſenti. &c.

A R G V M E N T V M.

SACERDOS ſeu presbyter ſecularis an poſſit fideiubere pro dote ſine conſenſu ſui ſuperioris: & an talis fideiuſſio teneat, & compelli poſſit ad ſoluendum.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus an ſit idoneus fideiuſſor laici.*
2 *Fideiuſſor, qui aliàs non eſt idoneus fideiuſſor, in dote & cauſa dotis eſt idoneus.*
3 *Clericus frequenter fideiubens, malè facit.*
4 *Clericus fideiubens & obligans ſe vt principalis, non tenetur, niſi prius diſcuſſo principali, & vltra, quã facere poſſit, non cõuenitur, nec tenetur.*
5 *Clericus fideiuſſor non tenetur, niſi inquantum facere poteſt, etiam quòd huic priuilegio renuntiauerit, cùm ſit in fauorẽ totius ordinis clericalis*

Conſilium IX.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Caſus talis eſt: Quidam dominus Simon fideiuſſit in ducatus aureis 40. & inſtrumentum fuit factum manu publici notarij, ſine vlla ſolennitate, & etiam ſine conſenſu ſuperioris: quam fideiuſſionem fecit cuidã domino Petrucio ex cauſa cuiuſdam dotis, quam quidem dotem habuit filia cuiuſdam Iacobi vachi. Et finaliter dominus Petrucius mortuus eſt, & mortuo dicto domino Petrucio, modo iſte dñs Iacobus vacha petit a dicto domino Symone presbytero & ſacerdote ſeculari ante, ipſam dotem.

Quæritur modò, vtrum iſte ſacerdos religioſus & presbyter ſecularis potuerit ſe obligare ſine conſenſu ſuperioris ad dictam fideiuſſionem? & vtrum inſtrumentum valeat, & teneat, & per cõſequens poſſit cõpelli adimplere fideiuſſionem ſuper dote, vt ſuprà? In
1 iſta quæſtione tenendum † eſt, ꝙ dominus Simõ obligatus eſt, & põt conueniri, quia clericus eſt idoneus fideiuſſor laici in contractu. Ita tenet Bart. in l. 2. in fi. ff. de fideiuſſo. Et Io. And. Ant. do. Abb. in c. 1. de fideiuſſo. & ſentit gl. ibi. Idem tenet Hoſt. in ſumma, de fi-
2 deiuſſo. §. 2. Et maximè, quia † fideiuſſit pro dote: vnde extat regula, ꝙ ille, qui aliàs non eſt idoneus fideiuſſor, eſt tñ idoneus in cã dotis, l. fin. C. ad Vellc. cum
3 ſimilibus ibi allegatis in glo. Eſt † verum, ꝙ clericus frequenter fideiubens, malè facit, per text. in dicto ca. 1. de fideiuſſo. Sed ſecus, ſi fideiubet aliquando in vna re tantum: quia ſicut non poteſt eſſe fideiuſſor, vt no. Arch. in ca. venit, 89. di. & Inn in c. ſed nec ſi clerici vel monachi. & idem Inno. & in d. c. 1. de fideiuſſ.
4 loquens propriè in fideiuſſore. Et iſte † poterit ſoluere de redditibus beneficij ſui, vel de patrimonio, ſecundum d. c. 1. dummodo prius appareat & cõſtet, ꝙ dictus Petrucius non eſt ſoluendo, per auth. præſente. C. de fideiuſ. etiam ſi ſe obligaſſet dñs Symon vt principalis. & dico, ꝙ non debet conueniri vltra quã facere poſſit. Iſta duo vltima ponit do. Anto. de But. conſ. 44. quod incipit, Puto etiam. Et ibi valde notan-
5 ter, ꝙ ẽt † ſi clericus in inſtrumento fideiuſſionis renuntiaſſet huic priuilegio, vt non poſſet cõueniri vltra, quàm facere poſſet, nõ valeret renuntiatio: quia hoc eſt in fauorem priuilegij & ordinis clericalis: allegat notata in c. ſi diligenti. de foro compe. Et ex iſtis paucis habet dominus Symon veritatẽ & remedium circa quæſitum. Felinus Sandæus.

A R G V M E N T V M.

HAERETICVS pronũtiatus, paratus ſe corrigere, & redire ad ſanctam eccleſiam, an liberetur à pęna ignis: & vtrum ſic poſito, quòd à pœna ignis liberetur, an bona confiſcata recuperet.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſallus, qui commiſit delictum, propter quod priuatur feudo, ſi poſtea per ſententiã fuit reſtitutus à principe,*

à principe feudum recuperat.
2 *Bannitus, cuius bona fuerunt publicata, ſi reſtitui*
tur per principem, an recuperet bona per fiſcum
alienata.
3 *Hæreticus, qui ex ſola declaratione hæreſis, bonorũ*
ſuarum dominium fiſco quæritur, an liberatus ab
illa ſententia, ſit in omnibus liberatus.
4 *Clericus, qui fuit depoſitus à beneficio, quod erat*
de iure patronatus, & patronus qui per talem de
poſitionem lucratur fructus, clericus poſtea reſti-
tutus inuito patrono an recuperet fructus.
5 *Liberatio facta de principali, videtur etiam fa-*
cta de acceſſorijs, licèt nihil ſit dictum.
6 *Statutum, quòd de quolibet contractu ſoluatur ga*
bella, ſi poſt contractum factum volunt partes
ipſum cancellare, & cancellatur: an per hoc fiſco
ſolui debeat gabella.
7 *Bannitus ad gratiam reſtitutus, in dubio an bona*
ſibi etiam reſtituta intelligantur.
8 *Pax facta à duobus de ea non rumpenda, ſub obli*
gatione & pœna applicanda fiſco vel eccleſiæ, ſi
poſtea ſe offendunt, & ſe reconciliant, talis recon
ciliatio non nocet eccleſiæ.
9 *Donatio facta alicui de fundo, & quòd poſt cer-*
tum tempus tali eccleſiæ reuertatur, nõ poteſt per
donatẽ remitti tale pactũ in præiudiciũ eccleſiæ.
10 *Hæreticus reuertens ad vnitatem eccleſiæ, an*
per talem reuerſionem recuperet bona ſua confi-
ſcata propter talem hæreſim.

Conſilium X.

DIRIGE Domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ. Troiano iuriſcon
ſulto clariſſimo, Felinus ſalutẽ. Si pro
nuntiatum eſt, quem eſſe hæreticum,
& quia paratus eſt corrigi: liberatur
ab igne, an cenſeatur in dubio libera-
tus à pœna confiſcationis bonorum? Verum eſt mi-
hi ſtrictiſſimè à medico, ne librorum reuolutionibus
me immergã, donec nos reliquerit tabida quædã fe-
bris, quæ neſcio quo fine corpus noſtrum corrodit:
quapropter te expectare neceſſe eſt, vt commodè reſcri
bã, qđ ſentiã in hoc dubio. Non quia ſufficientem me
putem ad bene reſpondendum, ſed vt voluntati tuæ mo-
rẽ gerã. Sed ꝓ nunc remiſſis librorum reuolutioni-
bus, vr̃ primò, ꝙ cenſetur liberatus à pœna cõfiſcationis.
Et pro hoc facit, quod no. And. de iſer. in c. 1. de va.
1 decre. æta vbi dicit, quod † Vaſallus, ſi commiſit deli-
ctum: propter quod d. feudum immediatè tenetur ut
ad dominum, & poſt ſententiã latã ſuper crimine fuit
vaſallus reſtitutus à principe: feudum recuperabit. Ita
in propoſito. Secundò facere poteſt, quod notat Bal.
2 in c. dño guerram. † in tit. hic fin. lex. & in l. ſed ſi hac.
§. ſed ſi per pœnam. ff. de in ius vocand. vbi dicit, ꝙ li-
cet bannitus, cuius bona fuerunt publicata, ſi reſtitua
tur per principem, nõ recuperet bona per fiſcum alie
nata, vt no. Bar. in l. fin. cum concor. de ſen. paſ. tamẽ
iura alteri quæſita ſine nouo facto per deportationẽ
vel bannũ recuperabit, vt i iure patronatus, qđ ipſe fa
ciliter amittit ꝑ deportationẽ. Nã licèt liberatio à ta
li iure ſit immediatè acquiſita liberato: tñ patronus
reſtitutus incõtinenti recuperabit illã: allegat l. ſiue pa
3 tronorum. ff. de iure pat. Sed in † propoſito ex ſola de
claratione ſctã hæreſis q̃rit dñium rerum fiſco, c. cum
ſm. de heret. in 6. alio facto nõ interueniẽte, vt ibi: ergo
reſtitutus & liberatus à pœna ꝓpter hæreſim, cẽſet̃ ẽr
liberatus & reſtitutus quo ad ius alteri q̃ſitũ ſine no-
uo facto. Tertiò põt adduci, qđ notat gl magna in c.
quãuis. de pac. in 6. & expreſſius Io. An. in c. cõſuluit.
de iudæ. & dñi de Rota, deciſi. & cõcluſione 324. vbi
4 dicunt, ꝙ ſi † epiſcopus depoſuit clericum, & ſic ſpe-
ctat ad patronum fructus nouæ præſentationis nihilo
minus poteſt clericus reſtitui inuito patrono. Ita hic,
quamuis confiſcatio bonorum ſit facta ad fiſcum ſe-
culare, tamen eo inuito, poteſt ipſe reſtitui, &c.
5 Quartò faceret, † quod notat Bar. in l. Aurelius. §. Ca
ius. vbi dicit ꝙ ſi vna cauſa particularis, in q̃ ſunt ali
quæ cauſæ acceſſoriæ, facta liberatione à principali, vi
detur facta ab acceſſorijs, licèt de eis nihil ſit dictum:
allegat l. ſi cum tibi. cum ibi notatis. C. de iudi. Et ſimi
liter intelligitur. facta liberatio ab omnibus cõnexis,
vt no. Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de
verbo. oblig. allegando glo. in ver. iudicari. in c. accu
ſatus. de hær. in 6. facit tex. in l. non exiguus. ff. ſi quis
cautio. vbi eſt caſus ſingularis, ſecundum Pau. de Ca.
ibi, ꝙ ſi eſt facta tranſactio ſuper ſorte, videtur etiam
remiſſa pœna, dato ꝙ eſſet pœna talis, quæ poſſit
vnà cum ſorte imponi. Sed in contrarium, ꝙ pro-
pter talem abſolutionem non præiudicetur fiſco ſecu
lari, cui eſt quæſitum ius in bonis. per dictum capitu.
cum ſecundum. in verbo, per principes, aut alios do-
minos, & cæt. Primò videtur facere, quod notat An-
ge. in l. petens. in 4. col. C. de pactis. & in Auth. de
6 impen. §. quia verò. vbi † dicit, quod ſtante ſtatuto,
quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi poſt
contractum & factum inſtrumentum partes iu-
beãt ipſum cancellari, nihilominus debebitur gabella
fiſco. fuit dictum Guil. de Cuneo in l. ab emptione,
ff. de pact. & in l. fina. ff. de conſtitutio. prin. Refert
Guiliel. in l. ſi, §. ſed quia. C. cum mu. de leg. in l. ſi priui
legium. C. de adi. acti. Ita in propoſito noſtro. Sed ad
hoc reſpõdeo ꝙ non eſt ſimile in caſu noſtro, quia ea
dem ſentẽtia, per quã pronuntiatur quem hereticum,
abſoluit eum à pœna principali vno cõtextu verborũ:
ergo non eſt dare inſtans validum, in quo quærit̃ ius
fiſco. Et in exemplo iſto de gabella eſſet idem, qñ par
tes incontinenti poſt contractum ipſum reſoluiſſent
ante, quã ad extraneos actus diuerterunt per l. duos
fratres §. fi. ff. de duo. reis. & l. ſi ita ſit ſcriptum. de le pri
mo. Secundo facere poſſet, quod notant Ang. & Ro.
in l. ſi mariti in princip. ff. ſolu. matrimo. vbi dicit, ꝙ
7 ſi bannitus de gratia † reuertitur, non intelliguntur
in dubio bona ſibi reſtituta, per l. ſeruus electus. &
quod ibi nota. ff. de act. & obl. iuncta l. 1 & fi. C. de ſen.
paſſ. ſed hæc ſunt bona confiſcata: ergo, &c. Sed ad i-
ſtud poſſet reſponderi, vt etiam ſuprà dixi, quòd ius
quæſitum fiſco non eſt omnino quæſitum, ex quo
eodem contextu liberatur à pœna: & ſic cenſetur libe
ratus ab omni pœna, quia regula iuris eſt, ꝙ cui cõce-
ditur plus conceditur & minus. Et ad hanc reſponſio
8 nem fortificandã aliàs aliquid inueniã. Tertiò † facit,
quod notat Bal. in l. ſi inſulam. §. fi ff. ſol. matri. vbi di-
xit, quòd ſi duo facientes pacem obligãt ſe de ea non
rumpenda, ſub pœna applicãda eccleſiæ, & poſt ſe of
fendant, & iterum ſe reconciliant, iſta reconciliatio
nihil obeſt eccleſiæ. Et ſequitur ibi Pau. de Caſt. dicẽs,
ꝙ ius quæſitum tertio, ex meo contractu, vel ſtipula-
tione, nõ poſſum ſibi auferre. alle. l. 1. & §. 2. ff. de ſtipu

la. ſer-

la.ſeruo.& l.certi condictio.§.ſi nummo.ff.ſi cer.pet. cum ibi no.in glo.magna: vbi ſi mutuo tuo nomine, non poſſum ex interuallo ſtipulari mihi, & auferre
9 ius quæſitum ex mera ratione. †Quartò poſſet facere, quod notat Ioan.And.in additio.Speculato. in titu.de inſtru. edit. §. nunc verò aliqua. in addi. incip. Per ſuperiora. vbi dicit, ꝙ ſi donaui tibi fundum cũ hoc, & poſt certum tempus eſſet talis eccleſiæ, non poſſum tibi remittere tale pactum in præiudicium eccleſiæ. Idem tenet Baldus in l.cùm à ſocero. C.de iure do.& Rapha.in l.qui Romę.§.Flauius.de verb.obligationi.quicquid dixerit Bario.

Sed hoc putarem obtinere, quando poſt condem. ſuper incurſu hæreſis, ferretur ex interuallo ſententia abſolutoria ab igne: Secus ſi eodem momento.
10 Vltimò † in terminis allego Ioan.And. in ca.quia diligentia.de electio. vbi concludit, quòd ſi quęritur, vtrum reuertentes ad vnitatem eccleſiæ, recuperent bona confiſcata, eſt diſtinguẽdum, an ſit lata ſententia ſuper hæreſi, vel non. Primo caſu non recuperat: ſecundò ſic: allegat gloſſam in cap.maximinia. quoque.1.quæſtio.7. quæ dicit, quòd ſi contra laicum habentem ius patronatus fuiſſet lata ſententia, tanquam contra hæreticum, ſi poſtea reuertatur, non recuperat ius patronatus. plus dicit do.Imo. in ca. quia diligentia. ꝙ etiam ſi non eſſet lata ſententia, tamen quia iure amittit dominium, ſi reſtituatur, non recuperabit ius amiſſum, niſi reſtituatur in integrum, per legẽ primam, & per legem ſecundam. C.de generali abolitio. & nota.in l.ſi. C.de ſen. paſs. Iſta ſunt, quæ apud ignem conſiderando, videntur mihi ruminanda, & deueniatur ad medulam, & ſint præparatoria quædam leuiſſima ad ea, quę inuenire ſperamus Deo duce. Vale, & me ama. Adde in ſimili do. Ant.conſi.39.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

RESIGNARE beneficium volenti Papa conceſſit, quòd poſſit retinere ſibi fructus primi anni, & poſt annum ei decem nomine penſionis debeantur. Modò reſignans vult, quòd ille, cui reſignatur, deponat centum ducatos, prout ſunt redditus beneficij, pro fructibus primi anni. Item vult, quòd reſtituat ſibi expenſas ſupellectilis factas pro dicto beneficio, & circa vnum molendinum dicti beneficij, ex quo nullos vel modicos percepit fructus: vtrum talis renunciatio hoc modo facta ſit ſimoniaca? Secũdò, vtrum expenſa, quæ ſit in capellano, & in refectione domorum, debeat deduci de illis fructibus illi dandis?

SVMMARIVM.

1 *Papæ authoritas in beneficialibus eſt ampliſsima.*
2 *Diſpenſationi hominis uel Papæ nõ fit extenſio etiam ex maioritate rationis, cùm diſpenſatio ſit grauis, & non extenditur.*
3 *Diſpenſatio, quæ per vnum modum tollit uitium ſimoniæ, non eſt trahenda ad alium modum in diſpenſatione non expreſſum.*
4 *Papa non præſumitur vti plenitudine poteſtatis ſuæ.*
5 *Fructus beneficij vbicunque alicui ex gratia debentur, ſcilicet ex reſeruatione, an expenſæ miniſtrorum & aliæ de eccleſia deducantur.*
6 *Renuncians beneficio, an committat ſimoniam ex eo, quia vult ſibi ſolui expenſas in certis maſſaritijs eccleſiæ.*

Conſilium XI.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Papa cõcedit cuidam volenti renuntiare beneficio, ꝙ poſſit ſibi retinere fructus primi anni. Item, ꝙ poſt illum annum debeantur ſibi decem nomine pẽſionis. Iſte vult, ꝙ cui renuntiat, deponat in bancho centum ducatos, qualiter communiter eſt redditus beneficij, & ꝙ vult iſtos pro emptione fructuũ illorum primi anni. Item vult, ꝙ reſtituat ſibi expẽſas factas circa ſuppellectilem quãdã pro beneficio emptam, & circa vnum molendinum; ex quo adhuc nullos vel modicos fructus percepit. Primò, vtrum iſta renuntiatio ſit ſimoniaca? Secundò, vtrum expenſa, quæ ſit in capellano, & in refectione domorum, debeat deduci in illis fructibus illi dandis. Ad primum, ꝙ non, quia authori-
1 tas Papæ, quæ eſt in † beneficialibus, ampliſſima eſt, c.2.de præb. in 6. cle.1. vt lite penden. poteſt facere, ꝙ debeantur fructus beneficij cæteris tit.c.ſi propter tua debita. de reſcrip. in 6. Et cùm iſti fructus primi anni ſint obligati illi, poteſt de eis diſponere, vt vult, & eos vẽdere, quamuis adhuc percepti non ſint, l.ab emptione & l.fiſtulas. §.fin. ff.de contrahen.emptio. Et iſta conditio vel pactio de retinendis redditibus, quę alias eſt nulla, c.ex parte. el 1.de off.dele. c.quam pio. 1.q.2 & c.ſuper eo.de trãſac glo.4. in c.dudum licita.
2 c.1.de tranſac.c.ſi.de ſortileg. Sed contra † prædicta facit, ꝙ ſub vmbra iſtius diſpẽſationis deuenitur ad actum in fine, qui nõ eſt de mente diſpenſantis. Quòd enim renuntians ante omnia vellet certã pecuniam, quod eſt longe grauius, quoniam quòd poſt renuntiationem percipiat fructus: & ideo diſpenſatio, cum ſit grauis, non extenditur. c.1.in fi. de fil. presbyterorum. in 6. Imò in diſpenſatione hominis non fit extenſio etiam ex maioritate rationis, vt eſt caſus reputatus ſingularis in c.cui de non. de præbend. in 6. Et ideo con-
3 ceſſio † Papæ, quæ per vnum modum extinguit vitium ſimoniæ, non eſt trahenda ad alium modum in diſpenſatione non compræhẽſum. Certum eſt, quòd ſi impetrãs petijſſet pecuniam ante renuntiationem
4 non obtinuiſſet: † quia non præſumitur Papa vti plenitudine poteſtatis, vt no.Inno.in c.innotuit.de conceſ.præben. & iſtud eſt diſpenſare contra prohibita de iure diuino: quia beneficia non debent vendi, ca. ex multis.1.q.3. Adde do. Abb.in c.extirpandæ. §.quia verò. de præben. in 6. Et ideo conſilium eſſet, quod ceſſante omni actione prius renuntiaret, & ex poſt fieret iſtud depoſitum: & quamuis iſta eſſet ſimonia mentalis, tamen poſſet abſolui, cap. fin. de ſimo. Ad
5 ſecundum † dico, quòd debeat deduci, quòd quamuis regulariter deducantur ſolùm impenſæ, quæ fiunt gratia fructuum, l.ſi id non.§.ſi.ff.de peti.hæredi. & ibi glo. plena. & glo.in ver.rationabilis. in cle.ſtatutum. de elec. Tamẽ vbicunque fructus vnius beneficij debẽtur ex gratia propter rationabilem cauſam alteri, deducuntur omnes expenſæ neceſſariæ, etiam in ſeruitoribus & miniſtris eccleſiæ, & alijs debitis intuitu. eccleſiæ factis, ca.ſtatutum. de officio ordina. in 6 Si tamen eſſet caſus, in quo quis ſine iuſta cauſa ſeruiret per vicarium, non credo, quòd procederet ille tex. Et iſta puto veriſſima in foro contentioſo. Sed an renuntians cõmittat ſimoniã. ex eo, quia uult ſibi ſolui expẽſas factas in certis maſſaritijs eccleſiæ? Dic,

quod aut expoſuit de bonis proptiis, & poteſt: aut de bonis eccleſię, & nõ poteſt. Aut de bonis vtriuſque, & compenſabitur pro rata. Aut ſumus in dubio, & præſumitur, quòd ex bonis eccleſiæ: ita dicunt Hugo. Ioan. de Fan. & Arch in c. 1. 12. quæſt. 4. Et Inu. & domi Ab. in c. fi. de pecu. clerico. cum concord. Sed dic, quòd ex quo iſte habuit alios redditus, quamuis de proprio expoſuit, non poteſt illa vendere, niſi doceat ſe expoſuiſſe de redditibus beneficij, quantum pro victu ſup erat, quia tunc deducet.

Laus Deo patri.

ARGVMENTVM.

PRINCEPS vaſallo mandat, ne aliquid faciat ſub pœna ſuæ indignationis, & ille nõ obtemperat: an per talem inobedientiam dicitur feudo priuatus, & ſit rebellis, & ei audientia denegari poſſit ut rebelli, & poſſit offendi, ſaltem iu re?

SVMMARIVM.

1 *Verba, ſub pœna indignationis noſtræ, important priuationem beneficiorum.*

2 *Inobedientia, quæ non concernit ſtatum principis, non dat rebellionem.*

3 *Statutum loquens in rebellione, non habet locum in obedientia.*

Conſilium XII.

DIRIGE Domine verba mea iu viam veritatis & iuſtitiæ. Princeps mandat vaſallo ſub poena Indignationis ſuæ, ne aliqd faciat: ille non obtẽperat. quæritur, vtrũ dicatur rebellis, & an ſit priuatus feudo? Et an poſſit offendi, ſaltem in re? Et an poſſit ei denegari audientia tanquam rebelli? Et dixit Præpoſitus, quòd Pe. de Anchara. in hoc vltimo ſentit quod ſic, in cle. paſtoralis. Et quòd ſit priuatus. dicit Bal. in c. 1. § porro quæ fuit pri. can. beneficij amitt. quod ver-
1 bum, † ſub pœna indignationis noſtræ, importat beneficiorum eccleſiaſticorum priuationem feudi: & ibi glo. in terminis. Et quod ſit priuatus, tenet Bal. in l. cunctos populos. in principio, verſi. non pro literis apoſtolicis. Et Barto. in extrauaganti, qui ſint rebelles. in verb. rebellando, exponit, reſiſtendo, vel non obediendo, &c. Et quòd non ſit priuatus, facit, quia
2 inobedientia. † quæ non concernit ſtatum principis, non eſt rebellio. Bar. dicit in extrauag. qui ſint rebelles. in verb. rebellando. & iſte eſt talis rectè inuenti. Præterea non omnis inobedientia, eſt rebellio: do. Anto. & do. Abb. in c. inter quatuor. per illum text.
3 de maiori. & obedien. Et ſtatutum † loquẽs in rebellione. non habet locum in inobedientia, ſecundùm eos. Et ibidem dicit do. Anto. Imol. & do. Abb. in c. ſanè. el 2. de offic. delegat. Pręterea, qui meretur incurrere indignationem principis, non meretur amittere iuriſdictionem ab eo dictam, Bal. latè in auth. ſtatuimus. C. de epiſco. & cler.

Laus Deo omnipotenti

ARGVMENTVM.

CONDEMNATIO in decẽ facta cõtra Sempronium à iudice, & de expenſis nihil dicit: ille, in cuius fauorem ſententia eſt lata, appellat ab omiſſa cõdemnatione expenſarum, & poſtea ab eodem iudice petit executionem ſentẽtiæ iu illis decem. Vtrum per appellationem ſit ſuſpenſa talis eius iuriſdictio, etiam quòd articuli ſint ſeparati, ſ. expenſarum, ab illis decem pro ſorte principali?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an ſuſpendat iuriſdictionem iudicis à quo, etiam in articulis ſeparatis.*

2 *Expenſæ per iudicem à quo, poſſunt taxari ſuper ſententia, à qua appellatur.*

3 *Actus non contrarius appellationi, poteſt intentari coram iudice aliquo.*

Conſilium XIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Titius condemnatur in decem Sempronio, & de expẽſis nihil dicitur in ſententia. Sempronius appellat ab omiſſa condemnatione expenſarum: poſtea petit à iudice à quo, executionem huiuſmodi ſententiæ in il-
1 lis decem. Reſpondetur. quod † appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo. etiam in articulis ſeparatis, ſecundùm doctores in c. ſuper eo. el primo. de appellationi. Reſpondetur, quod illud eſt verum in fauorem appellantis: quæritur quid iuris? Primò facit deciſio dominorũ de Rota iu antiquis deciſi de-
2 cis. tertia, † quòd iudex poteſt taxare expenſas ſuper ſententia, à qua appellatur: facit gloſ. magna in ca. ſi à iudice. de appella. quod non videtur contra ius eius, qui gerit actum non contrarium appellationi, licèt ſit ſuſpenſa. dicit, non teneris. non dicit, non potes. Secundo facit deciſio dominorum de Rota in nouis deciſio. dec. 100. facit dictum Innocen. in c. paſtoralis.
3 in prin. tertię col. de offi. deleg. quòd † actus non contrarius appellationi, poteſt intentari coram iudice à quo, & cætera.

Laus Deo omnipotenti.

Felinus Sandæus vtriuſq; iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ad hoc ut dicatur contraxiſſe per metum ſponſalia, debet interuenire metus, qui poſſit cadere non in conſtantem virum, ſed in conſtantem fœminam.*

3 *Metus minor excuſat potiùs fœminam, quàm maſculum.*

4 *Metus quomodo intelligatur, & qualiter à coactione differat.*

5 *Mulieris conſenſus in contrahendo ſponſalia, libertate gaudere debet, & non timore aliquo.*

6 *Mulier ſi a patre ſolùm territa cõſenſerit ad ſponſalia, an conſenſus ſit nullus.*

7 *Sponſalia filius contrahendo ex coactione reuerentiali patris, tenet conſenſus. Secus, ſi coactus*

a patre

a patre vi vel metu.

8 *Metus & ſigna ac contraria voluntas in contrahendis ſponſalibus, vt non dicatur conſenſus, quæ ſint.*

9 *Minæ ad hoc vt inducant iuſtum metum, eſt conſideranda qualitas perſonæ minantis.*

10 *Matrimonium ſeu ſponſalia contracta per metum, an ipſo iure ſint nulla.*

Conſilium XIIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitię. Reuerēde domine vicarie, circa ſponſalia cōtracta inter Chriſtophorum barbitonſorem, filium Vechi præconis & Stellam, &c. vtrum poſſit per reuerētiam veſtram diſſolui vel pronunciari ipſo iure ſoluta? Mihi videtur indubitanter quod ſicnam dato, quod inter eos ſit matrimonium per verba de præſenti, quod aliter nō diſcutio: adhuc dico, tale matrimonium fuiſſe, & eſſe nullum: quia ex parte vtriuſq; defuit conſenſus, ſine quo cætera omnia fruſtrātur, c. tua nos. in fi. de ſponſa. Et primò, ex parte ipſius Chriſtophori, quia bis aufugit de domo, quando inſtigabatur per patrem ad iſtud matrimonium contrahendum: ſed quia ipſe non fecit examinare teſtes, ſuper hoc aliter non inſiſto. Sed ex parte mulieris apparet, quòd ipſa nunquam conſenſit, imò per metum conſenſit. Et hoc apertè apparet, & deponunt teſtes examinati, maximè ſecundus & & tertius, qui dicunt, quòd ipſa dubitabat, ꝙ pater interficeret eam, quia ipſe hoc minabatur. † Et præmitto, quòd ſi illa contraxiſſet matrimonium, ne incurreret indignationē patris, aliàs non fuiſſet contractura, niſi ob reuerentiam paternam: teneat nihilominus matrimonium, ex quo interuenit metus, q poſſet cadere in conſtantem. tex. eſt cum glo. in l. ſi patre cogente. ff. de ritu nuptiarum. quod reputat notando.

1 (margin number at "interficeret eam")

2 Abb in c. veniēs. el primò, in penul. no. de ſpon. † Secundò præmitto, quòd vt mulier dicatur feciſſe talē contractum per metum, non oportet, quòd ſit talis, qui cadere poſſit in virum, ſed in conſtantem mulierem, c. conſultationi. in fi. † & ibi do. Abb. in vltimo notabili. de ſponſa. quia minor metus excuſat potius fœminam, quam maſculum, vt ſingulariter notat gl. in c. cùm locum. de ſpon. Et eſt etiam fragilior ratione ſexus, c. indignanter. 32. q. 6. Et idem notat Hoſti. in ſumma, de matrimonio. §. qualiter. verſi. ſi verò. & do. Anto. in c. cùm dilecti. quod metus cauſa. Tertiò

3 (margin number at "rem, c. conſultationi")

4 præmitto, ꝙ differt † metus à coactione: quia ſecundùm Innocen. in c. cum locum. de ſponſa. metus eſt quando propter violentiam ſeu captionem corporalem metus infertur. Coactio vero, quando fit vis præciſa cum captura, ſeu violentia corporali. Modò

5 his præmiſſis, dico, † quòd in caſu iſto conſenſus mulieris caruit libertate: quia diſcutiendo teſtes, antequàm fierent ſponſalia, ipſa proteſtata eſt, quòd nunquàm eum acciperet, & poſteà fugit, & dicitur, quòd timore mortis cōſenſit. Certè etiam ſi timuiſſet verba, ſatis eſſet, quia ex ijs dicitur, quòd voluntas eius tunc non habuit aliquod reſpiraculum libertatis: vnde dicit tex. in d. c. cum locum. Quia eius animus debebat plurima ſecuritate gaudere, ne per timorē diceret ſibi placere, quod oderat, & ſequens exitus, qui de inuitis nuptijs ſolet prouenire, quod euenit hic: qa ex alio ex poſt cōcepit, & peperit, & eſt eius, & aliorū

6 publica cōcubina. † Et certè ceſſante oī gladio, ſi mulier à patre territa conſenſit, non dicitur conſenſiſſe: quia, vt inqt do. Abb. in c. 1. ſuper glo. 1. de deſpon.

7 imp. Aliud † eſt, ſi filius conſentiat ex coactione reuerentiali: & tenet quod agitur. Aliud eſt, ſi fuiſſet coactus à parente, vi vel metu: quia non tenet: & ſic pōderatur metus. Et ſufficit, quòd ex parte vnius deeſſet libertatis conſenſus. Vnde citra præciſam coactionem non video, quomodo poſſumus magis eſſe in terminis doctorum, quia requirunt metum, qui poſſit cadere in conſtantem mulierem. Et certè, cùm iſta taxentur, vt ita dixerim, arbitrio iudicis, videtur ꝙ

8 conſiderando fugam de † domo, lachrymas, & difficultatem eorum, qui reconduxerunt eam ad domum, & expreſſam comminationem mortis, quæ ſaltim concludebat verborum imminentem cumulum, iſta dicatur per metum contraxiſſe: quod denotant etiam ſequentia, quia ipſa nunquàm oſtendit ei aliquod ſignum beneuolentiæ, & nondum traducta ab ipſo conata eſt recedere à patre, & adhęrere prius

9 alteri. Et quòd minæ † inducant iuſtum metum, in iſtis terminis eſt tex. per quem ita notat dominus Abbas in capit. ex literis. de ſponſalibus & matrimo. & Imola ſubdit in hoc attendendam qualitatem perſonæ minantis. Et aduerte perſonam iſtam patris ſui, qa reputatur ſeuerus, & conſuetus exequi minas, non verboſus, ideò minæ ſuæ præbent iuſtiſſimam cauſam terroris, vt notat Innoc. in c cauſam matrimonij. de offi. delega. & Bar. in l. 1. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & do. Abb. in c. 1. in princi. de offi. delega. & in c. Abbas. quod metus cauſa. Et Inno. in c. petitio. in prima glo. de iureiurando. & Ioan. Andre. in c. inſinuante. qui cleri. vel vo. & Cy. Bal. & Imola in l. fi. ff. de hæredi. inſti. & Io. Andre. in Specu. in titulo, de probatio. §. videndum. verſiculo 13. cum concord.

10 Et iſtis attentis, † videtur tutè per reuerentiam veſtram poſſe pronuntiari inter iſtos non eſſe matrimonium: quia ſi eſſet contractum per metum, eſt ipſo iure nullum, c. ſignificauit. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. & ibi do. Abb. & in c. veniens. el 2. & ibi etiam do. Abb. de ſpō. tenet expreſsè Oldra. conſilio. 38. incipiente, Factum eſt tale, quidam Ioannes, & beatus Thomas in quarto ſententiarum, 29. di. q. 1. ar. 3. & domi. Abb. in c. Abbas. quod metus cauſa. & in c. cum locum. de ſpōſa. & latiſſimè do. Iaco. loch. in c. tuæ. co. titu. & glo. & Archidia. in c. inter cætera. 22. q. 4.

Laus Deo omnipotenti.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

VENATOR in venatione falconem amittēs, quem quidam ruſticus cępit cum zetis & ſonalijs, ponens eum ſub cuſtodia, dando ei comedere carnes ſalſas, & caſeum, pro quibus cibis falco mortuus eſt, vtrum ruſticus teneatur ad emēdationē falconis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dans poculum amatorium marito, tenetur ad pœnam. Et quid de medico.*

2 *Accuſari quis de ſtupro & libidine nō poteſt, qui etiam virginem indutam veſte meretricali ſtuprauit.*

3 *Clericum*

3 *Clericum percutiens incedentem ſine habitu & tonſura clericali, non punitur vt percuſſor clerici, ſed layci.*

4 *Ruſtici non debent optare ea, quæ eis habere non licet: cùm niſi quod ex terra participat optare poſſint.*

5 *Culpa leuiſsima venit in actione legis Aquiliæ.*

6 *Culpa eſt immiſcere ſe rei ſibi non pertinenti.*

7 *Officium cuiuſque nemini debet eſſe damnoſum.*

8 *Ruſticus ſimplicitate ſua excuſatur.*

9 *Medico imperito imputatur, qui imperitus medicauit.*

10 *Actio in factum quando venit proponenda, & quando actio legis Aquiliæ.*

Conſilium XV.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Comes Guido de Blancardis cùm iuiſſet venatum, falconē amiſit: Quidam ruſticus eum cepit cum ſonalijs & zetis, & eum captum poſuit ſub banchali, dando ei beccare panem, caſeum, rapas, carnes ſalſas, vnde occaſione illius cibi ſalco mortuus eſt. Ex parte comitis proponitur actio in factum cōtra ruſticum; qui præbuit falconi mortis cauſam. Et primo videtur, quòd ruſticus in æſtimatione falconis condemnari debeat ad ſimilitudinem mulieris, quæ marito præ-
1 buit poculum † amatorium ad bibendum, vt ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. qui abortiuos. ſicut medico imputatur, qui imperitus fuit, vt ff. de offi. procon. l. illicitas. §. ſicuti. ff. ad legem Aqui. l. idem iuris. & l. item ſi obſt. §. 1. Ita videtur huic ruſtico imputandum. Præterea tanquam prędo & fur debet condemnari iſte ruſticus, quia ſciebat, & ſcire potuerat tum ex zetis, tum ex ſonalijs, quòd non erat iactatus nec habitus pro derelicto, ar. l. falſus. §. ſi actum. ff. de fur. C. vnde vi. l. fi. Nec poteſt ruſticus ignorantiam allegare, quia dicit falconem in naturalem libertatem proueniſſe, cùm à natura falcones non naſcantur cum zetis & ſonalijs, ſicut per contrarium non po-
2 teſt † imperatoris libido incuſari, qui ſtuprauit virginem indutam veſtem meretricalem, l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniurijs. C. de epi. au-
3 di. l. nūc. & l. ſi accepto. ff. de accept. in fi. † Quemadmodum non poteſt iniuriatus conueniri, qui clericum ſine tonſura incedentem percuſſit, vt tanquam percuſſor clerici puniatur, ſed punitur, ac ſi quendam laycū percuſſiſſet, C. de epi. & cleri. l. ſi quæritur. præallegata. imo nullus poteſt iſtum ruſticum excuſare, cùm iſtum falconem volantem cum zetis & ſonalijs credere debuerit eſſe fugitiuum: vnde ipſum capere non debuit, vel ipſum captum in publicum portare. Sicut dicimus in eo, qui alienum ſeruum reperijt fugitiuum: & in eo, qui inuenit rem alienam. Ad hoc enim, vt videatur rem alienam contrectaſſe, debet eam in publicum conſignare, & libellas de ea re publicè dare: & hæc probantur de ſeruis fugitiuis. l. 1. & l. fugitiui. ff. de fur. & l. falſus. §. qui alienā. in fi. §. ad hoc accedat de eo, qui pecudes alienas intruſit, & fame necauit eas, qui tenetur eaſdem mortuas domino emendare, ff. vi bono. rapto. l. 1. §. ſi publicani. C. ad l. Aquiliam. l. de pecoribus. & ff. eo. l. quemadmo-
4 dum. §. magiſtratus. & l. Quintus. §. finem. e. ti. † Inſuper cùm ruſticus optet ea, quæ habere non licet, quia optare non poſſunt, niſi quod participat ex terra: nō debuit ruſticus prædictum ſalconem optare, nec occupare, ar. C. de agrico. & cenſi. l. domini prædiorum. Nec excuſatur ruſticus ex eo, quòd dicit dominum falconis incognitum habuiſſe, ſicut nec excuſatur receptor, & beruarius, eò quòd dicat colonum illiteratum ſe minimè cognouiſſe: imò eo ipſo punitur, qui ſe ſeruum fatetur incognitum tenuiſſe, C. de col-
5 le. illi. l. 1. li. 10. Quid cum † dicatur in l. Aquilia, culpa latiſſima venit. ſed iſte ruſticus nedum in leuiſſima fuit, ſed in lata, ſcilicet dando falconi carnes ſalſas ad comedendum: vnde perinde debet teneri, ac ſi falconem ipſum proprijs manibus occidiſſet, & ſtrangu-
6 laſſet: quia in culpa eſt, † immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti: & ita probatur ff. ad l. Aqui. & ff. de libe. agno. & ff. de re iudi. l. culpa. Nec intereſt, an quis occidat, vel cauſam mortis præbeat, vt ff. de ſicca. l. nihil intereſt. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſi alius. In contrarium videtur, quòd omnino ruſticus ſit abſoluēdus: imò, quod magis eſt, videtur poſſe repetere à domino expenſas. quas fecit pro falcone: ſicut ſi reſtaurauit, repetit ille, qui inſulam ruentem & ſeruum ęgrotum curauit, licèt ſit ſeruus mortuus, & inſula exu-
7 ſta, vt ff. de neg. geſt. l. ſicut vltrò. §. 1. † Neq; debet ruſtico ſuum officium damnoſum eſſe, vt ff. de furtis, l. ſi ſeruus. §. quid verò. ff. ex qui. cauſis maio. l. cùm miles. & l. ſequenti, ac præcedēti. Item videtur ruſticum
8 † excuſare ſua ſimplicitas, ſicut aer excuſat corruptionem, & condictam actionem, & intelligitur confectione & ſi vt nota. ff. de iuriſdic. omn. iudi. l. ſi quis id, quod. §. doli. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. l. 2. C. de teſta. l. fi. Credit enim ruſticus falconem in naturalem laſciuiam deueniſſe, cùm nemo perſequeretur, & per hoc licitum credidit occupare, ar. ff. de acq. rerum do. l. naturalem. in principio. & §. fi. Inſti. de rerum diui. §. feræ. Item adhibuit ruſticus talem diligētiam in falcone, qualem adhibet & adhibebat in ſemetipſo, dando ei comedere, quæ comedebat, exiſtimans ſe falconis dominium acquiſiuiſſe, & ideò falcone mortuo, non videtur teneri, ar. ff. de peti. hære. l. ſi quis poſſeſſor. §. qui autem ſumptum. & C. mandati. l. in re mandata. C. de iudi. l. nemo. & illam quæſtionem pronuntiauit elegans & vrbanus vir dominus Hubertus de Bonacurſijs, ſupradictum ruſticum in æſtimatione falconis condemnandum eſſe, arg. duarum legum. Primæ dicentis, quòd ſi quis ceperit fabricenſem, qui bene poterat cognoſci propter ſignum ſeu bullam, quæ in eius brachijs apparebat, & occultantium bona liberè fabricæ vendicantur, C.
9 de fabric. l. ſtigmata. li. 11. † Et alterius legis dicentis de eo, qui medicamentum porrexit prauum, ex quo homo perijt, vt ff. ad l. Aqui. l. qui actione. §. Celſus. & dicit actionem l. Aquiliæ non fuiſſe proponēdam contra ruſticum ſupra dictum, vt quidam ex aduocatis propoſuerant: qui ſuccubuerunt propter ineptam actionem poſitam ſeu petitam: quia ruſticus
10 non occidit, ſed præbuit cauſam mortis: vnde † actio in factum fuit proponenda & non Aquilia, vt probat præallegatus §. Celſus. Credo, quòd fuit conſilium domini Barto. de Saxoferrato.

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

PVELLAE nouem annorum, & ſic in ætate infantili exiſtenti, ſine tutore & curatore, an poſſit dari curator ad litem, ſeu lites. Et quid talis curator facere poſſit, poſito quòd dari poſſit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Puellæ nouem annorum non habenti tutorem vel curatorem, an poſsit dari curator ad litem ſeu lites.*

2 *Curator impuberi an generaliter dari poſsit, an dũtaxat ad litem vel rem certam.*

3 *Curator datus minori 12. annis non habenti tutorem ad litem exercendam, an poterit ea facere, quæ ſunt iuris & facti, an iuris ſolùm, an facti ſolum?*

4 *Prohibita re vti licet, quando eſt aliquid permiſſum, ad quod permiſſum deueniri non poteſt, niſi per prohibitum.*

5 *Ambaſciatores ad pacem faciendam conſtituti, poſſunt adijcere pœnam pro obſeruatione dictæ pacis, licèt de pœna in eorum mandato nihil ſit expreſſum.*

6 *Procurator conſtitutus, poteſt obligare bona domini pro obſeruantia contractus, & apponere pœnam, licèt ad hoc non habuerit mandatum.*

7 *Vendendi bona fiſcalia facultas cui eſt data, poterit dare fideiuſſorem euictionis, & apponere pœnam & pacta pœnalia, ſecundum morem regionis: licet in facultate non ſit expreſſum.*

8 *Abundantiæ officialibus ciuitatis poteſtas data prouidendi ſuperabundantia ciuitatis, poſſunt recipere mutuò pecuniam, & obligare ciuitatem, vt emant frumentum pro abundantia.*

9 *Priores ciuitatis habentes poteſtatem ſuper bono & pacifico ſtatu ciuitatis, poſſunt vigore dictæ facultatis facere ſtatuta, quod habentes ad inuicem diſcordias & cauſas, teneantur compromittere.*

10 *Conceſſo principali, conceſſum eſt acceſſorium.*

11 *Statutum, quòd minor non poſsit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, ſi obligatio tendit ad commodum minoris, valebit obligatio ſine conſenſu propinquorum.*

12 *Pupillus paciſci & alia ad ſuum commodum ſine tutore facere poteſt: aliàs ſecus.*

13 *Venditio prædij minoris quando continet manifeſtam vtilitatem, etiam ſine authoritate tutoris valet.*

14 *Pupillo eſt impoſsibile donare etiam cum authoritate tutoris & iuramento.*

15 *Puellæ, quæ faciunt refutationes ſuis fratribus, etiam cum authoritate tutoris vel curatoris, quatenus ſapiunt donationem, etiam ſi ſunt iuratæ, ſunt nullæ.*

16 *Curator, qui datur ad lites, an poſsit etiam dari ad negotia, & contractus inſimul.*

17 *Officium regulare & ordinarium eſt potentius, quàm extraordinarium.*

18 *Tutor pupilli illuſtris poteſt exercere munera, dignitates, & libertatem ſecundum qualitatem dignitatis pupilli.*

19 *Argumentum non valet, vbi ratio eſt diuerſa.*

20 *Infans dicitur, qui eſt minor ſeptem annis.*

21 *Impuberis appellatione, ſeu denominatione comprehenditur adultus & minor.*

Conſilium XVI.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Illud in medium referam, quod habetur de pœni. diſt. 4 ſecundum apoſtolicā. quid habes, quod non accepiſti? Et glo. ibi pulchre dicit, ex opere cœleſti. Sed quid ꝙ habetur honeſti. ideò omnipotentem & timendum Deum corde & animo huic conſultationi inuoco, & filio ſuo piiſsimo Ieſu Chriſto ſaluatori noſtro ſupplico, vt viam veritatis mihi aperiat. Et quidem viſo puncto, & facti contingentia, & ſolenni animaduertione penſans cum elegātiſsimis allegationibus fabricatis, ex ſummo ingenio per dominum aduocatum, mihi vide-
1 tur apertè de iure dicendum, quòd † puellæ nouem annorum, & ſic in ardore ætatis infantiæ non habenti tutorem vel curatorem, poſſit dari curator ad litem ſeu lites, & de hoc allego tex. qui hæc determinat, in c. ſi annum quartumdecimum de iudi. li. 6. in §. ſi quatuordecim annorum. in ver. curator datur ad lites exercendas. ibi, Aut tu ipſe ſi maior infante fueris cum authoritate alterius, & eundem procuratorem ad res poteris deputare. vbi eſt caſus formalis, quòd exiſtenti intra decimum quartum annum dabitur per iudicem ordinarium curator ad lites exercendas, ſiue ſit in 10. ſiue in 9. aut 8. anno, aut infra: & ſic dicit ille tex. caſum noſtrum. & tollit illud, quod poſſit operari, vt intelligamus de pupillo proximo pubertati: quia iſtud nō eſt verum, quod tollatur per illum tex. dum diſputat: & ſic non requiritur. quod ſit proximus pubertati, & hoc etiam decidit glo. 10. An. ibi in ver. ad lites. quæ allegat C. de cura. bon. dan. in l. 1. & per totum. & C. de cura. furio. l. ſi. in princi. facit etiam ad hoc tex. optimus in l. ſed & milites. §. iam autem. ver. impuberi curator dabitur. ff. de excu. tu. vbi pupillo datur curator. Et ſi quis opponeret de gl. ibi, quem. in ver. impuberi. exponit, id eſt, adulto. & ſic ſentit glo. ibi in terminis, quòd impuberi non poteſt dari curator, ſed requiritur, quòd ſit adultus. Ad hoc reſpondeo cum doctrina Bal. ibi, qui dicit, no. iſtam
2 glo. quæ vult, quòd † impuberi non poteſt dari curator generaliter, ſed duntaxat ad litem, vel ſpem certā, bene dari poteſt. & alle. quod habetur in l. item cri. §. 1. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & gl. Dy. in l. amiciſsimos. in §. fi. de excu. tuto. Et per iſtam reſponſionem, habetur verus & optimus intellectus ad illud, quod voluit Bart. in l. curatores. ff. de tuto. & cura. da. ab iis. vbi dicit, quòd curator, qui daretur pupillo non habenti tutorem, poteſt omnia facere, exceptis his, quæ iuris ſolennitatē deſiderant, vt l. curatorem. ff. de tuto. ſolen-

to.ſolennitas iuris deſiderare arbitratur. ibi Bar. omnem actum, per quem pupillus obligaretur, vel per quem alienaret, vel appropriaret, vt apparet in aditione hære. in qua non ſufficit authoritas talis curatoris, vt in l. cum in vna. §. 1. ff. de appellatio. Et hoc ideò pupillus per aditionem obligaretur, vt l. mora. ff. de acqui. hære. & ideò non eſſet in iudicio, vbi datur curator ad litem cum tutore ſuo, vt l. qui habet §. ſi pupillus. ff. de iuſti. & iur. & ibi concludit Bar. ꝙ talis curator poteſt tutus adminiſtrare & cõſeruare bona, & colligere fructus, & ſimilia, quæ facti ſunt, & ea, quæ iuris ſunt. Ita formaliter dicit Bart. in d. l. curator. quia ad hanc doctrinam Bar. reſpondeo, ꝙ procedit, quando datur curator generalis, non autem quãdo datur curator ſpecialis ſpecialiter ad litem, vel ad certam rem. Et ideò dixit Bal. in d. l. ſed & milites. §. iam autem. quòd impuberi non poteſt dari curator generaliter, ſed ad lites, vel ad certam rem ſpecialiter ſic, quia debet intelligi, quòd ſi datus fuerit, non poterit exercere actus, per quos pupillus obligatur. Et ſic ergo apparet ex dictis Barto. quòd curator dari poteſt impuberi: & ideo dicebat idem Bar. in l. 1. ff. de confir. tuto. quòd impuberi non poteſt dari curator in teſtamẽto, vt ibi eſt tex. in l. impuberi. ff. de admin. tuto. ſequitur, quòd ad lites dari poteſt, & per conſequens dictum Bar. in d. l. curator. debet intelligi in curatore generali. Et ſic probata deciſione huius conſultationis duo ſunt videnda. Primum eſt, ꝙ aut poteſt dari curator ad lites propter pupillarem ætatem. Secundò, poſito ꝙ dari poſſet, quid poterit facere talis curator? Primum eſt expeditum, quòd dari poteſt, per iura, quæ ſuperius allegaui. Et facit tex. in dic. §. ſi verò. qui non loquitur, quando pupillus vel exiſtens intra decimum quartum annum, habet litem cum ſuo tutore: & idẽ voluit gl. in l. qui habet. ff. de tuto. §. ſi pupillus. ver. taleq́;, voluit, ꝙ põt dari curator pupillo, ſiue habeat litem cum ſuo tutore, ſiue habeat litẽ cum alio. & referendo illam gl. ad glo. quæ eſt ibi ſuper ver. cogi. ad fi. quæ gl. differentiam facit, an pupillo poſſit dari curator diſtinguendo, Aut habet tutorem, & dari poteſt Aut non habet, & dari non poteſt. prima eſt gl. in ver. tale. dicit, ſiue habeat cum alio litem: quia debet intelligi ſecundum diſtinctionem glo. præcedentis: & ibi Bal. hoc ſentit, qui quærit, an poteſt dari curator popillo, præterquàm in caſu illius §. Et diſtinguit, vt ibi facit gl. & remittit ſe ad gl. in l. curatorem. ff. de tuto. & cura. da. ab iis. facit glo. in l. curator. eo ti. quæ dicit in finalibus verbis, ꝙ ſi pupillus nõ habet tutorem præſentem, vel abſentem, poteſt dari curator. Facit etiam tex. in l. curator. ff. de autho. tuto. vbi dicitur, quòd curator impuberi dari poteſt. & glo. ibi ſupplet ad litem. & allegat d. l. curatorem. de tuto. & cura. da. ab iis. & in l. 1. de in litem iuran. & ſic dum glo. dicunt, quòd poteſt dari curator ad litem, quando non habet tutorem pupillus præſentem vel abſentem: ſentiunt manifeſtè procedere, quãdo pupillus habet litem cum alio, quam cum tutore: & ſic ſtat concluſio veriſſima, quod maiori infante datur curator ad lites, quando cum alio debet litigare, quàm cum tutore, ſiue habet tutorem, ſiue non. Et profectò probatur manifeſtè in dicto c. ſi annum. §. ſi verò. vbi in eccleſiaſticis pupillus nõ habet tutorem: & tamen ſibi datur curator ad lites exercẽdas. quemadmodum dicimus in rebus profanis, ſi nõ habet tutorem, & poſſit ſibi dari curator ad litem exercendam. Nec curatur, an ſit proximus, an non, ſed ſufficit ꝙ ſit intra quartumdecimum annum. Et ex iſtis expeditum eſt primum dubium. Reſtat nunc videre, quid facere poteſt iſte curator datus ad litem pupillo non habenti tutorem? Et quidem Bar. in l. curator, dicit, ꝙ poteſt omnia facere, exceptis iis, quę requirunt ſolennitatem iuris, vt probatur in d. l. curatorem. ff. de autho. tuto. vbi tex. diſponit curatorẽ dari poſſe, etiam impuberi: ſed ad ea iuxta iuris ſolennitatem expſicanda, tutore authore opus eſt, vt latè ſuperius retuli formalia verba Bar. Sed idem Bar. in d. l. curatorem. colligit, quòd impuberi poteſt dari curator. Sed quid de poteſtate illius curatoris? Reſpondeo, illum tex. declarare omnia ea poſſe fieri per curatorem circa adminiſtrationem rerum in iudicio vel extra. Ideò putat talia fieri poſſe per talem curatorem, ſed ea, quæ haberet facere pupillus tutore authore, tunc authoritas illius curatoris nullo modo ſufficeret: & ita dicit ſe intelligere tex. in d. l. curatorem. & ita reſidet, nihil tamen ad hoc allegat. Sed in d. l. curator. dixit, ꝙ non poterit illa facere in iudicio, quo pupillum obligant. Et ideò dicit, ꝙ non poterit eſſe in iudicio, niſi cùm datur curator ad litem cum tutore ſuo, & ſic Bar. videtur verus: quia in dic. l. curator. dixit, ꝙ poteſt adminiſtrare bona, & colligere fructus, & ſimilia facere. quæ facti ſunt, ſed non ea, quę ſunt iuris. Sed in d. l. curator. dixit ea, quæ poſſunt fieri per tutorem in iudicio vel extra, poſſunt fieri per curatorem talem. Præterea in quibus requiritur au-
3 thoritas tutoris, videndum eſt, nunquid † tenendum circa officium huius curatoris dati ad litem exercendam, an poterit facere ea, quæ ſunt iuris, & quæ ſunt facti? Et mihi videtur de iure dicendum, quod curator datus minori 14. annis. non habenti tutorem ad litem exercendam, poteſt facere omnia illa, quæ facti ſunt neceſſaria. Et hoc videtur dicere tex. in d. c. ſi annum. §. ſi vero. vbi curator talis datur ad exercẽdam litem, ſeu lites exercendas. Vnde ſi non poteſt deueniri ad litem exercendam, niſi obligando ipſum pupillum, ſequitur neceſſariò, ꝙ videtur habilitatus talis
4 curator ad obligandum pupillum, ex eo, † quia vbicunq; aliquid permittitur, & non poteſt perueniri ad permiſſum, niſi prius ad prohibitum: tunc licitum eſt vti prohibito, vt eo medio conſequamur permiſſum. Et hoc decidit tex. in l. ſi paſtum vel ſtratum. ff. de re iudi. Bene facit tex. & quod voluit Bal. in l. 1. C. vbi res permi. vbi dixit permiſſum eſſe prioribus, quòd poſſint ſtatuere ſuper reddenda iuſtitia, quòd poterunt eligere terminum ad cauſas dirimendas, & adiicere pœnas. Et quod plus eſt, dixit do. Ab. in c. 2. de
5 preca. quòd † ambaſciatores conſtituti ad pacem cõponendam, poſſunt adiicere pœnas ad illa obſeruanda, licèt non habuerint ad hoc mandatum. facit ad hoc, quod voluit Ang in l. bene à Zenone. C. de quadr.
6 præſcriptione. vbi dicit, quòd † procurator pro obſeruantia contractus poterit bona domini obligare, licèt ad hoc non habuerit mandatum: & poterit bona domini obligare, & apponere pœnam, ex quo fit ad executionem mandati. Et ibi dicit fore caſum, ꝙ procurator conſtitutus ad vendendum, poteſt facere apponi in inſtrumẽto, & apponere omnia pacta emptionalia, licèt non habuerit in mandatis, l. apud Celſum. §. in hac. verſi. ſin autem ex pœna. ff. de doli excep. l. quæ iuris. §. ſi. cum l. ſequen. ff. de rebus eorum. facit glo. in l. ſi ciuitas. ff. ſi cer. peta. & idem Angelus
7 † in l. 2. C. de iuriſdic. om. iudi. dixit, data eſt alicui poteſtas vendendi bona fiſcalia, quòd poterit darè fideiuſſorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia, ſecundum morem regionis. facit quod voluit Bar. in l. ſi procurator. ff. de iure fiſci. Ita dicamus in caſu noſtro, quòd ſi datur curator pupillo non habẽti tutorem ad litem exercendam, quòd talis curator poterit in iudicio obligare ipſum pupillum, ſi talis obligatio venit ex ſequela litis, vel venerit antecedẽs ad ipſam litem. Nã ſi procurator ſit cõſtitutus ad certum ac iura exercendum, poteſt obligare dominum ad pœnam, quæ ſequitur ex illo contractu: ergo & eodem

eodem modo poterit talis procurator obligare pu-
pillum in iis, quæ ſunt de ſubſtantia, & eſſe ipſius litis.
facit quod eleganter voluit Bar. in l. ambitioſa. ff. de
8 decre. ab ordi. faci. † vbi voluit, quòd ſi data eſt à cō-
muni poteſtas officialibus prouidendi ſuper abundā-
tia ciuitatis, quod tales officiales poterunt recipere
pecuniam mutuò, & obligare ciuitatē, vt emant fru-
mentum propter abundantiam ciuitatis. & ibi pul-
chrè loquitur. Et idem Bar. in prima conſtitutione
9 Codicis, verſiculo, ſuper hoc quæro. dicit quòd † prio-
res huius ciuitatis habent poteſtatem ſuper bono &
pacifico ſtatu huius ciuitatis, quòd vigore huius ar-
bitrii poſſunt facere ſtatuta, quod habentes ad inui-
cem cauſas, cogantur compromittere. Circa autem
hoc, quòd videtur habere mandatum ad id, quod eſt
ſequela mandati: Ita in propoſito eſt dicēdum, quòd
non ſolùm poterit curator pupillum obligare, quo
ad ea, quę ſunt de eſſe & ſubſtantia litis, ſed etiam quo
ad ea, quæ ex lite ſequuntur obligationes. facit etiam
quod habetur in c. cùm P. de offi. dele. vbi in ſimplici
commiſſione omnia videntur eſſe commiſſa, ſine qui-
bus negotium non poteſt expediri, & permiſſo con-
ſequenti, omnia ad conſequens ordinata anteceden-
tia videntur eſſe permiſſa: & etiam omnia media ad
finem videntur eſſe permiſſa. ca. prudentiam. c. ſuſpi-
10 tionis. c. ſanè. de offi. dele. & † conceſſo principali, vi-
detur conceſſum acceſſorium, c. quo iure. 8. diſt. 26.
q. 1. c. ſi monachus. C. vbi & apud quos. l. vlt. Si er-
go obligare pupillum eſt antecedens litis, vel conſe-
quens, vel medium, vel acceſſorium litis: videtur con-
ceſſum eo ipſo, quod ius permittit, quòd quis ſit cu-
rator pupilli non habentis tutorem, l. ad rem. & l. ad
legatum. ff. de procurato. cum ſimilib. Prætereà con-
ſidero, quòd talis curator ad litem, datur pupillo ad
eius commodum, vt tueatur eius patrimonium: quo
caſu ſequitur doct. gloſſ. quæ reputatur ſingularis, in
lege ſecunda. ff. de acceptilatio. quæ voluit, quòd pu-
pillus nō poteſt obligari ſine authoritate, ſi talis obli-
11 gatio tendat ad eius commodum. Et ibi dixit † Ange-
lus, ſtatuto ciuitatis Florentiæ cauetur, quod minor
non poteſt contrahere ſine conſenſu propinquorū,
quòd nihilominus valebit contractus celebratus ſi-
ne conſenſu propinquorum, ſi tendat ad commo-
dum minoris. Et ideo in l. contra iura. in princip. ff.
de pac. dicit, quòd pupillus poteſt ſolus paciſci, ſi ta-
lem prætendat ad ſui commodum. Et ibi dom. Bald.
12 quòd † vbi agitur de fauore pupilli, pupillus habet
idoneam perſonam. facit l. cum ſecun. §. ſi eam. ff.
de tranſactioni. vbi probatur, quòd quando fauore
certæ perſonæ eſt introducta certa ſolennitas. Et ibi
13 dicit Bal. quòd † valet venditio prædii minoris, quā-
do continet manifeſtam vtilitatem minoris, etiam
ſine vtilitate. allegat gloſſ. authoritate tutoris, dictæ
l. 2. de exceptio. facit glo. valde ſingularis in l. quęcū-
que. C. de bon. quę libe. de qua ibi exclamat Bal. quòd
14 † licèt pater non poteſt alienare bona delata filio,
quē habet in poteſtate: nihilominus poterit alienare,
ſi talis alienatio tēdat ad cōmodū pupilli: & ſic ad cō
modū pupilli poterit obligare ipſū pupillum quo ad
ea, quæ ſunt neceſſaria ipſi liti. Prætereà hoc decidit
in terminis domi. Bal. in d. l. contra iura. in principio,
vbi colligit ex illo text. quòd pupillus non poteſt ſi-
bi præiudicare ſine tutoris authoritate: & dicit eſſe il-
lum text. in arg. quòd non ſufficeret ad illum actum
curator: ideò pupillus in contrahendo eget tutore.
Nec ſufficit, quòd pupillo datur curator. Subdit po-
ſteà, in contrarium videtur text. quod pupillo caren-
ti tutore, datur curator ad negotia, & ad lites. Allegat
l. impuberi. & l. curatorem. ff. de legiti. tuto. & curato.
da. ab iis. & quod habetur in l. tutor, qui tutelam. ff.
de adminiſtra. tutor. Ecce nunc, qualiter Bald. in in-
diuiduo decidit, quòd curator datus ad lites pupillo
non habenti tutorem, poteſt pupillum obligare. Fa-
teor tamen, quòd non poteſt curator dari pupillo ad
donandum. Et dixit Bald. in lege prima. C. ſi aduerſ.
donat. vbi voluit, quòd non poteſt curator ad autho-
randum dari in donatione: Nam curator dandus eſt
cauſa cognita, & ex cauſa: ſed non eſt aliqua iuſta
cauſa dandi curatorem ad donandum, cùm donare
ſit perdere, ar. l. ſi contra ius. §. ſi filius. ff. de pact.
& in l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam. & l. fi-
lius. ff. de donationi. Et ideò dicit eſſe impoſſibile, ꝙ
pupillus donet cum authoritate curatoris. etiam iu-
rando: quia pupillum eſt impoſſibile habere curato-
15 rem ad donandum. Et ex hoc dicit, quòd † refutatio-
nes, quas ſapiunt donationes, ſunt nullæ ipſo iure, ēt
ſi iurēt. Et ſic Baldus expreſſè vult, curatorem datum
ad litem, poſſe obligare pupillum, quatenus pote-
rit natura litis, vel non poterit donare. Et iudicio meo
hoc decidit tex. formalis in l. ab agnato. ff. de cur. fu-
rio. vbi dicitur, quòd ab agnato furioſi, vel à curato-
re furioſi, non poteſt res furioſi dedicari: quia non vſ-
quequaque cōpetit rerum eius alienatio, de qua ne-
gotiorum exigit adminiſtratio: qui tex. in terminis
apponit gladium ad hanc dubitationem. Vult enim,
quod quatenus potuit natura & adminiſtratio nego-
tiorum, poteſt curator alienare. Ita dicamus in pro-
poſito, quòd licèt regulariter curator datus pupillo
non habenti tutorem ad lites, non poſſit obligare pu-
pillum, nihilominus quatenus patitur natura litis,
poterit obligare ipſum pupillum: nec video reſpon-
ſionē dari poſſe ad illum text. Et per hoc apparet re-
ſponſio ad domi. Bar. in dicta l. curator. vbi dixit, ꝙ
nō poteſt obligare in iudicio, nec facere ea, quæ ſunt
iuris: quia illud procedit in natura litis, ad quam li-
tem datus eſt curator ſi aliud exegerit: quia tunc poſ-
ſit obligare ipſum pupillum litigando. Et iſta eſt vera
ratio habēs vim iuris ad dictum Bartoli in dicta l. cu-
rator. non poteſt obligare rem pupilli, niſi quatenus
natura adminiſtrationis exigit. ſequitur, quòd eodē
modo curator datus ad litem pupilli, licèt non poſ-
ſit obligare pupillum, vt dicit Bartolus: tamen ſi na-
tura litis hoc patitur, vel exigit, poterit pupillum obli-
gare. Et indubitanter ille textus decidit iſtam quæ-
ſtionem in terminis: & optimè facit quod dicit Bal-
16 dus in dicta l. contra iura. vbi voluit, quod † curator
poteſt dari ad negotia, & ad lites. Ergo ſequitur, ꝙ
ſicut habens mandatum ad contrahendum, poteſt
obligare ipſum mandantem ad pœnam pro obſer-
uatione contractus. vt dicto capitulo 2. de precariis.
& quod ibi voluit dominus Abbas, Angelus in l. be-
ne à Zenone. vt ſuperius retuli: ergo & eodem modo
dicendum eſt in curatore dato ad lites vel negotia, vt
poſſit obligare pupillum, quatenus natura litis vel
contractus exigit. In iudicio enim quaſi contrahitur,
vt l. 3. §. idem ſcribit. cum ſimilibus. ff. de peculio. Et
ſic Baldus ibi concludit duo, videlicet, quòd pupil-
lo non habenti curatorem, poſſit dari curator ad ne-
gotia. Nec diſtinguit, vtrum ſit proximus pubertati,
an ſit proximus infantiæ: & ſic decidit primum du-
bium. &, quod plus eſt, decidit, quod etiam ad nego-
tia. Secundo decidit, quòd ipſum pupillū poteſt obli-
gare, & ſic apponit gladium ad radicem huius hæſita-
tionis, quo ad duo dubia. Nec obſtat, quòd in aditio-
ne hæreditatis non poteſt interuenire factum huius
curatoris, ſed eſt opus authoritate tutoris, vt probat
textus in l. fina. C. de in lit. dando tuto. & in l. cura-
tor. & in l. impuberi. & in l. curatorem. ff. de curato.
da. ab iis. & in l. cùm in vna. §. tutor. ff. de appellatio-
ni. & in l. curatorem. ff. de authoritate tuto. quia re-
ſponſio eſt facilis, & vera, videlicet quòd ideò nō po-
teſt pupillus adire cum authoritate illius curatoris,

ex eo,

ex eo, quia effectus eius non ſe extendit ad ea, quia
extra ordinem datur, & eius officium tãquam regu-
17 lare & ordinarium eſt † potentius, quàm extraordi-
narium & irregulare, vt l. cum quidam. ff. de admini-
ſtrat. tuto. ita formaliter dixit Bal. in l. poſſint. C. de
iure delibe. in ſecunda col. in tertia quæſtio. & ideo
dixit idem Bal. in l. ſi infanti. eo. tit. in penultima col.
quod non ſufficeret ſcientia curatoris huius ad hoc,
vt pupillus tranſmittat hæreditatem. Allegat in con-
trarium dictam l. cùm in vno. §. tutor. & ſic Bal. etiam
concludit in dicta l. potuit. illud, quod ſuperius dixi,
quòd impuberi datur curator: & ſic nõ obeſſe quod
opponitur, opus authoritate tutoris, quando pupil-
lus uult adire hæreditatem, vt in dictis iuribus. Ergo
curator ad litem non poterit obligare pupillum quo
ad ea, quæ ſunt de natura litis & de obſeruantia litis:
iſtud non ſequitur: ex ſeparatis enim non infertur, vt
l. Papinianus exuli. ff. de mino. & l. ſi maritus. C. de
donatio. inter virum & vxorem. & in l. naturale. §.
nihil commune. ff. de acqui. poſſeſſi. cum simili. Et fa-
cit in ſimili, quod notat Innoc. in ca. grandi. de ſup-
18 plen. negligen. prçla. li. 6. vbi dixit, † quod tutor pupil-
li illuſtris poteſt exercere munera & libertatem, ſe-
cundùm qualitatem dignitatis pupilli. Et eleganter
probatur in l. cum plures. §. cùm tutor. verſiculo. pro
dignitate natalis. ff. de adminiſtratio. tuto. Eodẽ mo-
do dicamus in propoſito, ſi tutor, cui eſt interdicta
donatio rerum pupilli, vt in dicta l. 1. C. ſi aduer. dot.
reſtitu. poteſt donare, quando expedit dignitati pu-
pilli: eodem modo poterit curator datus ad lites obli-
gare pupillum, ſi natura litis hoc exigit.

Præterea facit ratio gloſſæ in dicta lege, cùm in
vna. §. tutor. quæ aſſignat rationem, quare eſt, quòd
tutor põt interponere authoritatẽ pupillo ad adeun-
dum, & non curator. Reſpondet ibi gloſſ. quòd tuto-
ris vſus, eſt neceſſarius in adeunda hæreditate, & iu-
bere non poteſt niſi dominus, vt l. qui fundum. §. ſi
tutor. ff. de vſucapio. pro emptore. Et eius poteſtas di-
citur violenta, vt Inſti. de tutori. §. 1. Secus etiam dicit
in curatore adulti: & ibi etiam idem vult Bar. & idem
dixit glo. in l. ſi infanti. C. de iure deliberan. Et idem
Bar. in dicta l. potuit. & idem voluit glo. in l. impube-
ri. de cura. & tutori. da. ab ijs. Iſta ratio prohibitionis
non militat in curatore dato ad litem pupillo, quo
ad obligandum pupillum in ijs, quæ ſunt de natura
& ſubſtantia litis. Non enim opus eſt, vt videat, ſicut
19 requiritur in aditione hæreditatis. Cùm ergo ſit † di-
uerſa ratio in curatore, non eſt mirum, ſi diuerſa iu-
ris diſpoſitio immineat: ergo nullo modo poteſt ar-
gumentari de tutore ad curatorem, quo ad aditionẽ
hæreditatis, allegando dictam l. fina. C. de in litem dã-
do tutore. & dict. l. cum in vna. §. tutor. Præterea dici-
tur in d. l. curatorem. de autho. tuto. curatorem im-
puberi dari poſſe. Sed ad ea, quæ iuris ſolennitatem
deſiderant, explicanda, tutore authore opus eſt: vnde
vult ille text. ſi rectè conſideretur, quòd remedium
ordinarium quoad pupillum debet interuenire, quo
ad ea, quæ ſunt de ſolennitate iuris. Sed remedium
curatoris dati ad litem, non eſt remedium ſolenne, &
regulare, ſed eſt extraordinarium & irregulare: ideò
non ſufficit ad authorandum in aditione hæredita.
Et iſta videtur ratio formalis illius text. inquantum
vult, quòd ad ea, quæ requirunt ſolennitatem, vt ex-
plicentur, requiritur authoritas tutoris, & non ſuffi-
cit authoritas curatoris. Et per conſequens apparet,
quòd in iſtis Bartolus non bene dixit in dicta l. cura-
torem. dum voluit, quòd curator ad lites, non poteſt
facere niſi ea quæ ſunt facti, & non ea, quæ ſunt iu-
ris. Et propterea Bartol. verius eſt loquutus in dicta l.
curatorem. ff. de authoritate tuto. vbi voluit, quod ea,
quę poſſunt fieri ꝑ tutorẽ in iudicio vel extra iudiciũ,
exceptis ijs, in quibus requiritur authoritas tutoris,
poſſunt fieri per talem curatorem, præter ea, quæ re-
quirunt iuris ſollẽnitatem, vt eſt aditio, in qua requi-
ritur iuſſus domini, vel quaſi, vt eſſet in tutore: & per
conſequens poterit curator ad litem. Et propter hoc
dicimus, quòd curator adulti poteſt interponere au-
thoritatem in aditione hæreditatis, vt lege, cum qui-
dam. C. de adminiſtratio. tuto. gloſſ. in l. cùm vna. §.
tutor. quia non requiritur iuſſus domini vel quaſi, vt
eſſet in tutore: & per conſequens poterit curator ad
litem, obligare pupillum ad ea, quæ ſunt de ſubſtan-
tia, & eſſe litis, & etiam quoad ea, quæ ex lite ſe-
quuntur, & quæ ipſam litem firmant. facit etiam text.
in l. fina. ff. de curato. furio. in verſiculo, ſi ad admi-
niſtrationem negotiorum geſtorum pertineat. ita eſt
in propoſito, quia cùm ad executionẽ litis pertineat
obligare pupillum. ſequit, quòd potuit curator obli-
gare pupillum in iudicio. Facit text. in dicta l. qui ha-
ber. §. ſi pupillus. vbi excipit ille text. curatorem dari
infanti ad litem: ſed pupillo dari poteſt, ſeu, vt rectiùs
dicatur, diſponit pupillo dari poſſe, ſed non infanti.
20 Sed † infans dicitur eſſe ille, qui eſt minor ſeptẽ an-
nis, vt ex text. in dicta l. qui infanti. ergo ſequitur, ꝙ
maiori ſeptem annis poterit dari curator ad litem. Si-
ue ergo ſit octo vel nouem annorum, curator dari
poteſt, quia pupillus eſt, vt nota. in dicta l. ſi infanti. Si-
21 mile dicimus de impubere: hoc † enim verbum cõ-
præhendit adultum, & minorem adulto, vt eſt text.
quem Ray. de For. reputat ſingularem, in l. ſi furioſo
puberi. ff. de curato. furio. & ibi hæc vult gloſſ. tamen
bene probatur in l. 4. §. puberi. ff. ad Carbo. facit con-
tra legem, & militi. §. iam autem. ff. de excuſ. tuto.

Et ſic apparet ex iſtis, quòd puellæ nouẽ annorum
poteſt dari curator ad litem, non habenti tutorem,
& talis curator poterit facere omnia, quæ tendunt
ad executionem litis, ſiue ex illis obligetur puella, ſi-
ue non. Et etiam poteſt dari curator ad negotia, vt
voluit Bal. in d. l. contra iura. Et ita dico & conſulo
ego Andreas de Bartholdio.

Laus Deo omnipotenti, & beatæ
virgini Mariæ.

ARGVMENTVM.

ARGVMENTVM habetur, vt in ſuperiori
conſilio, cùm ſit idem caſus, eadem materia & con-
ſultatio.

SVMMARIVM.

1 *Curator datus pupillo tutore carenti, non poteſt adi-
re hæreditatem delatam pupillo, & ſic non poteſt
quaſi contrahere.*

2 *Remedium ordinarium vbi poteſt habere locum,
ceſſat extraordinarium.*

3 *Curator ſolus ſine pupillo iudicium ſuſcipere poteſt.*

4 *Gloſſæ opinio in iudicando eſt tenenda, & ab ea
non eſt recedendum.*

5 *Tutori habituro litem cum pupillo, datur curator
ad litem.*

Conſilium

Conſilium XVII.

Alexander de Imola ad conſilium ſuperius.

REDEMPTORIS inuocato prę́ſidio. videtur prima facie dicendum, curatorē ad litem dictæ puellæ conſuli non poſſe: quia hoc reperitur ſpecialiter prouiſum tantum in caſu, in quo tutor pupilli vellet litem mouere pupillo, vel econtra, vt l. 1. & per totum titulum. C. de in litem dando tuto. §. ſi ergo. In contrarium eſt ius cōmune. l. ius ſingulare. & l. quod not. ff. de legi. c. conſtitutus. de regula. in 6. cum ſimilibus.

Et pro hoc videtur tex. ff. de authorita. tuto. l. curatorem. in fi. vbi tex. vult, quod licèt impuberi poſſit dari curator, tamen ad ea, quæ iuris ſolennitatem deſiderant, non poterit impubes cum authoritate curatoris expedire, ſed opus eſt, quòd ad illa expedienda conſtituatur tutor, cum cuius authoritate expediantur: vnde Bar. in l. curator. ff. de tutoribus & curato. da. ab ijs. declarando dictam l. curatorem. dicit, quòd ipſe arbitratur, quòd omnis actus, per quem pupillus obligaretur vel alienaret, vt eſt adire hæreditatem, per quam aditionem obligaretur, l. more. ff. de acquirenda hæredita. l. apud Iulianum. §. fin. ff. qui ex cauſis in poſſe. eatur. l. ir actus deſiderans illam iuris ſolennitatem. Ex quo infert Bar. in dicta l. curator. quòd talis curator non poſſit eſſe in iudicio, niſi quando datur ad lites, quas habiturus eſt, vel pupillo cum tutore ſuo, vt dicto §. pupillus. Poterit ergo ſecundum Bart. ſolùm, talis curator adminiſtrare, & ſeruare bona, & colligere fructus, & ſimilia, quæ ſunt facti, non autem quæ iuris ſunt. Et ſic videtur eſſe deciſum in ſpecie per Bar. quòd talis curator non poſſit eſſe in iudicio.

Tertiò, pro hoc bene facit l. cum in vna. §. tutor. ſecundùm magis communem intellectum, ff. de appellationibus. & quod notatur per gloſſam & doctores in lege, potuit. C. de iure deliberandi. & in lege, cum, quædam mulier. C. de adminiſtratione tutorum. vbi
1 patet, quod † curator datus pupillo tutore carenti, non poteſt adire hæreditatem delatam pupillo: & ſic non poteſt quaſi cōtrahere, vt dicta lege, apud Iulianum. in fine. Ergo non debet poſſe eſſe in iudicio, in quo etiam quaſi contrahitur, lege, de ætate quoq;. §. qui interrogatus reſponderit. ff. de interrogatorijs actionib. lege tertia. §. idem ſcribit, iudicati. de peculio, &c.

2 Quartò, † vbi poteſt habere locum remedium ordinarium, ceſſat extraordinarium, lege, in cauſæ cognitione. la ſecunda. in principio. ff. de minoribus vigintiquinque annis. lege, in prouinciali. §. primo. ff. de nou. operis nunciatione. lege, qui bona fide à non domino. §. de illo. ff. de damno infecto. Ergo cum poteſt etiam inuito pupillo dari tutor iure ordinario, lege, illud ſemper conſtitit. cum lege ſequenti. ff. de tutor. & curatoribus datis ab ijs, qui ius dandi habēt: & ex quibus cauſis ſpecialiter dari poſ. lege 2. ff. de tutelis. Ergo ceſſare debet extraordinaria prouiſio in curatore dando, lege, omnimodo. ff. de tutori. & curatoribus datis ab his. in verbo, quia curator non poteſt dari niſi petenti & conſentienti. lege, mutus. §. is, qui. ff. de procuratoribus. & in dicto §. ſi pupillus, verſiculo, & ſciendum. Sed impubes annorum nouem, caret conſenſu, leg. pupillus. ff. de acquirenda hæreditate. l. diem proferre. §. omnia ff. de arbi. l. 1. C. de falſa moneta. ergo &c. Sed præmiſſis non obſtantibus, cōtrariam ſententiam à iure probabiliorem ex infraſcriptis eſſe puto, & primò per legem, curatorem. & quod ibi per gloſ. & l. curator. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab ijs, quæ iura indiſtinctè permittunt impuberi curatorem dari poſſe, & hoc verum, etiam ſi tutore careat, vt ibi in gloſſa. & idem voluit gloſſa Inſtitu. de cura. furio. §. penultimo, in verbo, curatores. Secundò pro hoc eſt text. in d. l. curatorem. de authoritate tutorum. & hoc ibi in ſpecie decidit Bartolus volens talem curatorem facere poſſe in iudicio, & extra, omnia, quę fieri poſſunt per tutorem. Sed ea, quę debent per pupillum, tutore authore, expediri, illa fieri non poſſunt per talem curatorem. Hoc eſt, quod voluit ille textus ſecundùm Bartolum. Idem ponit in aditione hæreditatis, in qua non ſufficit ſolus tutor ſine pupillo, l. potuit. C. de iure deliberandi, l. pupillus. ff. de acquirenda hæreditate. ita exemplifi-
3 cat gloſſa in dicta l. curatorem. Sed ita eſt, quòd † ſolus curator ſine pupillo iudicium ſuſcipere poteſt, vt l. 1. §. ſufficit. & ibi gloſſa & docto. ff. de adminiſtratione tutorum. l. 4. C. de procuratoribus. not. per Innocentium in c. accedens. in fi. de procur. ergo Bartol. in terminis decidit quæſtionem noſtram in dicta lege, curatorem. iuncta declaratione prædicta. hæc ſunt de mente gloſ. in d. l. curatorem. de authoritate tutorum. dum intelligit illam l. in curatore dato ad litem. & procedit illa lex, ſiue pupillus habeat tutorem, ſiue non, vt ibi nota. Ergo ſi non habet tutorem, intelligetur de neceſſitate ad litem, quam cum alio habiturus ſit. Tertio, pro hoc eſt gloſſa in l. qui habet. §. finali, in verbo, talem. ff. de tutel. vbi gloſſa iuncto textu præſupponit dari ſibi curatorem poſſe ad litem vertentem tam inter pupillum & tutorem, quàm inter pupillum & alium.

Idem ſentit ibi gloſſa ſequens: idem fuit de mente gloſſæ in l. ait prętor. §. permittitur. in verbo, petendos. ff. de minor. referendo gloſſam ad textum, ipſa-
4 met gloſſa referre videtur. & † ab opinione gloſſæ in iudicando minimè recedendum eſt, vt notat Iacobus Butrigarius in l. 1. in fi. C. qui pro ſua iuriſd. 1. ta prima opinione. C. de actionibus & obligationibus. & Baldus in l. 1. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. & Baldus in l. finali. C. de re iudi. cum ſimilibus.

Quartò, pro hoc allego textum in l. 1. §. ſi curator impuberi. ff. de eo, qui pro tutore. cum deciſione Baldi ibi dicentis illum textum eſſe valde menti tenendum. & ad ea quæ notat in dicta l. curator. & in dicta l. curatorem. Nā dicit Baldus non eſſe dubium, quod ad lites impubes poteſt habere curatorem, vt dicta lege. qui habet. ſed ad negotia & contractus erat dubium: & hoc decidit Bartolus, & dicit, quòd hoc nō eſt alibi: & ſic vult ibi Baldus, quod etiam ad iudicia & contractus poteſt dari impuberi: & ſic contra id quod ſenſit Bartolus in l. curator. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab ijs.

Quintò, probatur ratione indiſſolubili, vt mihi vi-
5 detur: Nam negari non † poteſt, quòd pupillo litem habituro cum tutore poteſt dari curator, vt in iuribus ſupra allegatis: ergo patet, quòd eſſe in iudicio non eſt de illis actibus requirentibus iuris ſolennitatem antedictam curatori impuberis, ſed ſolùm tutori cum pupillo permiſſus, de quibus loquitur textus in præallegata lege, curatorem. de authoritate tutorum. Quod probatur, quia eſſe in iudicio eſſet de illis actibus requirentibus illam iuris ſolēnitatem. ſequeretur quod pupillo litem habituro cum tutore ſuo non poſſet dari curator ad litem, ſed ad alium actum ſpecialem, ſeu ad illam litem eſſet dandus tutor, qui dari debet ad illos actus ſpeciales, qui dictam iuris ſolennitatem deſiderant, d. lege, cum in vna. §. tutor in aditionem hæreditatis. quia eſt de actibus requirentibus illam iuris ſolennitatem, de qua loquitur textus in d. l. curatorem. & ibi non datur impuberi tutor.

Et nec obſtat illud, ſi diceretur eſſe verum, quando impubes

impubes haberet curatorem, & non tutorem. Nam tunc poteſt dari tutor ad adeundam hæreditatem. dico, quòd idem iuris eſt in pupillo habente tutorem etiam generalem: quia ſi cum eo expedire non poteſt hæreditatis aditionem, vt quia tutor prætendat hæreditatem illam ad ſe pertinere: Nam dabitur alius tutor ſpecialis ad illum actum aditionis hæreditatis, vt eſt tex. ſecundùm vltimam lecturam gloſ. in l. finali. C. de libe. datis.

Ergo eodem modo ſi aſſumemus iudicia pro pu-
6 pillo litigaturo † cum tutore, eſſet de actibus requirentibus dictam iuris ſolennitatem. cùm tutor, qui ſit litem habiturus cum pupillo, non ſit idoneus pro ſumenda defenſione in eadem lite, debuiſſet dari alius curator: bene facit l. impuberi. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab ijs. & quod notat Bartol. in lege, ſi hæreditas. & in l. nemo. ff. de author. tutorum. & in dicta l. cum in vna. §. tutor. in fine. & Bal. in l. certarum. ff. de milita. teſtamento.

Ergo patet, quòd ſuſcipere iudicium, non eſt de ijs, quæ curatori impuberis interdicuntur.

Sextò hæc in terminis decidit Bald. in capitulo primo, de vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij regis beneficium alienauit. in penul. collatione, vbi apertè firmat ad lites, quas habiturus eſt cum creditoribus impuberis, ipſi maiori infanti dari poſſe curatorem: licèt ſi eſſet infans, eſſet dubium: de quo ibi diſputat Baldus. Et idem ſentit Specul. in tit. de procura. §. vt autem. circa principium.

Septimò, pro hoc eſt tex. Inſtit. de curato. §. 2. ibi dum dicit, curator enim & ad certam litem dari poteſt. & in l. vniuerſis. C. qui da. tu. poſſ. & in l. & ſi ad ſpecies. cum ibi not. ff. rem pupil. ſal. fore. Accedat gl. in l. fin. §. ſin autem in ſecundo. iuncto textu, C. de bonis quæ liberis. in verbo, hæreditati. quem Bald. ibi dicit eſſe elegantem ad hoc, videlicet quòd dari poſſit curator ſingulariter ad vnam litem, & ad vnam rẽ ſingularẽ: & loquitur tex. ille cum gloſ. in quocunq; maiore infante. facit l. necnon. & l. ſequens. ff. de tuto. & cura. datis ab ijs.

Octauò, pro hoc videtur tex. in c. fina. de iudi. in 6. vbi minor quatuordecim annis, non habenti tutorem, ſi ſibi lis inferatur, vel ipſe alijs litem mouerit, datur indiſtinctè curator ad litem, non habita diſtinctione, an ſit lis cum tutore vel cum alio. Hoc etiam expreſsè decidit Archid. & Ioan. And. in nouella, vbi quærunt, quid ſi pupillus habeat cauſam cum tutore? Reſpondent, quod ſiue pupillus agat contra tutorem, ſiue conueniatur ab eo, dabitur pupillo ius tantùm petenti: allegat dictam legem, qui habet. §. ſi pupillus. & §. denique. Si vero pupillus agat contra alium, cogitur pupillus obligare curatorem, & nominare illum, vel illam, & ſibi dabitur curator ad litem, dicta l. qui habet. §. item caſus. & ibi nota. & iſto caſu parificantur puberi, cui inuito datur curator ad litem, Inſti. de curato. §. incerti. & l. 1. C. qui pe. tut. & ita reſident Archid. & Ioan. And. in præallegato c. fi. & cum eis ibi tranſeunt communiter alij ſcribentes. Nec obſtat, ſi diceretur, quod text. in dicto capitulo finali, loquitur in ſpecialibus: quia reſpondeo, quòd non per hoc ſequitur, quòd ſit ibi inductum hoc ſpeciale in ſpecialibus, vt ex prædictis clare liquet. Ad allegata in contrarium reſpondeo primò, non obſtare, quòd ſit ſpeciale, quando pupillus ſit litem habiturus cum tutore. Pro hoc enim facit & eſt ius commune, & vtrobique eſt eadem ratio, vt ex pluribus probatum extitit. Secundo, non obſtat dicta l. curatorem. de au. ro. tuto. quia reſponſio patet ex ijs, quæ ſupra dixi in ſecundo & in quinto antecedenti huius vltimæ partis: quia ille text. in fine intelligitur de ijs, quæ expediri non poſſunt per tutorem ſine pupillo, vt eſt in aditione hæreditatis.

Sed aſſumptio iudicis poteſt per ſolum tutorẽ vel curatorem aſſumi: vel loquitur ille text. in curatore ſimpliciter vel generaliter dato. Secus, ſi ad certam litem, quia hoc fieri poteſt, & in iudicio talis curator adeſſe poterit, vt ibi in gloſ. & probant iura, rationes & autoritates ſuprà allegata. Et eodem modo reſpõdeo ad nota. per Bar. in dicta l. curator. aliàs enim aut Bar. eſſet ſibi contrarius inſpectis ijs, quæ ipſe notat in l. curatorẽ. Aut malè locutus eſſet Bart. in d. l. curator. & cõtra rõnes & authoritates ſuperius allegatas.

Tertiò, non obſtat lex, cum in vna. §. tutor. de appellatio. quia reſpondeo, vt dixi in ſecundo argumẽto vltimæ partis, ſcilicet, ꝙ ibi in actu, qui requirit iuris ſolennitatem, id eſt, qui non poteſt expediri per illum adminiſtratorem.

Quartò non obſtat, ꝙ ceſſare debet extraordinarium remedium: quia negatur, ꝙ dare curatorem impuberi tutore carenti, ſit remedium extraordinarium, adeò quòd ceſſare debeat, vbi dari poteſt tutor, vt probatur in dicta l. curator. cum gloſſa, & in dicta lege, curatorem. & in præallegata l. cum in vna. §. tutor. de appellationibus. cum ſimilibus. Vltimò non obſtat, quod curator non niſi conſentienti datur, & pupillus caret conſenſu, &c. Quia reſpondeo, quòd ſoli infanti prohibetur iudex dare curatorem: ſed pupillo, qui exceſſit infantiam; dari poteſt, ſi impubes petat: igitur cogitur petere & eligere, dicta lege, qui non habet. §. item Caſſius. & ibi nota. & habetur in dicto c. fin. Ex quibus firma dicitur concluſio, quòd dicto impuberi curator ad litem conſtitui potuit. Et ita, vt ſuprà, & dico & conſulo ego Alex. de Taringinis de Imola. Laus Deo omnipotenti.

ARGVMENTVM.

CANONICVS ſeu clericus abſens in ſtudio de licentia ſui epiſcopi, an debeat habere fructus, qui diuiduntur ſeu percipiuntur per præſentes in eccleſia aſſiſtentes: & abſens in ſtudio generali, an debeat reputari vt præſens.

SVMMARIVM.

1 *Abſens in ſtudio generali, non dicitur abſens.*

2 *Clericus, qui vadit ad ſtudium, quando eſt in ſtudio, videtur reſidere in eccleſia ſua, & tanquam reſidens debet habere fructus beneficiorum ſuorum.*

3 *Legatum fundi factum cum his, quæ in eo ſunt, cenſetur relictus etiam ſeruus, qui ibi eſſe conſueuit. Vnde ſi dictus ſeruus eſt in ſtudio, debetur, quia habetur pro præſente.*

4 *Diſtributiones quotidianæ, quæ dantur clericis ſeruientibus immediatè eccleſiæ, & qui non ſeruit ea habere non debet: clerico tamen in ſtudio exiſtenti debentur, cùm exiſtens in ſtudio præſens reputetur.*

5 *Literatis viris eccleſia maximè indiget.*

6 *Collatio beneficij facta illiterato, eſt ipſo iure nulla: in tantum eccleſia adhorret illiteratos: & ſi fiat homicidæ, non eſt ipſo iure nulla.*

7 *Studentibus priuilegia data ſuper perceptione fru-*
ctuum in abſentia, an intelligatur ſolùm de ſtudentibus in ſacra pagina.
8 *Eccleſia vniuerſalis non poteſt ſufficienti ordine regi ſine iure canonico.*
9 *Canoniſta cæteris paribus an præferendus ſit theologo, vbi non ſunt multi hæretici.*
10 *Notarius ſimpliciter rogatus, intelligitur rogatus, quòd apponat clauſulas conſuetas.*
11 *Conceſſo vno, videtur omne illud conceſſum, ſine quo illa conceſsio expediri non valet.*
12 *Priuilegium cùm ſit ſtricti iuris, an ex identitate rationis poſsit extendi.*
13 *Omiſſum nõ uidetur quòd eadẽ ratione includitur.*
14 *Conſtitutio etiam odioſa, ſi concernit fauorem reipublicæ, extenditur ad ſimilem caſum.*
15 *Conſtitutio, quæ continet fauorem animarum, extenditur ad caſum ſimilem, quamuis aliàs ſit ſtrictè interpretanda.*
16 *Statuto derogatur per inobedientiam: & per non vſum dicitur ſublatum.*

Conſilium XVIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Stante conſuetudine in eccleſia Concordienſi, quòd vltra præbẽdas canonicorum diſtinctas capitulum habet aliqua bona, quorum fructus in fine anni diuiduntur inter præſentes: dubitatur, vtrum venerabilis vir dominus Franciſcus ſtudens iuris canonici, & abſens de licentia epiſcopi, vt ſtet in ſtudio generali, debeat habere portionem ſuam, & reputari tanquam præſens in ijs bonis, quæ dicuntur de menſa & capitulo? Et in hoc, omiſſis non neceſſarijs, breuiter concludam quòd ſic, reſpondendo poſtmodum quibuſdam obiectis, quæ ſibi fiunt per alios canonicos. Et pro fundamen-
1 to præmitto, quòd † qui ſtudet, & ſtudij cauſa abeſt, abeſ-
2 ſe non dicitur, l. quæſitum. in prin. ff. de le. 3. Vnde † in-
fert ibi Bart. quòd clericus, qui vadit ad ſtudium, videtur reſidere in eccleſia ſua: & ideò tanquam reſidens debet habere fructus beneficiorum. Allegat not. in c. relatum. de cleri. non reſiden. Et ideò dicit tex. in l. ſæpe.
3 §. Pamphila. ff. de fide inſtr. quòd ſi † legatur fundus
cum ijs, quæ in ea ſunt, cẽſetur etiam relictus ſeruus, qui conſueuit ibi eſſe: ſed cùm eſt abſens cauſa ſtudij, reputatur præſens. Et dicit Bald. in l. qui ſub præ-
4 textu. † verſi. quæro ergo an clericus. C. de ſacroſ. ec-
cle. quod quædam ſunt, quæ conferuntur clericis immediate propter ſeruitium eccleſiæ, quòd ille, qui nõ ſeruit, non debet eam habere, vt ibi: tamen qui eſt in ſtudio, dicitur ſeruire eccleſiæ, quia ſtudet, ut poſteà melius ſeruiat, ar. l. diuortio. §. non ſolum. ff. ſol. matr. Et ratio horum eſt, quia clericus abſens pro utilitate eccleſiæ ſuæ reputatur præſens, c. ex parte. & c. ad au-
5 dientiam. Sed eccleſia † indiget permaximè uiris li-
teratis, dicit tex. in c. cum ex eo. de elec. in 6. & ſupplet ibi Io. Mo. non aſinis ferratis. & hodie nedum ad epiſcopatus, ſed uix ad præbendas requiruntur literati, dicit tex. in cap. venerabilis. de præben. Intantum au-
6 tem abhorret eccleſia illiteratos, ut collatio † benefi-
cij facta illiterato, ſit ipſo iure nulla. Sed ſi fieret homicidæ, non eſſet ſtatim nulla, ſecundùm Innoc. in c. cùm noſtris. de conceſ. præben. Et eſt contra illos, qui dubitant propter ſcientiam non inflari, omittunt ſtudium, Dixit Dominus Oſeæ 4. c. Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris. & habetur in c. omnes pſallentes. 38. diſt. facit tex. in c. quæ mentibus. 1. q. 7. & in Authen. de ſan. epiſc. §. damus. & in c. 1. 36. diſtin. & in cap. viliſſimus. 1. q. 1. & in c. cõgregato. & in c. cùm in cunctis. de elect. & in cap. fi. de ætа. & quali. lib. 6. & c. fi. eo. tit. & in ca. niſi in antiquis. & in c. niſi cum pridem. §. propter defectum. de renuntia. & in cap. Florentinum 85. diſtinct. Et ideò videtur cautum eſſe, vt clericus abſens cauſa ſtudij percipiat fructus, quos percipient præſentes, c. tuæ. de cleri. non reſidẽ. & c. fi. de inge. & ibi redduntur rationes in tex. Ad idem c. 2. de priuileg. in 6. & c. cùm ex eo. de elect. eo. lib. Et vbique tractant doct. citato Oldra. conſilio 220. & Federi. de Senis. 239.

Modò ijs præmiſſis, probo concluſionem, quam ſuprà poſui, quòd Dominus Franciſcus debeat habere portionem in ijs bonis: & adduco gloſſ. quæ hoc determinat in c. vnico, in glo. fin. vbi plus dico, de cleri. non reſid. lib. 6. quæ dicit, quòd prohibitus petere diſtributiones quotidianas, non prohibetur petere bona, quæ vltra præbendas dicuntur de menſa graſſa, quæ non ſunt præbendæ, nec diſtributiones quotidianæ, & tales ſunt iſtæ, vnde arguitur ſic: Iſta bona dantur canonicis reſidentibus, nec diuiduntur diuinis non intereſſentibus: ſed iſte æquiparatur reſidentibus, vt in iuribus præallegatis: ergo illos habebit, quia tales abſentes integrè percipiunt fructus, exceptis ſolùm quotidianis diſtributionibus, capitulo, licet, de præbend. Et do. Abbas Siculus ibi determinat caſum iſtum, dicens formaliter quaſi in fine, quòd ſi vltra præbendas diſtinctas capitulum habet aliqua bona, quorum fructus in fine anni diuidit inter præſentes, debet ſtudens habere partem ſuam: quia habetur pro præſente in fauorẽ ſtudij. Illi enim fructus non ſunt conditionati, ſicut diſtributiones quotidianæ: quia iſtæ requirunt, quòd recepturi eas interſint diuinis. Ita dicit ipſe allegando docto. in ca. tuæ. de cle. non reſid. Et iſta ſufficiunt ad iuſtificandum petitionem domini Franciſci. Modò reſpondeo quibuſdam obiectis, quæ ad hoc fieri poſſent. Et ſi diceretur, iſta procederent ſolùm in ſtudentibus in theologica facultate, vt dicit tex. in cap. fi. de magiſt. & glo. fina. & ibi Ioan. And. in dicto ca. 2. de priuileg. in 6. & ibi Domi. in fine. & Ioan. de Imol in cap. tuæ, de cler. non reſid. poſt Io. And. ibi, & Hoſtien in ſum-
7 ma, de magiſt. §. fi. dicentes, quòd † priuilegia data ſtu-
dentibus ſuper perceptione fructuum in abſentia intelliguntur ſolùm de ſtudentibus in ſacra pagina. Reſpondeo, quòd imò communis opinio eſt in contrarium, per optimas rationes: & ita tenet Archi. in dicto cap. 2. & refert iſta tenuiſſe Hug. Gof. & Lap. in c. de quibuſdam 37. diſt. Idem tenet Archi. & Domi. de ſancto Geminiano in dicto cap. de quibuſdam. & do. Anto. & do. Abb. & Imol. in d. ca fi. & do. Abb. in d. c. tuæ. de cleri non reſiden. & in c. licet. de præbend. Et eſt de mente Bal. in d. l. qui ſub prætextu. & idem do. Anto. in d. c. tuæ. quia iura in hac materia loquentia, iam non dixerunt ita expreſsè de iure canonico: quia tempore illarum compilationum nõ creuerat ſcientia iuris canonici in tantum augmẽtum. Sed ho-
8 die eccleſia † vniuerſalis non poſſet ſufficienti ordine
regi ſine iure canonico, in ca. 1. de conſang. & affini. vbi dicunt Hoſtien. do. Ant. & do. Abb. quod cæteris
9 paribus præfertur † in prælatura Canoniſta theolo-
go, vbi non ſunt multi hæretici: & iſti promouent vtilitatẽ eccleſiæ vniuerſalis, ſecũdum quod dicit tex. in

d.c.cùm ex eo. Nam ſcientia iuris Canonici tendit de directo ad regimē animarum. Præterea vniuerſi prælati ſciunt, quod clerici abſentes dant vt plurimùm operam iuri Canonico. Et ideò licentia, quam ipſi dant ſimpliciter, videtur referri ad conſuetudinem vniuerſalē: facit l.fi. & quod ibi not. Bal.ff.de fideiuſ. quod notarius
10 †ſimpliciter rogatus, intelligitur rogatus, quod apponat clauſulas ſolitas apponi ex conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, capitulo, cùm dilectus filius Gu.de cōſuet. Interpretatur & extendit priuilegium iuris, etiam ad ſtudentes in iure canonico. Item conſuetudines & conſtitutiones canonicæ præcipiunt legi in ſtudijs publicis, & diriguntur ſcholaribus, vt patet in procemio decre. ſexti, & clementinæ & non diriguntur laicis: ergo clericis. Modò uno cōceſſo,
11 †cēſentur conceſſa omnia, ſine quibus illud commodè expediri nō pōt, c.præterea.cu ſimi.de offi.dele l.legatum.& l ad eē mobilem.ff.de procura.ergo conceſſo clericis, vt vtantur decretalibus in ſcholis, & in iudicijs, vr etiam conceſſum ut excuſentur à reſidentia, alias commodè non poſſent operam dare iuri. Itē gl. in verbo, ſententiæ in d.c.cum ex eo.præſupponit, quod licentientur clerici pro ſcientia iuris canonici. In vno iñ differunt ſtudentes in theologia, ab ijs, ſecundum Domi.de San.Gemi.in d.c de quibuſdam. quia ſi eſſet conſuetudo in genere, quod non percipiant fructus, non valebit, per dictum capitulum fin.ſecus ſi ſtudēt in iure canonico, quia valebit. Item notādum, quòd omnia iura, quæ loquuntur in hac materia, loquuntur de abſentibus cauſa ſtudij, & nō ſpecificant facultatem, vel ſcientiam: ergo cùm per alia iura arctentur clerici ad cognitionem canonum, per dictum capitulum primum, de conſan. & affi.ibi.ſtatuta canonum non ignoret. Et ſi diceretur priuilegium, cùm ſit
12 †ſtricti iuris, non debet extendi ex identitate rationis ad alias perſonas, quàm cōprehenſas, licèt ſit in corpore iuris clauſum, vt patet ex notatis per glo. in d.c. conſtitutionem.de regulari.in 6 & in c.vt eccleſia.de electio.eod.tit. Reſpondeo, quòd iſta extenſio paſſiua, quæ fit à iure, & ſic permiſſa, iuxta not. in l.ſi quis ſeruo.C.de furtis. vbi Bal.allegat & declarat glo.in d. ca. conſtitutionem. imò iſta non eſt prima extenſio, quia caſus iſte includatur in expreſſo, vt notat glo.in cap.1.in verſic.Italiæ. de tempo.ordina.in 6.facit lex, ijs ſolis. vbi ſatis tacitè cautum puta. C. de reuocan. donatio. & ille text.eſt melior de corpore iuris, ſecundum Bald in rub.C.de nautico fœnore. per quem dicit etiam Bald. in l. per diuerſas. in 3. col. C. manda.
13 quòd non videtur † omiſſum, quòd eadem ratione includatur. Modo videtur eadem ratio in iure canonico, quæ in theologia: quia illa eſt commodata prędicatoribus, qui hodie ſplendent in eccleſia Dei, & (vt inquit tex. in c.inter cætera. de offi. ordi.) prælati hodie non vtuntur officio prædicationis, ſed per religioſos id expediunt, vt liberius incumbant regimini animarum: ergo qua ratione priuilegiarentur in theologia, eadem ratione debent priuilegiari in iure cano
14 nico. Præterea aliter reſponderi poteſt: †Conſtitutio etiam odioſa, ſi concernit fauorem Reipublicæ, extenditur ad ſimilē caſum, vt eſt doctrina domini Bar. in l.2.§.exercitus.in fine per illum text.ff.de iis, qui notantur infamia. & in l.ſi conſtante in 9.quæſtione primæ partis, cum alijs concordan. ff.ſoluto matrimonio. Sed conſtitutio ca.ſuper ſpecula, de ingenu. eſt edita in fauorē publicum clericorum & eccleſiæ catholicæ, vt ibi dicit litera. Ergo ſi ſit eadē ratio in caſu non expreſſo, extendetur. Sed hic eſt maior, teſte Hoſtien.in d.c.1. de cōſanguinitate & affinitate. quia magis indigent prælati iure canonico, quàm theologia: ergo &c. Præterea, omnia iſta tendunt ad fauorem animarum regendarum, vt per doctos & litteratos, non per pecudes vel griffones regantur. Modò
15 †conſtitutio, quamuis aliàs ſtrictè interpretanda ſit, ſi continet fauorem animarum, extenditur ad caſum ſimilem, ſecundùm Io. And. & do. Ant. & do. Abb. in c.ex tenore. qui filij ſint legitimi. & Domi.in c.pro humani.de homi.in 6.& Bart.in authen.ſacramenta puberum.eum concor.C.ſi aduer.vendit.ſenrit glo.fi.& ibi Domi in c.ſciant cuncti.de elect.in 6. Non obſtat, quòd olim in eccleſia Concordienſi fuit ſtatutum, quod iſta bona, quæ in fine anni diuiduntur inter canonicos, diſtribuerentur, ſicut diſtributiones quotidianę: quia reſpondetur, quòd facto receſſerunt à dicto ſtatuto, quia nō detrahunt de iſtis penſionem aliquam nō intereſſenti diuinis, ſed aliter eos mulctat. Et ideò neque re, neque nomine appellātur amplius diſtribu
16 tiones quotidianæ. & tale ſtatutū †tanquam ſit et derogatum per non obſeruantiā non eſt allegandum; & per nō vſum eſt ſublatum, vt in §. hæc & ſi legibus. 4.diſtinct.not. glo.maior in fi.in c.1. de treu. & pace. & Io. And.& do.Ant. & Innoc.in c.accedentibus. de priui.& Barto.in ſimili in l.1. ff.de nundinis. per illum tex.& glo.& Archi.25.q.2. in ſumma. Et Io. And. & Io.de Ligna.& Domi.in c.fi.de cōſue.in 6.& omnes, maxime do. Abb.in c.cum acceſſiſſent.de cōſti. Nec dicatur, quòd non ſit conſuetudo in dicta eccleſia de dandis iſtis redditibus abſentibus: quia imò probatur hoc multoties fuiſſe factum quibuſdā abſentibus ex cauſa temporali, non duratura, nec vniuerſaliter vtili, puta pro abſentibus cum epiſcopo, vel pro expediēdis negotijs eccleſiæ: multò ergo fortius hic, vbi cauſa eſt vtilis vniuerſæ eccleſiæ, & duratura viuentibus doctis. Nec expeditet inſiſtere, vtrum valeat conſuetudo, quod abſens percipiat fructus: quia doct. loquuntur in abſente continuò ex alia cauſa propria, & ſeruiente per vicarium. Sed iſte caſus eſt de abſentia à iure priuilegiata. Ex quibus breuiter ſine vlteriori poſitione concludo, quòd præfatus dominus Frāciſcus debet habere dictos fructus mēſæ, non obſtantibus ijs, quæ ſibi friuolè obijciuntur, per præmiſſa. Et ita videtur mihi Felino Sandæo iuris vtriuſque doctori perexiguo, Decretales publicè legenti Ferrariæ, alterius rectius ſentientis ſemper ſaluo conſilio, & ſigillo meo muniri iuſſi, &c. Laus Deo omnipotēti.

ARGVMENTVM.

MATRIMONIVM ſeu ſponſalia an probentur per ſolam confeſſionē mulieris & viri, qui dicunt ſe contraxiſſe inuicem: & nùm ſit opus alijs teſtationibus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsioni ſponſæ & ſponſi pro matrimonio inter eos, ſtandum eſt.*

2 *Iudex pro matrimonio an debeat pronuntiare abſque alia probatione ſubtilius requirenda.*

3 *Colloquia mutua inter ſponſum & ſponſam habita, licèt directè non concludant expreſsè contractum ſponſalitiorum, cauſant tamen naturalem præſumptionem matrimonij.*

4 *Confeſsio extraiudicialis non valet, nec obligat.*

5 *Matrimonij præſumptio inducitur, cùm vir nominat aliquam mulierem ſuam ſponſam, aut vxorem.*

6 *Confeſsio facta in iudicio, aut extra iudicium, non differunt ad probationem, niſi in criminalibus.*
7 *Confeſsio geminata, facit plenam fidē, etiam ubicunque etiam extra iudicium ſit facta.*
8 *Matrimonij fauore relaxantur multi rigores iuris, qui aliàs requiruntur.*

Conſilium XIX.

DIRIGE Domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ. Quòd ex parte
Paulæ de Magnauacha, ſit probatū
ſufficienter de matrimonio inter ip-
ſam & Antonium de Begacatis, pro-
bat principaliter: quia apparet de cō-
feſſione eorum, qui confitentur ſe contraxiſſe matri-
monium: & ideò illa confeſſio facit apparere de mr̄i-
monio, & ipſum ratificari, iuxta cap. 2. de clandeſtina
1 deſponſatio. Et φ ſtetur † cōfeſſioni eorum pro mr̄i-
monio not. doct. pręcipue do. Abb. in ca. ſuper eo. de
eo, qui cog. cōſan. vx. ſuæ. & Hoſt. & Io. And. in c. atte
ſtationes. de deſpō. imp. & do. Abb. in c. duo pueri. eo.
tit. & iſta confeſſio Antonij cauſat notorium mr̄imo
nium, vt traditur in c. fi. de cohabitatione clericorum
& mulierum. & in l. vnica. C. de confeſſis. & in ca per
inquiſitionē. de electio. & in ca. per tuas. de probatio.
& in l. generaliter. C. de non numerata pecu. & in ca.
in quē. a. q. t & in c. fi. de confeſſis. & in c. ex literis. de
2 diuort. cum ſi. Et ideò † in hac cauſa pōt Iudex liberè
pronuntiare pro matrimonio abſque alia probatio-
ne ſubtilius requirenda, iuxta not. in clem. diſpendio-
ſam. de indi. & in clementina, ſępe. de verborum ſigni
ficatione. & maxime, quia conſtat de copula inter
3 eos: vnde mutua colloquia † inter eos habita, etiam ſi
non cōcluderent directè & expreſsè contractum ſpō
ſaliorum, cauſant tn̄ naturalē præſumptionē mr̄imo
nij, vt in c. is, qui fidem. de ſponſa. cum materia.
Et ſi quis opponeret, dicendo, φ non conſtat de
confeſſione iudicialiter facta, imò Antonius in iudi-
cio negauit: ergo non eſt probata intentio mulieris:
4 quia confeſſio † facta extraiudicialiter, nō obligat, vt
traditur in d. c. fi. de cōfeſ. & in c. ſi cautio. de fi. inſtru.
& in c. quàm ſit. de exceſſib. prælat. & in c. per inquiſi-
tionē. prælleg. & in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de
5 confeſ. & in c. de hoc. de ſym. † Reſpondeo & pręmit-
to, φ per teſtes plures probatur ipſum Antonium af-
firmaſſe ſæpius ipſam eſſe vxorem ſuam: Et ideò hoc
inducit præſumptionem matrimonij, vt in c. illud. de
præſump. & nominauit eam vt vxorem: quæ nomina
tio idem operatur, vt ibi, per c. per tuas. de probatio. &
in c. tranſiuiſſe. qui fi. ſint legit. Præterea probatur per
duos teſtes, Bernardinum & Hieronymum de Brādu
ſijs, quibus dixit ſeparatim hāc eſſe vxorem ſuam. Et
iſta confeſſio eſt valde notāter ſufficiens. Nec differt,
6 † an fuerit facta in iudicio, vel extra: quia in ciuilibus
non fit iſta differentia, ſed ſolùm in criminalibus, vt
not. Inno. in c. plerique. de immu. eccle. in verſi. nam
etiamſi &c. & per doct. in ca. fi. de confeſ. facit l. cum
de indebito §. fi. ff. de probationibus. & l. Publia. §. fi.
ff. depoſiti. Et maximè, quia eſt confeſſio non indu-
cens nouam obligationem, ſed declarans inductam:
quia talis declaratio non requirit iudicis vel partis
præſentiam, ſecundum Imo. in d. c. ſi cautio. in prima
fallentia, per nota. in l. fi. ff. de interroga. actio. & in l.
Pomponius ſcribit. §. negotium. & l. Neſennius. ff. de
neg. geſt. Et in hijs, quæ dependent ex ſola voluntate
confitentis, vt not. Bart. in l. ſi quis decedens. §. codi-
cillis. de leg. 2. & in l. nuda ratio. ff. de dona. & in l. cer-
tum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſis. & Bal. in l. gene-
raliter. in 6. q. C. de non nume. pecu. & Salice. in l. vni-
ca, in 19. oppo. C. de confeſ. & do. Anto. in c. cùm dile
ctus. ante penulti. col. de ſucceſ. ab inteſt. Et do. Abb.
in ca. fi. in 2. col. de confeſ. Præterea iſta confeſſio fuit
7 geminata, quibus † dixit ſe eſſe maritum. Ideò iſta ge-
minatio præbet plenam fidem iudici ex hac cōfeſſio-
ne, vbicunque ſit facta, vt probat Bar. in l. cùm ſumus.
per illum tex. cum gl. C. de agri. & cenſit. lib. 11. Et ſe-
quitur Pau. de Caſt. in l. Publia. §. fi. ff. depoſiti. & Lud.
Ro. in l. nuda ratio. in princ. ff. de donatio. & in l. ſi ve-
8 rò. §. de viro. in 31. fallent. ff. ſolut. matr. Et ideò † atten
to, quòd fauore matrimonij relaxantur multi rigo-
res, qui aliàs in probationibus requiruntur, vt tradi-
tur in capi. lator. & in capit. conſanguinei. de re iudic.
& per doct. & maximè do. Abb. in c. ſicut ex literis. de
ſpon. cum multis ſimilibus. videtur pro certo, φ iudi-
caturus in hac cauſa poſſit ex diuerſis informare ani
mi ſui motum, iuxta c. iudicantem 30. q. 5. & ca. cùm
ad ſedem. de reſti. ſpoliato. Et conſidera uerba & fa-
cta iſtius Antonij, & Deo authore pronuntia matri-
monium eſſe inter partes.

Et ita dico & conſulo ego Felinus Sandęus, Iuris
vtriuſque doctor minimus, decretales publicè legens
Ferrariæ, & hoc manu propria ſcripſi, & ſigillum ap-
poſui. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

HYPOTHECAM anteriorem prætendens in bonis ſtabilibus, an per ſubſequentem renuntiationem de dictis bonis intelligatur renuntiatum priori hypothecæ, & actio ſit extincta, attenta renuntiatione & acceptata per ipſum habentem dictam anteriorem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota, conductor, & liuellarius, & ſimiles renuntiantes domino, eo non conſentiente, non cōſequuntur liberationem: ſecus quando dominus conſentit, quia tunc communi conſenſu conſequuntur liberationem, et omnis obligatio ſublata cenſetur.*
2 *Obligatio ſemel extincta, amplius non reuiuiſcit.*
3 *Hypotheca ſicut nudo conſenſu contrahitur, ita nudo conſenſu diſſoluitur.*
4 *Hypotheca ſoluitur, cùm alienantur bona per eū, ſuper quibus habet dictam hypothecam.*
5 *Hypotheca præcedens extinguitur per nouationē, & inducitur liberatio.*
6 *Hypotheca ſoluitur & liberatur per præſtationem fideiuſſoris, & quomodocunque ſit ſatisfactum creditori.*
7 *Liberatio de una obligatione facta alicui, aut de una re in uno inſtrumento, non intelligitur facta de alijs, ſed ſibi ea reſeruaſſe.*
8 *Obligatio limitata, limitatum producit effectum.*
9 *Dotis cauſa eſt fauorabilis, & in dubio pro dote iudicandum eſt.*

Conſilium XX.

Iſtud eſt conſilium Philippi de Peruſio, cum ſub-ſcriptione Felini.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Excellentiſſime doctor domine vicarie, licèt Baldezar & ſui authores potuiſſent prætendere hypothecam anteriorẽ, tamen in præſentiarum talis hypotheca fuit, & eſt extincta: & hoc pluribus medijs demonſtratur. Primò per renuntiationẽ acceptatam per ipſum Baldezarem, prout conſtat in publico inſtrumento, in quo dictus Ioannes debitor nomine ſuo, & ſuorum fratrum renuntiauit in manibus dicti Baldezari ſtipulantis & recipientis pro ſe & ſuis hæredibus dictæ inueſtituræ, virtute cuius erat conſtituta hypotheca dicta ipſo Baldezaro dictam renun-
1 tiationem acceptante, & conſentiente: licèt † enim cõductor, liuellarius, emphyteota, & huiuſmodi perſonæ renuntiando non conſentiente dño non conſequantur liberationem: tamẽ volente dño, acceptante & conſentiente, abſque dubio inducitur liberatio prioris obligationis, c. 1. de vaſal. qui contra cõſtitu. Loth. per glo. ordin. in c. fi. de capita. qui curi. ven. per Specula. in titu. de loca. §. nunc aliqua. 28. quæſt. Domino enim acceptãte renuntiationẽ, cenſetur tunc communi conſenſu diſſoluta omnis obligatio præcedens, & ab ipſa inducta liberatio. l. ſicut. C. de actio. & obligatio. l. ab emptione. ff. de pact. & per glo. & Specu. vt ſuprà.

Conſequenter omnis præcedẽs obligatio ſublata fuit per liberationem prædictam ſubſequenter, vnde amplius non datur regreſſus, l. ſi quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædi. edicto. l. Pomponius. ff. de nego. geſt. Et
2 † quia obligatio ſemel extincta, amplius non reuiuiſcit. l. qui res. §. arcam. ff. de ſolutio. Sit ergo primum fundamentum, ꝙ renuntiatione conſentiente domino fuerit inducta liberatio, conſequenter hypotheca ſublata, l. itẽ liberatur. in principio. ff. qui. modis pig. vel hypo. ſolu. ibi, vel ſi qua ratione obligatio finita ſit. Et hoc ſolum primum fundamentum ſufficeret. Secundò hic clarius dicendum, ſecundum doctores abſque præiudicio veri, ꝙ dici poſſet non eſſe inductam liberationem à principali ipſa obligatione antiqua ſaltem: tamen ipſa hypotheca fuit extincta, quæ faciliter accedente cõſenſu creditoris diſſoluitur: tollitur enim hypotheca ex tacito conſenſu creditoris, dato ꝙ principalis obligatio remaneat, l. vnica. §. ſi vẽditor. ff. qui. mo. pig. per glo. in l. ſi tibi. §. de pignore.
3 ff. de pactis. † Quia hypotheca ſicut nudo conſenſu contrahitur, ita nudo cõſenſu diſſoluitur, vt per gloſſam magnam in d. §. de pignore. in fi. & habetur in l. 2. C. de remiſ. pigno. cum alijs ſimilibus; & ſufficit tacitus conſenſus, quod nulla voluntate perditur. Ideò
4 eſt, quòd quando alienatio fit † de ipſius voluntate creditoris, ſoluitur hypotheca. l. ſicut. §. ſi voluntate. l. ſi conſenſit. ff. quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. text. clarus in l. 2. C. de remiſ. pigno. Quanto ergo magis, ſi creditor ipſe conſentiente debitore alienauit, prout in caſu noſtro, vbi fuit facta renunciatio acceptata per Baldezarẽ, vt fieret alienatio in dictum Petrum Barbaſonum, & ita facta fuit: tamen vt ſoluatur & liberetur hypotheca, ſufficeret hic ſolum, quod alienatio ſit ſequuta de voluntate creditoris, & creditor alienando abſque dubio dr̃ cõſentire, l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & ibi per Bar. facit l. Pau-
5 lus non tantum. ff. rem ratam haberi. Alio † & tertio modo fuit inducta liberatio, & extincta omnis præcedens hypotheca per nouationem, ex qua nouatione liberatio inducitur, Inſtitu. quibus modis ſoluitur obligatio. §. præterea. cum alijs ſimilibus. Fuit enim actum expreſſè inter ipſas partes, vt in dicto inſtrumento renuntiationis, vt ipſa res concederetur alteri nouæ perſonæ cum illis obligationibus, prout ipſi fratres tenebant ab ipſo Baldezaro, ita quod fuit expreſſè actum de nouatione & rei tranſlatione in aliã perſonam principaliter obligandam per dictum Baldezarem: conſequenter cum fuerit facta nouatio & tranſlatio in aliam perſonam cum eiſdem obligationibus hoc expreſſe agẽdo, l. finali. C. de nouatio. inducta fuit liberatio præcedẽtis hypothecæ, ff. quibus
6 modis pignus. l. item liberatur. cum non † ſolùm nouando, imò pręſtatione fideiuſſoris ſoluitur hypotheca, ff. eod. titu. l. cum à colono. & in l. ſoluitur. & ibi Ange. in 3. notabili.

7 Quartò † ſoluitur hypotheca quomodocunque ſit ſatisfactum creditori, vt d. l. item liberatur. & dicitur ſatisfactum, ff. de pignoratitia actione. & ita in caſu iſto, cùm fuerit actum inter ipſas partes, vt alius reus conſtituatur, vt eiſdẽ pactis & obligationibus, prout erant dicti fratres: conſequenter fuit ſublata hypotheca. Vltimò hoc idem demõſtratur, quòd ipſe Baldezar acceptando dictam renuntiationẽ ſolùm proteſtatus fuit, & reſeruauit ſibi tantùm iura occaſione librarum quindecim pro rata affictuum pro terminis præteritis. Conſtat autem, quod quando creditor conſentit, niſi ſibi expreſſè reſeruet iura hypothecæ, quòd ſoluitur hypotheca, vt eſt textus & gloſſa in d. l. ſi debitor. §. 1. ff. quibus modis pignus. Et clarius hoc depræhẽditur, quia ex quo ipſe Baldezar ſolum pro-
8 teſtatus fuit, & reſeruauit † ſibi ius in vno caſu: cenſetur in alijs hypothecam remiſiſſe, & liberationem feciſſe, l. cùm prętor. ff. de iudicijs. c. nonne. de pręſump. Et ex his pluribus medijs præcedentibus patet hypothecam illam antiquiorem dicti Baldezaris fuiſſe extinctam, ita quòd virtute antiquorum inſtrumentorum Baldezari in præſentiarum ſe iuuare non poteſt, & maximè ratione hypothecæ, ꝙ ex facillima cauſa liberatur, vt ſupra oſtenſum eſt: & hoc ſolum fundamentum ſufficeret. Videndum eſt nunc, an virtute inſtrumenti initi inter ipſas partes, fratres, & Petrum Barbaſorium, poſſit Baldezar prætẽdere aliquod ius, vel aliquam hypothecam? Super qua difficultate aduertendum, quia dato quòd ius aliquod prætendere poſſet, tamen cùm hypotheca antiquior ſit ſublata, vt ſuprà oſtenſum eſt, amplius non potuit reuiuiſcere, l. fi. C. de remiſſ. pigno. & d. l. qui res. §. arcam. ſequitur tamen, quòd obligatio inita cum Petro dicto, ſit noua obligatio, & poſterior ſumens initium ex tempore dicti inſtrumenti de anno 460. mulier in dote ſua habebat potiora iura, cùm eius hypotheca ſit anterior, iuxta l. aſſiduis. C. qui potio. in pig. habe. l. ſed amplius. Secundò aduertendum, ꝙ ex dicto inſtrumento inito cum dicto Petro nullatenus ipſe Baldezar ſe iuuare poteſt, abſque ceſſatione, ex quo notarius nõ fuit ſtipulatus pro ipſo Baldezare abſente, iuxta nota. per docto. in l. poſſeſſio. §. ſi poſſeſſio. ff. de acquirenda poſſeſſione. Ita quòd ipſe Baldezar nulliter egit, ex quo ſuo nomine appræhẽdiderit tenutam: & ſic omnia ſequuta inde fuerunt nulla, cùm conſtat ius & actionẽ ipſi Baldezari nõ competijſſe nec competere, vt per gloſſam in l. vbi pactum. C. de tranſacti.

Tertiò nõ poteſt Baldezar ſe iuuare ex dicto inſtru-
9 mento cum dicto Petro: Nã † limitata obligatio limitatum parit effectum, l. adigere. C. de tranſactio. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. cum actus noſtri voluntarij non obligent, nec extendãtur vltrà, quàm geruntur. l. fi. C. ne vxor pro marito. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. per Bart. in l. Titium & Mæuium. §. altero. circa fi. ff. de adminiſtratio. tuto. Conſtat ergo, quod

ꝙ obligatio inita cum dicto Petro, fuit primò limitata ad certum tempus: quia dicti fratres obligauerunt ſe tempore dictę applicationis & acquiſitionis: Ita patet per totum dictum inſtrũm. Sed cum hoc tempus & hic caſus non venerit, malè agitur, l. 1. in fine. ff. quando dies vſusfruc. leg. ced. Fuit & dicta obligatio limitata ad certum caſum, videlicet, vt ipſa res penitus à dicto Baldezare liberet, & liberata remaneat ipſi Petro. Cauſa ergo non ſequuta, & non impleta, agi non poteſt, l. 2. & ibi per glo. C. de donatio. ante nupt. cum alijs ſimilibus.

Amplius, quia dicta obligatio fuit & eſt conditionalis, quia obligauerunt ſe dicti fratres ad caſum potẽtiæ, vt patet ibi, quoniã primũ ipſi fratres, & ipſę poterunt. vnde ante euẽtum cõditionis, & antè, ꝙ conſtet non ẽſt ratificatio, l. cedere diem. de verbo. ſigni. facit l. fi. cum ibi notatis. ff. ſi certum petatur. Vlterius aduertendum eſt, quia appręhenſio tenutæ facta per ipſum Baldezarem, & oĩa inde ſequuta, fuerunt nulla expreſſo errore, & ex falſa cauſa. Aſſeruit enim Baldezar, ꝙ dicti fratres in dicto inſtrumento inito cum dicto Petro promiſerunt ipſi Baldezari: & tamẽ hoc eſt falſum. Item aſſerit, quòd dicti fratres nunc ſoluere tenentur, eo quia ipſe magiſter Petrus tenetur & aufugit, nec vnquam ampliùs ipſam rem appropriabit. In hoc enim fuit error expreſſus cum dicti fratres cõceperint obligationem limitatam in caſu appropriationis, & vt ipſa res penitùs ab ipſo Baldezare liberetur, & liberata remaneat ipſi Petro. Aſſerendo ergo, ꝙ ipſe Petrus aufugit, & nunquàm amplius apparuit, conſtat ex ipſo inſtrumento, quod in hunc caſum ipſi fratres nõ faciunt, nec ſunt obligati: Ita quòd appręhenſio tenutæ per ipſum Baldezarem, & alia omnia inde ſequuta, fuerunt & ſunt nulla ex falſa cauſa, & expreſſo errore in inſtrumento, l. 1. §. hæc verba. ff. ne ius fiat ei. l. cùm verò. §. ſubuẽtum. ff. de fideicom. liberta. Ex quibus pluribus medijs præcedentibus liquet, hanc pauperem mulierem in dote ſua habere potiora iura.

Reſtat etiam examinandũ, an cõfeſſio iſtorũ fratrũ de deterioratione domus potuiſſet præiudicare huic vxori in dote ſua, ſed non expedit ſtantibus præcedẽtibus fundamentis, & maximè illa confeſſio facta abſente Baldezare nõ præiudicat, l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. Quamuis enim eſt cum ipſo Baldezare, conſtat domum nõ fuiſſe deterioratam, cum fuerit ab ipſo conceſſa pro illa prima eadem quantitate: & ijs modis cum Dicto Petro, ſicut primò erat cũ dictis fratribus. Et licèt dicti fratres ex noua obligatione promiſerint conſeruare indemnem Petrum; nulla ex hoc cõpetit actio dicto Baldezari. l. ſi pro re. & ibi Baldus. C. de dot. promiſ. l. inter debitorem. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. & in alijs iuribus ſuprà in ſecundo fundamento adductis. & dato, quòd competeret actio illa, eſſet poſterior tempore, vt ſuprà oſtenſum eſt.

10 Et aduertendum, †quia cauſa dotis eſt fauorabilis, l. 1. ff. ſoluto matrimonio. Licèt ergo, prout patet ex præcedentibus, iuſtitia ſit pro ipſa dote, tamen etiam ipſa re exiſtente dubia cenſeretur habere potiora iura, cùm in dubio pro dote iudicandum ſit, l. in ambiguis. ff. de regul. iuris. Cætera ſuppleat immenſa ſcientia veſtræ paternitatis.

Philippus de Peruſio.

DVBIVM facere videtur, quando hypotheca ipſius Baldezaris eſt anterior: igitur præferenda, l. qui fundum.

Nec obſtat renuntiatio facta per ipſos fratres de re ipſa vſuali in manibus ipſius Baldezaris: quoniam illa non præiudicat ipſi Baldezari; poſito quòd poſſit præiudicare, niſi reſpectu ſolutionis ipſius contractus, ſed reſpectu reparationum factarum per ipſos renuntiantes, aut renuntiatorem, propter quas agit ipſe Baldezar: non videtur, quòd noceat, l. ſi vnus. §. in ſumma. de pactis. Et benè facit, quod notat Bartolus ad propoſitum in lege, qui ſibi in pretio redundatæ deteriorationis. & notat in l. 3 § ſi res reddita. ff. commodati. & l fin. ff. quod certo loco. Et ſic ergo poſito, quòd per dictam renuntiationem diſſolutus fuiſſet contractus emphyteoticus vel vſualis mero iure, & ſic omnis obligatio & perſonalis, & hypothecaria eſſet ſublata reſpectu futuri temporis: tamen hoc non refert ad obligationem reſpectu deteriorationis, quę cõtingeret ante renuntiationem; per iura ſuprà allegata: & per hoc videntur ſublata omnia fundamenta reſpectu hypothecæ, quia adhuc durat: hoc reſpectu prima obligatio fuit omiſſa, quia tenebantur ad non deteriorandum rem, vt ex inſtrumento contractus conſtat. Item ex alio capite ceſſant multa fundamenta deducta ſimiliter ſuper hypotheca: quia poſſent procedere, vt videretur ſublata reſpectu rei, quæ alienaretur. Ita procedat l ſi debitor. cum ſimilibus, quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur. & in l. inter. cum ſimi. Sed hic accepta eſt tenuta de alia, reꝗ de re, de qua fuit facta renũtiatio.

Et per hoc etiam videtur, quòd ſupra principaliter allegata, non obſtent contra inſtrumentum celebratum inter ipſos fratres, & Petrum Barbaſorium: quoniam poſito, quòd ex eo Baldezari non competeret lis, tamen ſufficit, quòd ex primo inſtrũmento & primæua obligatione, in qua permiſſum eſt non deteriorare rem, ſibi ius competit: quod ius etiam uidetur deductum & variatum, vt patet ex ipſo inſtrumẽto tenutæ, vbi illa inſtrumenta variantur & narrãtur, & clarius in ipſa proſequitur.

Quòd autem hypotheca ipſius Baldezaris ſit anterior, patet, quia agitur ex primo inſtrumento contractus facti, & locati per Ioannem Saladinum, à quo ipſe habuit, & ſic vt ceſſionarius: & ſic agit propter deteriorationem, ad quam fuit ipſe conductor obligatus ex tenore ipſius inſtrumenti: quia prior in tempore, debet præferri.

Felinus Sandæus.

Laus Deo omnipotenti.

ARGVMENTVM.

HYPOTHECA an dicatur ſublata, dato, quòd ipſa principalis obligatio remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Nouatione liberatio inducitur à tali obligatione.*

2 *Renuntiationis acceptatio eſt actus continens liberationẽ in ſe: & licèt non præiudicet acceptanti in iure deteriorationis, quando fit ſimpliciter: ſecus quando fit ſpecificè.*

3 *Nouatio dicitur interueniſſe interuentu nouæ perſonæ in obligatione.*

4 *Deterioratio non præſumitur, niſi probetur, & de ea conſtet.*

5 *Confeſſio debitoris facta abſente parte, etiam ſi fiat in inſtrumento, an probet.*

6 *Confeſſioni creditoris mariti, non ſtatur in præiudicium tertij.*

7 *Actus factus ex falſa cauſa, vel partim uera, &
partim falſa, in totum eſt nullus.*

Conſilium XXI.

Ad ſuperius conſilium Philippi de Peruſio.

DIRIGE Domine verba mea in viam
veritatis &c. Clariſſime doctor, vidi mo-
tiua in cauſa dominæ Antoniæ uxoris
Theobaldi: Paucis me expediam. Dice-
bam enim ſimul ſtare, quod hypotheca
ſit ſublata, dato quòd ipſa principalis obligatio rema
neat, vt in iuribus deductis in allegatione. Dato enim
abſque aliquo præiudicio veri, quòd dici poſſet, ꝙ
Baldezar ſibi non præiudicauit recipiendo ſimplici-
ter rem reſpectu deteriorationis: tamen in caſu iſto
hypotheca & principalis ſiue totalis obligatio, ipſa
fuit ſublata nouatione & donatione noui & princi-
palis rei, vt ex prouiſoribus loco ipſorum debitorũ.
1 Certum eſt † enim, quòd nouatione liberatio in-
ducitur à totali obligatione, & debito principali, vt
Inſt. quibus mod. tolli. ob. in §. præterea. cum aliis ſi-
mil. quo caſu ſequuta ſatisfactione in ipſa principali
obligatione, ſicut inducitur liberatio totius obliga-
tionis, conſequenter & hypothecæ, ff. qui mo. pig. vel
hyp ſol. l. iiĕ liberatur. in princ. & dicitur ſatisfactum,
dato alio promiſſore, l. ſi rem. §. ſatisfa. ff. de pig. actio.
& in d. l. item liberatur. Quòd autem in caſu iſto ſit
inducta nouatio, oſtenditur ex inſtrumento renuntia
tionis, vbi expreſſè conuentum eſt de noua perſona
obliganda & ſubroganda, cui fieri habeat conceſſio
cum eiſdem modis & pactis. Dicerem, quòd hanc re-
nuntiationem fecit Baldezar ad hoc, vt ipſam rem
concedat ad fidum, dicto Petro, eo modo & forma,
& pactis, & conditionibus, prout ipſe Ioannes & fra-
tres tenebãt ab ipſo Baldezare prędicto Baldezare ac-
ceptante & conſentiente incontinenti eodem loco t
die & teſtibus Baldezar ſic cõcedit dicto Petro cum
eiſdem modis & pactis, qui Petrus in ſpem promittit
dicto Baldezari dictam domum reparare, & conſer-
uare, meliorare omnibus ſuis ſumptibus, & expenſis.
Igitur ſatis fuit inducta dicta nouatio ſic expreſſè ex
2 pacto agendo. Acceptatio † enim renunciationis eſt
actus in ſe continens liberationem, vt dixi in allega-
tis. Et licèt dici poſſet, quòd non præiudicetur acce-
ptanti in iure deteriorationis: tamen illud verum,
quando renuntiatio & acceptatio fieret ſimpliciter.
Secus, ſi cum pacto ſpecifico, ut concedatur alteri cũ
eiſdem pactis, modis, & conditionibus: & ita poſteà
concedatur ſtatim. Et iſte promittit reparare, & ſic ſa-
tisfacere deteriorationem domus iis caſibus: ſatis ex-
preſſè eſt actum de nouatione & obligatione ſubro-
ganda totaliter in alium, quo caſu nouatio induci-
tur, l. fi. cum ibi notatis. C. de nouat.

Sed amplius certum eſt, ſi olim inducebatur noua
tio, dato ꝙ expreſſè non fuiſſet actum, hodie induci-
tur tacitè ope exceptionis, dato quòd ſimiliter nõ fue
rit aliter expreſſè actum: ita glo. in l. 2. C. de noua. &
in d. l. fi. C. de nouat. Sed olim interueniu nouæ per-
ſonæ inducebatur nouatio, vt in d. § præterea. niſi eſ-
ſet actum quod eſſẽt duo rei, l. 3. ff. de duobus reis. vnde
3 abſque dubio dicendum, † ꝙ in caſu noſtro interuen
tu nouæ perſonæ ſaltem tacitè ſit inducta nouatio:
& ita Bar. in l. penul. ff. de præto. ſtip. in verſi. tertio ca
ſu. & in verſic. quarto caſu. Et tamen vbicunque ante
præſumeretur, quæ idem per Bart. & gl. in l. 2. ff. de no
uat. Idem formaliter Ang. in d. l. fi. C. de noua. in fi. Et
ſic Petrus intrauit in locum ipſorum debitorum. Et
quo ad Baldezarem & ipſos debitores, fuit receſſum
ab omni obligatione excepto in ficto 15. librarum. &
proteſtatio & reſeruatio facta per Baldezarem ſolùm
in hoc caſu clarius operatur obligationẽ in omnibus
iis. l. cùm prætor. ff. de iudi. cum aliis ſimilibus. Placeat
diligenter cõſiderare ipſa duo inſtrumenta eodẽ con-
textu, loco & teſtibus. Vlterius reſpondetur alio fun
4 damento, dato ꝙ præcedentia ſint de † ſe ſufficientia,
tamen dr̃, quòd in caſu iſto non conſtat de alia dete-
rioratione: debet enim de damno & deterioratione
conſtare, vt per Barto. & Bal. in l. diuus. ff. de teſt. milit.
5 † Nec obſtat, ſi diceretur conſtare per confeſſionem
debitoris: quia certè cõfeſſio illa facta abſente Balde-
zare, non probat, etiam ſi fiat in publico inſtrumẽto,
vt per Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiuran. Item quia in
præiudicium alterius creditoris nõ ſtatur confeſſioni
creditoris, vt in auth. ſed iam neceſſe. & ibi per Bart. in
princip. C. de dona. ante nupt. & in l. Aurelius. §. fi. ff.
de liber. lega. & in l. ſi conſtante. ff. ſol. matri. vbi con-
cludit, ꝙ in præiudicium creditoris, non ſtatur cõfeſ-
6 ſioni mariti debitoris. † Et quia qua ratione hic debi
tor cõfeſſus eſt de ſeptuaginta libris, eadẽ ratione po
tuiſſet confiteri de centum, & ducentis: vnde in præiu
dicium tertij non debet ſtari confeſſioni alio modo
non docto: vnde licèt de promiſſione de nõ deterio-
rando appareat inſtrumentum, tñ quantitas deterio-
rationis debet probari per teſtes, vt per Cy. & Bal. in l.
cùm propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. per Bart. in l. certi
condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. Bal. in l. 1. ff. de leg. 2.
Itẽ, quantum ad Baldezarem, conſtat non fuiſſe in cõ
ſideratione, neque interceſſe veritatem in tali inſerta dete
rioratione, ex quo domus fuit per eum locata dicto
Petro per eandẽ quãtitatem, & æſtimationẽ, & iiſdẽ
modis, pactis, & conditionibus, ſicut primo erat: qui
Petrus ipſo Baldezare acceptante ſuſcepit in ſe onus
& obligationẽ reparandi domũ. & reparatam tenere,
conſeruare, & meliorare omnibus ſuis expenſis. Vlti
mò alia ratione non põt ipſe Baldezar ſe iuuare ex ap
præhenſione & perſecutione ſuæ tenutæ, eò quia ex-
preſſo errore, & falſa cauſa emanauit, l. cùm vero §.
ſubuerſum. ff. de fideicõ. liber. Conſtat. n. Baldezarem
cepiſſe tenutam ex illo inſtrõ latto inter Petrum &
Ioannem nomine ſuo, & fratrum, in qua acceptione
tenutæ ipſe Baldezar aſſerit, ꝙ ipſe Ioannes & fratres
promiſerũt ſibi ſoluere quatuor libras cum dimidia
quolibet anno, in dicto inſtrõ, ac etiã promiſerunt
ſoluere dictas libras 70. & ꝙ eidem ſoluere tenentur
nunc. Et ideò concludit in fine inſtri acceptionis ſuę
tenutæ, ꝙ illã cepit pro ſatiſfactione librarum 27. pro
affictibus annorum ſex, in ratione librarũ quatuor,
& cum dimidia, & ſuprà præmiſſarum, & non ſoluta-
rum, & pro quantitate cõcurrẽti librarum 70. de qui-
bus ſupra, vel ſaltem reuendi pro affictibus per eos hæ
redes debendis ſingulis annis in ratione librarũ qua-
tuor cum dimidia debendarum. Iſta ſunt formalia ver
ba inſtrumenti; ita ꝙ appræhenſio & perſequutio de
7 iure fiat nulla: † quia ex cauſa falſa manifeſtè per in-
ſpectionem inſtrumẽti, vt dixi, in allegationibus: imò
ſi fuiſſet accepta tenuta ex cauſa partim vera, & par-
tim falſa, eodem modo ſurgit nullitas in totum, vt l.
ſi non ſortem. §. ſi centum. de condi. indebi. vbi Bart.
& Bal. in terminis, & per Bal. in l. certi condictio. §.
quoniam. ff. ſi cer. petatur. Laus Deo Omnipotenti.

Philippus de Peruſio.

ARGVMENTVM.

1 MVLIER an poſſit habitare in domo mariti re
linquendo domum, quã pater ei reliquit ſub cõditio-
ne, vt in ea maneret perpetuò, & cùm marito in alia
domo habitãdo, dicta domo paterna veniat priuãda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier marito obedire tenetur, & eſt de iure.*

2 *Conditio, quæ ſapit & in ſe continet quandam ſeruitutem, reijcitur & habetur tanquam pura.*

Conſilium XXII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. In differentia dominæ Helizabet, quod poſſit habitare cũ marito relinquendo domum, in qua pater iuſſit eam perpetuò manere.

Quòd non poſſit Helizabet cõtrauenire in aliquo, facere videtur copulatiua poſita in teſtamento, vendere, alienare, & habitare, & tenere oſtium, &c. Et ideo ſuccedũt notata per Bar. in l. ſiquis ducenta. §. uetum. ff. de rebus dubijs. Item quia non videtur prima facie ſatisfieri eius voluntati, ſatiſdando eleemoſynas, niſi detur in domo ſua: quia hoc modo videtur melius conſeruari memoria defuncti, ad quod ſe retulit eius intentio, &c.

In contrarium, quia adimplere per omnia eius intentionem, hoc ſolo excepto, quod ipſa non habitet in domo patris, non eſt venire cõtra eius intentionẽ: quia cùm in verbo &c. teſtator ponit cauſas illius cõditionis, videtur principaliter conſiderare, quòd aliæ in caſu viduitatis poſſint ſe reducere ad domum, & quod animæ ſuæ prouideatur, quo ad eleemoſynas, & in ijs rectè ſeruabuntur omnia.

Quòd autem ponus fiant in domo ſua, quàm aliena, non refert quo ad Deum, alias iſta pompa, quod fiat ita notoriè, non eſſet habenda in conſideratione: & iſta probantur ex notatis in l. legatum. ff. de vſufruc. lega. per Barto. & per Bal. in l. 1. in 6 oppoſitione. de ijs, quæ pœnæ nomine. nam iſta eſſet quodammodo
1 ſuperuacuà. Item eſt contra ius, quòd † mulier nõ poſſit obſequi marito, quia forte velit alibi habitare
2 ex iuſta cauſa. Præterea, † conditio, quæ ſapit quandam ſeruitutem, puta quòd quis teneatur habitare ſemper in certo loco, reijcitur: caſus eſt, & ibi Bart. in l. Titio. §. ſi Titio. el 2. ff. de cõdi. & demonſt. maximè, quando ponitur in diſpoſitione, non in conditione, prout videtur fuiſſe hic, vt notat Bart. in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de lega. 3. Laus Deo Omnipotenti.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

INIVRIA vtrum dicatur fieri alicui petendo decimam, ad quam non tenetur. Proceſſus an ſit nullus, in quo non fuit conteſtata lis, & in eo ſubſtantialia deficere videantur.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio an poſsit de conſenſu partium tolli, & ei derogari, quòd non fiat.*

2 *Litis conteſtatio non inducitur ex reſponſione ſola, parte abſente facta.*

3 *Ordo peruerſus in iudicio factus, facit proceſſum nullum.*

4 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria, cùm agitur de iure decimarum principaliter.*

5 *Puniri & condemnari, ſolùm iſta verba conueniunt iudicio criminali, non ciuili.*

6 *De, iſta præpoſitio quid importet.*

7 *Libelli concluſio eſt attendenda.*

8 *Damnũ patrimonij, diminutio patrimonij dicitur.*

9 *Iudex laicus poteſt cognoſcere de iure decimarũ, quando incidenter tale ius coram eo venit, ſeu fuit propoſitum: ſecus ſi principaliter.*

10 *Iniuria requirit dolum ad hoc, ut dicatur factum cauſa iniuriæ.*

11 *Mandatum etiam quòd cauſa ſit iniuſta, excuſat à dolo.*

12 *Dictum vnius perſonæ, cui videtur debere credi, præbet credulitatem, & excuſat à dolo.*

13 *Condẽnari nõ debet in expenſis ſuccũbens in cauſa appellationis, ex nouis actis et nouiter deductis.*

Conſilium XXIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Viſa petitione & accuſa. facta per dñm Thomam de Ingraſolis, procuratorem & procuratorio nomine nobilis dñæ Antoniæ quõdam Benaſtradi de hypotecaribus, cõtra Blaſium bonum, de Quartoſana: ac viſo proceſſu, viſisq; videndis, ex pluribus puto dictum Blaſium abſolui debere. Et primo, quia
1 † in hoc proceſſu non reperio fuiſſe litem cõteſtatã: imò fuiſſe aſſignatam dilationem ad probãdum, antequã pars reſponderet. Et ideò ex hoc vr̃ primò proceſſum ipſum eſſe nullum, tanq̃ in eo deficiant ſubſtantialia, prout eſt litis conteſtatio, vbi noluit, quod de cõſenſu partium expreſsè non poſſit tolli litis cõteſt. per Canoniſtas in c. de cauſis. extra, de offi. deleg. Vlti-
2 mò poſito, quod † etiam appareret, cùm ex ſola reſponſione facta abſente parte non inducatur litis conteſt. per Bar. & Bal. in l. 1. C. de litis cõteſt. & per Spec. in tit. de litis conteſt. §. quãdo. verſic. nunquid abſente. & per Hoſti. in c. 1. extra eo. tit. Et per Bart. in l. is qui reus. in
3 5. col. de publi. iud. Tamen † ex quo talis ordo eſt peruerſus, quia primò eſt aſſignatus terminus ad probandum ante aliquam monitionẽ factam, omnia acta, & ſententia cenſentur eſſe nulla ipſo iure, d. l. prolatã.
4 vbi eſt caſus, & ibi per Bar. & alios. Nec prędictis † obſtat, ſi diceretur, iſta vr̃ eſſe cauſa criminalis: vnde in ea non vr̃ eſſe neceſſarius ordo iudiciarius, litis cõteſt. &c. ſicut ſuper re ſpeciali, in cle. diſpendioſam. de iud. Quoniam ad hoc rñdeo, quod illud procederet, ubi principaliter de iure decimandi diſputaretur, & ſic principaliter ius ſpeciale verteretur in iudicio. Sed hic non agitur de iure decimandi, ſed de iniuria illata per dictum Blaſium, vt patet ibi, in eius dominæ iniuriã, & damnum. & ibi, & contra bonos mores. Et hoc etiam clarius apparet ex concluſione ipſius libelli. ibi, de prædictis dictum Blaſium condemnari & pu-
5 niri. Quæ † verba non conueniunt niſi in iudicio criminali, vt patet ex notatis per Barto. in l. 2. §. ſi publico. verſiculo, eò quod. de adulte. vel vbi quæritur de delicto, vt ibi probatur, & in l. vbi exigitur. in princip. de eden. & in l. non ex omnibus. de arbit. Et ſimiliter iſtud verificatur ex illis verbis appoſitis in concluſione ibi, de prædictis condemnari & puniri. Et non dixit ad prædicta: & ſic oſtenderet, quòd

variata eſſent ea, ad quæ prædictus condemnatur.
6 †Iſta enim præpoſitio, de, hoc importat in l. ex eo tẽpore, per Barto. de pecu. in l. 1. §. ſi plures. de exercito. vbi plene: & in l. 3. §. ex incẽdio, de incen. rui. naufra. Et concluſio † libelli eſt attendenda, quia ex ea apparet qualiter præcedentia intelligantur: not. Barto. in proprijs terminis in l. Aurelius. §. Sticho. de li. le. in l. non debet. vbi bonus text. ff. de dolo, & ibi per Bart. & Bal. & quod notat Barto. in l. 1. ad finem. ff. de eden. Ita quod ex hoc manifeſtè patet, quòd hic non vertitur quæſtio de iure decimandi, ſed de iniuria. Et ſic non ſumus in caſu cle. diſpendioſam. Præterea, & poſito, quòd quodammodo poſſet dici in hoc iudicio deductum ius decimandi, per prædicta patet quòd non eſt deductum, niſi incidenter, vt patet ex prædictis, ad ipſam dominam non eſt facta ad finem, vt ſuper ea pronuntietur, vt etiam declarat ipſa ſententia ſuper ea lata: ſed eſt facta ad demonſtrandum, quod ex taliter facto poſſet dici commiſſã iniuriã per ipſum Blaſium ipſi Dominæ, & dediſſe ei dam-
8 num, quod † eſt diminutio patrimonij. in l. 3. in prin. de dam. infecto. ſicut occurrit ſimiliter in actione Aquilia, in qua quis proſequitur damnum ſibi iniuſtè datum, in l. 1. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. in prin. de iniurijs. & tamen in ea dominium vel quaſi debet deduci, cum alij nõ ſoleat dari in l. Mela. § ſi legis. ad l. Aquil. & dominium variatum: quia tamen principaliter eſt quæſtio de damno, dominium dicitur in ea deduci incidenter, l. ſi quis in ſuo. vbi per Bart. de condi. inſti. & ideo ſuper eo non eſt pronuntiandum. Ita ergo in propoſito in hoc agitur de damno iniuriarum dato, licèt narretur, ꝙ ius decimãdi ſpectat ad ipſam dominam. hoc venit incidenter, & ideò ſuper eo nõ debet iudicari, prout ſi principaliter deduceret: patet in l. Titia. ff. ſoluto matr. & l. quotiens. C. de iudicijs. vbi etiã
9 †cauſa ſpiritualis incidenter tamen poteſt cognoſci coram laico & in c. tuam. per doct. de ordi. cogni. Vel etiam poſſum reſpõdere, poſito ꝙ etiam eſſet narrata principaliter, tamen ſuper eo iure decimandi non eſt facta concluſio, ſed ſolum ſuper ipſo damno & iniuria. Et ideò ſi ex ijs non eſt facta concluſio ſuper eo, nõ poteſt dici principaliter deductum: attenditur. n. concluſio, vt ſuprà dixi. Secundo loco. pro abſolutione dicti Blaſij facit, quoniã probatum eſt, ipſum Blaſium de mandato dñi Bonifacij per prædicta blada aſſerẽtis dictam decimam ad ſe ſpectare, & ideò ex hoc debet excuſari, vt notat Barto. in l. non ſolum. in §. ſi mandato. de iniurijs. in l. in rem. in §. tignum. ff. de rei vẽdi. in l. de pupillo. §. nuntiatio. de operis noui nun-
10 tiatio. Et † per Bal. & Sali. in l. non adeò minus. de accu. iniuria enim requirit dolum ex parte committentis, in l. ſi nõ conuitij. C. de iniurijs. & in l. 3. ff. eo. tit. Sed
11 modò quælibet cauſa etiam iniuſta † ſolet excuſare à dolo, in l. plagij. ad l. Fauiã de plagiarijs. & in l. igitur. de lib. cauſa. Et ideo mandatum dicti dñi Bonifacij debet ipſum Blaſium excuſare à dolo: & ſic dicatur non feciſſe animo iniuriãdi. Pro quo facit, quod no. glo. reputata no. in l. Titia fund. ff. de condi. & demõ-
12 ſtratio. quæ voluit, ꝙ dictum † vnius perſonæ, cui vr̃ debere credi, præbet etiam iuſtam credulitatem. & Bald. in l. iudicia. de rei vendi. & quod notat Barto. in l. nõ ſolùm. §. morte. de no. operis nuntiatio. in 6. col. & in l. Celſus. de vſucap. Modo certum eſt, ꝙ dñs Bonifacius erat talis perſona, cui videbatur poſſe credi, attento ꝙ erat ſuus colonus. Vnde ex hoc non video, quomodo potuerit eſſe in dolo, ita quòd contra eum poſſit agi actione iniuriarum.

Præterea, maior iniquitas ex ipſa ſententia detegitur: quoniam in primo iudicio fuit ipſe Blaſius abſolutus ab expẽſis propter iuſtam cauſam litigandi, quę iuſta cauſa litigandi depræhenditur ex proximè præmiſſis. Et poſteà in ſecundo iudicio, videlicet in appellatione fuit condemnatus in expenſis: In quo iudicio reperio multa fuiſſe deducta, quæ non erant in primo iudicio, & maximè circa ius decimandi, quod allegabatur competere ipſi dominæ: & patet ex productione multorum capitulorum, & iurium cum re-
13 ſponſionibus eis factis. Et ideò ſuccedit regula † de qua per Bar in l. proferendum. in §. ſin autem reus. C. de iudici. & in l. generaliter. de iureiurand. ꝙ ſuccumbens in appellatione, vbi ſuccumbit in nouis actis, nõ debet in expenſis condemnari, per Imo. & alios in c. finem litibus. de dolo & contu.

Laus Deo Omnipotenti. Ioannes Maria Rimi.

ARGVMENTVM.

ACCVSATVS colonus alicuius ſuper poſſeſſione domini ſui, an debeat abſolui, cùm non ſit dominus; & accuſatio ſit nulla propter hoc: & proceſſus ineptitudo, an reddat proceſſum nullum, & nullum pronuntiari debeat: & cõſilium conſultoris, an quis ſequi teneatur, qui à ſuperiore datus eſt cõſultor.

SVMMARIVM.

1 *Accuſans laboratores conductos ab aliquo in poſſeſſione aliena, non tenetur dicta accuſationis.*
2 *Bona fides cauſatur ex dicto & verbis ſuperioris.*
3 *Accuſatio ſimplex contra laboratores alicuius, non eſt ſufficiens, niſi addatur in accuſatione, quod poſt denuntiationem iniuſtè agendorum id attentauerit.*
4 *Sententia lata ſuper libello inepto eſt, nulla.*
5 *Libelli ineptitudo, etiam poſt ſententiam, eſt nulla.*
6 *Libelli ſolemnitas an de iure canonico requiratur.*
7 *Ordinis omiſſio in proceſſu tam in cauſis extraordinarijs, ſicut in ordinarijs, reddit proceſſum nullum.*
8 *Litis conteſtatio, quando cauſa eſt ſummaria, an requiratur.*
9 *Confeſſione facta, an ex proceſſu nullo procedi poſſit ad ſententiam ratione præpoſterationis.*
10 *Teſtator mandans tutoribus, vt omnia faciant cum conſilio alterius, factum ſine eius conſilio non tenet.*
11 *Statutum dictans, quòd iudex ferat ſententiam cum conſilio ſapientis, lata ſententia ſine conſilio, an ſit nulla.*
12 *Dictio, cum, denotat cauſam efficientem.*
13 *Conſilium ſapientis requiſitum in una cauſa, & quòd iudex ipſum requirere debeat, an teneatur ſequi conſilium eius, & ſecundum eum iudicare, an requiratur ſolum, quòd ſi non placet, non teneatur ſequi. Quod nota pro ſtatutis.*
14 *Iudex, qui ſequendo conſilium alterius ſapientis, malè*

malè iudicau't, an teneatur in ſyndicatu.
15 *Conſilio alicuius aliquid fieri, & conſilio & conſenſu fieri, inter ſe differunt.*
16 *Clauſula, moneas & inducas, poſita in literis Papæ, non dat facultatem complendi.*
17 *Conſilium ſapientis obligatus ſequi ſi illud ex alijs informationibus reperitur iniuſtum, illud ſequi non tenetur, quod nota ad ſtatuta.*
18 *Notarius etiam dicitur peritus.*

Conſilium XXIIII.

DIRIGE Domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Circa cauſam dominæ Antoniæ Benaſtrudi cōtra Blaſium de Quantaſana, reperio multa deducta in fauorem dicti Blaſij, & et contra ipſum: vnde omnibus optima penſitatione ruminatis, & viſis accuratè dubijs datis per vos, domine iudex ſiue commiſſarie, reaſſumo in breui iſta, in quibus videtur per vos dubitari. Primò, vtrum Blaſius debeas abſolui, & pronunciari eum non eſſe condemnandum ſecundum formam libelli producti ex parte dominæ Antoniæ. Secundo, vtrum non attento primo dubio, ſed ineptitudine proceſſus, debeat pronunciari proceſſum nullum. Tertiò, vtrum ſitis de neceſſitate cōſtrictus ſequi conſilium domini Antonij, quia à ſuperiori eſt datus vobis conſultor.

Ad primum inhærendo dictis alicuius allegantis, dico, quòd ipſe Blaſius eſt abſoluendus, dato quòd videatur dediſſe damnum, &c. quia de hoc eſt expreſſa determinatio Bar. in l. in rem. §. nouum ff. de rei vendi.
1 in gl. vbi dicit Bart. iſta verba. quādo quis accuſat † laboratores conductos ab aliquo in poſſeſſione aliena, nō tenetur. & ita expreſsè affirmat Baldus, & Ang. ibi, & Baldus in l. non ideò minus. C. de accu. & Bar. Imo. & Romanus in l. de pupillo. §. nuntiatio. ff. de operis noui nunciatione. Et cōcluſio veriſſima. Modò quæritur, & ſequitur, quod primo ſententiæ ſunt manifeſtè erroneæ: & quòd ipſe Blaſius propter nullitatem libelli eſt omnino abſoluendus: & in hoc eſt habenda ferè omnis conſideratio. Et ſi diceretur, quòd mandatum non excuſat, quin ſit ſupina ignorantia: iſtud non eſt bene dictum, quia ipſi laboratores non credebant nec credere debebāt, quòd dominus ſuus mandaret illud de iniuſto, vel ſine cauſa: quia ipſe dicebat eis, quòd non tenebatur ſoluere decimam: vnde talis aſſertio habet eos excuſare, iuxta notata per Ioannem And. in cap. cura. de iure patrona. vbi dicit,
2 quod † bona fides cauſatur ex dicto ſuperioris fide digni: notat Bart. in l. Celſus. ff. de vſucapio. & illa gl. in l. Titio fundus. cum ſuis concor. ff. de condi. & demon.

Præterea Bartolus, & doctores, vbi ſupra, non requirunt, quòd concurrat mandatum iuſtum vel nō. Nam ſi ad hoc haberetur reſpectus, dictum ſuum eſſet parui momenti: quia quotiens probatur, quòd mandatum fuiſſet iniuſtum, ſemper laboratores tenerentur, quod non eſt verum. Et ſi diceretur, quòd quando laboratoribus ſit inhibitio vel denuntiatio, ſi contrà faciunt, non excuſantur. vt notat Salycetus in dicta lege, non ideò minus. & Angelus in lege prima. ff. de eo, per quem fa. ſue. & Bar. in l. ſi Stichum. §. ſi à pluribus. ff. de verb. ſignificatione. & Imola & Roma in dicta l. de pupillo. Reſpondeo, quòd iſtud non occurrit hic, & hoc non eſt probatum hic. Erat. n. iſta vna qualitas nedum probanda, ſed deducenda in libello: quia in ipſa principaliter fundabatur totus libellus: & ideò eius omiſſio cauſat ineptitudinem libelli, per prædicta. Simplex enim accuſatio laboratorum non eſt ſufficiens, niſi addatur, quòd poſt denuntiationem iniuſtè agendorum id attentauerunt. Et ideò omiſſio huius circunſtantiæ tanquam ſubſtantialis reddit libellum ineptum, & per conſequens proceſſum nullum. Oportet enim, quòd qualitas fundans intentum ſuum alicuius, deducatur & probetur: ſicut dicit dominus Antonius in c. ſuper ijs. de accuſatione. Si volo probare religioſum excommunicatum, quia miniſtrauit ſacramentum in alicuius parochia, iuxta clementi. primam, de priuilegijs. non ſufficit probare, quòd eſt religioſus, & adminiſtrauit: ſed oportet probare, quod ſine licentia presbyteri parochiani. ſic in ſimili conſuluit dominus Petrus de Ancharano, conſilio 249. incipiente, Super primò quæſito. quod ſi ſtatutum vult, quòd vidua, quæ non poteſt ſtare in domo mariti, habeat certam portionem: oportet, quòd ante omnia deducat hoc, ſcilicet quòd non poteſt ſtare in domo mariti: quia iſta eſt qualitas fundans intentionem ſuam. Similiter do. Cardinalis conſilio 320. quod incipit, Scæuola petit coram vicario. conſuluit irritari debere proceſſum, in quo petebatur, vt vſurarios ederet libros, ſecundùm clem. primam, de vſuris. Et non fuit ante omnia probatum, quòd eſſet vſurarius: oportet enim, quòd talia deducantur. Vn-
3 de Innocen. in c. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. in 6. dixit quòd ſi conuenitur aliquis in aliquo loco ratione contractus, non ſufficit probare contractum: niſi probetur quòd in loco illo factus eſt. Iſta ſunt in effectu, in quibus latè inſiſtit Bartolus in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de operis noui nunciatio. per illam gl. ſingularem & vulgatam in clem. fina. de vſu. notat Bar. in l. matrem. C. de probatio. & in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrimonio. & in l. ſi minorem. C. de in inte. reſti. mi. & Fede. conſilio 56. & Bal. in l. ſiquis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. & Salicetus in l. cùm inter ſimplicem. C. de dona. ante nuptias. vbi per diuerſa verba comprobatur iſta concluſio perueriſſima, quòd non eſt pronunciatum ſuper libello, in quo annectitur illa qualitas, quæ eſt principalis in cauſa, & principale fundamentum actoris. & ita fuit hic, quia non dicitur, quòd Blaſius mala fide, & iniuſto animo & iniquo motus contra denunciationem vicarius ſe mouerat: quia iſta erant deducenda, nec ſubintelliguntur. & ad iſtud fundamentum ab alijs non deductum, habuit veſtra paternitas ſub-
4 ſiſtentem conſiderationem: quia † ſententia lata ſuper libello inepto, nulla eſt, ſecundùm gl. Inſtitu. de obligatio. in verſicu. ſecundum. & gl. approbatam à Baldo in l. actori. circa finem. C. de rebus credit. Et nō
5 † dicatur, quòd ſit publicatus proceſſus, ideò imputetur ei, qui non oppoſuit de ineptitudine libelli: quia hoc non obſtante poteſt opponi de ineptitudine quandocunque etiam poſt ſententiā, vt eſt caſus in c. cum dilecti. de emptione & venditione. Et dicit Petrus de Ancharano in glo. cum à repulſione. de appellatio. quòd audiuit ſæpe Bald. allegantem illum text. pro ſingulari. & ita notat Baldus in l. prima. ff. de eden. & in l. licèt. C. de procurato. & Petrus de Ancharano in clemen. conſtitutionem. de elect. notat Angelus in l. prima. ff. de offi. aſſeſſo. & in l. vir bonus. ff. iudi. ſol. Et ſi dicatur, quòd ſecundum canones non curatur ſo-
6 lennitas libelli, † per c. cum dilectus de iudi. Quare reſpondeo quòd illud verum quantum ad formalē actionem in libello: Sed tamen in iure canonico intentio libellantis debet eſſe apta, c. examinata. de iud. & in c. cùm dilecti. Nec dicatur, quòd iſta ſit cauſa ſummaria, quaſi non requiratur libellus: quia ad iſtud reſpondeo infrà valde ſufficienter, & ex nunc dico, quod etiā

ſi eſſet

ſi eſſet ſummaria, tamen ſuper tali libello nõ eſt pro-
nuntiandum: quia ſecundùm quod notat pulchrè
Petrus de Ancharano conſilio 163. incipiente, Viſis
7 diligenter omnibus. ſicut omiſſio† ordinis iudiciarij
in cauſis iudiciarijs reddit proceſſum nullum, l. prola
tam. cum materia: ita omiſſio ordinis qualiſqualis
iſtis extraordinarijs. ita dicit ſentire ſubtiliter Inno-
cen. & bene in capi. tua. de cohabitatio. clericorum
& mulie. & ex illis remaneo clarus in primo dubio,
quod ipſe Blaſius nõ debeat accuſari, & accuſatio fuit
inepta, & ideò debet abſolui totaliter à petitis. Ad ſe-
cundum, vtrum præter prædicta doceatur ſufficien-
ter de nullitate proceſſus, eſt aduertendum, quia di-
citur per vos ſeu conſultorem, quòd non: quia dato,
quòd lis non ſit conteſtata, tamen non refert, quia eſt
iſta cauſa decimarum, in qua iſta non ſunt neceſſaria,
per clemen. diſpẽdioſam, ſuprà de iudi. in verbo, quo-
quo modo. Ad iſtud veſtrum fundamentum adduco
reſponſiones infraſcriptas, quarum quælibet ipſum
eneruat. Primò reſpondetur ſubtiliter & optimè per
alium aduocatum, ꝙ hic diuertitur ius decimæ inci-
denter, non principaliter: quia principalis actio eſt in-
iuriarum: in quo non refero ipſum aliter. Et adde,
quod ſi valeret iſta conſequentia ad obtinendum in
cauſa, deducitur punctus vel ratio, quia aliàs ſumma-
riè diſcutitur: ergo cauſa tota eſt ſummaria, ſequere-
tur ꝙ ſi deduceretur ius matrimonij in cauſa hæredi-
tatis, tota cauſa eſſet ſummaria, quod non concedit
aliquis peritus.

Ad textum in verbo, quoquomodo. dico, quòd il-
lud procedit in dependentibus & occurrentibus ad
inueſtigationem principalis cauſæ, quæ ſit decimalis:
puta ſi petuntur decimæ, & habet diſcuti, an fundus
ſit in parochia, vel non, vel quid ſimile: quia tunc fa-
uore principalis cauſæ iſta accidentia ſortiuntur eius
naturam, iuxta capitulum, quanto. cum concordan-
tijs. de iudic. Ita dicit dominus Cardinalis in clemen-
tina, diſpendioſam. in 34. quæſtione, &c.

Sed hoc poſito, quòd iſta iniuria ventiletur facta
deductione ſuper iure decimæ: tamen cùm decima
accedit cauſa iniuriarum, & non è conuerſò: Ideò
non expedit, ꝙ iſta ſit dependens à decima, quia imò
decima dependet ab ipſa: & ideo talia iura ſpecialia
non principaliter deducta, carent ſuo ſolito fauore,
vt eſt caſus in c. ex literis. de iurepatro. Et illa reſpon-
ſio concluderet cuicunq; non paſſionato intellectui.
Poteſt ſecundò reſponderi, ꝙ non eſt bonum inſere-
re ſic: Cauſa eſt decimalis, ergo eſt ſummaria: quia
glo. rectè ponderans tex. in d. cle. diſpendioſam. dicit,
valeat, non dicit, debeat. Et ideò ſecundum doctores
ibi oportet, ꝙ appareat, ꝙ iudex voluerit eligere viam
ſummariam: ſed hoc non apparet hic, ergo, &c. Et
8 facit quod ſequitur. Tertiò poteſt† reſponderi, ꝙ imò
in cauſa ſummaria debet lis conteſtari, ſi partes ſunt
præſentes: quia omittere litis conteſtationem, eſt in-
ductum caſu, quo alius eſt abſens: ſed quando ſunt
præſentes, debet lis conteſtari: aliàs eſt proceſſus nul-
lus. Et ad hoc præcogitet veſtra reuerentia, quia eſt
vna gloſſ. approbata expreſſe hoc volens in c. per ve-
nerabilem. in verbo, ſeruatum. qui filij ſint legitimi.
quam optimè ponderat Bal. in auth. ſi omnes. C. ſi mi.
ab hære. abſti. vbi firmat, ꝙ ſi cauſa ex ſui priuilegio
poteſt expediri ſine lit. cont. tamen quando partes
ſunt præſentes, non tenet iudicium, niſi quando lis
conteſtetur. Allegat glo. quam dicit eſſe ordinariam
in d. c. per venerabilem. Idem firmat Bal. in auth. qui
ſemel. C. quomodo & quando iudex. & in auth. qua
in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & in concluſio.
Speculato. in titulo de teſte. in verſicu. vbicunq;. &
Specu. in tit. de teſti. §. nunc tractemus. Et non eſt ve-
rum, ꝙ ſit correcta illa gl. propter cle. diſpendioſam.

quia illa clemen. ponit in facultate iudicis. ibi, valeat.
item loquitur, quando partes non eſſent præſentes:
quia quando ſunt præſentes, nõ eſt rationabile, quod
actus, qui paruo tempore expedit, & aliàs eſt magnæ
importantiæ, & clari iudicij, debeat fieri. Et iſtud nõ
eſt ponere concluſiones nouas, ſed eſt aſſerere ipſam
veritatem.

Vltimò reſpondeo, ꝙ poſito ſine præiudicio veri-
tatis, ꝙ iſta cauſa ſit decimalis, non habet locum cle.
diſpendioſam. Et debitis conſiderare, quòd gl. ibi in
verbo, decimis. & doctores ibi in multis conantur ſẽ-
per reſtringere illam cle. vt non extẽdatur plus, quàm
ſonent eius verba: quia eſt exorbitans à regulis. Ad
hoc facilè poteſt intueri. Modo affirmo, quod illa cle.
procedit in decimis, quas prælati eccleſiarum petunt
à laicis. quòd in illis propter peccatum acceleratur or-
do iuris. Et loquitur de illis, quæ poſſunt peti per cen-
ſuram eccleſiaſticã. Sed ſi eſt quæſtio inter duos præ-
latos de iure decimandi, illa non reſtringitur tanquã
cauſa ſummaria. vt notant ibi Pan. de Leaza. & alij. Si
autem eſt inter laicos, ꝙ vnus petat decimam ab alio,
etiam ſi ſit eccleſiaſtica decima, in hoc non ſeruatur
illa cle. Et ita fuit obtentum & concluſum in Rota
inter auditores ſedis apoſtolicæ, vt ipſi referunt con-
cluſione ſua 414. in nouis, quæ incipit, Item fuit du-
bitatum. vbi dicit ita formaliter determinari. ſi inter
laicos eſt quæſtio, etiam de decimis eccleſiaſticis, ad
quarum præſtationem nullus poſſet per cẽſuram ec-
cleſiaſticam compelli, non habet locum illa cle. & ſic
obtentum & concluſum: & iſta ſunt verba ſua. & nõ
oportet dicere, ꝙ in cauſa criminali ſufficeret qualiſ-
qualis reſponſio: quia Bal quem pars aduerſa allega-
uit, per ſe firmat expreſſiſſimè contrarium, in l. prima.
C. de litis conteſ. & probatur ex ratione ſua. Et non
9 †allegetur dictum Inno. in c. qualiter. el 2. quia ex cõ-
feſſione poteſt procedi in proceſſu nullo ad ſenten-
tiam: quod non procedit in proceſſu nullo, ratione
præpoſteritatis, & præpoſterationis, ſecundum Bal. in
l. vt debitum. C. de hære. act. Item hìc non eſt aliqua
confeſſio directa, & principalis: ideò non procedit il-
lud dictum, vt notat Bar. quem ipſi allegant pro ſe, in
l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & Salicetus in l. 2. in fi.
C. eodem titu. & do. Anto. in c. piſanis. de reſtitutione
ſpo. Ex quibus omnibus eſt ſuccurſum optimis iuri-
bus iſti Blaſio: & habetis ipſum abſoluere totaliter à
petitis ſine aliquo ſcrupulo: & ita demonſtrat nobis
iſta Felinus Sandæus.

Ad tertium dubium, vtrum ſitis adſtrictus de ne-
ceſſitate ſequi conſilium domini Antonij. Videtur
dicendum, quòd ſic per tex. in l. idemque. in §. ſi quis.
ff. mandati. & in l. Titium & Mæuiũ. ff. de adminiſtra-
10 tione tutorum. vbi † mandatum factum tutoribus
per defunctum, vt omnia facere deberent cum conſi-
lio alterius. quòd quicquid factum eſt ſine ipſius con-
ſilio, irritum eſt. Et ideò dicit Bar. in l. 1. §. ſi plures. in
11 7. col. ff. de exerci. quòd ſi † ſtatutum dicit, ꝙ iudex fe-
rat ſententiam cum conſilio ſapientis, ſi tulit iudex
ſententiam ſine conſilio, ꝙ non valet. Pro quo etiã
facit, ꝙ fines mandati & commiſſionis diligenter
cuſtodiendi ſunt, vt in l. diligenter. ff. mãdati. Sed mo-
dò commiſſio eſt facta, vt cum conſilio concedat 1
12 † & dictio, cum, denotat cauſam efficientem, ſeu in-
ſtrumentum denotat, quo mediante aliquid fit, l. ſi is,
qui cum telo. de ſicc. & ideò iudex videtur commiſiſ-
13 ſe, vt per viã conſilij ferat ſententiã. † Tamen ijs non
obſtantibus, puto veriorẽ contrariã ſententiã, & pri-
mò per c. cùm olim. extra, de arbitris. vbi dato, ꝙ q̃s
habeat tractare cum conſilio alterius, ſufficit ꝙ illud
non ſequatur. Et probatur in l. ſecunda, in §. finali.
ff. mandati. ibi, liberè eſt enim cuique explorare, an
14 expediat ſibi conſilium. † Secundò hoc confirmat
Bar. ex-

Bar.expreſſè In dicta l 1.§.ſi plures in 5.col.ibi, vt er-
go liqueat,&c. vbi diſtinguẽdo circa prædicta, quan-
do aliquid debet fieri cum conſilio alterius, an qui
debet facere illud, teneatur ſequi: quia quicunque,
qui habet præbere conſilium ei, qui eſt perfecti intel-
lectus, ſi non eſt particeps officij illius ſui, tunc ſuffi-
cit ꝙ conſilium requiratur, non tamen tenetur ſe-
qui, per tex.in d.c.cum olim. Et idem ſequitur Bal.in
Rubrica,C.de exercito.actione 3.col.per tex.in l.qui-
dam decedens.§.1.ff.de administrati.tuto. Et hoc idẽ
15 † colligitur ex dictis Bar.& aliorum in l. ſi conuene-
rit. ff.de re iudi.vbi voluit, ꝙ in propoſito Iudex, qui
per imperitiam male iudicauit, ſequendo conſilium
alterius, cui de voluntate partium erat commiſſa
cauſa conſulenda, nõ excuſatur in ſyndicatu, ex quo
illud non tenebatur ſequi, quanuis teneatur require-
re illud. & idem concludit Specu. in titulo, de requi-
ſitione conſilij.§.1.verſi.quid ſi iudex.per Ang.in l. ſi
filius. ff.de iudi.& Canoniſtæ omnes in c. ſi pro debi-
litato.de offi.delega. Ita quòd ex iis patet, ꝙ licèt te-
neatur requirere conſilium, quia ita conuentum eſt
inter partes: tamen non tenetur ſequi, non excuſa-
16 tur in ſyndicatu. Hoc etiam† confirmat Imo.in l.cũ
tale.§.reſcriptum. ff. de condi.& demon. vbi prędicta
confirmans dixit aliud eſſe, quando dicitur cum cõ-
ſilio alicuius aliquid fieri: & aliud eſt dicere cum cõ-
ſilio, & conſenſu, quo caſu teneatur requirere & ſe-
qui. Facit quod habetur in c. cùm in veteri. de elect.
& per Ioann. And. in regula, nullus ex conſilio.de re.
iur.li.6. prædicta tamẽ puto maximè procedere, quã-
do ille commiſſarius non eſſet omnino ignarus iu-
ris, prout præſupponitur in facto, per notata per do-
minum Antonium in c.cùm olim.de arbi. per tex. in
c.venerabili.cum gl.de offi.dele.& per l.impuberi. de
ſuſpect.tutori. Et ex prædictis ſatis patet reſponſio ad
prædicta in contrarium, quoniam ad tex.in d.l. Titio.
patet: quia ibi ille, de cuius conſilio debebat fieri, erat
particeps officij. Et ideò nimirum ſi eius conſilium
debet ſequi, vt ibi probatur, iuncta l.conſi. ff.de cura-
tore furio. Et ſimiliter ad tex. in d. l. idemque. quia
hæc iura debent intelligi ſecundum diſtinctionem
ſupradictam, quam tradit Barto. in d.l.ſi plures.in di-
cta collatione. quem omnes ſequuntur. & ſimiliter
etiam non obſtat, quod dixit Barto.de ſtatuto: quia
verum eſt, quòd tenetur requirere, nec hoc negatur
ſemper, tamen non tenetur omnino ſequi, niſi Bar-
to. aliter ibi dicat. Item non obſtat, quòd fines man-
dari diligenter cuſtodiendi ſunt: quia reſpondeo, ꝙ
prædicta vera, vt non teneatur ſequi, vt patet in d. l.
quidam decedens. cum pluribus ſuprà allegatis. &
ideò fines mandati non extenduntur. Quinimo con-
ſeruantur, ex quo conſilium requiritur, vt ex ſupradi-
ctis patet, & declarat Bar & alij in d §.ſi plures.& iſtud
puto de iure verius. Et ſubdit Barto. in d. §. ſi plures.
quod iſta non eſt ſeuis ſolennitas, propter hoc quòd
habens iudicare, non adſtringitur ſequi conſilium al-
terius: quia refert Oldra. dicentem, ꝙ illa non eſt le-
uis ſolennitas, quæ etſi non neceſſario ſaltem cõtin-
genter poteſt operari: vnde cùm ex requiſitione cõ-
ſilij poſſet iudicaturus mutare propoſitum, iſta poſ-
ſibilis contingentia facit ſolennitatem non eſſe le-
uem: vnde inquit dom.Cardi.in cle. 1.in 11.quæſti.
de offi. dele. ꝙ licet clauſula, Moneas & inducas,
17 † poſita in literis Papę, non dat facultatem compre-
hendẽdi, vt notat Ioannes And.in c.ſi pauper de præ-
ben.in 6 & gl.fina.& ibi do.in c.cum noſtris.de con-
ceſ. prębẽn cum concordan. Non per hoc dicitur fru-
ſtratoria, ſed eſt cum ſuo effectu quia poſſet operari
contingenter, quod talis executor monitis & indu-
ctionibus ſuis operaret. Quòd autem iſta non pro-
cedant in iudice imperito, non placet domi. Io. de
Imo.in d.cap.cùm olim. de arbi. propter notata in c.
ſciſcitatus. de reſcriptis. Potuit enim conſulere peri-
tos alios, l.ſi aula. C.de manumiſ. & ſi malè iudicaue-
rit, prouidebitur per alia remedia, quibus aliàs proui-
deri debet: quia materia requiſitionis conſilij ta-
lis eſt: potuiſſet enim committens dicere, & cum cõ-
ſenſu: vnde effectus verborum, quę à iure habent cla-
ram interpretationem, vt c.cum in veteri.de electio.
cum aliis præalle. non debet violentari propter qua-
litatem iuris communis, Iudicis maximè: quia
iam ſi ſuperior cogeret eum præciſe ad proſequen-
18 dum illius conſilium: ſi tamen † ex aliorum multi-
plici & fideli informatione depræhẽdatur illud iniu-
ſtum, non tenebitur ſequi, vt eſt deciſio Barto.in l. ſi
conuenerit. præallegata. Et notat domi. Anto in c.in-
timaſti.de appella. & domi. Abb.in c.ſi pro debilitate.
de offic.delega.& nemo diſcrepat. Ergo ſi iſte ab aliis
aliter informatur, fortius poterit aliter iudicare. &
non eſt verum, quòd hic cauſa ſit commiſſa imperi-
to: quia dicit Imo. in d. c.cùm olim. quod poſito, ꝙ
illud dictum Butrij ſit verum, procedit in iudice pe-
19 nitus ignorãter: & iſte non eſt talis, quia† etiam no-
tarius dicitur peritus ſecundùm Barto. in l. quòd ſi
nepotes.ff.de teſtamen.iure.

Laus Deo. Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

VERBA dedit, ceſſit, & locauit, vtrum poſita in contractu, faciant contractum locationis, aut emphyteoticum. Et ſi fuit ceſſatum in ſolutione dicti affictus, bona ipſa ceciderint in commiſſum, ita quòd inducatur priuatio totius iuris quæſiti ex ipſo contractu: & pactum in dicto inſtrumento appoſitum, quòd liceat quandocunq; affrancare per ſe, & ſuos ſucceſſores dicta bona, an per tale pactum ſit inducta liberatio, ita quòd non inſurgat dicta priuatio bonorum, etiam quòd per plures annos ſit ceſſatum in ſolutione affictus.

SVMMARIVM.

1 *Dedit, ceſſit, & locauit, verba in contractu poſita, an faciant contractum locationis, an aliud.*

2 *Contractus quando aliter non apparet quis contractus ſit, in dubio cenſetur contractus innominatus.*

3 *Contractus iudicantur ſecundùm pacta appoſita.*

4 *Contractus innominatus iudicari debet ſecundum naturam contractus innominati, cui magis adhæret.*

5 *Contractus debet dici talis, qualis ſecundum ſubiectam materiam conuenire poteſt, non habito reſpectu ad incongruam & impropriam expreſſionem verborum eius: quia contractus debet dici talis, qualis meliori modo conuenire poteſt.*

6 *Liuelli conceſſio per inſtrumentum facta, in qua non eſt appoſitum tempus, in dubio intelligitur perpetua.*

7 *Colonus ſiue conductor ad longum tempus, æquiparantur emphyteotæ: & ceſſando in ſolutione*

per trien-

per triennium, incurrit pœnam priuationis ad inſtar emphyteotæ.

8 *Conductor ad longum tempus, etiam ſi ſoluat mercedem in alia re, quàm in pecunia, an poſsit expelli, & incurrat pœnam priuationis ſicut emphyteota.*

9 *Contractus locationis ſicut habet tacitam hypothecam, ſic & contractus emphyteoticus.*

10 *Emphyteota an per canonem non ſolutum priuetur, an ſit neceſſaria ſententia.*

11 *Compenſatio, quæ ipſo iure uenit fienda, intelligi debet, ſi opponatur ab homine, & non aliter.*

12 *Contractus ex partiũ conuentione legẽ accipiunt.*

13 *Succeſſorum appellatione, intelligi debet de uniuerſali ſucceſſore, non de particulari.*

14 *Statuto vel conſuetudine ſtante, quòd ſi aliquis de conſortaria uendiderit aliquam rem immobilem, poſsit proximior de conſortaria retractare, & petere ſibi reuendi intra annum, eodem met pretio: ſi facta fuerit nõ conſorti, talis proximior alteri extraneo uendere vel credere illud ius non poterit.*

15 *Verba dubia interpretãtur contra proferentem, et ſtipulantem in contractibus.*

16 *Conceſsio facta pro hæredibus & ſucceſſoribus, non porrigitur ad extraneos.*

17 *Vendere promittens bona alicui quãdocunque ſoluatur certa quantitas producta venditione: tamen vltra decennium dictus promittens non tenetur.*

18 *Ius conſiſtens in mera facultate alicuius, præſcribitur.*

19 *Præſcriptioni longiſsimi temporis renuntiari non poteſt.*

20 *Verba, ſemper, & quandocunque, non tollunt præſcriptionem longiſsimam 30. annorum.*

21 *Conuentio & pactio per inſtrumentum iuramento firmata, intelligitur, ſi altera pars promiſſa adimplebit.*

22 *Pactum inſtrumento emphyteotico appoſitum, de nõ expellendo ipſum emphyteotam, intelligitur, ſi talis emphyteota ſoluerit canonem.*

23 *Qualitas nominis determinans uerbum, à quo diſpoſitio ſumit effectum, habet limitare obligationem, ſi ceſſat qualitas.*

24 *Contractu extincto & irritato ſuper principali, extinctæ ſunt omnes qualitates acceſſoriæ, & clauſulæ, ipſi contractui.*

25 *Prouiſio & pœna hominis, facit ceſſare prouiſionem legis.*

Conſilium XXV.

DIRIGE domine verba mea &c. Diligenter conſideratis, quæ ſupra in themate narrantur, ac etiam tenore ipſius inſtrumenti, in ſingulis eius partibus, & natura inquiſitionis præhabita, pro iuridica informatione & deciſione conſultationis, de qua principaliter quęrit̃, tres difficultates neceſſario videndę occurrunt. Prima, qualis naturæ dicendus ſit ipſe contractus initus inter Ioan. de Tutiis, & alium Ioan. filium Ioannis, de quo contractu in dicto inſtrumento fit mentio, &c.

Secunda difficultas, quòd ſi fuerit ceſſatum in ſolutione dicti affictus, an bona ipſa ceciderint in commiſſum, ita ꝙ inducatur priuatio totius iuris quæſiti ex ipſo cõtractu. Tertia, an per illud pactũ ad affictũ frãcandũ: & ꝙ liceat, & licitũ ſit ipſi Ioanni Ferrarino & Ioanni eius patri ac ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus frãchare, & ſeſe & hr̃des ſuos liberare ab affícto prædicto, quandocunque ad omnem ipſorum conductorum voluntatem. Et per iſtud pactum ſit inducta aliqua liberatio, alteratio, ita ꝙ non inſurgat priuatio & caducitas, dato ꝙ fuerit ceſſatum in ſolutione affictus, per plures annos?
1 Circa † primam difficultatem, in qua videretur dicendum, ꝙ licèt in dicto inſtrumento dicatur, dedit, ceſſit, & locauit: tamen nõ poſſit dici contractus locationis, ex quo non fuit nec eſt conſtituta merces in pecunia certa & determinata, ſed in alijs rebus, vt in l. 2. ff. loca. & Inſt. eo. ti. §. 1. & ibi per gl. & in l. ędem. in verſi. penſionem. C. eo. ti. & Bar. in l. ſi vno. §. item cùm quidam. ff. loca. Sed potius videretur dicendus contractus innominatus, vt l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præſcrip. verb. & in l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depo. & per gl. in d. §. 1. & in l. ſi olei. C. loca. Et quod notat Bar. in l. ſi pecuniam. col. 5. ff. de
2 condi. ob cauſam. Et in dubio † quando dubitatur quis contractus reſultet, cenſeri debet contractus innominatus, l. ſi tibi ponẽda. in fi. ff. de pręſcrip. verb. per gl. in l. cum tu. C. de pac. inter. empto.

In caſu igitur iſto non videtur, ꝙ poſſit dici propriè legatio, cùm non interuenerit pretium certum, ſed frumentum, vinum, ligna, par caponum, &c. prout in ipſo inſtrumento continetur. Satis autem videretur poſſe dici diiudicari contractus empyteoticus, per ea quæ habentur in §. adeò. Inſt. loc. & in l. 2.
3 C. de iur. emphy. & ſic propter pacta † appoſita in ipſo inſtrumento: vnde dicebat Bald. in l. liberti libertæque. C. de oper. liber. circa finem, in verbo, Item nota. ꝙ licèt in inſtrumento dicatur, ꝙ concedatur res in feudum pro annua quantitate frumenti: tamen non erit feudum, ſed magis contractus emphyteoticus vel innominatus. Sal. in dic. l. ſi olei. voluit, ꝙ talis contractus, de quo ſuprà in themate, ſit dicendus contractus locationis, per illum tex. ex quo loco mercedis dantur fructus ex re ipſa locata huiuſmodi fructus producente: aliàs dicta l. ſi olei. ſi non diceretur contractus locationis, incongruẽter fuiſſet appoſita ſub illo titulo de loc. iuxta legem, imperatores. ff. de in diẽ adiecti. & in verbo, debitis titulis. in proœmio 6. lib. ſuper quo tamen quantum ad propoſitum noſtrum attinet, non puto aliter inſiſtendum: quia ſiue fuerit contractus locationis perpetuę, ſiue ad longum tempus, vt voluit Salicetus: ſiue fuerit contractus ſimilis illi locationi, veſtitus conſuetudine contrahentium, vt voluit notabiliter in dicta l. ſi olei. dicens ꝙ huiuſmodi contractus eiſdem regulis limitentur ſicut ipſa locatio perpetua vel emphyteoſis. hęc firmat Bal. in alijs pleriſque locis infrà adducendis, in ſecunda difficultate. Et bene facit, quod notat Bar. in l. ſi finita.

finita. § ſi de vectigalibus. ff. de dam. infecto. in verſi-
culo. tertiò quæro. dicens, quod hodie illis vocabu-
lis illius contractus abutuntur. tamen in effectu vſus
loquendi pro eodem accipit: & pro eodem debet ha-
beri, & eiuſdem naturæ cẽſeri debet, ſicut contractus
emphyteoticus. Siue ergo dicimus fuiſſe contractum
emphyteoticum propter pacta in ipſo inſtrumento
appoſita, vt in dicto §. adeò. & in dicta l. 1. C. de iure
emphy. ſiue dicamus fuiſſe contractum innominatũ,
vt ſuprà oſtenſum eſt in principio. vnum caſum quã-
tum ad propoſitum noſtrum, idem reſultat effectus.
4 Nam contractus † innominatus debet diiudicari ſe-
cundum naturam contractus nominati, cui magis ſi-
milatur, vt dicta l. 1. §. per ſeruum. ff. depoſi. dicta l na-
turalis. in fine. & l. cum qui. ff. commoda. Conſequen-
ter ergo hic contractus debebat diiudicari vel ſecun-
dum naturam contractus emphyteotici, vt per Bal. in
dicta l. liberti libertæq; & per Bar. in dicto §. de vecti-
galibus. vel ſecundum naturam contractus locatio-
nis perpetuę, vt infra patebit, & per Bar. in diſputatio-
ne ſua, q̃ incipit, publicatus. per Bal. in dicta l. ſi olei.
licèt in locatione ad modicum tempus ſecus foret:
quia differt ab emphyteoſi, vt per gl. & Cy. & alios in
l. prima in princi. C. de iure emphyteotico. Sed non
ſic in locatione ad longum tempus, cùm tranſeat vti-
le dominium & poſſeſſio, ſicut in contractu emphy-
teotico, vt l. penultima, & per totum. ff. ſi ager vecti-
ga. vel emphy. peta. per glo. & Bar. in l. prima. §. ſecun-
do. ff. de ſuperficie. per Bal. in c. literæ. in fi. de dilat. &
in d. l. ædem in ſecunda col. in fi. quicquid dixerit gl.
in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2. quia contra tex.
in l. 2. §. primo, de rebus ec. non alien. Nec prædictis
obſtat, ſi diceretur, aduerte, quia contrahentes in di-
cto inſtrumento, de quo ſuprà in themate, fuerunt
vſi verbo locationis, quæ non tenet & non valet, vt
contractus innominatus, niſi à contrahentibus taci-
tè hoc agatur, vt tenet Bar. & gl. in l. ſi ante. §. fina. ff.
de acquiren. poſſeſ. quia certè tacitè intelligitur eſſe
actum à partibus, dum in inſtrumento dicitur, dedit,
5 ceſſit & locauit, ita q̃ contractus † debet dici talis,
qualis meliori modo conuenire poteſt, ſecundum ſu-
biectam materiam, nõ habito reſpectu ad incongruã
ſeu impropriam expreſſionem nominis ipſius con-
tractus, l. inſulam. & ibi Bar. & Bal. ff. de præſcri. ver. &
in l. ſi vno. in principio. ff. loca. & l. ſi ſtipulatus. ff. de
vſur. per Bar. in l. 1. in fine. C. de vſuri. & p But. & alios
in c. conſtitutus. de religio. domi. & Bal. clarè in pro-
poſito in rubr. de iure emphy. in fin. Amplius aduer-
tendum, q̃ huiuſmodi locatio dicenda eſt perpetua,
ex quo non fuit determinatum tempus, per ea, quæ
notat Bal. in c. 1. de alie. feu. cõcludens, q̃ ſi in inſtru-
mento concedatur ius ad liuellum ſimpliciter abſque
6 determinatione tẽporis, q̃ in dubio intelligitur † fa-
cta conceſſio in perpetuum: & maximè hoc dicen-
dum in caſu iſto, vbi locatio eſt facta etiam pro hæ-
redibus & ſucceſſoribus, quãdo res ſui natura eſt trã-
ſitoria ad hæredes, vt eſt in caſu iſto, l. viam veritatis.
C. loca. & ibi per Bal. Sali. & alios: tunc cenſentur per-
petua per notata p Bar. & alios, vt in l. Gallus. §. quid
ſi parente. ff. de libe. & poſth. & in l. quod dicitur. ff. de
ver. obli. & per Bal. in d. l. liberti libertæq;. Ac etiam
per ampliſſima verba poſita in dicto inſtrumẽto, q̃ quã-
docunque ad voluntatẽ dictorũ cõductorũ & ſuorũ
hæredum & ſucceſſorum. & ſæpius repetitum eſt ver-
bum illud, quandocunque, ita q̃ dilatus fuerit con-
tractus ad tempus indeterminatum. & ſucceſſiuè fa-
cit glo. in ver. perpetuos, in ca. fina. de reſcrip. lib. 6.
Vnde indubiè præſumitur, quòd in perpetuum. & ita
etiam Ange. in l. ſi in aliena. § primo. in princip. ff. de
acquirenda hæredit. idem Imol. Circa ſecundam dif-
ficultatem aduertendum, quòd dictus Ioannes Fer-
rarinus conductor per ſe & per ſuos hæredes, & ſuc-
ceſſores, promiſit ſoluere dictum affictum ſingulo
anno. Si ergo fuit ceſſatum in ſolutione per trienniũ
continuum, abſq; dubio dicendum, quod de iure cõ-
muni haberet locum pœna priuationis & caducita-
tis, & ipſa bona cecidiſſe in commiſſum, vt d. l. 2. C.
de iure emphyteo. ff. locati. l. quæro. §. inter locato-
rem. maximè cum nec ipſe Ioannes conductor, nec
ſui hæredes ſoluerint. Et ſimiliter nec ipſe Bartholo-
mçus, ſiue hunc contractum emphyteotico contra-
ctui aſſimilemus, ſiue contractui locationis perpe-
tuæ, prout videtur deprçhendi ex ipſo inſtrumento,
& prout nunc proximè oſtenſum eſt in omni caſu,
quantum ad effectum, de quo agitur, & ſic de pœna
priuationis ob canonem ſeu fictum, idem erit dicen-
dum. & ideo Baldus in leg. emptorem. C. locati. ver-
ſiculo, quid in colono ad longum tempus, æquipa-
rat emphyteotam & colonum ad longum tempus. &
7 idem Bal in l. hæredem. C. locati, verſiculo, & † oppo-
nitur ad idem, quòd ſit triennium. concludit, quod
colonus ad longum tempus ex quo habet ius in re, &
veram poſſeſſionem. ęquiparatur emphyteotæ, & eo
ipſo, quòd ceſſauit in ſolutione per triennium. poſſit
expelli, & incurrat pœnam priuationis. Et idem glo.
& Salv. in d. l. quæro §. inter locatorem. Et formaliter
in caſu noſtro firmat Bal. in l. ædem. verſiculo, quæ-
ro nunquid colonus. tamen in caſu iſto, de quo ſuprà
in themate, non poſſit dici & verè propriè locatio,
eò quod præſtatur merces in alia re, quam in pecu-
nia, vt in d. §. ſi quis ſeruum. cum alijs ſimilibus ſuprà
adductis: tamen quantum ad hunc effectum priua-
tionis & expulſionis, & idem erit diiudicandum, ſi-
cut in ipſa locatione vera minus facta, ſecundùm Bal.

Concludit ergo Bal. ibi, in indiuiduo. caſum no-
8 ſtrum, quòd † conductor ad longum tempus, etiam ſi
ſoluitur merces in aliqua re quàm in pecunia, poſſit
expelli, & incurrit pœnam priuationis, ſicut ipſe em-
phyteota. Idem firmat Bal. in d. ca. literæ. de dilatio.
Dicendum ergo, cùm contractus iſte habeat ſimili-
tudinem cum emphyteoſi vel locatione perpetua,
conſequenter eiſdem literis limitetur, vt per Bal. in d.
l. ſi olei. cum aliis iuribus ſuprà adductis. Pro qua ſi-
9 militudine benefacit, quia † ſicut in contractu loca-
tionis eſt tacita hypotheca, l. certi iuris. in verſiculo
quinto quæro. dicentem idem in contractu emphy-
teoſi. facit l. 3. & ibi Bar. C. de loca. prædi. ciuilium. li.
11. quia conductor in perpetuum dicitur emphyteo-
ta. & magnitudo mercedis ſeu canonis in caſu noſtro
tollit effectum, q̃ non poſſit dici contractus emphy-
teoticus, ſecundum Spec. in ti. de locato. §. nunc ali-
qua. verſiculo 104. Idem voluit Barto. in cōloquio par-
nario, vt etiam ſi ſit ad longum tempus poſſit expel-
li, ſi ceſſat in ſolutione, & inducitur priuatio iuris ſe-
cundùm Bal. in d. l. ædem. in principio.

Stat ergo concluſio, q̃ de iure communi præfatus
Ioãnes Ferrarius & ſui hæredes & ſucceſſores, & ſimi-
liter dictus Bartholomçus, ex quo ceſſatum fuit & eſt
in ſolutione affictus, ſiue mercedis per trienniũ, q̃ in-
currerent pęnã caducitatis, & priuationis, & poſſunt
expelli à totali vſu, & iure: & ita ẽt de ſeruo cõductore
concludit Hoſt. in ſumma ti. de locato. §. ſi. verſiculo,
quid ſi alij conceſſit, idẽ Bal. in l. 2. C. de iure emphyte. in
verſi. ſi emphyteota facit aliũ emphyteotã. & idẽ Spe-
cu. in tit. de loca. §. nũc aliqua. verſi. 149. & verſiculo
166. & Sali. in d. l. 2. verſiculo, quæro 130. Aduertẽdũ
ergo quòd præſuppoſito abſque præiudicio veri, q̃
potuiſſet licitè fieri alienatio in dictum Bartholomçũ
irrequiſito dicto Lanceloto; tamen certiſſimum eſt,
quòd cenſeri debent eodem iure eſſe dicta bona apud
eum, quo erant penes Ioannem dictum, vel Ioan-
ninũ, & eius hæredes & ſucceſſores, & Galuenum,
& conſe-

& conſequenter ſient primi conductores potuiſſent de iure communi expelli propter canonem non ſolutum: ita Bartholomęus ſecundus conductor, vt per Spec. dicto verſiculo 165. & 166. & in alijs iuribus proximè adductis. & idem Sal. in l. 3. C. de iu. emphy. in 3. col. in princi. verſiculo, vltimò mihi apparet. concludens, quòd canone non ſoluto ipſo iure perditur ius, & dominus iure pleni dominij à quocunque poſſeſſore, etiam habente cauſam ab emphyteota, poterit vendicare. Item omnis locatio etiam perpetua limitatur tandiu quandiu penſio ſoluitur, vt dicto §. adeò. Inſti. loca. & in authenti. perpetua. C. de ſacroſan. eccle. in 4. quæſtione. & ibi per Bartol. in principio, per glo. in authenti. ſi quas ruinas. in principio, eo. titu. Et ad prædicta bene facit, quod notat Innocen. in c. nulli. de rebus eccle. non alienan. In verſiculo, & nota etiam ex prædictis, concludens, quòd locatio ad longum tempus & contractus emphyteoticus non videntur differre quo ad effectum, ſed ſolùm quo ad nomen. Idem formaliter Imola concludit in capit. ad audientiam. eodem titulo, de rebus eccleſiæ non alienandis. col. prima, in fine, in verſiculo, Item aduerte quia quando fit locatio perpetua. & idem in verſiculo, Et ad illud quod dixi ſuprà. dicens, quo ad effectum non differre contractus emphyteoticus & contractus locationis perpetuæ, ſed eiuſdem naturæ eſſe conſentire. Vnde ergo quo ad effectum caducitatis eſt idem dicẽdum, ſicut in contractu emphyteotico, vt ſupra oſtenſum apparet. Et hæc de ſecunda difficultate. Videndum eſt nunc de tertia & vltima difficultate, in qua ante omnia eſt præmitten-
10 dum, an propter † canonem non ſolutum inducatur priuatio ipſo iure, an verò ſit neceſſaria ſententia, de qua per Speculatorem in titulo de locat. §. nũc aliqua. verſiculo. 98. vbi arguit. pro & contrà. Et videtur tenere tutius eſſe, quod per ſententiam. & idẽ videtur tenere Innoc. in c. potuit. de loca. per illum tex. pro quo bene facit, quia tex. in l. 2. & in l. 1. §. fi. C. de iure emphyteo. vtitur verbo cadat, quod tempus futurum concernit, & ſic per ſcientiam, l. ſecunda §. ſi actor. & authen. principales. C. de iura. calum. & in authenti. qui ſemel. ad fi. C. quomodo & quando iudex. facit glo. in verbo, amittat. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Sed contrarium eſt de iure verius, in dicta l. 2. & 3. & ibi glo. vbi tex. dat facultatem compellendi pro pari authoritate. & idem in Authenti. de alienatione & emphyteoſi. §. ſi verè quis locator. & in authen. qui rem C. de ſacroſ. eccleſijs. cùm omnia dicta iura ęquãtur cum parte, & non cum iudice, ita quòd abſq; ſententia iudicis à iure inducitur priuatio & caducitas: facit l. fina. C. locati. vbi eſt verbum, cadat. & tamen intelligitur ipſo iure, non expectata ſententia. Et idem in dicta authenti. qui rem. facit l. commiſſa. ff. de proba. vbi res quæ cadit in commiſſum propter vectigal nõ ſolutum, ipſo iure perditur, & alteri quęritur. bene tamen verum eſt quòd primò requiritur declaratoria veritatis & ipſius domini, vt dict. l. 2. verſi. volenti. & verſi. ſi dominus voluerit. Non obſtat dictum c. potuit. quia certè, vbi emphyteota celeri ſatisfactione ſibi non prouidet, dicit tex. ibi quòd iuſtè expelli potuiſſet. & verſi. iuſtè dat intelligere, ꝙ à ſuo iure ceciderit alia ſententia non expectata: tamen, vt eſt dictum, declaratio voluntatis domini, prout aliàs
11 in compenſatione † dicitur, quæ fit ipſo iure, tamen intelligi debet, ſi opponatur ab homine, vt in l. ſi cõſtat. C. de compenſat. vnde dicebat Inn. in d. c. potuit. ꝙ non eſt reuerſa emphyteoſis, quãdiu dominus patitur poſſidere rem locatã. propter hoc eſt, ꝙ primò requiritur declaratoria voluntas ipſius domini: qua ſequuta immediatè eſt inducta priuatio, & poteſt expelli. & ita Bal. in d. authen. qui rem. circa fi. & Barto. in d. l. 2. de iure emphyteotico, in fin. & Saly. ibi in fine. & idem Bar. in l. 2. ff. de exceptione rei iudi. Et hanc partem tenet Butri. in d. c. potuit. dicens ita communiter teneri. Idem Imola ibi. Vnde cùm ſuprà in themate præſupponatur, ꝙ declaratio huiuſmodi priuationis & caducitatis, ſit facta per ipſum Lanceloitum habentem cauſam ab ipſo domino, & ſic ab ipſo hoſpitali, qui licitè habet declarationem, facere potuit ſecundùm Bald. in dicta authenti. qui ſemel rem. ergo, &c.

Secundò præmittendum eſt, ꝙ in huiuſmodi inſtrumento locationis nullum extitit factum pactum ſpeciale de non expellendo, propter factum non ſolutum. imò interuenit ſpeciale pactum ſolenni ſtipupulatione vallatum, quòd ſingulo anno deberet ſolui dictus affictus: ſed ſolum fuit conuentum inter ipſas partes, ꝙ quandocunque dicti conductores, dicti hæredes & ſucceſſores poſſent ſe liberare à dicto affictu & frãcare, prout ſuprà in themate narrat. His præmiſſis videretur prima facie dicendum, ꝙ ſtante dicto pacto perpetuo ad franchandum & liberandum à dicto affictu dictas poſſeſſiones, ꝙ non incidant in cõmiſſum propter ceſſationes ſolutionis ipſius affictus: ſed perpetuo licitum ſit à prædicto affictu liberare ſoluendo in totum, vel pro parte: patet in inſtrumento ibi, quãdocunque ad omnem voluntatem dictorum ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, &c. dominiũ ipſarum rerum vendant, & chartam venditionis faciant, ita ꝙ videantur bona ipſa eſſe exempta à iure caducitatis. Ex quo dictis locatoribus & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus licet quandocunque ſe frãchiare & liberare.

12 Et contractus † ex cõuentione partium legem accipiunt, l. 1. §. ſi cõueniat. ff. depo. d. l. 2. C. de iure emphyteotico, & in regula, contractus, lib. 6. &c.

His etiam non obſtantibus, contrarium puto de iure verius multiplici fundamento. Nam ſi diligenter verba pactionis conſiderentur, dicta facultas frãchandi & liberandi ſolùm conceditur cõductoribus, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus: non autem dicitur, & quælibet eorum iura conceſſerint. & ſic nos ſumus in terminis c. primi, cum ibi notatis, de feudo non habente propriam naturam. Sed dicta facultas fuit limitata, & reſtricta ad hæredes & ſucceſſores: vnde non videtur, ꝙ trãſeat ad ipſum Bartholomęum,
13 cùm † appellatione ſucceſſorum in dubio intelligi debeat de vniuerſali ſucceſſore, vt in l. quædam. §. ijs, quæ ſui natura. Et propter hoc Speculator in titulo de teſta. §. primo, verſiculo, pone, ſi decidat. ꝙ in ijs, q̃ ſui natura non ſunt tranſitoria ad omnes hæredes, appellatione ſucceſſorum, non inducitur ſucceſſor ſingularis, & ad eum non tranſibunt iura prędicta. Et ita Angelus & Paulus de Caſtro in dicta l. quædã, in §. nihil intereſt. & Bal. in dicto §. ijs autem conſequẽter. cum ius ſui natura ſit tranſitorium ad omnes hæredes, l. viam veritatis. & ibi Baldus & Salycetus, conceſſio iſta pro hæredibus, & ſucceſſoribus, non põt includere Bartholomęum ſingularẽ ſucceſſorẽ, &c.

Nec prædictis vr̃ obſtare, ſi diceretur, ꝙ ius tuendi, & franchandi, & liberandi, ſit cõceſſibile, ff. de diſtractio. pigno. l. ſi creditor. in principio, cùm ẽt regula ſit, ꝙ quicquid eſt tranſmiſſibile ad hęredes, ſit ceſſibile, ff. de adminiſtratione tutorum. l. ex pluribus. & per Bal. in l. per diuerſas. C. manda. in verſiculo 16. quæro. Sed huiuſmodi ius franchandi & ius emendi, eſt reale tranſitorium ad hæredes, vt patet ex forma cõuentionis & pactionis initæ inter ipſas partes, vt per glo. in l. ſecunda. C. de pact. inter empt. Conſequenter videretur, ꝙ hæredes ipſi potuerint cedere huiuſmodi ius franchandi, & ius ipſum emendi ipſi Bartholomęo dicto. Nam certè videtur poſſe reſpõderi, quòd

ea, quæ

ea.quæ determinat Cy.& Bald.in l.4.in fine.C.com-
muni diuidundo.vbi concludit,quod ſtante conſue-
14 tudine,† quod ſi aliquis de conſortaria vendiderit ali-
quam rem immobilem, poſſit proximior de conſor-
taria retractare & petere ſibi reuendi intra annum
eodem pretio:ſi facta fuerit non cõſorti, concludũt,
ꝙ talis proximior non poterit illud ius alteri extra-
neo vendere,vel cedere,per l. ſi mulier.§.ex aſſe.ff. de
iure dotium.Nam conſuetudo videtur diſponere fa-
uore conſortium, vnde nõ extenditur ad extraneos.
& per hoc Bal. ibi allegat,quod notatur in ſimilibus l.
fina.§.cum feudum.ff.de vi & vi arma.facit etiã,quod
in ſimili habetur in l. ſi nemo tutorum.in principi.ff.
de teſta.tute. vnde ita dicendum in caſu iſto,ꝙ pactũ
illud emendi & franchandi fuerit appoſitum fauore
ipſorum conductorum & ſuorum hæredum, & ſuc-
ceſſorum, non debet extendi ad extraneos. Et maxi-
mè hoc dicendum videtur in contractibus, & ſtipula-
tionibus,in quibus fit ſtricta interpretatio.l.quicquid
adſtringendæ.ff.de verborum obligationibus. & ver-
15 ba dubia interpretantur contra ſtipulantem,l.in ſti-
pulationibus.ff.eo.titu.bene facit quod notat tex. in
l.liberi.ff.de verborũ ſignifica.in fin.verſi.quæro nun-
quid appellatione filij. ita quod limita,quod conceſ-
16 ſio † facta pro hæredibus & ſucceſſoribus,non debet
porrigi ad extraneos,& ſic ad alias perſonas,l.ſi vnus.
§.ante omnia.ff.de pactis.l.ita autem geſſiſſe.ff.de ad-
miniſtratione tuto.cùm habeat fieri interpretatio cõ-
tra ipſum Barthulomæum, qui fundat ſe ex pacto, l.
veteribus. ff.de pactis. l.Labeo ſcribit obſcuritatẽ.ff.
de contrahen. empti. Et imputari debet ipſis condu-
ctoribus, qui non fecerunt exprimi de ſingularibus
ſucceſſoribus, prout exprimitur in d. c.1.de feudo nõ
habente propriam naturam. facit regula, contra eũ.
li 6.& in d.l.in ſtipulationibus.vbi hoc eſt expreſſum.
ſequitur Imol.in l. quod dicitur.ff de verbo.obli.ver-
ſi.& hoc caſu non comprehenduntur nepotes nec de-
ſcendentes,&c. Si igitur diligenter dictum inſtrumẽ-
tum conſideretur, ius ipſum franchandi & emendi
ſemper fuit conceſſum ab ipſo Ioanne locatore, &
& domino limitato pro hæredibus, & ſucceſſoribus
vniformiter ſemper in omnibus partibus dicti in-
ſtrumenti.

Conſequenter in hijs,quæ ab ipſo Ioanne cõcedẽ-
te limitato transferuntur,non debet fieri tranſgreſſio
ad alias perſonas extraneas,c.verum.de condi.appo.
l.in re mandata.C.mandati,&c.

Amplius & ſecundo modo poteſt reſponderi,quia
dato abſque præiudicio veri. quod dictum ius fran-
chandi & emendi potuiſſet cedi & transferri in dictũ
Bartholomæum,tamen impræſentiarum videtur, ꝙ
dicto iuri fuerit & ſit præſcriptum, & ſic poſt 30. an.
& vltra. Et ideo Petrus de Ancharano ſuo conſil.324.
17 incipiẽte, In Chriſti nomine,amen:Viſis actis † & acti-
tatis in cauſa.verſiculo,tertio aduertendum.conclu-
dit in terminis noſtris, quod ſtante conuentione, in
qua facta eſt promiſſio de vendendo quandocunque
ſoluatur certa quantitas,prout eſt caſus,videt ꝙ huic
iuri & obligationi præſcribitur per decem annos. Ex
quo curſus tanti temporis arguit eum de negligen-
tia,& facultas ipſa perditur per negligentiam, ſecun-
dum ea quæ notantur in c.plerumque.& Inn.in c.ſin-
autem. de reſcriptis.& quantò magis, hoc dicendum
in caſu noſtro poſt 38.annos,quo caſu cõſuluit Ang.
conſilio ſuo 54.incipiente, Iulianus & Franciſcus.
abſque aliquo dubio tenendum, dictum ius agendi
ad vendendum ſeu franchandum eſſe præſcriptum
per curſum 30.annorum:quoniam obligatio in caſu
noſtro fuit pura non habens diem nec conditionem:
vnde ex tunc incipit pręſcriptio contra dictam actio-
nem ex ſtipulatu, quæ ſilentio 30.annorum eſt extin-
cta, l. ſicut.l.ſi quis.§.1.C.de præſcrip.30.annorum.l.
prima. C. de anna. excep. Non obſtat ſi diceretur de
iure offerendi in mera facultate conſiſtentis,cui non
præſcribitur,vt per glo. in l. cùm notiſſimi.in verbo,
proponere.C.de præſci.30. anno.& in d. l. 1. in verſi.
pro ſocio.& in l.pignori.ff.de vſucap.& ibi per Bar. &
in ca.quoniam frequenter.circa fi.vt lit non conteſt.
Quia dato,quòd hoc procederet, tamen in dicto ca-
ſu noſtro non naſcitur actio, niſi prius fiat obliga-
tio, ſicut in pignoratitia, l. ſi rem.§. omnes.ff.de pi-
gno.actio.

Sed in caſu noſtro actio ipſo iure competit cum
effectu, licèt exactio ope exceptionis fieri non poſſit,
niſi pretium offeratur, l. Iulianus.§. offerri.l.qui pen-
dentem. ff.de actio. empti. Igitur ſi ipſo iure compe-
tit, & eſt nata actio in caſu noſtro, dicendum, quod
ſit actio extincta per curſum 30. anno.vt in iuribus ſu-
18 prà adductis. Præterea,ius in † mera facultate conſi-
ſtens,præſcribitur, vt in l.1.C.de iure delib. de quo ibi
plenius per Doct. in d. l.pignori. cùm in caſu noſtro
ſit diuerſa ratio, vt ſuprà. Nec prædictis obſtant illa
verba appoſita in inſtrumento.dum dicitur,quando-
cunque ad voluntatem dictorum conductorũ. qua-
ſi tacitè ſit renuntiatum ipſi exceptioni præſcriptio-
nis: quia certè,vt dicit Angel.in dicto conſi.quod ẽt,
ſi expreſſè dictum fuiſſet omni tempore, & nulla pręſ-
criptione obſtante, eodem modo eſſet præſcriptum
in caſu noſtro, quoniam exceptioni præſcriptionis
19 longiſſimi † temporis renuntiari non poteſt: ſcilicet
quo nulla currat præſcriptio, requiratur, vt notat
glo.C.de ſacroſan.eccle. auth.quas actiones. per Bar-
to. & alios in l. nemo poteſt.ff.de lega. primo. & in l.
20 1.ff.de vſucapio.Huiuſmodi enim verba † ſemper, &
quandocunque,& ſimilia, non tollunt exceptionem
præſcriptionis longiſſimę, ſecundùm Baldum in l.
prima, in fine. ff. ſoluto matrimo. ſed habent referri
ad tempus habile, quo non ſit inducta præſcriptio
prædicta, vt patet in dict. l. 1. & benè facit quod no-
tat Bart. in l. 1, §. nuntiatio. ff. de operis noui nun-
tiatione.

Cùm igitur illa promiſſio & obligatio de venden-
do, habeat vim ſolum de vendendo 30. anno. tacitè
inſit conditio, ſi fuerit petita intra 30.ann.vt in d. l.ſi-
cut. & in d.l.ſi quis.& in d.l. 1.cum alijs iuribus ſuprà
adductis. concludit Ang. in d.conſi. quòd dicta con-
uentio & obligatio de vendendo, etiam ſi fuerit iu-
ramento firmata, ſit extincta & præſcripta poſt 30.
an. Nec prædictis obſtat,ſi diceretur,aduerte,quia di-
cta conuentio & obligatio fuerit pręſcripta dictis pri-
mis conductoribus: tamen non dicitur præſcripta
ſuis hæredibus & ſucceſſoribus,ex quo eis non eſt de-
curſum tempus 30.annorum. Et cum ipſi hæredes &
ſucceſſores ſint incluſi,& vocati ſpecialiter, & princi-
paliter atque ordine ſucceſſiuo, vt per glo. & Barto.
in l. Gallus. §.2. ff.de lib.& poſt.cùm hæredes eorum
nõ poſſint ſimul occurrere in iſta facultate franchã-
di & emendi, cùm conſtat ipſos conductores viuen-
tes non habere hæredes, omni negligentia ipſorum
primorum cõductorum, non debet eis nocere: Cùm
in eorum hæredum perſona actio viuentibus con-
ductoribus nondum ſit nata,l.cùm notiſſimi. §. illud.
C.de præſcrip.30.annorum.& in dicta l.1.cum alijs ſi-
milibus. Tamen certè eſt bene aduertendum,quia ſu-
biecta materia, ſuper qua eſt interpoſita iſta conceſ-
ſio,eſt facti reſirmatiui,nec cohæret perſonæ eius,qui
cõcedit: & ideo ex ſui natura tranſitoria ad oẽs hære-
des,l.veteris.& ibi per Cy.& alios.C.de cõtrahen.ſtipu-
latio.& p Bart.& doctores in l.ſi ſic. ff.de verbo. obli-
gationi.& in dicta l.viam veritatis. Vnde licèt in con-
ceſſione huiuſmodi fuerit adiecta perſona hæredum
& ſucceſſorum: tamen talis adiectio fuit ſuperflua,
vt dicta

vt dicta l.viam veritatis. & dicta l.ſecunda.C.de pact. inter empt. & ideò ſuperflua, tanquam ſuperflua nihil operatur: & habetur perinde, ac ſi de hæredibus non fuiſſet ſacta mentio, l.eum, qui.§.te & Titium. ff.de verborum obligationibus. per quem textum reprobat Barto opinionem vltramontanorum dicentium, ꝙ vna cenſetur ſtipulatio in perſonam defuncti, & alia in perſonā hæredum, etiam ſi quis ſtipulatur ſibi & hæredibus ſuis. Nam certè hoc eſt ſalſum, quando id, quod in ſtipulatione vel pacto deducatur, eſt ſui natura tranſitorium ad omnes hæredes: tunc enim adiectio hæredum eſt ſuperuacua, vt patet in dicto §.te & Titium. quia in perſona hæredum non incipit noua obligatio, ſed ſolùm illa, q̄ erat in defunctum, tranſeat ad eos actiuè & paſſiuè. Et ita Angelus & Paulus de Caſtro in fine. Idem Paulus in l.ſtipulatio iſta.§.ſuę perſonę.eodem titulo, dicens quòd in perſona hæredum non erit noua actio ſeu ſtipulatio, prout tenuit gloſſa in dicta l. ſtipulatio.§. ſi quis ita.in vltima gloſſa magna, in fi. vnde ſi præſcriptum eſt contra defunctum, non poteſt hæres agere ex ſua ſtipulatione, ſecundùm Pau.de Caſtro: & ita etiam firmat Barto. in dicto §. ſi quis ita. circa finem. & ita Imola ibi, & omnes ſic reſident, ita quòd non cadit noua præſcriptio in perſonā hæredis in terminis noſtris: ſufficiat vnica pręſcriptio contra primos conductores. & ſic conſequenter cenſetur etiam præſcriptū contra hæredes eorum & ſucceſſores, vt patet ex pręcedentibus. Nec prædictis obſtat, quod no. Ang. in dicto §.ſi quis ita.dum voluit, ꝙ in ijs, quæ non habent certam & determinatam naturam, quia trāſeunt ad hæredes, prout contrahentibus placuerit: tunc dicit Ang. ꝙ adiectio hęredis eſt vtilis: cēſentur enim tunc plures ſtipulationes, per notata in dicta l.2.C.de iure emphy.licèt Ang.in veritate in hoc ſē nō bene firmet, ſed remittit ſe ad dicta per eum, & Bar.in dicta l.quod dicitur. Et ideò Imo.in dicto §.ſi quis ita.tenet in hoc contrarium dicens, ꝙ ex quo eſt ſacta mentio hæredum, & ſtipulatio ſeu pactio ſit apta nata ad eos tranſire, cùm ſit ſemper in ſeruitute ſeu iure merè perſonali, dicenda erit vnica. Et ita reſidēt Moderni in dict. §.ſi quis ita. Prætereà etiā, ſi dictum Angel.procederet, non obſtat quoad caſum noſtrum: quia ſumus in locatione vel in contractu innominato, ſuper re ſeu iure ſui natura tranſitorio indiſtinctè ad omnes hęredes, vt d.l.viam veritatis. & ibi Bald.& Saly.merito dicendum, quòd actio & obligatio actiua & paſſiua ſit vnica, & non plures in perſonis hæredum, vt ſuprà demonſtratum eſt. Apparet etiam conſequenter vnica præſcriptio, & non plures. facit quod notat Baldus de pace Conſtan.in §.debellare.in verſicu.non obſtāte.in fine.

Vlterius & tertiò, quòd nuptiarum ius huiuſmodi emendi ſeu franchandi non poſſit competere dicto Bartholomęo, nec etiam hæredibus & ſucceſſoribus dictorum primorum conductorum, oſtenditur alio fundamento: quoniam ab ipſo inſtrumento Ioannes locator promittit nihil ſe facturum, cuius prætextu dicta locatio infringatur, vel quo minus dicti cōductores, vel ſui hæredes dicta poſſeſſione locata vti debeant, & tenere, ſaluis ſemper conditionibus & pactis infrà ſcriptis. & econtrà dictus Ioan. Ferrarinus conductor per ſe & ſuos hæredes, & ſucceſſores, promittit dicto Ioanni locatori ſoluere affictū conuentum, & portare ad domum dicti Ioannis locatoris ſingulo anno, &c. Et ita etiam in fine inſtrumenti dictę partes promittunt inter ſe adinuicem ac mutuò viciſſim omnia hincinde promiſſa attendere & obſeruare. huiuſmodi ergo intereſſe ſacto, conuentiones & pactiones recipiunt limitationes ſecundum diſpoſitionem legalem, quæ eſt, vt ita demum ipſe Ioānes locator teneatur ad obſeruantiam & implementum & ſubſiſtentiam, ſi intereſſe ipſe Ioannes conductor & ſucceſſores impleuerunt & obſeruauerunt pmiſſa pro eorum parte. Ita caſus in terminis in d.§.inter locatorem. & ibi Bal. & Saly. generaliter hoc notant. pro hoc etiam capit.peruenit.el 2.de iureiuran.
21 vbi & ſi conuentiones partium, & pactiones ſunt † iuramento firmatæ, tamen recipiunt hanc limitationē, & cōditionem legalem, ſi altera pars ex ſui parte promiſſa implebit. Facit etiam lex, cùm proponas, cum pactis. & ibi per Bald. ad hoc propoſitum: & idem Saly.in vltimo notabili, & maximè hic dicendum in caſu iſto tenendo, quòd huiuſmodi locatio fuerit quidam contractus innominatus: quo caſu, qui nō impleuit ex parte ſua, nullatenus ſe iuuare poteſt, iuxta ea, quæ habentur in d.l.naturalis. & l. ſi pecunia.ff.de cond. ob cauſam. & facit lex, ſi quis maior. C. de tranſactio. & ibi Bal.in fi. Dicendum ergo, quòd conuentio huiuſmodi, obligatio, & promiſſio ipſius Ioānis locatoris, eum & ſucceſſores nō adſtringit. ex quo vniuerſa ipſe Ioannes conductor & ſui ſucceſſores non ſeruarunt promiſſa, cùm diſpoſitio d.§.inter locatorem. habeat generaliter locum in alijs ſimilib. vt ibi per Bald.& Salyc. Qui enim non ſeruat contractū, non poteſt agere, ſeu vti, ex illa lege finali.ff.de loco publico fruen.lege, ſundo.ff.de legi.§.commiſſo.ff.de fideiuſſor.lege, ſi ſtipulatus. & in d.§. inter locatorē. ita Baldus in terminis in repetitione legis, vt teribus. C.de pactis, vltra medium.in verſiculo, ſed cōtra iſtos opponitur ſic, qui non obſeruat contractus, &c. Idem Salycetus in lege prima, in prima col. C. de iure em-
22 phyteoti. notat, † ꝙ conuentio generalis de non expellendo, intelligitur illo tenente & ſeruante ea, ad q̄ tenetur ex natura contractus: & ſic talis conuentio dicitur habere in ſe tacitam conditionem, niſi faciat id, propter quod priuationem incurrat. ita Salycetus, qui ſatis decidit hāc dubitationē, vt ſi ſit promiſſio & obligatio de vendendo & franchando, cenſeatur habuiſſe in ſe tacitam conditionē, niſi fuerit conuentum in eo, quod inducat priuationem totius iuris, prout ſuprà in primo euidentiali oſtenſum eſt.

Quartò & vltimò hoc alio fundamento oſtenditur, ꝙ conuentio & obligatio vendendi & liberandi, ſi diligenter verba dicti inſtrumenti ponderentur, ſēper inita & concepta fuit qualificatione. videlicet eis exiſtentibus locatorib. vt patet ibi, ex dicto eius patre cōductorib. vt ſupra. Et ibi, quandocunque ad omnē ipſorum conductorum voluntatem. & ibi, ad voluntatem dictorum conductorum. Ita ſemper conuenta & promiſſa ſunt inita recipere hincinde ſub hac qualitate locatoris & conductoris.

lib. & poſth. non debent reſtringi per verba pronepo
tibus, quæ ſunt adiecta ad augmentum, & non ad di
8 minutionem. Si ergo † dictio, pro, auget effectum il
lius verbi, nepotibus, vt dicitur in l. eorum. §. affini
tatis. ff. de poſtul. & verbum, nepotibus, omnes deſcē
dentes includit, ut probatur in d. §. inſtituens. ergo
multo magis per additionem illius verbi, pronepoti
bus, veniunt omnes deſcendentes.

Quod ſi pur obſtinatus quis diceret, uerbū, prone
pos dicitur eſſe in tertio, &c. ut ff. de gradibus l. 1. §. 3.
tunc ergo militat, quod dixi ſupra per Bartolū in d.
l. quæſitum, § pen. de fund. inſtru. quia cum præcedit
genus, & ſequitur ſpecies, talis ſpecies nō reſtringit
genus. Sed & aliter poſſum reſpondere, videlicet ꝙ
ſi pronepos dr̄ eſſe in tertio gradu, ſimiliter nepos dr̄
eſſe in ſecundo gradu, vt d. l. 1. & §. 2. Et tamen diſpo
ſitio concepta pro ſe, & filiis, & nepotib. complectit
oēs alios deſcendentes, vt per Bartolum in d. § inſti
tuens. & in d. l. liberorum. Nec reſtringitur per illud
verbum, liberis filiis, antea poſitum in diſpoſitione,
ut ibi: ergo &c. & verbum, pronepotibus, extenditur
ad omnes, licet prima facie videatur importare poſt
tos in tertio gradu: quia nō video rōnem, quare ma
gis nomine nepotum, omnes deſcendentes veniēt,
quàm nomine pronepotū: cum potius deberemus
dicere contrarium.

Tum propter propoſitionem, pro, quę auget ſigni
ficatum verbi. Tum quia etiam minus eſt dicere, ꝙ
verbum pronepotes, importet oēs deſcendētes poſt
tertium gradum, q̄ verbu nepotes, importat omnes
deſcendentes poſt ſecundum gradum: quia ſic vnū
gradum importabit plus verbū, nepotes, quàm ver
bum pronepotes. Et ſi quis mihi diceret contrariū,
libenter audirem aliquam authoritatē maiorū no
ſtrorum. Si. n. dico, ꝙ, pro, auget effectum illius ver
bi, nepotibus, ut dicitur in l. eorum. §. affinitatis. ff. de
poſtulan. & verbum, nepotib. omnes deſcendentes
includit, ut probatur in d. §. Inſtituens. Ergo multo
magis nomine illius verbi, pronepotib. ueniunt om
nes deſcendentes. quod ſi pur obſtinatus quis dice
ret, verbum, nepos, quia ille, qui eſt pronepos, habet
ſe in minus, & dicit eſſe in tertio gradu, vt ff. de gra
dibus, l. 1. §. 3. ergo militant, quæ dixi ſupra per nota.
per Bartolum in d. l. quæſitum. §. penultimo, de fun.
inſtruc. quia cū præcedit genus, & ſequitur ſpecies,
talis ſpecies non reſtringeret genus. Sed poſito ſine
præiudicio veritatis, ꝙ ea, quæ ſupra dixi, eſſent ſom
nia, habemus gloſſam ordinariam in capitulo fina
li, de pecu. clericorum, quod ſi in aliqua diſpoſitio
ne eſt appoſitum verbum, hæredibus, illud uerbum
pro hęredibus, ſumit pro quolibet deſcendente poſt
primum hęredem, &c. gloſſa determinat iſtam quæ
ſtionem, ꝙ quilibet deſcendens poſt primum cōpræ
hendatur. Nunc iſti, qui nunc viuunt, ſunt de ſobo
le, cum ſint de deſcēdentib. poſt primū hæredē, ſunt
9 cōpręhēſi in hac cōceſſione: & in dubio à gl. non † eſt
recedendū in iudicādo, ut notat Iaco. Butrigarius in
l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictio. Et eius authoritas oēs
alios antecedit, vt dixit Bald. in l. cum hęreditas. C.
depoſiti. Et faciunt notata per Baldum & Salicetum
in l. 1. & 2. C. de pœna iudi qui ma. iud. & tanto ma
gis inhærendum eſt illi gloſſę in terminis noſtris, q̄ñ
talis intellectus applaudet naturę contractus, qui de
ſui natura tranſit ad omnes deſcendētes, ut ſupra di
xi. Et de natura uerborū eſt, ut intelligitur ſecundū
ſubiectam materiam, & ſecundum naturam cōtra
ctus, ut l. damni. §. quod in ſtipulatio. ff. de damno
infec.

inſec.& de vſur.l.ſi ſtipulatus.& l.ſi vno ff.loc.igitur, &c.quod ad omnes deſcendentes tranſeat dicta cõ-
10 ceſſio, ſi accedat verbum, imperpetuum, in eo quod intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, vt notat Albericus de Roſate in l.ſi.ff. pro ſocio.Sed ſubiecta materia, videlicet feudalis, quæ ad omnes tranſit, hæc ſuadet: Igitur.Præterea, quicquid importet alias verbum imperpetuum, in alia materia, non eſt
11 in materia noſtra ſeu emphyteoticaria; quæ fraternizat cum feudali, vt probatur in dicta lege, ſi mihi & Titio.de verborum obligatio.habemus determinatum hoc, quod intelligitur ſine præfinitione, donec ſoluatur penſio, vel præſtetur ſeruitia: certè ſic, vt Inſtituta locati §.adeo.& gloſſ.ibi, & Bartolus & docto.in authentica, ſi quas ruinas.& authentica, perpetua.C.de ſacroſ.eccle.Si ergo ita eſt, quòd in materia illa vel ſimili verbum, imperpetuum, extendat conceſſionem ad omnes deſcendẽtes, donec faciat ipſi debitum ſuum, imo ſecundum aliquos ad omnes etiam extraneos hæredes quod eſt indubitatum in re priuati.Sed in re eccleſiæ eſt dubium, quia multi tenent; quòd ad deſcendentes tantum extẽdatur, iuxta plene notata per Bartolum in authentica perpetua.de ſacroſanctis eccleſiis, & in l. etiam.& ibi per omnes modernos, & maximè per Ludouicũ & Imolam & doctores in l.quod dicitur de verborum obligationibus.& per Canoniſtas in capitulo, in præſentia, de probationibus.quod non eſt propoſiti mei examinare, quia non facit ad propoſitum. Sequitur, quod non eſt recurrendum ad alia remedia vel argumenta.Sed fatendum eſt, quod verbum, imperpetuum, quod per ſe eſt aptum importare & includere omnes deſcendentes in iſta materia, tanto fortius hoc importat, quia iunctum eſt verbo, hæredibus, & prohęredibus.quod ſimiliter eſt aptum importare omnes deſcendentes.Verum ſaltem non eſt negandum, quod non tollat omnem dubitationem, quę cadere poſſet circa illud verbum, hęredibus; & prohæredibus. Et quod verbum in perpetuum, intelligatur ſaltem pro omnibus deſcendentibus in materia noſtra, vel ſimili; videlicet emphyteoticaria; eſt textus in Authen. de alienatione & emphyteuſi. §.licentiam.in verſi. ſed & perpetuò hæc eis, &c. vbi verbum, perpetuo. ſine dubio intelligitur ſecundum omnes pro omnibus deſcendentibus, licèt etiam, ſecundum aliquos, ſumatur pro omnibus hæredibus etiam extraneis.

Item & aliud dubium reſtat examinandum, videlicet, an per non petitam inueſtituram feudum ſit ad dominum reuerſum: quod videtur prima facie, vt in capitulo primo, quo tempore miles. & in capitulo primo, in principio; quæ fuerit prima cauſa beneficij amittendi.cum ſimi.

Sed poteſt primo reſponderi, quod pœna iſta priuationis, non habet locum in Longobardis, vt dicit Baldus in dicto capitulo primo, in principio.quæ fuit pri.cauſa be.amit. Et ibi dicit, quod in libris Iacobi Ardiani erat in textu, niſi ſit Longobardus habens feudum à principe.

12 Secundo reſpondetur, quòd ex quo iſti de zabelis tanto tempore poſſederant, præſumitur inueſtitura, vt notat Baldus in l.1.in 6.columna, in verſiculo, & nota, quod ſic qui poſſedit.ff.de rerum diuiſione. & facit l.qui in aliena. cum ibi notatis per Baldum, Angelum & Imolam ff.de acqui.poſſ. & dicit ibi, quod voluntaria inueſtitura præſumitur, ſi quis per triginta annos poſſederit: neceſſaria autem, vt eſt illa, de qua loquitur, minori tempore præſumitur. & allegat legem penultimam.C.commu. diuidundo. Ex qua allegatione datur intelligi, quod Bal. voluerit, quod decem anni ſufficiunt, ſecundum notata in dicta l.penultima. C. communi diuidundo. Tertiò reſpondetur, quòd cum primus fuerit inueſtitus, videlicet primus Franciſcus, vt patet per conceſſionẽ imperialem, licèt ſecundus vel tertius, vel etiam quis ſucceſſor non fuerit inueſtitus, & ſic ceciderunt à iure ſuo: tamen non reuertitur ad dominum, ſed ad agnatos & filios iſtorum, qui ſunt priuati propter inueſtituram non petitam. Et hoc eſt verum in terminis iſtis, vbi feudum, de quo dicimus priuari, ſecundum tertium & quartum, eſt antiquum vel paternum: & hoc tenet Adreas de Iſer. & Aluarotus in capitulo primo.§.1.quo tempore miles inueſt. & in capitulo primo §.ſi.quæ fuit prima cau. amittendi benefi.Secus ſi eſſet nouũ feudum, vt ibi per eos. igitur quantum ad dominum, poſſunt dicere, liberas ædes habemus.Conſtat autem, quod dictum feudum non erat nouum in perſonam ſecundi, tertij & quarti, qui dicunt non petiſſe inueſtituram, ſed antiquum & paternum, ex quo habuit originem à primo Franciſco, vt in capitulo primo. §. 1. de gradibus ſucceſſ. in feud. & notat Baldus in tertia diuiſione feudorum.igitur, &c.

Reſtat vltimo diſcutere illum articulum; an per non vſum iſti de zabelis perdiderint facultatem cõſtituendi molendinum. In quo dicitur per vos, quod ſic, per textum in lege prima. ff. de nundi. & per notata in c. cum acceſſiſſent. de conſtitutio. cum ſimi. Sed in contrarium fortiter facit gloſ. & quod ibi notat Anto de Butrigario in capitulo, vt priuilegia §. finali, de priuilegiis.& quod notat Ioannes And. Io. de lig.& Domi.in capitulo, finali, extra de conſuetu. lib.6.vbi volunt, quod aut aliquid eſt expreſſe poſitum in mera facultate alicuius, & illi facultati vllo tempore non præſcribitur; & ita procedant prędicta. Et iſte eſt caſus noſter, vt patet ex tenore conceſſionis. Aut aliquid eſt tacitè ſeu implicitè poſitum in mera facultate alicuius, & loquuntur l. 1. de nundi. & per vos allegata.Sed ad gloſſam capituli, vt priuilegia, §.fin. & ad notata in c. finali; de conſue. Vos domine Feline reſpondetis, quòd nos ſumus extra terminos illius gloſſæ, & nota.in c.fi.illius.quia dicitis vos, quod in terminis illius gloſſæ, & c.fina. ſi quis teneat in ſuſpenſo facultatem ſibi conceſſam, nemini præiudicat, cum ſit mera in fauorem priuilegiati: hic autem ſic videmini inferre; quod vbi quis dicitur tenere in ſuſpenſo facultatem ſibi conceſſam, tali facultati non præſcribitur.Et ita loquitur dicta gloſſa; & nota.per doctores in dicto c. fin. alias autem ſecus.

Ad quod reſpondetur, quod in re ita ardua deſideratur dari authoritas alicuius ex maioribus noſtris hanc diſtinctionẽ facientis, & aliter non credimus: aut nullus eſt ex antiquis, quem viderim, qui hanc diſtinctionẽ faciat, ſed potius diſtiguũt, vt ſupra dixi.

Sed profecto iſta diſtinctio non eſt bona, ipſa contra dictam legem primam.ff. de nundinis. & contra ibi notata per Butrigarium. Nam in terminis illius legis 1.de nundinis, non vti facultate nundinarum ſiendarũ ſibi conceſſa, nemini nocet, niſi ſibi. Quod patet, quia dicit gl. in l. 1. C. de diuerſis reſcriptis: quod vſus nundinarum eſt ad preiudicium vniuerſorum: ergo tenere iſtam facultatem in ſuſpenſo, eſt omnibus prodeſſe, ſibi ſoli nocere, non alij. Et ſic vllo tẽpore tolli no deberet, ſi vera eſſet veſtra diſtinctio, &c.

Similiter priuilegium doctorandi, de quo loquitur Bart. eſt ſolum in fauorem eius, qui impetrat ex tenore in ſuſpenſo iſtam facultatem ſibi conceſſam doctorandi, nemini nocet, vt patet ad ſenſum. Præterea, in capitulo, vt priuilegia. §. finali, nonne conceſſio priuilegij, de quo ibi, tendit ad præiudicium ordinariorum illorum locorum, qui interdicerent

loca

loca illa? Certè ſic, vt patet rectè intuenti. Ergo nõ eſt
merè in fauorem priuilegiati. Et ſimiliter etiam fa-
cultas, de qua in capitulo fina. de conſue. non eſt me
rè in fauorem antiquorum canonicorum: imò etiã
in damnum: imò etiam in pręiudicium & damnũ
aliorum, qui tenent pinguiores præbendas. Ideò nõ
eſt verum dicere, ꝙ tenere in ſuſpenſo priuilegium
& facultatẽ huiuſmodi nemini noceat, cùm ſit me-
rè in fauorem priuilegiati: quia imo verſatur circa
priuilegium alterius, vt dixi. Sed & illud dici poſſet
in terminis quæſtionis noſtræ, quod nemini noceat
tenere in ſuſpenſo facultatem ſibi conceſſam: quia
poſito etiam, ꝙ iſtud priuilegium non eſſet in rerũ
13 natura, nemo tamen poſſet † molendinum in flumi
ne publico ædificare, ſi non impetrauit à principe,
l. 2. in princip. ff. ne quid in loco publi. & in l. 1. de flu-
mi. Ergo quomodo poteſt dici, quòd tenere iſtam fa
cultatem in ſuſpenſo, ſibi noceat, quando quidem
nullus eſt, qui poſſit in flumine publico ædificare? Et
ſi diceretur, ſi hoc impetraret à principe: dico quòd
iſtud non eſt in conſideratione, tanquam impoſſibi-
le, vel multum difficile, vt notat Bartolus & docto-
res in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de lega. 1. & in l.
continuus. §. cum quis ff. de verborum obliga. cum
ſimilibus. Rurſus ego dico, ꝙ gloſſa Io. Andreas, Io.
de lig. & Domi. in locis ſuprà allegatis, à quibus in
iudicando non eſt recedendum, non conſiderãt, an
tenere in ſuſpenſo, verſetur priuilegium, vel non
verſetur: ſed an facultas ſit ſepta in expreſſa volunta
te eius, cui ſit conceſſio, & nullo tempore præſcriba
tur. Et iſte eſt caſus noſter, vt patet ex tenore conceſ-
ſionis, an ſimpliciter ſit data facultas, & ꝓcedat l. r.
ff. de nũdi. cum alijs per vos allegatis. Do. Antonius
de Butrigario in dicto capitulo, vt priuilegia. ſimili-
ter non conſiderat, quòd tenere in ſuſpenſo, noceat
vel non. Sed ponderat, an iuris cõceſſi vſus pendeat
à mera voluntate eius, cui eſt facta conceſſio: & tũc
nõ poteſt currere præſcriptio: & aſſignat ibi rationẽ.

Sed ita eſt in propoſita quæſtione, ꝙ vſus iſtius iu-
ris ducendi aquam ad flumen, publici conceſſi iſtis
de zabolis, vt patet ex verbis priuilegij ibi, aquam &
de ſuprà nominato flumine ad vſum prędictorum
fluminum, molendinorum, ad libitum voluntatis
ipſorum dirimendi, ducendi, & accipiendi plenam,
liberam, & omnimodam tribuimus facultatem. er-
go præſcriptio nõ poteſt currere. Nota enim illa ver
ba, ad libitum voluntatis ipſorum. & ibi, omnimo-
dam & liberam facultatem, &c. Et ſic ſiue conſide-
remus verba Io. And. Io. de lig. & Domi. & eorum di-
ſtinctionem ſiue doctrinam domi. Ant. vt ſuprà, ap-
paret ꝙ in terminis noſtrę quęſtionis præſcriptio nõ
habet deeſſe. nec repugnat huic deciſioni Domi.
Ab. in dicto capitulo, vt priuilegia. § fin. ſed applau-
det, ſi rectè conſideretur. Et ratio differentiæ colligi-
tur iudicio meo ex dictis ibi per domi. Abb. & ego
hic interſererem, ſi tempus ſuppeditaret. Sed lon-
gius progreſſus, quàm à principio inſtituerim, iam
finem facio. Et hæc ſolùm ſcripta puretis, vt mutua
collatione melius veritas inueniatur, &c.

Do. Manfredus de Forliuio.

ARGVMENTVM.

HABITVM monachalem nouitiorum extra
clauſtrum portans per multum tempus, poſteà eo
dimiſſo vtrum ſit notatus per hoc infamia, & apo-
ſtaſia, & ei obſtet ad alias promotiones.

SVMMARIVM.

1 *Habitum nouitiorum dimittere, non eſt facere actum prohibitum.*

2 *Pœnam non meretur, quod ſit lege permittente.*

3 *Habitum nouitiorum portans extra clauſtrum, quantocunque tempore, non inducit profeſsionẽ.*

4 *Profeſsioni creandæ ſeu inducendæ, quæ requirantur.*

Conſilium XXIX.

DIRIGE domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ.

In facto eximij decretorum docto
ris do. Antonij de Conregia, refricatũ
in dubium, a quibus volentibus plu-
rima ſapere, quam oporteat, vtrum
in promotionibus, quæ ab ipſo fieri debent, debeat
haberi reſpectus, ꝙ in adoleſcentia ſua multis annis
geſtauit habitum nouitiorum monachorum, quaſi
ex eius dimiſſione remanſerit in aliquo modo notã-
dus & in hoc potius, vt ſufficiat curioſis, quàm ad
aliquid dubitabile ſit, conſulo; ꝙ ex dilatione & di-
miſſione talis habitus, non eſt reputandus aliqua no
1 ta infamiæ vel apoſtaſię infectus: quia † dimittere ha
bitum nouitiorum, eſt facere actum non prohibitũ
à lege, vt c. conſtitutionem. de regu. & cap. eos. cum
materia, de regula.

2 Vnde ex † hoc quod fit lege tolerante, pœnam nõ
meretur, l. Gracchus. C. de adulte. c. qui peccat. 24. q̃-
ſtione 4. Quod autem diuturna dilatio nihil operet,
probatur, quia hic ſunt multæ qualitates de facili
probabiles, in facto aperto conſiſtentes. Ex quibus
præſumitur non concludi neque apparere ipſum ta
citè neq; expreſsè ꝓfeſſum: ergo eſt purus clericus.

Primò, quia portauit iſtum habitum extra clau-
ſtrum, & nunquam habitauit in aliquo loco regula-
ri: ſed fuit in ſeruitio vnius monachi habentis Ferra
riæ vnum prioratum regularem: & iſtud eſt clarum.

3 Quòd † delatio habitus nouitiorum, quãtocunq;
tempore durauerit extra religionem non inducit
profeſſionem, ita gloſſa magna in fine, loquens de
quodam, qui habitum 20. an. portauerat, in d. clemẽ.
eos. de regularibus. & idem gl. prima in fine, in c. por
rectum. de regularib. & ibi Innocentius; do. An. Io.
And. & dominus Abb. quia ceſſat pręſumptio tacitę
profeſſionis: quia ſi vellet profiteri, intraret monaſte
rium. Sed inductus perſuaſionibus dicti prioris, hoc
fecit: quia promittebat adueniẽte ſenectute grauio-
ri, tractare cum domino abbate, quòd ille prioratus
tanquam manualis conferretur ipſi domino Anto-
nio. Et non nego, ꝙ ſi fuiſſet profeſſus, iſta ſpes non
vitiaret profeſſionem, propter gloſſam in capitulo,
quod interrogaſti. 27. diſt. Et notat dominus Abbas
in cap. vt clerici. de regula. &c. Sed hic vt prædixi,
nulla fuit profeſſio, ſed ſimplex principium cum ꝓ-
4 poſito aliquando profitendi, quę non cauſant † votũ
ſolenne, in quo requiritur propoſitum, deliberatio
& promiſſio, ſecundum Ioannem And. in c. literarũ.
de voto. Igitur qui vult aſſerere, quod talis delatio
facta extra conuentum, inducat præſumptionem
profeſſionis, probet hoc: quia contra ipſum eſt om-
nis pręſumptio iuris. Præterea, quod iſta delatio in
nullo obligat, oſtẽditur clarè, quia ipſe nec aſſumpſit
ſibi ipſum habitum, nec ab aliquo fuit veſtitus.

Ex

Ex quo infertur, quòd profeſſio fuiſſet nulla penitus, etiam ſi ſe voto ſolemni adſtrinxiſſet. Ita clarè & latè not. Innocentius, dominus Antonius & dominus Abbas in d. cap. porrectum. Quinimò etiam ſi præfatus talem habitum ſibi contuliſſet, idem eſſet ſecundùm Inno. & alios ibi: quia oportet, quòd talis conferens poſſet incorporare religioni, vel ſi eſt monachus ſimplex, quod habeat licentiam abbatis: per nota. per Ioannem de Ligna. in capitu. ad apoſtolicã. de regu. Quòd autem receperat ordines ſacros, non dimiſſo habitu prædicto, facit quidem votum ſuum ſolenne ad impediendum matrimonium, per capitulum primum, de voto. libro ſexto. ſed quòd ipſum obliget religioni, non eſt dicendum, tum quia eos recepit, vt clericus ſecularis, vt patet ex literis ſuis dimiſſorijs, tum quia non inducitur tacita profeſſio ex ſuſceptione habitus, quæ vt dixi, eſt nulla: ergo nec ordo ipſum firmatur: igitur ex ſeparatis non fit illatio.

Laus Deo. Ita puto verius eſſe, & ita conſulo ego Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

DONATIO facta à Iudæo filio ſuo non emancipato inter viuos iuramento legis Moſayeæ vallatã, an poſſit per ipſum patrem iudæum reuocari, vel nulla dici.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi an habeant filios ſuos in poteſtate, cùm ipſimet ſint ſerui.*

2 *Donatio inter patrem & filium, non cadit in filio, qui eſt in poteſtate: ſecus in emancipato.*

3 *Iudæi etiam ſuis legibus viuunt, & iuramentum ſeruare tenentur ſecundùm eorum legem.*

4 *Donatio iurata valet propter iuramentum, nec à quoquam contraueniri poteſt.*

5 *Donatio inter virum & vxorem, licèt aliàs non valeat, tamen iurata tenet, & non reuocatur.*

6 *Iudæi peccantes contra legem Moſaycam, poſſunt per eccleſiam puniri, & adſtringi.*

7 *Iudæi delinquentes circa legem diuinam, vt in pluralitate vxorum, eodem tempore, aut in contrahendo in gradu prohibito à lege diuina, & ſimilibus, debent puniri per iudicem ſecularem: ſecus in his, quæ ſunt prohibita lege poſitiua canonica: quia ad eam nõ obligantur, eũ cõcernant animã.*

8 *Iudex ſecularis an ſit iudex competens in obſeruantia iuramenti, ſicut eccleſiaſticus etiam contra iudæos contrauenientes legi diuinæ.*

9 *Iudæus contractum per ipſum iuratum obſeruare tenetur, & cogitur.*

10 *Iudæi ſunt adſtricti & obligati legi diuinæ: & iuramentum habet robur ab ea lege.*

11 *Iudæi habent filios in poteſtate, & iuſtas inter ſe habent nuptias.*

12 *Iudæi etiam dicuntur ciues Romani, cùm etiam ipſi ſint ſub imperio Romano.*

13 *Pater factus monachus, an retineat filium in poteſtate.*

14 *Iudæi propriè non ſunt ſerui principum, cùm ſi ſerui eſſent, omne quod acquirerent, acquirerent eis: quod non eſt.*

15 *Donatio inter patrem & filium, etiam iuramento non firmatur, & idem inter iudæos.*

16 *Patria poteſtas eſt ſacra, & ei renunciari non poteſt.*

17 *Donatio inter virum & vxorem iuramento firmatur: cur non ſic inter patrem & filium?*

18 *Iudæus non cogitur ad obſeruantiam iuramenti.*

19 *Iuramentum eſt inductum propter periculum interitus animæ.*

20 *Iudæos Papa non compellit ad ea, quæ ſunt ſalutis animæ.*

21 *Iudæus iurans in materia non reprobata à iure ciuili, obligatur tali iuramento. Secus, ſi iurat in materia reprobata à legibus, quia tunc non obligatur.*

Conſilium XXX.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitię. Neminẽ tam exercitatum iuris interpretem inueniri poſſe exiſtimo, qui ſuper caſu mihi conſulendo tranſmiſſo à genitore meo, ſpectatiſſimo ducali capitaneo Iudice ciuitatis Regij, prima facie: quinimò, vt ita dixerim, & ſecunda in grauem animi perplexitatem non induceret, cum & raro & in locis non vſitatis per peritos iuris commendatores difficultas iſta tacta fuerit: videlicet, vtrum iudæus, qui certam donationem inter viuos fecit filio ſuo non emancipato, & eam iuramenti legis Moſayeæ vinculo vallauit, poſſit eam reuocare, vel nullam dicere? Et quòd non poſſit, etiam ſi non iuraſſet, oſtenditur ſic: Poſteàquam non allegatur cauſa reuocationis, non ingratitudinis, non alterius iuſti metus, obſtare non videtur reuocandi libertas, per notata in l. his ſolis. C. de reuocan. donatio. & in c. fina. de donat. & l. Modeſtinus. cum ſimilib. ff. de dona. nec videtur poſſe dici donationem factam filio in poteſtate nullam eſſe, quia ſit facta ipſi donanti: quia quicquid acquirit filius, acquirit patri: vnde inter donantem & donatarium debet eſſe diſtinctionem, c. ſi. de inſtitu. cum ſimilibus: quia nega-
1 tur hoc aſſumptum, ꝙ Iudæi habeant † filios in poteſtate: & inſtatur ſic: Iudæi ſunt ſerui principum, c. & ſi iudæos. de Iudæis. c. diſpar. 23. quæſtione. 8. Ergo filios in poteſtate non habent, cùm exiſtens in poteſtate alterius, alterum in poteſtate ſua habere non poſſit, lege, ſic eueniet. ff. de adulterijs. Et ita per hanc rationem tenet Archidiaconus in capitulo, qui ſyncera. quadrageſimaquinta diſtinctione, à quo non audet recedere Ludouicus Romanus in lege, multũ: in tertia col: ff. de verborum obligationibus. Et ita etiam tranſit Domin. in dicto capitulo, qui ſyncera.
2 Iura autem dicentia, † ꝙ inter patrem & filium, non cadit donatio, & inter virum & vxorem, lege ſecunda. C.

da.C.de inofficio.donationib.& l.donationes.in prin
cipio.C.de donationibus inter virũ & vxorem.proce-
dunt in filio exiſtente in poteſtate patris:aliàs non,lé
ge,donationes.§.pater,qui filiæ. ff. de donationibus.
lege,ſiue emancipatus.20.reſponſo.C.de donationi
bus Ergo tenuit ipſo iure donatio Mauuellis,& ſine
cauſa reuocari non poteſt. Sed poſito ,ꝙ habeat iu-
dæus filium in poteſtate, tamen adhuc valere videt̃
3 donatio prædicta † propter iuramentum in ea præſti
tum:quia cùm iudęi viuãt , & ſubiecti ſint legibus,
lege,iudæi Romani.C.de iudæis. & iuramentum de
iure validet talem donationem,eo caſu quo eſt iura
ta,videretur tenere ad ipſius vires, & per conſequẽs
ad ipſius iuramenti obſeruationem. Et quòd valeat
4 †donatio iurata vltra rationes vulgatas ; quia ſcili-
cet poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, capitu
lo,cùm contingat.de iureiurando.ergo ligat.Eſt de-
ciſio in terminis Baldi in lege , irritam. ad finem.C.
de vſuc.pro emp.ibi dicit,quod pater non poteſt ve
nire contra donationem factam filio in poteſtate , ſi
eſt iurata:quia lex ſacræ ſcripturæ., quæ iubet iura-
mentum ſeruari,eſt potentior qualibet patria pote-
ſtate.quia nulla conſtitutio humana potẽtior eſt di-
uina,vt ibi per eum.Idem ſentit Baldus in l. ſi dona-
tionem.in ſecunda col. C. de colla.ſaltem à maiori-
tate rationis,dum dicit,quod ſi pater donans filio iu
ret,quòd hoc facit propter merita ipſius filij , dona-
tio valet.Et idem firmat Baldus in repetitione legis
ſecũdæ.ff.de iureiurando.Et hinc eſt, quòd vbi aliàs
lex inualidat contractus inter patrem & filium , vt
in lege,pactum,quod dotali.C.de colla.tñ iuramen-
to validatur,capitulo,quamuis.de pactis, in ſexto. Si-
5 militer † licèt donatio inter coniuges non valeat, to
to titulo ff.de donationibus inter virum & vxorem.
tamen ſi iuratur,efficitur irreuocabilis,vt eſt opinio
communis quam tenet Bartolus,in l cùm quis dece
dens.§.Titia & §.codicillis.ff.de legatis tertio. & Bal
dus in lege prima.de inoffic.donation.& in l. prima.
C.de falſa cauſa adiecta leg. & in lege , quod de ſuo.
C.de do.caut.non numera. & Cynus in l. 1. C.de ſa-
croſanctis eccleſijs.& Ioannes Andreas in Specula-
tore ſuper rubri de donat.inter virum & vxorem. &
Guilielmus de monte Laud. in clemẽtina prima.de
iure iurando.& Angelus in lege , ſi quis pro eo. ff. de
fideiuſſor.& Baldus in conſilio , Quæſtio talis vertit.
Et dominus Marianus dicens hanc eſſe communẽ
opinionem,conſilio 125.incipiente , Ioannes de Cy-
riguanis,de Lucca.
6 Præterea,quod iudæus † poſſit cogi ad obſeruan-
tiam iuramenti,probari videtur euidenter ex dictis
Ioannis Andreæ in capitu. quod ſuper ijs. de voto.
vbi dicit,quod ſi iudæus peccat contra legem Mo-
ſaycam , poteſt per eccleſiam puniri & adſtringi , &
refert de dom.Innocen.Papa V. qui mandauit com-
buri librum iudæorum vocatum Calmoth :quia in
intellectu legis Moſaycæ continebat multas hęre-
ſes.fortius dixit Ioannes Andreas in capitu. gaude-
7 mus.†de diuor.quòd ſi iudæi delinquunt circa legẽ
diuinam,fortè in pluralitate vxorum , vel contrahẽ
do in gradu prohibito lege diuina,vel periurio,& ſi-
milibus,debent puniri per iudicem ſecularem:ſecus
in ijs,quæ ſunt prohibita lege poſitiua canonica:qa
ipſi non obligantur , cum concernat animam:gl. in
capitu.cum contingat.de iureiurando , & de anima
eorum non curat eccleſia , capitulo, multi.ſecunda
quæſtione 1.ibi,de ijs quæ foris ſunt nihil ad nos , vt
in d.c gaudemus.Et cum iſta differẽtia inter ea , quę
ibi ipſi faciunt,contra legem diuinam , & contra le-
gem canonicam,tranſit latè Petrus de Ancha.in re-
petitione regulæ,ea,quæ.verſicu.ſexto quæro.Sed in

propoſito venit iudæus contra legem diuinam vetè
ris teſtamenti , violãdo iuramentum non illicitum,
& quo ipſe ligatur, vt ſtatim ſubdam: ergo cõtra iſtũ
8 reſiſti poteſt per iudicem ſecularem Et†quòd iudex
ſecularis in hoc ſit competens,probat textus in capi-
tulo,licet mulieres. de iureiurando. in ſexto . vbi ita
poteſt & debet ſecularis iudex cogere ſubditos ad
obſeruantiã iuramenti,ſicut eccleſiaſticus . & quòd
intendentibus ad læſionem diuinæ maieſtatis,ſecu-
laris ſit competens contra iudæos,opportunè exami
nat & determinat Petrus de Ancha.conſilio duode
cimo,incipiẽte:Specialis iudex,in prouincia Romã-
diolæ,&c.loquens de iudæo,qui ſcienter proiecit im
munditias ex feneſtra ſuper crucem , &c. & in dicta
regula,ea,quæ.ſimiliter in matrimonijs, quæ ſunt de
foro eccleſiaſtico,eſt etiam iudex eorum eccleſiaſti-
cus,vt non contrahant in gradib. diuina lege prohi-
bitis, vt p Ioannem de Anan. poſt Cardin. in c. poſt
miſerabilẽ.de vſuris.& Iacobum Zocchum in c.gau
demus.in 5.col. præal. cum ſimilib. Quod autem iu-
9 dæus † ligetur ad obſeruantiam contractus ratione
iuramẽti,probat textus Geneſis,25.capitulo,in prin-
cipio,vbi dixit Iacob Eſau,q dicebat ſe velle vende-
re ei primogenita, vt daret ei de frumento , dixit Ia-
cob:Iura ergo mihi.& iurauit , & vendidit , vt habet
ſepti.quæſtione prima . quàm periculoſum . facit il-
lud,Iurauit dominus,& non pœnitebit eum. Et ꝙ li-
getur iudæus iuramento per Deos ſuos præſtito , te-
net Innocentius in capitulo,& ſi Chriſtus. in fine,de
iureiurando. & dominus Abbas in capitulo primo,
in quarta col. de iura. calum. & Speculator ponens
formam iuramenti,eodem titulo,ſi reſtat.verſiculo,
ſed pone , iudæus. & per Bartolum in proœmio ff. &
Hoſtien.in ſumma,de iureiurando. §. qualiter.iuxta
principium.& Bart.in rubri.de iuſtitia & iure.& vide
in lege,pactum quod dotali C.de colla & in lege , q
ſuperſtitis.ff.de acquiren.hæreditate. & in lege , non
erit.§.primo.& ibi glo.ff.de iureiurãdo & domi. An-
to.in proœmio Decretalium.Nec Baldus, quem vul
gus rectè nõ allegat,aliter ſenſit , in capitulo primo.
§.ſacramenta.de pace iur.fir.quia immò vult, ꝙ ligen-
tur ſaltẽ inter ſe.& hoc, dum allegat l. quoniam. C.
de hæretic.quam etiam ita intellexit in lege , cũctos.
in quinta oppoſitione. in fine. C de ſum. trini. Nec
ob glo.in Authenti.vt Iuſiurandum , quod præſtatur
ab ijs,&c.quia loquitur de iuramento,de quo ibi per
eum,in tex.ſcilicet per euangelia, cuius iudęus non
eſt capax. & ideò repręhenditur Bartolus in rubrica,
ff.de iuſtitia & iure.vt per Ludoui. in dicta l. q ſuper-
10 ſtitis.& ideo † cum ligentur lege diuina , ab ipſa ſu-
mat iuramentum robur , vt per gloſſ. & doctores in
capitulo quanto.de iureiurando.ſequitur, ꝙ tenetur
iſte iudæus ad obſeruantiam iuramenti : & ideò do-
natio eſt irreuocabilis . & ꝙ pater donationem factã
à ſe filio reuocare non poſſit , tenet Angelus in lege
penultima.§. filium. ff. pro empto. Sed nihilominus
iſtis licet coloratis non obſtãtibus , credo verius eſſe,
ꝙ dictus iudæus non poſſit cogi ad obſeruantiam iu
ramenti dicti:& ꝙ donatio per ipſum iam reuocata,
11 nullas vires habeat.Et ante omnia dico,†ꝙ habet fi-
lium in poteſtate,quia ipſi habent iuſtas nuptias, le-
ge,nemo iudæorum. C. de iudæis. Et ibi dixit Sal. ꝙ
nuptiæ,quę de iure noſtro ſunt prohibitæ,ſunt prohi
bitæ inter iudæos,ſed Chriſtianis ſunt prohibitæ in-
ter iudęos.Sed filij nati ex iuſtis nuptijs,ſunt in patria
poteſtate,Inſt.de nup.in principio.& §. primo. Item,
12 quia patria poteſtas†eſt ciuium Romanorum,id eſt,
omnium,qui ſunt ſub imperio Romano,l. nam & ci
uium.ff.de ijs,qui ſunt ſui vel alie.iur.& tales ſunt iu-
dęi,dicta lege,iudęi Romani.C.de iudęis. & ita tenet
gloſſa

gloſſa in lege, ius quæſitum.& Pau: de Ca. & Baldus
in lege prima, & expreſſius Petrus de Ancharano in
dicta,lege,nam & ciuium.& eſt textus apertus in ca
pitulo ſecundo,de conner.cõiuga in fine. ibi,cui au-
tem filius in patria poteſtate. & ibi Hoſtien. & Ioan-
nes Andreas & omnes, & expreſſè voluit gloſſa in
capitulo,iudæorum.28 quæſtione prima,dum dicit,
baptizatus eximi à patria poteſtate. ad argumentũ,
de quo per Archidiaconum in c. qui ſyncera. quòd
cum iudæus ſit in poteſtate principum, non poteſt
alium habere in poteſtate, reſpõdetur ex verbis Spe
culatoris in titulo, de ſtatu monachorum. §. primo.
13 verſic. duodecimo,ꝙ pater factus monachus† tran-
ſit in poteſtatem abbatis,ca.nolo & capitulo.non di
catis.12. quæſtione prima.capitulo, ſi religioſus. de
elect.in 6.& tamen retinet filios in poteſtate,vt ibi ꝑ
eum. Reſpondet ad dictam legem,ſic eueniet, quod
non intelligitur de tali poteſtate, quam quis habet
ſupra ſe,ꝑut eſt illa Abbatis in monachum. vel prin
cipis in ciuem: quia illam talem quis poteſt habere
in filium in poteſtate: & talis eſt poteſtas principũ
14 in iudæos,† qui non ſunt propriè ſerui principum.
Patet ex capitu.ſi iudæos.ibi, tãquam. Si enim eſſent
veri ſerui ſequeretur,quod contrahendo ſibi nõ ac-
quirerent,ſed dominis cõtra capitulum, ſicut iudęi.
de iudæis.& ſic etiam firmat Ioannes de Anania in
capitulo,ſi iudæos.& ſic concluditur, quòd circun-
ſcripto vinculo iuramenti donatio non tenuit,vt di
cta lege ſecunda. C. de donati. cum ſimilibus ſuprà
15 allegatis.Quod autem etiam† inter Chriſtianos ta
lis donatio confirmetur iuramento, ergo multo mi
nus inter iudæos, eſt deciſio Baldi in capitulo, cùm
contingat.ad finem, de iureiurando. vbi dicit ad id,
ꝙ inter patrem & filium in poteſtate iuramentum
16 nõ eſt obligatorium:quia† patria poteſtas ſacra eſt,
& ei renuntiari non poteſt, lege ius agnationis, ff.
de pactis. Nam cuius cauſa neceſſario ineſt, eius
effectus conſequens eſt, ſecundum eum: Idem
ſentit Bald. in l. 2. in addit. C. de inoſ. donatio.& ita
etiam firmat Paulus de Caſtro, conſilio centeſimo,
incipiente, Dominus Hubertus.quia ſi quis donaret
ſibimet cum iuramento, non valeret donatio, c. fi-
nali, in fi. de inſti. Ita dicit, quod non debet valere,
quando pater donat filio: quia profectitia acquiſita,
ſunt hodie patris,ſicut & olim.

Item, quia iuramentum patris non poteſt facere
filium de incapace capacem, ſicut & ſi cum iuramẽ
to donaret ſeruo vel alteri incapaci, vt ar. l. cui fun-
dus. ff. de conditioni. & demon. & ibi latè oſtendit
dominus Paulus,quòd dato,quòd oriatur naturalis
obligatio inter patrem & filium, vt voluit Barto. in
lege,frater.in vltima quæſtione.ff.de condi.indeb.li-
cet Bald.non firmet in l.2. C.de inofficioſis donatio
nibus.tamen iuramentum in dicto caſu non firmat
dictam obligationem, maximè, quia in donatione
non naſcitur obligatio naturalis ante traditionem,
leg.Ariſto ait,cum.ff.de dona.l. 1. C. de iure dot.im-
petrando.Sed ſtant dictæ rationes,quas ipſe dicit eſ-
17 ſe veras.Nec mirum,ſi inter coniuges† firmatur do
natio iuramento:quia alia eſt cauſa prohibendi illã,
ſcilicet mutuus amor:& alia prohibendi iſtam,ſcili
cet quia eadem perſona,& quia videtur ſibi donare.
Tamen poſito,ſed non conceſſo, quia falſum eſt, ꝙ
talis donatio iuramento validetur, dico firmiter, ꝙ
in caſu noſtro non validatur, nec iudæus adſtringi
poteſt ad eius obſeruãtiam. Proinde allego Ludoui.
Roma.conſilio 152.incipiente, Præmiſſum laudum.
18 in fine.vbi dicit in terminis† iudæum nõ poſſe com-
19 pelli ad obſeruantiam iuramenti: quia † iuramentũ
eſt inductum ꝑꝑ periculum interitus animæ,c. ſi ve-
ro,&c. cũ cõtingat.de iureiur.Sed iſtud non cadit in
iudæo, qui eſt perditus, c.quoniam.de iudæis.c.ſi go.
20 &c.Item† Papa nõ compellit iudæos in iis, quæ ſunt
ad ſalutem animarum,c q ſincera 45. diſtin. Et hinc
eſt,quod dicitur eos non ligari conſtitutionibus ca-
nonicis,quę ſolùm ligãt ſubiectos eccleſiæ, d c.gau-
demus.ſecunda quæſt.1.multi.& nota.in c. 1.de vſu.
in ſexto.Et alias vidi quatuor conſilia,quod c. quan-
quam.de vſur.in ſexto,non habet locum in teſtamẽ
to facto per iudæum manifeſtum vſurarium.Et ſi di
ceretur arguté, ꝙ hic obſtant dicta Ioannis An in
d.c gaudemus,relata & approbata per Pe. de Anch.
21 in regula,ea quæ.dico eſſe bene† conſiderandum,ꝙ
aliquando iudæus iurat in materia non reprobata à
iure ciuili:& tunc iuramentum obligat:tum quia iu
dex habet ſe mouere, ne violet ius diuinum, & ma-
ximè, quando coniunxit cum Chriſtiano, ne Chri-
ſtianus remaneat fraudatus.Aliquando iurat in ma
teria reprobata à legibus ciuilib.& tunc ſi iurat alte-
ri iudæo,non poteſt cogi obſeruare:ratio eſt, quia iu
dæi ſubiiciuntur legibus romanis: dicta l. iudæi. lex
autem canonica, qñ validat contractum datum à le
gibus,facit propter animam,vbi ſcilicet iuramentũ
poteſt ſine peccato obſeruari, quia non vult aliquẽ
peccare,gloſſa in capitulo,cum cõtingat.de iureiurã
do.Sed in iudæo ceſſat iſte reſpectus animę, quia fo-
ris eſt,ergo remanet in legibus Romanis: illæ autẽ
irritant talem donationem, &c. Non dicatur perti-
naciter,ꝙ quoties Deum offendunt,debet eis reſiſti:
quia iſtud eſſet inferre,ꝙ nõ deberẽt tolerari: ſed eis
reſiſtitur,vbi offendunt legem Moſaycam nõ inter-
pretatã vel ſuppletã à iure ciuili. Sed vbi lex ciuilis
certo caſu irritat cõtractũ,vt hic, iuramẽtum ſuum
non obligat:quia ſubiecti ſunt legibus:& iudex ſecu
laris nõ põt tunc ſe mouere, nõ per leges ciuiles, qa
illæ reſiſtunt:non per canonicas,quia illæ de anima:
ergo iudæis nullum eſt remedium. & oĩa iſta verba
ſunt de mente clariſſimi legum interpretatis domi-
ni Pauli de Caſtro in ſuo eleganti conſilio 103. inci-
piente, Viſa quadam ſcriptura vbi ita cõſuluit in do-
natione facta per iudæum,quia iurauerit nõ reuoca
re,non poſſet compelli ad eius obſeruantiam. Cùm
ergo in caſu iſto non tacto per legumlatores habe-
mus deciſiones patrum, illis eſt ſtandum, capitulo
primo,de conſtitu.l.ſi idem cum eodem. & ibi An-
gelus.ff.de iuriſdic,omnium iudi.c. de relictis. 20. di-
ſtinctione,cum ſimilibus.

Ex quibus oportunè deductum eſſe exiſtimo, pri-
mo,ꝙ etiam inter Chriſtianos talis donatio non te-
neret.Secundò,ꝙ multò minus inter iudæos.Officiũ
ergo habentis iudicare primo iuſtitia more ſuo lau-
dabilis eſt abſoluendum dictum Manuelem à peti-
tis per Miſterum eius filium. Ita fuit iudicatum, &
appellatum.

Laus Deo omnipotenti.Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

IMMVNITAS conceſſa ab inferiore impera-
toris,an valeat, & ſic priuilegium. & Clauſula, mo-
tu proprio, ad hoc vt dicatur eſſe in priuilegio con-
ceſſo,an oporteat,quòd in eo ſit expreſſa,alias non di
catur ineſſe priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratæ rei fruſtra adiicitur.*

2 *Diſputatione res clarior efficitur.*

3 Priuilegia

3 *Priuilegia conceſſa ſine clauſula, motu proprio: nõ tenent nec releuant priuilegiatos.*

4 *Clauſula, motu proprio, ad hoc vt in priuilegio eſſe dicatur, oportet quòd ſit expreſſa, aliàs non dicitur ineſſe.*

5 *Priuilegium immunitatum nõ poteſt concedi, nec oriri niſi à ſolo principe non habente ſuperiorem, vt imperator, quia procedunt ex plenitudine poteſtatis: aliàs non valet.*

6 *Reſcripta ſumunt vires ex præſumpta mente cõcedentis.*

7 *Principis mens talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.*

8 *Impetrantium inſtantia fit, vt in conceſſionibus apponatur clauſula, motu proprio.*

9 *Impetrantium ambitio hodie eſt tanta, quòd ſæpe datur dicendi cauſa multa iuſtè de prælatis, & maximè de Papa.*

10 *Acquirere poteſt inferior à principe per ſpatium temporis ea, quæ ſuperiori ſuo ſunt reſeruata.*

11 *Papa dicitur primus monarcha.*

12 *Concedimus & confirmamus, verba poſita in priuilegio principis, important intentionem principis eſſe, quod in omnem euentum vult cõcedere.*

13 *Renouatio rei extinctæ, vel quæ pro extincta habebatur, non dicitur nouatio, ſed quodammodo reuerti ad naturam ſuam.*

14 *Creari non dicitur, quod olim fuit.*

15 *Clauſula, vtentes plenitudine poteſtatis, oſtendit principem ſupra ius diſponere velle, & vti plenitudine poteſtatis.*

16 *Clauſula, ex certa ſcientia, confirmat gratiam aliàs nullam: & æquipollet clauſulæ, non obſtante.*

17 *Spontanea ſolutio illius dicitur, quando non præceſsit exactio illius, qui cogere poterat.*

18 *Petitio ſimplex facta ab eo, qui cogere poteſt, dicitur violenta.*

19 *Metus ſtatuti dicitur metus terribilis.*

20 *Conſuetudo contra diſpoſitionem principis obſeruata quantocunque tempore, non valet niſi cõcurrat principis ſcientia.*

21 *Clauſula appoſita in priuilegio, ſi ſecus actum ſit, irritum & inane ſit, actus facti cõtrariantes tali priuilegio, inducunt abuſionem.*

22 *Vita aſperior licet religioſis induci non poſsit, niſi adſit ſolennitas ſui conſenſus: tamen ſi reponuntur ad ſtatutum, in quo olim erant, non requiritur conſenſus ſolennitatis.*

Conſilium XXXI.

DIRIGE domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ. Oportet me om
nino ſimilem eſſe ei, qui in agros vlti
mus veniens, & meſſem collectam
comperiens, ne vacuus reuertatur,
omni indagine ſpicas, & q̄libet frag-
menta à meſſoribus de minutis non curantibus reli-
cta, colligere conatur, vt ſeipſum facere alibi teſta-
tur dominus Bald. Etenim per ſolennes iurium cõ-
ſultos, Vincentium Paleottum Bononienſem, Ioan
nem Mariam Ryminaldum, Ferrarienſem, Ioannẽ
quoque Sadoletum, Mutinenſem, mihi maiores põ-
dere, numero, & menſura, adeo ſubtiliter, adeò co-
piosè ac luculentiſſimo ſtylo commentata ſunt hęc
30. Bolerum decreta, tanquam perſpicaciter ad eo-
rum immunitatem contra regiam communitatem
conſuluerunt, vt mihi de additione requiſito, illud
ſępe obſtiterit, quod legitur 96. diſtin. bene quidem,
plenitudinem adiectione non indigere: & rei demõ
1 ſtratæ fruſtra adijcitur, in l. 1 ff. de dote pręle. † Sed ne
fruſtretur rogantium expectatio, & contra pręfatos
latiſſimos conſultores inſtabo parumper. Demum
ſoluendo cum eis, veſtigijs ſuis non mutatis, pertran-
2 ſibo. Sicque diſputatione † res clarior erit, l. minorũ,
§. iuxta. ff. de mu. & hono. Primò, fundamẽtum iſto-
rum cõſulentiũ, qđ eſt ſuper decreto diui ducis Her
culis, poſito pro inutili priuilegio cæſareo, &c. Non
videtur bonum, ꝙ non concurrunt ea, quæ de iure
ſunt neceſſaria ad hoc, vt talia priuilegia odioſa va-
leant. Et primo clauſula, non obſtante, quæ opponi
debet, ſecundùm Bart. in terminis, in l. vacuatis. C.
de decur. li. 10. Et idem generaliter, vbi princeps in-
dulget contra ius tertij, vt per Ioan. And. & alios in
c. 1. de exceſſi. prela. li. 6. & in c. quę in eccleſiarum. de
conſti. cum ſi. Ad hoc reſpondet vnus ex conſulẽtib.
ꝙ licèt ſit præiudicium aliorum, quia tantò plus ſol-
uent, ſecundum Bal. in l. ab omnibus. §. 1. per illum
tex. de leg. primo. & dominum Cardinalem in cle.
pręſenti. in vltima quæſtione, de cenſi. & dominum
Abb. in c. accedẽtes. de pręſcript. cum ſimilib. Tamẽ
negari non poteſt, ſecundum eum, ꝙ hoc pręiudiciũ
non ſit leue, & per conſequens non cõſideratur. Sed
iſta reſponſio facilè impugnaretur per communita-
tem, quæ negaret, ꝙ iſtę exceptiones parũ ei noceãt,
ideo cum ipſa non eſt tranſeundum: quia detegit, &
3 malè cooperit. Secundò, requiritur † clauſula, motu
proprio, ſecundùm Ioannem Andream in capitulo,
peruenit. de immunitate eccleſia. vbi tenet verſus
finem, ꝙ ſi talia priuilegia ſunt conceſſa non motu
proprio principis, non tenent, vel ſaltem non debẽt
grauare reliquos habentes ſoluere. & ibi Ioan. And.
oſtendit in Specula. qualiter pręiudicium reſultans
alias ab acceſſione oriẽte ob iſtas immunitates, mul-
tum operaẽ: quia hoc modo paulatim totum onus
accederet reliquis, & cæteris. Ad hoc reſpõdet vnus
ex conſultoribus, ꝙ cùm iſtud concedatur propter
benemerita, dicitur motu proprio: quia ſecundùm
doctrinam Guil. de Cu. in l. 3. ff. quod quiſque iur. qđ
4 dictum † non ſuſtinetur propter tex. in capi. ſi motu
prop. in fine. de prębendis, in 6. vbi dicitur, ꝙ ad hoc
vt aliquid dicatur fieri motu proprio, oportet quòd
hoc exprimatur. vnde iſta violant textum, de quo
forte Guilielmus non fuit informatus. Tertio debet
5 concurrere, † ꝙ iſtud priuilegium non ſit conceſſum
ab inferiori Imperatore, prout eſt illuſtriſſimus dux
Ferrarię, ſed ab ipſo Imperatore, aliàs non valet, vt
valde ſolenniter determinat Ioannes An. in dicto c.
peruenit. dicens, ꝙ huiuſmodi cõceſſiones immuni-

tatum

tatum procedũt ex plenitudine poteſtatis ipſius Im-
peratoris: quam plenitudinem nõ poſſumus extẽde
re ad aliquem alium principem ſecularem: quamuis
& multi alij nõ ſolum reges, ſed ẽt inferiores, hãc ſibi
approprĩat, vſurpãdo, ſed errãt, ꝑ capitulum, ꝑ vene-
rabilẽ. §. 1. qui filij ſint legit. hæc ſuut verba Ioannis
Andreæ. Subdit tamen in vno differre cõceſſionem
Imperatoris, & inferioris: quia imperiales arguũt nõ
exemptos. ille verò non, ſed tantominus de ſummo
conſueto debet ſolui. Ad hæc reſpondet vnus ex cõ-
ſultoribus, licẽt de hac deciſione mentionem non fa
ciat, ꝙ ſic dominus Fani obtinet iura principis, ſicut
illuſtriſſimus dux: & allegat conſilium Roma. & c. q̃
reſponſio ſimul cum authoritate Romani deſtrui vi
detur à Bal. in l. ſecunda. C. de ſeruitu. & aqua. vbi di
cit, ꝙ quoties dicitur principem poſſe auferre rem
vnius, & dare alteri, non intelligitur de inferiore Im
peratoris. & Idem de legato de latere dixit Fede. cõſ.
200. Sed grauare communitatem, eſt eximere alios,
& auferre vni, & dare alteri, ergo non competit du-
ci. Et quando dicitur, ꝙ non recognoſcunt talem ſu-
periorem de facto, vt ſæpe dixit Bartol. in l. infamen.
de publi. iudi. in l. acta ff. de re iudi. in l. 1. ff. de poſtul. l.
cum concordan. Reſpondetur, ꝙ ſi non recognoſcũt
de facto, vt dixit Bartolus: ergo non de iure. Quartò,
debebat concurrere, quòd princeps non eſſet cirũ-
uentus, prout dicitur in capitulo, cum olim. de re iu-
dica. quia ſi fuiſſet ſibi dictum, quòd iſta erat noua
conceſſio, & quòd iſti nobiles ex ſuo decreto efficie
bantur de non exemptis exempti, & quod commu-
nitas magis aggrauabatur, & quod priuilegium im-
periale expirauerat, q̃s dubitat quod magis cogitaſ-
ſet ante, q̃ conceſſiſſet: & poſito, ꝙ fortè conceſſiſſet,
non tamen ſic facilè. Et hoc ſufficit ad cauſandum
ſubreptionem, c. poſtulaſti, de reſcriptis.

Et dato, quòd dixerit, & de nouo concedimus, ta-
men principaliter intendebat confirmare, & nõ cre-
debat rem extinctam renouare: & ideo dixit Inno.
6 in c. cum † eccleſiaſticę. de exce. ꝙ reſcripta ſumũt vi-
res ex præſcripta mente concedentis. & Baldus in le-
7 ge, ex facto. ff. de vulg & pup. dixit, † ꝙ talis præſumi-
tur eſſe mens principis, qualis eſſe debuit. Modò vo-
lens inducere, ꝙ princeps hęc priuatorum iura igno
rans, & cõfirmare principaliter intẽdens, & ignoris
cõfirmationem euanuiſſe, dicatur ex toto de nouo
concedere, propter verbum, & de nouo, profectò vi-
detur vna violentia: merito dixit exercitatum iuris
lumen reuerendus do. Cardina. conſi. ſuo 141. incip.
8 Sanctiſſimus dominus noſter. in fine, quod † inſtãtia
impetrantium facit, vt in cõceſſionibus principum
ſæpe apponatur clauſula, motu proprio: & aliæ clau
ſulæ, quæ aliàs non apponerentur. Et ſubdit conſi. ſe-
9 quenti, in fi. quòd † olim & hodie tanta fuit & eſt am
bitio impetrantium, quod ſæpe datur materia ſubdi
tis dicendi male de prælatis, maximè de Papa, vbi eſt
Deus eorum. de voto, magnæ. Sic in propoſito diceret
aliquis, quod ſi ſunt iſti domini conſulentes in vio-
lando confirmationem, & confirmando intentum
vltra omnem ſuum propoſitum, ad probaudum q̃d
ſit noua conceſſio, & quod illi ſtandum eſt: & tamẽ
poſito, quod hoc ſit, non concurrunt neceſſaria. Cæ-
terum iſtis non obſtantibus, indubitanter placet mi
hi concluſio iſtorum conſulentium prędictorum: &
oſtendo, quod excellentiſſimus dux noſter potuit il-
los nobiles eximere. Deinde dicendo, quod voluit,
& quod potuerit, probant conſulentes, pro quibus
egredior cum Oldr. in ſuis conſilijs, conſi. 69. incipiẽ-
te, Cõſueuit dubitari. vbi ꝑ rationes lariſſimas, quas
cum de ipſa copia habeatur, referre tædet, probat ꝙ
cum princeps, qui in terris ſuis longiſſimo tempore
exercuit iura imperii, vt legitimare, creare milites,
& tabelliones, & exercere ſupremam iuriſdictioñẽ
tangentia, adeò firmum & iuridicum titulum ac-
quirit in talibus. Sed uno deberet dici, quod de iure
non recognoſcit. Et hãc concluſionem probat cum
tãta ſubtilitate, quod ipſam mihi promitto p. o vna
maxima. & coniũgo, quod animosè decidit domi-
10 nus Cardinalis in clemen. paſtoralis. §. illud. † in ſe-
cunda oppoſitione. de re iudicata. vbi dicit, & pro-
bat, quod reſeruata ſoli imperatori, poſſunt ab infe-
rioribus principibus adeo per ſpatium temporis ac-
quiri, quod in totum exiſtimantur: & ita valeant ab
eis geſta, acſi geſta eſſent ab Imperatore, & hoc in
terris ab ipſo inferiore gubernatis: & talis non dici-
tur eſſe ſine capite, ſecundum eum, contra c. nulla.
93. diſtinctione: quia recognoſcit Papam in ſuperio-
rem, penès quem eſt poteſtas temporalis, habitu re-
ducibilis ad actum, iuxta dictum Philoſo. actus acti-
uorum. & in habentibus ſymbolum facilior eſt tran
ſitus. Eadem ponit dominus Cardinalis in clemen.
præſenti. in vltima quæſtio. de cenſi. Et ita dixit do-
minus Abbas in capitulo nouit. de iudi. poſt gloſſ.
ibi, quòd recognoſcens ſuperiorem, ſemper conue-
nitur coram Papa, tenendo quòd non poſſit in hoc
11 mundo eſſe adeò liber, cum ſaltem † ſubſit primo
monarchæ, iuxta capitulum, omnes de cenſi. qui eſt
Papa: vt notat ibi, & in extrauagãti, vnam ſanctam.
& idem tenent videlicet dominus Abbas in d. ca.
peruenit. de iudic. ibi in verſiculo, hoc intelligo. vbi
reſtringit dicta Ioannis And. ibi volentis illa poſſe
concedi à ſolo Imperatore, vt non procedant in prin
cipe non recognoſcente Imperatorem: & idem Bar
tolus in lege, hoſtes. ff. de capti. Et Imola poſt domi
num Antonium in capitulo primò. de conſti. & in.
dicta l. infamem. & dominus Cardinalis conſilio 78.
& dominus Abbas in capitulo, innonalhus. per il-
lum textum: de cenſi. & Lap. allegatione 85. ad finẽ,
& dominus Abbas in lege, decernimus. C. de ſacro-
ſanctis eccleſijs. & in capit. primo, de iudi. & Ange-
lus, Imola, & Romanus in lege 5. de verborum obli-
gationibus, & Baldus in lege, precibus, verſiculo, q̃-
ro, quod dictum eſt in rege. C. de impube. & alijs ſub-
ſtitu. & Bartolus in lege, proximè. ff. de ijs, quæ in te-
ſta. delen. & Baldus in lege, à iudice. ff. de iudi. & do-
minus Antonius & dominus Abbas in capitulo,
cum te. de re iudicata. cum ſimilibus, in quibus con
firmantur prædicta. Dato ergo, quod iam longiſſi-
mo tempore illuſtriſſima domus Eſtenſis in terris
ſibi ſubiectis exercuerit multa reſeruata Imperatori,
ſequitur, quòd conceſſio iſta, quo ad vim poteſtati-
uam confert ius inuiolabile huic familiæ Zobolo-
rum. Neque negat Ioannes Andreas in dicto capitu
lo peruenit. ſi bene aduertatur, quod etiam princeps
ſubiectus Imperatori, non poteſt huiuſmodi con-
ceſſiones immunitatum & exemptionum indulge-
re: ſed dicit, quod conceſſæ ab eis non debent noce-
re alijs ſubditis, qui obligati ſunt ſibi aliquod dam-
num præſtare. Sed portio exemptionis anteà tan-
gens, adeo diminuitur, quòd alijs non iniungatur.
Modo in propoſito ſatis eſt, quod princeps poſſit
hanc immunitatem concedere: & hoc ſufficit iſtis
non curantibus, cui accreſcat onus. Modò oſtendo
vltra potentiam voluntatem. Quod autem omni-
moda intentio inclyti principis, ducis noſtri, fuerit
illos eximere, ẽt ſi prius exemptio eorum euanuiſſet:
ꝓbat ex eorũ decreto, potiſſimum ex illis verbis, cõ
firmamus, & ẽt de nouo cõcedimus. ſublatis alijs clau-
12 ſulis decreti. Et † adduco verba Io. ãnis And. in ca. In-
ter dilectos de fid. inſtrumen. ſuper verbo, ꝙ mecum.
vbi dicit, quòd iſta verba, cõcedimus & confirma-
mus.

mus. inportant intentionem principis eſſe, quòd in-
omnem euentum vult concedere, etiam ſi talia ver-
ba applicarentur in materia principaliter confirman
te Et hoc dictum poſteà ſequuntur ibi ſcribentes, &
ſic res eſt decisa ibi in terminis Et pro tanto dixit do
minus Cardinalis conſ.199. incipiente, Monaſterium
ſancti Iuliani. quod vbi ſunt talia verba, tunc ver-
bum. confirmamus, imperanter exponitur: id eſt, per
ſcripturam firmamus redditum. Et ideò abſque pro
ductione alicuius originalis habetur pro noua con-
ceſſione, ſecundùm eum allegando Innocentium in
dicto capitulo. inter dilectos. Præterea, multum effi-
caciter conſiderari poteſt, quòd licèt aliàs in vna cō-
ceſſione penitus noua multæ ſolennitates require-
rentur, per prædicta: nihilominus vbi agitur de in du-
cēdo iure, quod aliàs extitit. ſed extinctum eſt & erat
eius memoria: tunc nō requiretur in Principe tāta ſo
lēnitas, cū aliud ſit extinctū. etiā de nouo ex toto ite
rum renouato & aliud de nouo cōcedere, & hoc pro
bat pertinentiſſimè ex verbis Baldi in capitulo cum
acceſſiſſent. de cōſtitu vbi occaſione gl. ſi. dicit quod
13 † renouatio rei extinctæ non eſt nouatio; ſed eſt
quodammodo redire ad naturam ſuam l. de ſerie. §.
ti. ff. de iu. ſi. l. ſi. ff. de mino. & hoc maximè vbi aliquæ
reliquiæ remanſerant; & vbicunque ſupereſt aliqua
memoria, non dicitur res extincta. allegat le. ſi quis
ſub conditione ff. de teſt. tute. bene facit gloſa in cle-
mētina finali, de reſcrip. quæ vult, quòd ille textus lo-
quēs de beneficio nouiter creato, nō intelligitur de
eo, quod olim fuit, licèt extinctum, ſi modò renouat.
14 Rationem aſſignat ibi Zenze. quia non dicitur † crea
ri, quod olim fuit, capitulo, cōſuluit. de iudæis. Nec
videtur in totum non eſſe, quod iuuatur primordio
veritatis, lege, cum filio. §. hæres. ff. de legatis ſecundo.
Vnde dixit Baldus in lege data opera. C. qui accu. nō
poſſ. quòd licèt qui non eſt comes, grauiter puniatur
ſi facit actus cōpetētes comitibus, vt legitimare, &c.
tamen ſi olim fuit conceſſum, deinde ex toto pri-
uatus dignitate comitis, exerceat dictos actus, punie
tur mitius propter primordium veritatis. Et idē dicit
de notario depoſito. Modò in propoſito primordiū
priuilegij imperialis per prædicta facit, quod non po
teſt vllo modo priuilegium herculeum dici nouum,
& per conſequens non eſt mera conceſſio noua: er-
go non requiruntur clauſulę aliàs in conceſſione
neceſſariæ. Facit gloſa in le. Attilicinus. ff. de ſeruitu:
ruſti. prædio. iuncta lege præcedēte, ibi, ad nouas ſuas
redierit. & in lege, ſi vnus. § pactus. ibi, in priſtinam
naturā rediji. ff. de pact. & in capitulo, ab exordio. 36.
diſtinctione. ibi, O reuolauit ad a. & in lege, cum te.
ibi, in ſuam cauſam reuerti. C. de pact. inter emptorē
& vendi. Et illud Boecij. repetunt proprios, quos re-
curſus. inquit Innocentius in capitulo inter dilectos.
de exceſſibus prælatorum. § plurima. vnde exeunt, re
uertuntur. bonus textus in capitulo primo, de pactis,
in ſexto iuncto eo quod notat dominus Antonius in
capitulo, ſtatuimus. de tranſactionibus Et hoc funda
mentū multùm fuit tenendo prout alij, quod priuile-
gium imperiale expirauerit, cuius contrarium infrà
15 tenebo. Præterea, ſatis euidenter apparet, † quod in
conceſſione iſta nō eſt opus alijs clauſulis, videlicet,
non obſtante, vel motu proprio: quia primò eſt illa,
tenens plenitudine poteſtatis. per quam dico, quod
vbi aliàs propter præiudicium tertij requireretur ali-
qua clauſula, tamen iſta ſola ſufficit: quia per iſtam
princeps oſtendit ſe velle ſupra in omnino diſpone-
re, ſed non præſumitur velle vti ordinaria, ſed abſolu
ta poteſtate. Probatur iſta ex verbis Innocentij in ca.
innotuit. ad finem, de elec. & eleganter per Pau. de
Caſtro, conſ. 384. incipiente, In facto præſenti non in-
tēco. in quint. col. & dicit. al. in lege, itē ſi verbera-
tum. ff. de rei vendicatione quòd princeps vtendo
plenitudine poteſtatis, poteſt interdum tertio nocere
etiam ſine cauſa. Et dicit, quod dicens contrarium,
mentitur, per legē bene à Zenone. C. de quadri. præ-
ſcriptione, & idem ipſe dicit in lege tertia. §. ſi is pro
quo. ff. quod quiſq; iur. & in lege, vēditor. §. ſi conſtat.
ff. cōmunia prædiorū. commemorans cōceſſionē vrba-
nam de certis bonis Peruſinorum rebellium. Cùm
ergo iſta clauſula ſit ſufficiens ad tolerandum ius ter-
tij, fruſtratoria fuiſſet clauſula, non obſtante.
16 Adeſt etiam clauſula, † ex certa ſciētia. quæ æqui-
pollet clauſulæ, non obſtante: vt per vnum ex con-
ſultoribus. Pro quo eſt optimè, quod ſcribit Bal-
dus in capitulo, cū ordinem. de reſcri. vbi dicit, quòd
quando iſta clauſula eſt expreſsè appoſita in reſcri-
pto, operatur, quòd confirmat gratiam aliàs nullam.
ita in propoſito etiam ſi euanuiſſet ſuper decreto,
nullo tamen valet: & tanto fortius hic propter illud
verbum, & etiam de nouo concedimus. quod aliàs ni
hil operaretur niſi intelligeremus principē voluiſſe
& confirmare, & data nullitate confirmati, de nouo
concedere. Meritò itaque ponitur à conſulentibus
pro mera & integra conceſſione. Sed profectò ſu-
ſtentari poſſe ſido, quòd iſta conceſſio Herculea, ſit
facta motu proprio. Et adduco dominos de Ro-
ta deciſione 320. incipiente, Licet Romana curia. ſe-
cundùm quotam nuptiarum, vbi tenet poſt Ioan-
nem de Lig. quod licèt tunc aliquid dicatur fieri mo-
tu proprio, quando hoc exprimitur tamē ſi ſunt ma-
ximæ coniecturæ, quod concedens conceſſit motu
proprio: tūc illa clauſula habetur pro expreſſa. Dant
exēplum in collatione facta a Papa exiſtente in par-
tibus à curia diſtantibus, &c. vt ibi per eos. & allego
Paulum de Caſtro, dicto conſilio 384. vbi dicit, quòd
capitulum, ſi motu proprio. loquitur in materijs be-
neficialibus, non in alijs, quæ ſunt omnino odioſiſſi
mæ, capitulo, quamuis. eo libro, de præbendis. Modo
princeps exprimit cauſam motus ſui amore videlicet
erga hos nobiles iterum ad imperiale priuilegium:
ergo ad requiſitionem alterius. & ſic non poteſt dici
per importunitatem, prout damnat Ioannes An-
dreas in terminis in d. capitulo, peruenit. Et ſi dicere-
tur. princeps non erat ex ſe facturus, niſi fuiſſet re-
quiſitus quodammodo: ergo facit motu proprio?
Reſpondet Baldus in capitulo, niſi ſpecialis. de offi-
cio legati, & Dominicus in dicto capitulo, ſi motu.
quòd iſta non repugnāt: imo ſtat, quod princeps fue-
rit rogatus, & tamen facit motu proprio, quaſi non
intuitu precum, ſed ex ſe precibus annuat: dicitur er-
go iuſta conceſſio, hoc motu proprio &c.

Modo hęc omnia decurſa ſunt, vt ſolutæ rema-
neāt præmiſſæ obiectiones, quæ primo intuitu con-
tra conſultores occurrerant. Ex quibus videretur ſuf
ficere cum eis pertrāſire, & factum ſatis eſſe precibus
ipſorum nobilium confirmatū, videlicet eſſe coſu-
lentium ſapientiſſima reſponſio. Sed ſi ius eſſet ſeu fa
cultas huic decreto imperiali viuas emittere voces ſi
milis eſſet eius loquela boni, quem referunt hiſtorici
erga bubulcum agrorum Romanorum dixiſſe, fru-
ſtra vrgeret. ſicut etiam Azina repræhendit Balaam,
ſecunda. q. 2. §. itē Balaā. meritò dicere poſſit ipſum
dicere cum Pſalmiſta: Alieni inſurrexerunt in me,
& fortes quæſierunt animam meam. Et infrà, diuiſe-
runt ſibi veſtimenta mea. & alibi, factus ſum ſicut ny-
cticorax in domicilio, & tanquam paſſer ſolitarius in
tecto. & alibi, inſpexerunt & deriſerunt me. etenim
demiſſis nimium aurib. humiliauerunt ſe conſulen-
tes, dum vnus poſt alium ad inſtar cæcorum ponit
pro expirato, & abuſu, & inutili hoc decretum Caro-
li Imperatoris. Ego ab ipſis in hoc diſſentio, & dico,
quod dato, ſed non conceſſo, quòd decretum inclyti
ti Ducis

ti Ducis noſtri impugnari poſſit, tamẽ eo ad partem
poſito, & adhuc remanet viuum & efficaciſſimum
inuiolabileq; ſacri imperij Indultum. Gladius, quem
communitas Regij apponit radicibus huius priuile-
gij, eſt ſtatutum populi, per quod acceptantes quæ-
dam officia, perdunt omnes exceptiones. Cùm ergo
iſti nobiles dicant iſtud acceptaſſe, pati debet ſtatuto-
rum cenſuram. Reſpondeo ſtatutum tale non eis no-
cere, quoniã in eorum decreto derogatur planè om
nibus ſtatutis, quo caſu etiam futuris derogatum eſ-
ſe videtur. Ad hoc vſitata eſt & irrefragabilis Dyn. &
Bartoli doctrina in lege, ſi mihi & tibi. §. in legatis ff.
de leg. i. vbi dicunt, quod ſi Imperator conceſſit qui-
buſdã nobilibus, vt poſſint aliqd non obſtantib. ſtatu
tis in contrarium facientibus, quod ſi poſt conceſſio
nem faciant ſtatuta obuiantia huic priuilegio, nõ va-
lent, quia iam ſublatus erat omnis effectus cuiuſcun-
que ſtatuti in poſterum obuiantis. Et in dubio vide-
tur Imperator derogaſſe ſtatutis, etiã futuris, ar. le-
gis, ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. prædio. Ita dicunt ſpe
cialiter & formaliter. & hoc ſequitur Petrus de Peru
ſio, in ſuo tractatu de quarta canonica parochiali, it.
quinta quæſtione ad finem. & Paulus de Caſtro in le
ge, ſi ſtipulatus fuerim. §. primo. ff. de verborum obli-
gationibus. & Pet. de Ancharano in clementina pri
ma, in decimo notabili, de exceſſibus prælatorum. &
Alberi. in prima parte ſtatutorum. q. 474. incipiente,
Item quæro. Et Baldus, Angelus, Imola, Raphael, &
Paulus de Caſtro in dicto §. in legatis. & non vidi ali-
quem contra dicentem, &c. Si ergo ſtatutum populi
Regij non potuit operari aliquid contra illud Impe
riale decretum habens clauſulam derogatoriã, per p̃
dicta: ſequitur ꝙ iſta reputata fortiſſima electio nihil
valet cõtra dictum priuilegium, ſublato ſtatuto, ob-
uiat ius commune, per qđ exemptus, ſi munera ſpõte
ſubijt, priuilegio exemptionis renũtiare videtur, niſi
proteſtetur, ꝙ nõ docetur fuiſſe hic. Sed allegatur ſim
plex quorundam nummorum acceptatio. Et de hoc
eſt textus, gloſſa, & Bartolus in lege prima. C. de his
qui ſponte munera publica ſubeunt: quia iſte actus
eſt incompaſſibilis cum priuilegio: ergo perinde re-
nuntiatum eſt priuilegio, ſecundum gloſſam Ioãnis
Andreæ & alios in capitulo, cum acceſſiſſent. de con-
ſtitutionibus. & hoc eſt motiuum, quod videtur hu-
miliaſſe præfatos conſulentes. Reſpondeo multipli-
citer, & quælibet reſponſio ſola per ſe ſufficeret. Pri-
17 mo dico, quòd diceretur ſpontanea ſolutio, † quan-
do non præceſſiſſet exactio illius, qui poſſit cogere:
puta, quòd ſi impoſito per communitatem aliquo
onere vniuerſali, exempti vltrò ſoluerent, ſic intelli-
go verbum, ſponte, de quo in dicta lege ſecunda. Sed
hic fuerunt coacti per literas principis, volentes, vt
nullo exceptuato omnes ſoluerent. Módò princeps
poteſt cogere: hoc patet, ergo ſolutio facta præcedẽ-
te petitione eius, qui potuiſſet cogere, dicitur exacta
& non voluntaria. Cõſequentia iſta probatur ex vna
celebrata theorica Ioannis Andreæ in capitulo, præ-
terea. el ſecundo, in verbo, extorquentes. de iure pa-
tronatus. vbi dixit, quòd illa dicitur extortio, vel exa-
18 ctio, non ſolùm quæ fit † cum violentia, ſed etiã vbi
præcedit ſimplex petitio illius, qui poteſt cogere, da-
to quòd poſt ipſam ſequatur ſpontanea ſolutio. Ita
dicit ad literam.

Modo in propoſito non ſumus in caſu tituli, C. de
his, qui ſponte. quia præceſſit petitio: & dicens ſolutũ
fuiſſe ſponte. probet, cum contra ipſum ſit præſum-
ptio, lege, cùm de indebito ff. de probationibus. & illã
doctrinam Ioannis Andreæ multum notat ſolennis
vir dominus Ioannes de Lignano in c. ſecundo, in
quartadecima col. de delictis puerorum. bonus tex-
tus in lege, nouiſſimè. ff. ꝙ falſo tutore authore. per
quem dicit ibi Baldus, quòd cum dubitet compelli,
licet ſponte faciat, dicitur facere compulſus: & idem
de ſoluente metu ſtatuti, quoniam alia coactione
ceſſante, dicit Bartolus In lege, creditor. ff. de ſo-
lutio. facit quod notat Baldus in lege, omnem.
C. ad Tertul. dicens, quòd metus ſtatuti, dicitur
19 † metus terribilis. Sic uno modo, & ſufficienti reſpõ
ſum eſt ad titulum C. de his qui ſponte.

Secundo reſpondeo, quod ad hoc ut actus ſub-
eundi munera dicatur incompaſſibilis cum priui-
legio immunitatis, oportet quòd de directo obuiet
priuilegio, ſecundum Ioannem Andream, & om-
nes in dicto capitulo, cùm acceſſiſſent. Dicitur au-
tem indirectè, quando non ſubit in communantia
omnia onera vniuerſaliter, ſed aliqua: quo caſu il
la munerum acceptatio, etiam voluntaria, non
præiudicat immunitati, & in illis accepta. Iſta eſt
ampliſſima, & approbata concluſio Cyni in lege,
voluntarie. per textum ibi. C. de excuſatio. tutorum.
Idem Bartolus in l. ſecunda. C. de his, qui ſponte. &
& eſt textus, & Bartolus In lege ſecunda, ff. de decu-
rionibus. & Bartolus in lege prima. ff. de veteranis. p
illum textum. Et dominus Abbas in dicto capit. cum
acceſſiſſent. in vltima col. Et etiam, ſi iſti fuiſſent de-
curiones, idem eſſet, non obſtante, quod dicitur in
dictis locis per legem ſecundam. ff. de decurionibus,
quia illi legi, & ſtatuto incontinenti eſt derogatum
per ſolennem clauſulam, non obſtantibus, &c. poſi-
tam in priuilegio Cæſareo. Cum ergo mihi dicatur,
quòd quamplurima ſunt onera non exemptis impoſi
ta. Ex illis nunquàm ſequitur, quòd priuilegio non
ſint abuſi, dato etiam, quòd ſi aliqua ſubijſſet, quod
non aſſero, quia mihi ex toto negatur. Tertio reſpon
deo, quòd etiam ſi fuiſſent facti actus importantes di
rectam renunciationem huius priuilegii, nihilomi-
nus duraret ipſum priuilegium. Et conſidero verba
appoſita in eius fine ibi, mandãtes & præcipiẽtes, &c.
Ex quibus infero dupliciter, ita quòd non poteſt ar-
gui validitas dictæ tacitæ renunciationis: quia iſtud
priuilegium vltra vim priuilegiatiuã, habet etiã vim
prohibitionis, & actus illi repugnantes, ſaperent ne-
dum renunciationem, ſed etiam vitium inobedien-
tiæ. Et ideo ne incurratur inobedientia, priuilegium
non tollitur. Et adduco ſolennem, & elegantem do-
ctrinam Archidiaconi in capitulo, cum de benefi-
cio. de præbendis. in ſexto libro, vbi dixit: Papa dat
priuilegium abbati, vt non conferat clericis ſeculari-
bus certa beneficia: & prohibet ne hoc fiat, quia ab-
bates contulerunt ſecularibus tanto tempore, quòd
eſſet nata præſcriptio, de qua in illo textu, verum pri-
uilegio ſit renunciatum: arguit quòd ſic, per capi-
tulum, accedentibus. de priuilegijs. Contrarium deci
dit, & ſequitur ibi Ioannes Andreas & Domin. quia
contrarium procedit in priuilegiis. Secus ubi eſt etiã
prohibitio, quia tunc apparet de intẽtione legũ prin
cipis, quam inferior elidere non poteſt ſine ipſius cõ
ſenſu. Et ideo colligit Dom. ex hoc, quòd conſuetu-
20 do † contra diſpoſitionẽ principalis, quantocunque
tempore obſeruata non valet, niſi concurrat princi-
pis ſcientia: & dicit hoc Baldus. Secunda via, per quã
21 † ſuſtinetur, iſta reſponſio, colligitur ex ſequentibus
verbis Archidiaconi, Ioannis Andreæ, & Dominici,
in dicto capitulo, ſi de beneficio, vbi dicunt, quòd
vbicunque eſt in priuilegio clauſula decreti, videli-
cet, ſi ſecus actum fuerit, irritũ ſit & inane, nunquàm
actus contrariantes illi priuilegio, facti per priuilegia
tum, inducunt priuilegij abuſionem. Et notat Bald.
in lege, ſi ſolennibus. in fin. C. de fide inſtrument. &
domini de Rota in antiquis decisio. 193. Modo in
iſto priuilegio licẽt iſta clauſula decreti nõ ſit expreſ
ſa, eſt tamen appoſita pœna contrafacientium. Er-

go ſequitur quòd actus in contrarium facti, ſint nulli, ſecundum Bartolum & alios in l.prætor.in princi. ff.de operis noui nunciatione, & Baldum in l.1. in 4. co .C.de his,quæ pœnæ nomi.& Bal.& Salyc.in lege non dubium.C.de legi.cũ concordantijs. Sed ſi actus eſt nullus, videmur eſſe in eodem effectu, in eadẽ potentia,in quibus eſſemus ſtãte clauſula, ſi ſecus.quia ſicut illa irritat contra factum, ita etiam facit appoſitio pœnæ & ita in iſtis caſibus non procedit capitulum,accedentibus.de priuilegiis,& in utroque ſumus nos. Et iſtæ tres,vel quatuor reſpõſiones diuerſo modo tollunt l.2.C.de iis qui ſponte. Nec poſitio vnius reſponſionis,ponit præcedentẽ pro ſuperflua: immo cuilibet de per ſe inhærco. Et ſic neque ſtatutum, neque ius commune poteſt induxiſſe,ꝙ aliq actus iſtorum nobilium fecerint ſuum priuilegium imperiale expiraſſe. Illi ergo ſummè innitendum eſt, tanquàm veteri,& viridi radici, non vt arido trunco, qualẽ ipſi fecerunt domini conſulentes, eorum eminentia ſemper ſalua. Adducta in contrarium ſunt funditus euacuata,& potiſſimum, quod dicebatur in c. poſtulaſti. de reſcriptis, quòd neſciebat dux ſe de nouo eximere: ergo difficilius conceſſiſſet. de quo rememorãdo priuilegium imperiale ſcit, & conſiderat iſtos quondam fuiſſe exemptos, etiam ſi mõ deſiiſſent eſſe exẽpti quod non eſt. Tamen dicendo,& ẽt de nouo cõcedimus, apparet, ꝙ non uolebat eos ad priſtinũ ſtatum reintegrare: nec dicitur noua conceſſio, ſed antiquæ reparatio: quo caſu non requiritur alia ſolennitas, quæ modo in actu omnino nouo requireretur, ſicut dicit Domi.in cap.ab exordio.35. diſtinctione,
21 † ꝙ licet religioſis nõ poſſit indici aſperior vita, niſi adſit ſolennitas conſenſus ſui, ſecundum gl. in regula,omnis.lib.6 Tamen ſi reponuntur ad ſtatum , in quo olim erant , non requiritur ſolennitas conſenſus. Quòd autem dicebatur de clauſulis, quæ non videbantur ſufficientes ad præiudicandum tertio, iam reſponſum eſt, ꝙ immo ſufficiunt: quia ex verbis decreti ducalis conſtat principẽ rectè informatum voluiſſe ex certa ſcientia,& potuiſſe hoc cõcedere. Nec concurrit petentium importunitas, imò motus laudabilis principis: cuius uerbis adeo credi oportet, dũ narrat, cur ſe mouerit, ꝙ non admittitur probatio in contrarium, per textum in clem.j. de probatio. Habent ergo iſti nobiles inſiſtere pariter in vtroque priuilegio ſuo, iuxta illud diſtinctum: Nunc Varo, nunc Cicero greſſus committentur euntis, Dum re certis fontibus ambo lauant.

Laus Deo omnipotenti.
Ego Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

FEVDVM ab eccleſia habitum, per ingratitudinem amiſſum, vel per uenditionem eius , vt res propria, utrum tranſire poſſit ad hæredes . & ſucceſſores talis delinquentis. & ipſe eis concedere valeat . & inueſtitura facta de feudo lite pendente, an valeat, & inueſtitura ſubreptitia , quia non expreſſa veritate , an valeat. Tempus petendę inueſtituræ, an currat ignoranti, & non poſſidenti pacifice.

SVMMARIVM.

1 *Iudex verus duobus clarere debet, ſcilicet ſcientia & conſcientia: cum conſcientia ſine ſcientia, diabolica ſit.*

2 *Actio, quæ de euictione tenet , eundem agentem repellit exceptio.*

3 *Hæres hæredis dicitur hæres, & talis hæredis appellatione, hæredis hæres comprehenditur.*

4 *Agenti pro damno euitando iudex magis fauere debet, quàm agenti pro lucro captando. & numero 5.*

6 *Obligationis conditio non mutatur ex perſona hæredis.*

7 *Vitia perſonalia , perſonæ cohærentia , tranſeunt contra quemcunque ſucceſſorem , maximè cum vtitur adminiculo ex primo authore.*

8 *Prohibitio tutori facta, ne ducat eam, cuius tutor extitit, habet locum in filio tutoris.*

9 *Ingratitudinem cõmittens in eccleſia, perdit quod ab eccleſia accepit.*

10 *Beneficium vacans ex negligentia alicuius , non poteſt iterato ſibimet negligenti conferri.*

11 *Prælatus rem eccleſiæ illis de nouo concedere non poteſt, quorum culpa ſeu negligentia res illa reuerſa eſt ad eccleſiam.*

12 *Vitium anteceſſorium tranſit in ſucceſſores.*

13 *Inueſtitura de feudo facta, aut alia geſta lite pendente, ſunt nulla.*

14 *Vendens rem aliquam, intelligitur vendere iure proprio, non liuellario ſeu emphyteotico.*

15 *Emphyteoticario, vel liuellario iure vendere non intelligitur, qui proprio iure vendit.*

16 *Tempus inueſtituræ petendæ non currit ignoranti rem eſſe emphyteoticam.*

17 *Tempus datum ad petendam inueſtituram , non currit impedito , maximè vbi impedimentum tollit pacificam poſſeſſionem.*

18 *Annus datus promoto ad curatum, non currit turbato in poſſeſſione.*

19 *Ignorantia iuris communis , ſicut excuſat mulierem, ita & ignorantia priuilegij.*

20 *Inueſtitura viſiatur, ſi ex multis cauſis vna falſa in ea exprimatur , etiam ſi aliæ multæ vera ſubeſſent.*

Conſilium XXXII.

Manfredus de Forliuio.

DIRIGE domine verba mea in viã veritatis, & iuſtitiæ. Plura ſunt, q̃ ad ſcribendũ me mouent pro nobili domina Ioanna, vxore quondã dñi Theodati de Barbalõgis, ꝯtra illos de Thomeo. Sed illa potiſſimũ velut vrgentior cã me facile impellit, ꝙ cãm agi audio coram iudice oĩum pfectione, & integritate maiore, adeo, vt difficile cognitu ſit , qũo magis ſole illuſtret ex illis duob. radijs, quos in iudice neceſſarios eſſe dixit diui-
1 nus Bal.in l.hac lege.C.de ſnijs, ſolis † videlicet cõſciẽtiæ, & ſciẽtiæ: cũ ſciẽtia ſine conſciẽtia, diabolica ſit, vtroque,

vtroque,ſ. ſole ſcitũ iudicis huius caput ſingulariter
illuminat.Rem ipſam aggredior omni ſuperfluitate
reiecta. Et vobis reuerendiſſime domine vicarie, vir
doctiſſime,oſtendo quòd dicta domina Ioanna ab-
ſoluenda eſt a petitis per partem aduerſam, propter
tres rationes propter aduerſarij turpitudinem: pro-
pter inueſtituræ eiuſdem duplicem nullitatem:pro-
pter inueſtituræ dominæ Ioannæ efficaciam. Ad pri
2 mum,quē de euictione tenet † actio, eundem agen-
tem repellit exceptio,l.vendicantem.cum ſimilibus
ff.de euictio.ergo iuſte contra ipſum exemptum eſt,
& repelli debet. Et præmitto,quòd in actis, & actita-
tis coram domino Nicolao Cagnazino inter haſ-
met perſonas, in eadem materia deductum, & pro-
batum eſt,quòd Iacobus Romæus actor in præſenti
cauſa, eſt ſucceſſor Marci quondam & Rotrem de
Romæo,qui primo rem hanc vendiderunt Montha
3 deſijs propria. Et eſt hæres † hæredum ſuorum, & ſic
comprę̨henditur in propria venditione, vbi de eui-
ctione obligantur hęredes: cum appellatione hære-
dis,veniat hæres hęredis,l.in ciuilibus.C.de leg.lege
hæredis.C.de verborum ſignificatio. Et in propoſito
eſt caſus in lege,cum ſucceſſores.C.de euict.vbi auth.
hęredibus in quocunque gradu conſtitutis. Et ſi di-
ceretur, illi de Romæo non ſunt immediate autho-
res dominæ Ioannę,ſed illi de Monthadeſijs:ergo te
netur proximus venditor,non autem primus,lege,ſi
rem.& lege ſi pro re.§.primo,ff. de euic. Reſpondeo
illud eſſe verum, niſi de ſucceſſore in ſucceſſorem
ſit facta ceſſio actionum, prout expreſſe factum eſt,
& per ipſos de Monthadeſijs,vt ſignaui in inſtrumē
to emptionis magiſtri Franciſci. Ita reſpondet Bal-
dus in dicta lege, ſucceſſores. dicens hoc eſſe quoti-
dianum,& hoc primum fundamentum ſufficere de
beret ad victoriam huius dominę. Quinimmo reſul
tat ex hoc vnum indubitatum, quòd iudex ex offi-
cio poteſt ipſi ſilentium imponere, ſi de hoc cogno-
ſceret,parte non admittente, vt eſt gloſſa vulgata in
lege,vbi pactum.in gloſſ.magna ad finem.C.de tran
ſactionibus.notat Imola in capitulo,ſuper literis. in
decimaſexta col. de reſcrip. & dominus Cardinalis
in capitulo,exceptionem.de exceptio.etiam reo nō
opponente,ſecundum gloſſam in l.ſi vnus.§. pactus,
in gloſſa quę incipit,opponendo.ff.de pactis. Vnde
dixit Imola in lege quarta.§ hoc autem.ff. de dam-
no infecto,quòd iſte eſt vnus caſus,in quo fallit regu
la illius text.quod concernit iudici reſtitutionem,vi
delicet,quòd nemo ſine iudicio experiatur,lege, de
pupillo.ff.de negot.geſt. ſicut quando iudex ex offi-
cio recipit libellum non rite formatum,lege prima,
& ibi gloſſa in verbo,libellis.ff.de officio aſſeſſo. no-
tat Innocentius in capitulo primo,de officio vicarij,
& gloſſa in capitulo, ſacerdotibus. vndecima quæ-
4 ſtione prima. Et attendo maxime, † quòd titulus il-
lorum,eſt ex cauſa lucratiua, & ſic certant de lucro
captando. Titulus autem huius dominæ eſt ex cauſa
oneroſa,ſcilicet exemptionis:& ſic certat de damno
vitando. Vnde pati non debet iudex, quòd ex facto
maiorum de Romæis,& ex eorum culpa,& ingrati-
tudine in eccleſia commiſſa iſti ſequantur iniuſtum
lucrum,cum alterius inſontis damno. De his omni-
bus ſunt planè iura in regula locupletari.cum con-
cordantiis,in ſexto,in capitulo,inter dilectos de fide
inſtrument.& in lege finali.C.de codicillis, cum con
5 cordantiis.vbi fauetur certanti † de damno euitan-
do:& eo maxime,quia defectus obiectus,ſi aſſertę re
ceſſuræ, procedit ex culpa authorum agentis: ideo
vitio leg.incuſare,primam & finalem dedit,non poſ
ſit ſine robore initi. vnde dicit textus in lege, ſi mu-
lier.ff.quod metus cauſa. eſt gloſſa magna circa me-
dium in capitu. ad eius. quinta diſtinctione. Simili-
ter,iſte qui dedit cauſam,quam legem facit ſingula
rem domi.Abb. in capitulo, Abbate. in quarta col.
& in capitulo,cum dilectus.in ſecunda colum.quod
metus cauſa.eſt gloſſa magna circa medium in capi
tulo,ad eius.in quinta diſtinctione.Similiter iſte, qui
dedit cauſam aſſertę receſſurę, non debet audiri, vt
calumnioſus,ſecundum gloſſam in lege, qui cũ ma-
ior.ff. de operis noui nunciatione.quam allegat Imo
la in lege penultima.§.ad crimen. ff. de public.iudi.
Clarum eſt enim,quòd ipſi primi authores, qui uen-
diderunt,repellentur ab hoc iudicio, dicta lege ven
dicantem.Ergo & iſti, quia non debent illi admitti,
quorum repelluntur authores,capitulo,licet ex qua
6 dam.C.de teſti.nam ex perſona hęredis † non muta
tur conditio obligationis,lege ſecunda.§.ex ijs. ff. de
verborum obligationibus.Quinimmo vitia perſona
7 lia,ſiue perſonæ † cohærentia, tranſeunt contra quē-
cunque ſucceſſorem,maxime cum utitur adminicu
lo ex primo authore,prout hic, lege, Pomponius. §.
cum quis.ff.de acquirenda poſſeſſione.lege,cùm hę-
res.ff.de diuer.& tempo.pręſcrip. Et hinc eſt,quòd ſa
tis denegatur audientia non conferenti,cùm petit ſi-
bi conferri,lege,poſthumo.C.de collat.ſic eius hære-
di,lege,quoniam emancipati.in principio.ff. de col-
lat.bono.ſicut fit retorquutio contra impetrantem
ius iniquum,ita contra hęredem.in l.3.§. quod autē.
8 ff.quod quiſque iur. Et prohibitio † facta tutori, ne
ducat eam,cuius tutelam adminiſtrauit, habet locū
in filio,lege,non ſolum.in principio.ff. de ritu nup-
tiarum. Cum ergo pro veriſſimo præſumatur, quòd
agentes in hoc iudicio,ſunt ſucceſſores,& hęredes il
lorum Romęorum,qui rem ut propriā, doloſe alie-
narunt,obſtant eis de directo omnia dicta.

Dixi ſecundo loco hanc dominam abſoluendam
eſſe propter inueſtiturę aduerſarij multiplicem nul
litatem:nam attētis perſonis,quibus facta eſt,& cau-
ſa, quando fuit facta, reſultat principaliter uitium
eius,per tria: propter imprudentem delicti pręmia-
tionem:propter litis de ipſa re pendentiam: propter
cauſę in inueſtitura expreſſam falſitatem. Nam do-
minus Beltrandus,per rationem ſyderum,cum eſſet
aſtrologus,qui eccleſię ſuę vota habebat, conſidera-
uit bullam beneficij, & id, quod communiter dicitᷓ,
quòd ſucceſſores eorum,quorum linea finita eſt,pre
feruntur ex laudabili honeſtate cæteris. Ideo rem
hanc dudum conceſſam Romæis renouauit, & ma-
lè, quia authores eorum grauiter commiſerant in
eccleſia,vſurpando ſibi directum dominium, & ven
dendo, vt propriam: vnde non merebatur amplius
illa domus rem hanc habere,per textum in capitulo
finali,de poſtul.vbi committens ingratitudinem in
9 eccleſiam,perdit, † quod ab eccleſia habebat. Facit
capitu. quia fruſtra. de vſur.vnde dixit Ludouicus
Romanus conſilio 212. incipiente, In Chriſti nomi-
ne,&c quoad primum,quo quæritur.vbi dixit,quòd
vulgata ſentētia Bartoli in d.l. prima,§. permittitur.
ff.de aqua quoti & æſti. & in lege, ſi mihi, & Titio.ff.
de verborum obligationibus, non vendicat ſibi lo-
cum in ijs,quorum culpa res eſt reuerſa ad eccleſiā.
Quinimmo eis irrequiſitis,poteſt res alteri concedi,
ut ibi per ipſum. Pro quo bene facit in capitu. com-
10 miſſa.§. primo, de electio. libro ſexto. † vbi bene-
ficium vacans ex negligentia alicuius non poteſt
iterato ipſimet negligenti conferri. Vnde in ter-
11 minis dicit ibi Petrus de Anch.quod prælatus † non
poteſt de nouo concedere rem eccleſiæ illis, quo-
rum culpa ſeu negligentia reuerſa eſt ad eccle-
ſiam.Item dominus Abbas poſt Ioannem Andream
in Speculatore, in capitulo ad audientiam. in pe-

nultima col.de præſcriptioni.Cùm autē vitium au-
12 thorum trāſeat in ſucceſſores, vt † ſupra dictum eſt,
non debuit,nec potuit iſte Beltrandus concedere rē
iſtis,& tanto fortius,quia ipſi exprimebant, quòd re-
uerſa erat ex eo,quod anteceſſores ſui alienarūt rem
vt propriam.
Secundo,propter litis de re ipſa pēdentiam, ipſius
inueſtituris Romæorum,quam cum ſuo libello pro
duxerunt,fuit de anno 1470.die quarta Ianuarij. Et a
ſententia lata pro eccleſia fuerat appellatum nomi-
ne dominę Ioannę 1469.vigeſima Decembris.Cum
ergo de iure eccleſiæ directi, & partium rerum vtilis
13 dominij lis penderet,ipſo iure fuit nulla † inueſtitu-
ra,toto titulo,vt lite pendente. Bonus textus in Au-
thenti.in medio litis ſacras iuſſiones non fieri. §.pri-
mo,ibi,vacantibus & nullam vim habentibus. Et in
proprijs terminis eſt ſolenne conſilium Pauli de Ca-
ſtro 117.incipiens,In Chriſti nomine,&c.in cauſa ap
pellationis.vbi conſuluit, quòd inueſtitura facta pen
14 dente appellatione,non tenet, & q̄ tale ius † ſuper-
ueniens ex gratia lite pendente,eſt ipſo iure nullum.
notant dominus Cardinalis, & dominus Abbas in
capitulo finali,vt lite pendente, & dominus Abbas
in capitu.cauſam.el ſecundo.de teſti. & tanto magis
hoc,vbi erant cum præiudicio tertij, de quo non fie
bat mentio. Nam duæ ſententię conformes declara
uerant rem hanc ſpectare ad dominam Ioannam:&
in hac parte ſemper ambas expectauit, ac expetiuit.
Et ab vltima non fuit ab illis de Romęo appellatum.
ex quo quantum ad eos tranſiuerat in rem iudicatā:
& ſic de iure aduerſarij non pendentis, ſed primo ni
fuit facta mentio:ergo mal., & nulliter,vt ſubdit ex-
preſsè Paulus de Caſtro in dicto conſilio. Bene pen-
debat lis inter dominam Ioannam,& eccleſiam,ſed
inter illos,qui nunc litigant,non pendebat tunc im-
mo Romæorum ius erat quęſitum iſti Dominæ.Ha-
buit autem inueſtitura illam tacitam conditionem,
ſi alteri ius quęſitum non eſt,quę ſemper ſibi intelli
gitur,meritò defectus talis conditionis vitiat inueſti
turam,vt firmat Pau.de Caſt.in dicto conſilio.
Tertio, propter cauſæ in inueſtitura expreſſam
falſitatem, nedum erat nulla propter ſubreptionē,
& falſitatem,quæ proximè dicta eſt, ſed etiam ex eo
maximè,quòd dicitur propter non inueſtituram pe-
titam.Cuius cauſę falſitas ſeu ineſficacia in propoſi-
to demonſtratur. Primo, quia cum iſta res vendita
fuiſſet iam dudum,& ex poſt longiſſimo tempore,vt
libera poſſeſſa,non imputatur iſti dominę, quę rem
vt liberam tenet:quia etiam ſi non fuiſſet dictum, q̄
eſſet libera,tamen pręſumendum erat. Cum ſecun-
dum Baldum in l.mater.circa fin. C.de rei vendica-
15 tio.& Paulum de Caſtro,conſi. 136.omnis,qui † ven
dit,intelligitur vendere iure proprio,non liuellario,
vel emphyteotico.
Secundo,quia tempus petendę inueſtiturę nō cur
16 rit ignoranti † rem eſſe emphyteoticam.Dicit enim
bulla, non curauerint petere: & ſic notat iniuriam,
& contemptum. Ignorans autem non contemnit,
gl.in l.ſi quis non ignorans.de loca.ca.ſi vero, el 2.de
ſententia excommunicationis.notat Dominicus in
capitulo 2.in vltima col.de conſtitutionibus.in 6.vn
de dixit Bartolus in l. genero.ff. de infami. quod an-
nus datus executori a conſtitutione ſynodali,nō cur
rit ignoranti ſe executorem. Plene Baldus in l dolū.
C.de dolo.Bar.in l.1.§.de teſtamentis ſi quis teſt.lib.
eſſe iuſſus fuerit.latiſſime Ludo.Ro.in l.3.§.occiſoru.
ff.ad Sylla.q̄ ignoranti non currit tempus. & per do-
ctores in capitulo,diuerſitatem. de conceſsio.prębē.
Et conſuluit in propriis terminis dominus Cardina-
lis conſilio incipiente,Nobiles uiri de Vieeguerra,q̄
inueſtitura facta in quodam vicario Adrienſi, eſſet
nulla:quia fundat ſe in non petita inueſtitura. Et ſic
priuatus ignorabat rem eſſe emphyteoticam. Ex
quo capite dominus Cardinalis infirmat illam inue
ſtituram.
Tertio falſitas iſtius cauſæ deducitur ex notatis
per Bald.in l.ſolennibus.ad fi.C.de rei vendicatio. Et
Alberic. in prima parte ſtatutorum,q.182. & Paul.
de Caſt.conſilio 159.In quibus locis dicitur,quòd tē-
17 pus † datum ad petendam inueſtituram,non currit
impedito, maximè quando per impedimentum pa-
cificè non poſſidet.Et eſt optimus textus cum glo.in
verbo, pacificam.in capitulo, commiſſa. de electio.
in 6.notat dominus Anto. in capitu. in noſtra. de re-
ſcriptis,& omnes in capitulo, de multa. de pręben-
18 dis.† annus datus promoto ad curatum,non currit
turbato in poſſeſſione. Modò hoc poſito, quòd iſta
domina ſciuiſſet rem eſſe eccleſię, in quo ſe multū
ingerit pars aduerſa,tamen non poſſidebat rem pa-
cificè:ergo excuſabatur.
Quartò, contra dictam cauſam allegatam in in-
ueſtitura facta a Bertraudo, adduco ſolennia verba
Petri de Ancharano conſilio 386.incipien. Viſa dili
genter gratia.vbi loquens de bulla Bonifacij noni,in
quo ſe fundat dicta inueſtitura,ſubdit quaſi in fi.con
ſilij,ibi,dictas autem neptes. Quod ſicut ignorantia
iuris communis excuſat mulieres,l.j.ff.de iuris, & fa-
19 cti ignorantia. † ita & fortius ignorantia priuilegij,
prout eſt iſtud,excuſauit iſtam dominam a non peti
ta inueſtitura. Quælibet ex iſtis quatuor rationibus
de per ſe ſufficit ad tollendam dictam cauſam aſſer
tam in inueſtitura Romęorum:ſimiliter quęlibet ex
tribus rationibus prędictis irritat dictam inueſtitu-
ram,& omiſi vnum, quòd vbicunque in inueſtitu-
20 ra † exprimitur una falſa cauſa, etiam ſi ſubeſſent
aliæ verę,inueſtitura vitiatur. Ita eſt amplum conſi-
lium domini Cardi.94. pręalleg. quod ſi oportuerit,
exhibebo. Per hoc non tollitur, quod dicunt aduer-
ſarij,quod illæ ſententię binę fecerunt iſtam domi-
nam ſcire rem eſſe eccleſiæ: ergo tempus ſibi currit:
quia reſpondetur primò,quòd nō fuit in pacifica poſ
ſeſſione.Item,quia firmum.Secundo dico, quòd ex
quo dictę ſententię fuerunt appellatione ſuſpenſę,
nullum effectum producunt,l.prima,ff.ad Turpilia-
num.Et non dicatur,ergo appellando, fruſtra: ergo
eam allegat pro primo dicto:quia reſpondeo, quòd
appellando non fuit in culpa,quia niſi vltimatè ſuc-
cubuiſſet, non potuiſſet agi quanto minoris, vel de
euictione contra authores ſuos.
Et non dicatur,quomodo aget de euictione, ſi nō
denunciauit authoribus: quia in inſtrumento tituli
ſui eſt renunciatum denunciationi.
Vltimo non dicatur,quòd inueſtitura huius domi
nę fuit facta lite pendente,quia ipſa renunciatio litis
pendentis,quę pendet ſolum ex appellatione ſua, &
cum ipſo prælato tranſegit,& ſic competit. Tertia cā
principalis, non erat propter efficaciam inueſtiturę
dominę Ioannę:quia nō eſt dubium, quòd data nul
litate primę,quę ſupra oſtenſa eſt, fuit efficaciſſima,
immo iuſtiſſima,ex quo per illos de Barbalongis pro
ceſſa fuit diutiſſime res,vt proprie decuit, vt in eadē
domo remaneret vnio.Si conceſſiſſet alteri,potuiſſet
domina Ioanna appellare,tanquam ab iniuria, ſecū
dum Bartolum in dicto §.permittitur, & Baldum in
c.in pręſentia in 8.col. de probationibus. & late Lu-
douicū Romanum conſilio 22.& Petrum de Ancha
rano conſi.11.& poſito,ſed non conceſſo,immo ne-
gato,q̄ ipſa domina Ioana habeat inueſtituram Ro-
męorum, erat nulla, ſufficit quod rector eccleſię de
re vacante laudabiliter,& efficaciter diſpoſuit.

Reſtat,

Reſtat, vt doctiſſima veſtra reuerentia, domine vicarie, hæc omnia intelligat, & videat. Et pro innata ingenij ſui ſapientia ſuppleat, amplectatur, faciatque ea parti aduerſæ nota, per q̄ ſi quid tangendũ omiſſi, iſta ſuppleantur, quamuis non dubitem hæc rumina ta eſſe nedum vobis, ſed & præſtanti Romæorum patrono facile conſonatura.

Laus Deo omnipotenti.
Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

MONIALES Sanctæ Claræ, quarum regula prima ad inſtar regulæ beati Franciſci, eſt conſtituta in altiſſima paupertate profitentis, cùm non poſſint habere proprium, ſiue in communi, an denarios, vel pecunias ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam recipere poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Additio regulæ facta, eſt pars regulæ.*

2 *Exemplatum ad inſtar alterius patitur limitationem, licèt de exemplo nihil dicatur.*

3 *Priuilegia vni loco conceſſa ſub hac forma, ſicut, & prout habet talis eccleſia, aut tale hoſpitale; ſi poſt tale priuilegium dictæ eccleſiæ, vel hoſpitali aliud priuilegium de nouo conceditur, non intelligitur conceſſum dicto loco, quia intelligitur de præſenti, non de futuro.*

4 *Declaratio nihil nouum inducit: & ideo declaratio non dicitur noua inductio.*

Conſilium XXXIII.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis, & iuſtitię. Vtrum regula prima ſanctę Claræ ad inſtar regulę beati Franciſci inſtituta in altiſſima paupertate profitentis, cum non poſſint habere in proprio, ſiue in communi, poſſint per ſe, & per interpoſitam perſonam recipere denarios, vel pecuniam? Primò uidetur, quòd non, triplici via. Primo, per vnũ capitulum regulæ, in quo prohibetur eis, ne graue debitum contrahant, niſi cum cõſilio diſcretorum, & per ſuum procuratorẽ. Secundo, quia per regulam non apparet in eis cõceſſum, licèt dicatur, quòd ſi eleemoſyna pecuniaria datur alicui ſororum, quòd abbatiſſa faciet de ea illi prouideri.

Tertio, cum contingat a multis fieri illas eleemoſynas pecuniarias, quæ ſimul miſcentur, & ſic vnum corpus, ita q̄ non videtur poſſe intelligi dominium talis pecuniæ ſeparatum ab vna eius. Et cum ex regula nõ poſſint habere in proprio, nec in communi reſpectu omnium, vel proprietatẽ in priuato titulo alicuius particularis ſororis, & per conſequens recipere pecuniam aliquo modo, vel ſaltem modo prædicto.

Ad partem oppoſitam, q̄ ſic vnica ratione, quia cũ de neceſſitate non teneantur ad alium vſum quam in regula contineatur. Et quemadmodum declarãt ſummi pontifices de profeſſoribus regulæ beati Frãciſci. Et ſpecialiter prohibeatur fratribus, quod nullo modo recipiãt denarios, vel pecuniam per ſe, vel per interpoſitam perſonam. Et nulla fiat prohibitio ſororibus, vel Abbatiſſæ, hinc concluditur, quòd non teneantur abſtinere a receptione pecuniæ, cùm ſibi ex regula expreſsè aliquid prohibeatur, ſaltem pro neceſſitate præſenti, vel futura.

Si ita eſt, vt proponitur, conſidero duos caſus. Aut pontifices loquentes de receptione pecuniæ poſt inſtitutam regulam, loquuntur addendo ipſi regulæ. Aut loquuntur interpretando, vel declarando præcepta regulæ. Si addendo, videtur quod ſorores eidem additioni ſubijciantur, licèt de eis non fiat mentio:
1 quia † additio facta regulæ, eſt pars regulæ & vbi habet locum regula, habet & pars, vt notat Card. in cle. ſtatutum. in ſecunda oppoſitione, de electio. Ad idẽ gloſſa nota. in clemen. dudum. in verbo, conceſſa. de ſepul. datur ibi poteſtas fratribus abſoluendi, ita tamen, quòd non plus poſſint, quàm parochiani. Modo reſeruat epiſcopus caſus parochianorum, an videatur ligaſſe etiam fratres illa reſeruatio gl. quòd fic
2 ergo † exemplatum ad inſtar alterius patitur limitationem, licèt de exemplo nihil dicat. In contrarium facit, quod late ponit Bald. in l. omnia priuilegia. de epiſcopis & cler. Et latè do. Abb. cap. ſuper ſpecula. in 3. colum. ne clerici, vel monachi. vbi dicunt, quod ſi
3 ſunt data vni hoſpitali omnia priuilegia † alterius, dicendo, gaudeat illis priuilegijs, quibus gaudet hoſpitale: & contingat, quòd aliquid ex poſtfacto de nouo concedatur illi alteri nouo hoſpitali, hoc nouum non extenditur ad illud ſibi æquiparatum: quia de futuro tempore non cogitauit diſpoſitio. Mò ſi Sanctus Franciſcus in ſua regula de receptione, vel adunatione pecuniæ, nihil dixerat, & ſorores ex eius inſtitutione habent illam regulam tenere: non videtur ipſe cogitaſſe de futuris, & per conſequens declaratio pontificum non extenditur ad eas, & hanc partẽ puto ſuſtentabiliorem. Secundo caſu, quòd videlicet, ſi conſtitutio pontificis eſt declaranda, vel interpretanda, quod credo per illud verbum altiſſima, quod dedit cauſam declarationi: tunc credo, quòd illud, qđ declaratum eſt de fratribus, extendatur ad ſorores,
4 quia declarans † nihil de nouo inducit, l. hæredes palam. §. fi. de teſtamentis. Et non eſt mirum, ſi declaratio extenditur ad eos, quia ſi ſubiiciuntur regulæ, & declaratio nihil addens præſupponit hoc eſſe de regula, prout eſt natura declarationis: ergo nec oportet eas nominare. Facit l. ijs ſolis. C. de reuocan. donatio. ibi, ſatis tacitè cautum putamus. & capitulo, ſi poſtquam. ibi, ex ſui mente exigit. de electio. in 6. & l. ſcire oportet. §. fi. ibi, legis tamen latoris mens. ff. de excuſatio tuto.

Laus Deo Omnipotenti.
Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

LEGATVM factum de certis bonis cuidã hoſpitali per teſtatorem, cum conditione, quòd annuatim fieret certum anniuerſarium, quòd ſi non fieret, dicto legato eum priuat, & applicat cuidam eccleſiæ. An dictum hoſpitale debeat priuandum dictis bonis, & applicetur dictæ eccleſiæ, cum gubernatores dicti hoſpitalis ceſſauerint certis annis a tali anniuerſario.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale inſtitutum ſub conditione, quòd nõ alienet, & ſi alienauerit, tranſeant bona eius ad aliud hoſpitale, alienando talem pœnã incurrit.*

Nec aliud hoſpitale poterit alienare.

2 *Tempus & dies in actu appoſita interpellat pro homine, nec requiritur alia monitio.*

3 *Mors teſtatoris mouet executores vltimæ voluntatis.*

4 *Papa dando indulgentias aliquibus religioſis pro earum eccleſia, videtur præſupponere vitam eorum approbatam.*

5 *Hoſpitalia fundata ab epiſcopo, gaudent priuilegio eccleſiarum.*

6 *Priuilegia omnia conceſſa eccleſijs, extenduntur per omnia ad hoſpitalia.*

7 *Delictum ſolius prælati in omittendo, vel negligẽtia, non nocet eccleſiæ ſuæ, niſi cum prælato ſit capituli ſui conuentus, & negligentia ſimul.*

8 *Mandato generali non comprehenditur facultas delinquendi, nec nocendi ſeu præiudicandi.*

9 *Minori 25. annis, qui in omittendo in iure ſuo deliquit, ſuccurritur, & conſeruatur illæſus à pæna, & damno, abſque alia reſtitutione.*

10 *Eccleſia minori æquiparatur.*

11 *Pœnalis diſpoſitio, quæ loquitur negatiuè, ſi non fecerit tale quid, perdat certum quid ad hoc, vt pœna committatur, requiritur monitio.*

12 *Mora non dicitur, vbi ceſſatur ex probabili cauſa.*

13 *Forma tradita non poteſt ſeruari per æquipollens.*

14 *Formam iſta verba inducunt, cum dicitur, ſub conditione, & grauedine, & tempus, & numerus apponitur: tunc dicitur pro forma datum. & nu. 15. & 16.*

17 *Teſtator legans patrimonium ſuum fratribus certi loci, ſi omnes fratres recedunt de dicto loco, dictum patrimonium conuertitur in meliores uſus, & non illi loco.*

18 *Carceres priuatos prælatus tenens, quia inuenit ſuos anteceſſores ita tenuiſſe, excuſatur a culpa.*

19 *Error facti, & qualibet cauſa colorata, excuſat a culpa.*

20 *Verecundia excuſat mulierem adulteram a pœna, ſaltem quæ non clamauit propter verecundiam imminentem 21.*

22 *Conſcientiæ bonæ eſt, culpam timere, vbi culpa non eſt.*

23 *Mora purgari poteſt, vbi eſt appoſita pœna, & tẽpus non certi diei, ſed annuatim.*

24 *Deberi aliquid ſingulis annis, an ſimul tantum differunt.*

25 *Mora purgari non poteſt, vbi dies eſt appoſita cauſa differendæ ſolutionis.*

Conſilium XXXIIII.

DIRIGE domine verba mea in viã veritatis & iuſtitiæ.

Non ſine colorata dubitationis cã mouet ſe hoſpitale ſanctæ Annæ ad petẽdam quædam bona relicta olim hoſpitali diſciplinatorum nigrorũ, tanquam peruenerint ad hoſpitale Sanctæ Annæ.

Quoniam tenor teſtamenti, de quo fit diſputatio, grauat gubernatores hoſpitalis diſciplinatorum ad faciendum fieri omni anno certum anniuerſarium in eccleſia ſanctæ Annæ. Quod ſi nõ fecerint, priuat eos ex nunc dictis bonis. & applicat ea ſanctæ Annæ. Et cõſtat negligentes fuiſſe dictos gubernatores certis annis: ergo uidetur incurſa pęna. probatur ex textu cum ibi notatis in authentica, hoc amplius. C. de fideiuſſo. ibi, non adimplens voluntatẽ defuncti, meritò perdit hæreditatem, & eſt text. in capitu. licet. de voto. Traditur plenè in capit. ſi hæredes. de teſtamen. & dixit Bald. in l. quotiens, la 1, in l. 2. C. de fideic. ꝙ ſi
1 hoſpitale † inſtituitur cum hoc, quòd non alienet, & ſi alienat, tranſeat ad aliud hoſpitale: talis pœna incurritur, ſi alienauerit, nec aliud hoſpitale poterit alienare. Et non erat neceſſarium, quòd dicti guberna-
2 tores † mouerentur, quia erat appoſitum tempus ſcilicet omni anno, quod interpellat pro homine, l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipulatione. capitulo, potuit de locato. Et ideo dicit Baldus in authen. hoc amplius, in quinta colum. quòd mors
3 † teſtatoris mouet executores vltimæ voluntatis. Allegat gloſſam, quam dicit notabilem in l. 2. §. hoc videtur. ff. ad Tertulianum. Nec ob. quòd in ſancta Anna non ſunt illi fratres, qui erant tempore teſtamenti: quia ſubrogati ſunt clerici ſeculares, à quib. adimplentur tali onera, & ex literis apoſtolicis fungũtur quãdoque commoditatibus, quibus primi religioſi: ergo ſapere debent eandem naturam, l. ſi cauſam. §. quinturiarum. ff. ſi quis caut. & tãto magis, quia ipſi gubernatores certis annis fecerunt celebrari dicta anniuerſaria ab ipſis clericis, & ſic approbarunt, quantum ad actum ſuum eorum collegium. facit quod notat Bartolus in l. fi. in fi. de edicto diui Adri. & tex. in l. idem Vlpianus. ff. de excuſat. tutorum. per quam
4 dicit do. Abbas late conſilio 55. quod ſi Papa dat † indulgentias aliquibus religioſis pro eccleſia eorum, uidetur præſupponere uitam eorum pro approbata, & ſic videtur dictos gubernatores intuliſſe ex ſua negligentia damnum hoſpitali.

Non obſtat, quod delictum prælati non nocet ec-
6 cleſiæ, regula delictum. libro 6. Et † hoſpitalia fundata ab epiſcopo, prout eſt hoc, gaudent priuilegio eccleſiarum, l. omnia priuilegia. C. de ſacroſanctis eccleſijs; quia etiam in eccleſia, quando relinquitur ſub modo, quo non adimpleto, res amittitur negligentia prælati, cum conuentu nocet eccleſię, ſecundum do. ani. Antonium, & dominum Abbatem in capitu. verum. de cond. appo. & cap. abbate. in fin. de verbo. ſignifi. Et iſta ſunt, quę inducunt prima facie colorem motiuum partis aduerſæ. Sed iſtis nullo modo obſtãtibus, quia vere non obſtant, cum non loquantur in indiuiduo, credo indubitanter, hoſpitale diſciplinatorum abſoluendum a petitis. Et ad hæc inter alia, quæ impertinenter perſuaſiue adduci poſſunt, conſidero tria fundamenta principalia in fauorem ipſius. Et fundabimus in iſtis tribus rationibus, ſuadentibus hoſpitali ſuccurrendum. Primò, propter bonum hoſpitalis, quod eſt tuendum propter ſuam innocentiam. Secundo propter monitionis iuſtam negligentiam non excitantis defectum. Tertio, propter mere gubernatorum iuridicam purgationem. Et prima ratio

tio deducitur ſic: Tantus fauor eccleſiæ debetur ho-
ſpitalibus fundatis ab epiſcopo aduerſus iniuriam re
ctorum ſuorum, quantus eccleſijs eorum aduerſus
prælatos ſuos, l. omnia priuilegia. C. de epiſcopis &
clericis. vbi omnia priuilegia conceſſa eccleſijs, exten
duntur ad hoſpitalia. Et facit ad hoc ſeſtum Bar. ibi.
& Io. An. in c. 1. in 2. col. de reſti. in integ. dicens, quod
ita reſtituitur in integ. hoſpitale, ſicut eccleſia. & idē
Petrus de Anch. In elem. per literas. de præbend. &
do. Abb. in capitulo, nihil cum ſcandalo. de præſcript.
& Dom. in capitulo primo, in 3. colum. de eo, q mitt.
in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. & Ang. in §. ſi ve
rò quidem. in Auth. de alie. & emphyteu. & dominus
Cardinalis in clemen. finali, in 13. quæſtio. de procu-
rato. & in clement. diſpendioſam. in trigeſima quæ-
ſtione, de iudic. & domi. Archidia. in elementina ſi. &
Domi. In cap. 1. in §. ne autem. ad finem, de electio.
in 6. & domi. Abb. in c. requiſiſti. in 2. col. de teſta. &
dom. Anto. conſi. 45. incipiente, Nulla dubitatio. &
in capitulo, nulli. in fi. de rebus eccleſiæ non alienan-
dis. cum concordantijs, quas dedi aliàs in ea. de quar
ta. de præſcri. Sed ſi iſte caſus occurriſſet eccleſię, nō
nocet et ſibi delictum p̄lati, vt probabo: ergo ſtāte p̄-
dicto fundamento, quod eſt reale, & veriſſimum, nō
nocet negligentia iſtorum gubernatorum eccleſiæ.
Quòd non nocet eccleſiæ, probatur, quia delictū
7 † ſolius prælati, in omittendo etiam eo caſu, quo da-
ta negligentia res debet ſtatim reuerti forte ob anni
uerſarium non factum, non nocet eccleſiæ, niſi cum
prælato concurrat in negligentia conuentus ſeu ca-
pitulum, ſecundum dom. Abb. poſt dominum An-
tonium in capitulo, verum. in 2. colum. & de foro
compet. & do. Anto. in capit. fi. in 4. col. de donatio.
In quibus locis ſunt deciſiones apertæ, quia inquiſi-
tus ſolus prælatus non poteſt nocere eccleſiæ, vt per
gloſ. in §. 1. 16. quæſtione 6. Innoc. in capitulo, frater-
nitatem. de donatio. & gloſ. in dicta regula, delictum,
&c. Modo in propoſito delictum omittēdi, commiſ-
ſum ab iſtis gubernatoribus, fuit ab ipſis ſolis com-
miſſum, non communicato conſilio fraternitatis ip
ſorum diſciplinatorum, à quo ipſi eliguntur, & depo
nuntur. Et ita ſe habent ſicut caput & membra, &
eorum adunantia facit collegium approbatum, vt
de ipſis notat Archidiaconus, & Domi. in capit. ſi
quis deſpicitur. 42. diſt. ſentit Hoſtien. in ſumma, de
ſyndico. §. quòd ſocietas. in x. colum. Ergo delictum
ipſorum non nocet fraternitati.
Et ſi diceretur, tota poteſtas collegij reſidet in iſtis
principalibus: ergo geſtum ab eis, imputatur colle-
gio. Gloſſæ ordinariæ in rubrica, C. quæ ſit longa cō-
ſuetudo. & glo. prima in l. ſed ſi hac lege. §. qui manu
mittitur. ff. de in ius vocando. notat Imola in capitu-
lo, cùm omnes. in 42. colum. de conſtitutionibus. Idē
dicit Baldus, in capitulo primo, in ſecunda colum-
na, de iudic. quòd præſidentes in concilio, obtinent
ad inſtar totius concilij. Reſpondeo illud eſſe verū
in his, quæ ſunt ad vtilitatem concilij, & collegij: ſed
ad obligandum conuentum, vt delinquens, immò re-
quiritur concilium conuentus, vel pulſatio campa-
næ, vt eleganter & plenè conſuluit Angelus conſilio
163. incipiente, Cū multitudo quorundam. Romæo
rum. allegando gloſ. in l. mecum. §. animaduertendū.
ff. quod metus cauſa. & in l. moto. §. ſed an municipes.
ff. de dolo. Et pulchrè conſilio 66. incipiente, An ex
8 delicto adminiſtratorum. quia † in generali mandato
non venit poteſtas delinquendi, l. 1. in principio. ff.
de magiſ. conueni. niſi vniuerſitas ratificet, vt per eū,
quod non fuit hic. concluditur ergo, quòd ipſum
hoſpitale, quod eſt licitum collegium fraternitatis
diſciplinatorum, non meretur pœnam ex negligen-
9 tia adminiſtratorum. Videmus † etiam, quod de-
lictum omiſſionis conſiſtens in omittendo, non ca-
dit in minorem 25. annis. vnde à pœna, quæ pro-
pter tale dictum incurritur, conſeruatur minor il-
læſus, nec indiget reſtitutione, l. ſi. C. ſi aduer. de-
li. l. ſi. C. in qui. cauſis in integ. reſti. non eſt neceſ. l.
maioribus. C. de ijs, qui. vt indig. notat Paul. de Caſt.
conſilio 90. incipiente, In Chriſti &c. vltraca. Mo-
10 dò eccleſia æquiparatur † minori, vt per Hoſtien.
in ſumma, de in integrum reſtitutio. §. 2. & Specul.
per docto. in illo titulo. ergo & hoſpitale, quod ec-
cleſiæ æquiparatur, vt præſuppoſui: & per conſe-
quens tale delictum in omittendo non nocuit ho-
ſpitali fungenti iuribus minoris & eccleſiæ: & ſic pu-
to primam hanc rationem opportunè deductam, &
eam in ſolidum ſine ſequentibus ſufficere.
Secunda ratione pro hac ſocietate diſciplinato-
rum nigrorum, erat defectus monitionis non exci-
tantis iuſtam negligentiam: nunquam enim fuerunt
moniti iſti gubernatores, vt facerent anniuerſarium,
quod certo tempore continuauerant: ſed deſtiterūt
non credentes neceſſarium, vel poſſibile propter de
fectum religioſorum: idcirco debebant moneri.
11 Et adduco † indemnem theoricam Innocen. in c.
extirpandæ. ante finem, de præbend. vbi dicit, quòd
in diſpoſitione pœnali, quæ loquitur negatiuè, pu-
ta ſi non fecerit ad incurrendam pœnam, requiri-
tur monitio: quia poteſt eſſe dubium, an iuſta de
cauſa omiſerit. Et ſequuntur ibi Hoſtien. Ioan. An.
do. Anto. & alij, & do. Anto. & Domi. in capitu.
licet canon. §. primo de electio. in 6. do. Cardi. con-
ſilio 58. incipiente, Dum reuerendus. & Bald. in
l. & ſi poſt tres. in lectu. in 8. colum. & in repetitio.
ff. ſi quis cau. & in authent. hoc amplius. in 3. colum.
C. de fideiuſ. & Archi. & Domi. in capitu. propter.
18. diſt. & Bald. & Imol. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. cum
concordantijs. Et ſi diceretur, non procedit hoc,
vbi eſt appoſitum tempus, vt hic, in verbo, omni an-
no, ſemper, & imperpetuum. ſecundùm Bal. in l. ſe-
cunda, C. de ſpon. & Domi. in dicto capitu. licet ca-
non. & Pet. de Ancha. conſilio 61. incipiente, Pro cla-
riori. Reſpondeo, quòd iſtud tempus per talia verba
12 expreſſum, non † conſtituitur in mora, præſertim,
quando multis annis non fuerunt in mora, quia
ceſſare aliquibus annis, & maximè ex probabili cau-
ſa, non inducit moram: quia quilibet annus non eſt
inductus loco interpellandæ obligationis, vt dici-
tur clarè in ſequenti ratione. Item facit pro hoc gloſ.
in clemen. quia contingit. In verbo, ſingulis annis.
de reli. domi. quæ dicit, quòd vbi ſunt talia verba,
ſingulis annis, ſufficit paratum eſſe, quando re-
quiritur, maximè cùm non dicatur, die tali. vt de
hoc vltimo per Bar. in l. prima, ff. de pe. lega. Et tan-
to magis requirebatur hic monitio, quia negligētia
vel intermiſſio anniuerſarij non fuit ex leui creduli-
tate, aut mera iniuria: ſed ex probabili dubio, quia te
ſtamentum loquitur de fratribus: & tempore inter-
miſſi anniuerſarij erāt ibi clerici ſeculares, q nō dicū
tur fratres ꝓpriè, ſecūdùm do. Abbatē in c. excōmu-
nicationi. de rapto. & in c. extirpādæ. §. q verò. in vlti
ma colum. ꝙ vbicūq; iuſta cauſa tenet illū, & habet
facere actū, nunq̄ incurrit pœna Et poſito, ꝙ clerici
ſeculares ſint illis ſurrogati ex priuilegio: tn̄ illud pri
uilegium, qđ eſt iuris priuati, ꝓbabiliter p iſtos igno
rabatur. Nec obſtat, ꝙ aliquotiens fecerunt dici offi
cium ab ipſis: q̄a per hoc non potuerunt ipſi indu-
cere, ꝙ illi repræſentarunt illos fratres: vnde deſiſtē-
tia poſteà ſequēs, nō vitiatur ex hoc actus, q ſolus nō
potuit p ſucceſſores vel ipſoſmet rectores conſtitue-
re in credulitate: data enim erat forma à teſtatore, ſci
licet quòd à decē fratribus, quæ forma ſeruari non
13 poterat: & vbi eſt data forma, non † ſufficit æquipol-

lens, ſecundum Bald. & Imo. in l. 1. ff. de liberis & poſthu. & ſi eſſet æquipollens, induceret celeriorem expeditionem, vt probat gl. in verbo, ſuperiorem. in ca. ſolet. de ſententia excommunicationis. in 6.

Cum ergo non poſſet ſeruari forma data à teſtatore, excuſantur iſti a pœna. Et quòd eſſet data forma, patet ex verbis multipliciter conſideratis.

14 Primò, quia dicit, † cum hac conditione, & grauedine, & huiuſmodi inducunt formam, ſecundũ Bal. in authentica, matri & auiæ. in ſecunda col. C. quan-
15 do mul. tutelæ offic. fungi poteſt. Item † & ſecundo dicitur, quòd ſint fratres decem, & nõ plures, nec pauciores & talis modus, videlicet ſic, & non ſint vltra, inducit formam ſecundum Bartolum in l. fina. in fi. C. de venden. reb. ciui. lib. 11. & Bart. in l. de ijs. ff. de
16 tranſactio. Item & tertiò apponitur † tempus: ergo eſt pro forma, ſecundum Baldum in authen. quæ ſupplicatio. C. de precib. imperato. offerend. Dato ergo, quod illi clerici ſubrogati eſſent fratribus, tamen non ſatis fit teſtatori: quia pro forma loquitur de fratribus, & non ſufficit, quòd forma ſeruetur in æquipollenti, vt dictum eſt: & facit capitulum, cum. de præbẽ. in 6. Nec eſt verum, quod ſit æquipollens: quia teſtator maiorem deuotionem habebat orationibus religioſorũ, quàm clericorum ſecularium. Item, appellat ſanctam Annam monaſterium. Conſiderabat ergo locum, & perſonas: modo vtrunq; mutatũ eſt, quia ibi non eſt monaſterium, nec vita clauſtralis: ergo excuſantur illi. Et ideo dicit Bal. in l. monumenta. C. de legat. Te-
17 ſtator † legauit patrimonium ſuum fratribus certi loci deinde omnes fratres recedunt: dicit ipſe, quòd patrimonium conuertetur in meliores vſus, & non illi loco. Et dicit Saly. in l. j. C. de inge. manu. quòd ſi aliquid relinquitur hoſpitali, & epiſcopus non vult, quod ibi ſit hoſpitalitas relicta, alter conuertentur in pios vſus. Et negari non poteſt, quod iſta induxerint probabilem cauſam arbitrandi, quod onus anniuerſarij ceſſaſſet. Nec iſtud fraudabat intẽtionem teſtatoris: quia omnia bona erant ad vſus pauperum.

Dato ergo, & aliter nõ diſputato, quod etiam iſtis clericis competijſſet amplitudo adimplendi onus dicti anniuerſarij: Tamen credulitas iſta iſtorum gubernatorum excuſat eos à pœna: ſic dixit ſupra do. Abb. & dicit gl. in l. in hac. ff. de cond. inſtitu. quod iuſta cauſa excuſat à pœna. facit gl. in c. cum venerabilis. in verbo, migraſſe. de conſue. per quam dicit ibi Petrus de An-
18 cha. quod prælatus tenens † priuatos carceres, fuit excuſatus a pœna, quia reperit antecesſores ſuos ita tenuiſſe, & dicit Bal. in c. præterea. in 2. col. de teſtibus cogẽ.
19 quod probabilis † error facti excuſat a pœna: allegat glo. in l. j. de abige. Et dicit Ang. in l. j. ex conſenſu. §. fin. ff.
20 de appella. quod quælibet colorata cauſa † excuſat a pœna. Et dicit dom. Abb. conſilio 4. quod magna vere-
21 cundia excuſat, ſaltem a pœna † mulierem adulteram, quæ non clamauit propter imminentem verecundiam. Quæ omnia, & ſingula probant plus, quàm in ſecũda ratione deducitur, quod iuſta cauſa tenuit illos, & quod excuſantur a pœna poſita a teſtamento: & hæc ſecunda ratio inſolidum etiam per ſe ſufficeret, ſequitur alia fortior, &c.

Tertia ratio dicitur iuridica purgatio moræ, quod dicti gubernatores hoſpitalis imitantes regulam bo-
22 narum † conſcientiarum, quarum eſt, culpam timere, vbi culpa minus reperitur c. 3. de obſer. ieiun. 5. diſtinctio. c. j. Et quod ſæpius ab ea vice, qua deſtiterũt, obtulerunt inſtanter dictis clericis dictæ S. Annæ, pecunias pro anniuerſario faciendo, & pro illo non facto parati continuare omni anno, ſecundum formam teſtamenti: & tamen clerici recuſarunt. Et hoc ipſi
23 non inficiantur. Modo habemus, quòd † vbi eſt appoſita pœna, & tempus non certum die, ſed annuatim, &c. ibi ad euitandam pœnam poteſt mora purgari, vt eſt ſolennis, & approbata doctrina Bart. in l. prima, ff. de penu. lega. in 2. colum. verſicu. nemo. ad §. quod ſi annos. vbi quærens, quæ differẽtia ſit, an aliquid
24 debeatur ſingulis annis, ſemel tantum: † Concludit, quòd quando certus dies apponitur, euentus diei cõſtituit in moram & hoc eſt, quando dies eſt appoſita cauſa differendæ ſolutionis. Secus, ſi cauſa multiplicandæ obligationis, vt in legato in ſingulos annos. Nam non eſt cõueniens, quòd eodem tempore oriatur actio, & mora conſtituatur, l. quod dicimus. ff. de ſolutio. Ideo admittitur purgatio moræ vſque ad litem conteſtatam: niſi poneremus appoſitam aliam ob cauſam, diem eã differẽdæ ſolutionis, puta in ſingulos annos, in paſchate: quod nõ eſt in caſu noſtro, ſi ita reſidet Barto. & gloſ. ibi in verbo, per ſingulos. & in verbo, quod ſi annos. Et ita reaſſumunt Ang. & Imol. in l. ſi inſulam. ff. de verborum obligationibus, & Barto. in repetitione l. & ſi poſt tres. in 13. colum. ſi quis caut. facit c. potuit. de locato. vbi de hoc eſt caſus recte intuenti. Et ideo dicunt docto. præallegati, quòd
25 ita limitatur regula † dicens, quod vbi eſt appoſita dies, mora nõ purgatur: quia verum, vbi eſt appoſita cauſa differendæ ſolutionis. Propterea ſolennis Bartol. Pau. de Caſtro. conſilio 20 inci. In Chriſti & vltra ea, quæ ſuperius, extollit doctrinam Bar. præallegatam: per ipſam conſuluit in fauorem hæredis, qui tenebatur ex teſtamento omni anno facere certum quid ſub pœna priuationis, quòd poſſit moram purgare: quia ſufficit, quòd illud tempus operetur vnum effectum, quia multiplicat legatum, vt tot ſint legata, quot anni. Et ſic in ſimili dicit glo. 2. quæ incipit, hoc quidem. in l. frater a fratre. C. de condi. inde. Et decidit, quòd hic requiritur monitio, & iuſſus iudicis, ſicut ſi tempus non fuiſſet appoſitum, prout dicunt Barto. & Bald. vbi non eſt dies appoſita, in authẽ. hoc amplius. C. de fideicom. Et dicit, quòd forte iſtud prima facie videtur extraneum, ſed non eſt, attenta determinatione Bar. præallegata. Vnde concludit, quòd hæres euitat pœnam teſtamenti, purgando moram, & ſoluendo pro annis præteritis. Eoſdem ſenſus imitatur idem concludendo in propoſito, quòd ſi rectores hoſpitalis nigri offerunt ſoluere pro anniuerſarijs non dictis, & pro dicendis, euitant incurſum omnis pœnæ. Et profecto quælibet iſtarum rationum inſolidum ponit ad terram appetitum inueteratum habitantium in ſancta Anna, & volentium diſcooperire vnum altare, vt aliud cooperiatur, quod non eſt tolerandum. Adducta in contrarium ſunt ſoluta ſupra in deductione iſtarum rationum.

Laus Deo Omnipotenti.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

VISITATIO monialium vni commiſſa ſpecialiter, an ille, cui eſt commiſſa, alteri ipſam committere poſſit, & à ſe abdicare: & Clauſula in literis Papæ, de tua prudentia, & probitate religionis zelo confidentes, an importet, quòd talis commiſſio perſonaliter exequatur, & non per alium.

SVMMARIVM.

1 *Actio antiqua non tollitur per nouam.*
2 *Instrumento in dubio ſtandum eſt.*
3 *Iudex ordinarius delegato inhibere poteſt ex magna,*

gna cauſa, ne procedat, quando cauſa eſt maxima, non conſiderata à delegante.

4 *Executor merus poteſt admittere exceptiones ex cauſa.*

5 *Pacis bonum & effectus, reputatur magna cauſa.*

6 *Viſitator generalis poteſt cognoſcere maleſactum à viſitatore ſpeciali.*

7 *Breuis apoſtolici verba, quæ dicunt, de tua prudentia & integritate, ac religionis zelo confidẽtes, quid operentur.*

8 *Maior, vbi minori conſentit, requiritur decreti interpoſitio & auctoritas.*

9 *Viſitator deputatus à Papa ſpecialiter in aliquo loco, videtur adimere iuriſdictionem ordinario.*

10 *Species derogat generi, quando euellitur à genere vt ſpecies ſeparata.*

11 *Vnio facta ex falſa cauſa, eſt nulla.*

12 *Profeſſio diſpar non debet eſſe in vno & eodem collegio, quia talis diuerſitas inducit diſcordiam ex diuerſitate morum: & eſt dare duos paſtores vni gregi. 13.*

14 *Quot capita, tot ſententiæ.*

15 *Princeps vel alius rector conformare ſe debet cum moribus eorum, cum quibus viuit.*

16 *Corpori vno plura dare capita, monſtruoſum eſt.*

17 *Regnum omne in ſe diuiſum, deſolabitur.*

18 *Diſmembrationes habent fomentum ſcandali.*

19 *Iuriſdictio ſemel aſſumpta à perſona, ab ea perſona abdicari non poteſt.*

Conſilium XXXV.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis &c.

Conſideratis dictis, & concluſionibus horum excellentium virorum, prima facie ſubtilitis: quia dicit Petrus de Ancha. in ca. pro hoc. de præbend. in 6. quòd licèt patriarcha Gradenſis dederit ſpecialem viſitationem omnibus monaſteriis ſuæ prouinciæ: tamen epiſcopus Caſtellanus, qui volebat more ſolito viſitare, poterat, per illum textum, & per l. 1. C.
5 de offic. præfecti vrbis. Et quia antiqua † actio non tollitur per nouam, l. quotiens ff. de actio. & obl. dicit idem Pet. de Anch. poſt Bal. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. quod ſi conſuetudo vel ſtatutum confert executionem agendi alicui certæ perſonæ, & vniuerſitas conſtituit alium ad agendum, ille ordinarius reuocatus: & ſic videtur poteſtas prioris eſſe cumulatiue ad ordinarium, non priuatiuè. Præterea, poſito quòd priuatiuè, tamen ex inſtrumento facto ex parte prioris de conſenſu apparet in exordio: quia ex magna cauſa epiſcopus impediuit ſe ad
2 faciendam illam diuiſionem pro bono pacis: & † in dubio ſtatur inſtrumento, ſecundum Bal. in cap. 1. de feu. dat. in vicem legis commiſſ. & l. quamuis. C. ſi quis
3 alteri vel ſibi. Et habemus, quòd ex magna cauſa † ordinarius poteſt ſe intromittere, & inhibere delegato ne procedat, quando maxima eſt cauſa, non conſiderata à delegante, vt probat ſingulariter text. in l. ſi hominem. ff. mandati. Et ita per illum text. ſignanter conſiderat domi. Abb. in c. dilecti. lo vlti. de appellatio. quod reputatur not. ad intellectum dicti c. ſtuduiſti, facit quod ipſe notat in c. de cætero. in 3. colum de
4 re iudica. vbi dicit, quòd merus † executor poteſt admittere exceptiones ex cauſa, per l. ſi hominem. ergo ex cauſa magna potuit epiſcopus ſe intromittere in
5 re commiſſa delegato: bonum † enim pacis reputatur cauſa magna, per tex. ſingularem in c. niſi eſſet. de præbend. & facit cap. placuit. 99. diſtinctio. & quod notat Bald. & Saly. in l. pactum curatoris. C. de pactis. cum ſimilibus. Et dicit Bald. in l. ſi aliqua. ff. de offi. pro
6 conſul. & lega. quòd † viſitator generalis poteſt cognoſcere maleſactum à viſitatione ſpeciali, per dictã l. ſi hominem. Et data negligentia habentis iuriſdictionem, & priuatiuè, & ordinariam poteſt ordinarius procedere, capitulo, irrefragabili. §. exceſſus. de officio ordinarij. quod ibi multum notat dominus Abbas in ca. cæterùm. de iudiciis, & ibi bonus textus cum ſimilibus. Nihilominus iſtis non obſtantibus, placet mihi concluſio facta per præfatos: & ante omnia dico, quod Prior ſanctæ Mariæ non potuit à ſe abdicare curam & regimen ſemel aſſumptum: & quod facit, eſt nullum. Et pondero verba apoſtolici bre-
7 uis, dum in eo dicitur, de tua † prudentia, probitate, & religionis zelo confidentes, &c. Quæ verba operantur, quod non potuit committere alteri vices ſuas, vt decidit Innocen. in c. fi. de offic. deleg. Et refert ibi Io. de Imola in 10. colum. dicens hoc eſſe diligenter notandum, quia ſæpe in literis ſunt talia verba importantia, ac ſi dictum eſſet perſonaliter exequaris, ſecundùm ipſum. Licèt ergo Papa non exprimit nomen prioris, tamen contemplatur officiũ, & dignitatem prioris, & ſucceſſorum propter regularem vitam. Et vult, quòd actus perſonaliter expediatur. Oportet ergo conſentire, quòd epiſcopus gereret vices ſuas. Præterea non dicitur in inſtrumẽto, quod conſenſerit, ſed quòd fuit præſens, & acceptauit vnam partem monialium. Modò ſi ſic erat, delegatus eſt maior ordinario: vbi autem maior conſentit minori, requiritur authoritatis interpoſitio, ſecundùm Innocentium, do. Anto. & Imol. in capitulo. cum conſuetudinis. de cõſue. Bartol. Imol. & Roma. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquit. hæredita. Archid. in cap. ſeruitium. 23. quæſtion. 1. Imo. in cap. cum vos. de his, q̃ ſiunt à prælato. Bat. in l. fi. §. neceſſitatem. C. de bonis quę liberis. cum concord. & authoritas debet præcedere actum ſolennem, l. 1. in fi. ff. de euict. & Bar. in l. ſi Titius. ff. de aqua plu. arcend. ergo talis conſenſus nihil potuit operari. Præterea quòd Papa dando iſtũ viſitatorem videatur adimere iuriſdictionem ordinariam, eſt deciſio Bald. in l. quod in rerum. §. ſi quis. ff. de leg. 1. vbi dicit, quòd prouincialis ſpecialiter de-
9 putatus † ad viſitandum, excludit epiſcopum, per illum textum. & ita tollitur opinio Petri de Ancha. in c. per hæc. in quo ſe firmat, ponit ſpecialiter in fauorem fidei, vt ibi per Domin. in 1. colum. & Ioan. de Ana. in c. excommunicamus, §. volumus. de hæreticis. Et ad illud dictum Bal. allegatum contrà, vt modo inſpexi, & addo Bal. in authentica habita. in 10. oppoſitione. C. ne filius pro patre. vbi in viſitatore diſtinguit, an ſit datus motu proprio: & ſpecialis nunquam derogat generali. Aut ad petitionem viſitãdorum, & derogat. modo hic non eſt aliquid dictum de motu proprio: ergo præſumitur ad petitionem, c. ſi motu. in fine. de præben. in 6. & ſic derogat ordinario. & dicit B. l. in capitulo penultimo, de offi. delega. quod
10 ſpecies derogat † generi, quando euellitur de genere tanquam ſpecies ſeparata à toto, ſicut vna ouis remota

mota ab ouili. Secus quando gratia coadunandi, vt
ibi per eum. & hic non dicitur aliquid denotans co-
adunantiam. Præterea, quòd illa diuiſio curæ facta,
ſit ipſo iure nulla, vltra prædicta patet, quia fuit facta
ex falſa cauſa, ſcilicet cauſa pacis, quę cauſa fuit falſa,
vt patuit ab euentu. Et ideò cùm in inſtrumento ſpe-
cialiter dicatur, quòd fuit facta propter pacem, &
iſtud eſt falſum, actus vitiatur. ſicut in ſimili dicimus
11 de vnione facta † ex falſa cã, ꝙ eſt nulla, vt conſuluit
do. Cardinalis, cõſilio 99. incipiente, Papa munit. vbi
dicit, quòd licèt regulariter falſa cauſa non vitiet di-
ſpoſitionem, l. cùm tale. §. falſam. ff. de conditio. &
demonſtratio: tamen quando cauſa eſt adæquata di
ſpoſitioni, ita quòd diſponens ea ceſſante nõ erat ita
diſpoſiturus, tunc falſa cauſa vitiat, l. 1. C. de fal. cau.
adiect. legat. c. quia etiam. de conſang. & affini. Et ita
hic diſponens non erat diſpoſiturus, niſi fuiſſet bonũ
pacis. Si ergo cauſa non erat vera. actus eſt nullus: po
terat autem videre ſuperior, ꝙ iſte nõ erat modus pa
12 cis: q̃a duos † paſtores diuerſæ naturæ vni ſoli gregi,
eſt facillimum ad diſcordiam: dicitur enim, Non ara
bis cum boue & aſino, c. cum cauſam. de electio. & re
gere vnam partem ſub vno, & aliam ſub alio, eſt de
neceſſitate inducere diuerſos mores, ex quo mores
13 regentium non ſunt ſimiles. Et ideo in vno † & eodẽ
collegio non debet diſpar eſſe profeſſio, cle. 1. de ele-
ctio. in 6 Eſt enim ſatis difficile, quòd mores inducti à
clericis ſecularibus, conformentur moribus inducẽ-
dis à regularib. Et ideo dicit l. 2. ff. de origine iuris. ne-
ceſſe eſt reipublicę conſuli per vnum: & ſic non per
14 duos, eſt natura apta ad diſſentiendum: & † quot ca-
pita, tot ſententiæ, l. quia poterat. ad Trebel. Ideò nõ
eſt mirum, ſi ſequuta eſt zizania, & diſpar cõplexio:
quia gubernatio non emanauit à pari fonte. Inquit
enim Philoſophus: etiam noluit malè diſponi. plura-
litas principum eſt mala: vnus ergo princeps. Opor-
15 tet † enim, quòd quilibet conformet ſe moribus eo-
rum, cũ quibus viuit, c. quiſquis. 15. diſtinctio. & hic
vna pars non poteſt ſe conformare alteri monaliũ:
quia quælibet pars habet legem ſeparatam: & vnus
ſuperior non adaptat ſe ſtylo alterius, confeſſioni-
bus, & ſimilibus. & ideò turpis eſt pars poſteà vniuer-
ſo ſuo non congruens, c. quæ contra. 8. diſtinctio. &
ideo in Euangelio dicitur: Erit vnum ouile & vnus
paſtor. Io. 10. hic autem facta ſunt duo ouilia, & duo
paſtores: ergo malè. & dicit l. 3. de offi. præfect. vigi.
16 monſtruoſum eſt † vni corpori dare capita plura. Et
17 alibi: Omne regnum † in ſe diuiſum deſolabitur. ple-
nè Oldra. conſilio 94. & Baldus in l. imperialem. §. p̃-
tereà ducatus. in principio, de prohi. feud. ali. Vnde
tertio Regum, 14. c. Ego ſcindam regnum de manu
18 Salomonis. Et † iſtæ diſmembrationes habent in ſe
ſcandali fomentum: & quãdo dicebam, quòd ex cau-
ſa ordinarius impedit ſe: hoc ceſſat, quia cauſa falſa.
Item conſenſus prioris nihil operatur, quia non po-
19 teſt abdicare † iuriſdictionem ſemel aſſumptam, l. le-
gatus. ff. de offic. proconſulis.

Oportet, quòd prior iſte aſſumat maximum cly-
peum ſeueritatis & humilitatis, vt de Moyſe dicit in
capitulo, diſciplina. 45. diſtinct. & ſonus verborum
cæremonijs leuia mulierum corda inflectat. permiſ-
ſa ſpecie ſanctitatis & omnia cæremonia ſanctitatis
adhibita, & aſperam clauſuram imponit, truncatis
omnibus conſanguinorum & in ignem ponentium
colloquijs, & latratus earum contendat: & cum tem
pore domabitur earum leuitas, Deo inſpirante.

Laus Deo Omnipotenti. Ego Felinus Sandęus.

ARGVMENTVM.

CAPTVS pro armis, virtute prohibitionis fa-
ctæ in ciuitate Lucana, an ex probationibus factis
contra eum, veniat condemnandus. Teſtes, poſito ꝙ
non poſſint condemnari, an poſſint torqueri, ſi va-
cillant & variant. Teſtes ſi perſeuerãt in dicto ſuo
contra captum, captus ne debeat condemnari?

SVMMARIVM.

1 *Probationes in criminalibus debent eſſe clariſſimæ.*

2 *Teſtis vnus, ad hoc vt ſufficiat in probando contra aliquem, debet eſſe omni exceptione maior.*

3 *Teſtis infamis infamia facti, non eſt omni exceptione maior: & non ſufficit eius teſtimonium ad condemnandum.*

4 *Mulier in criminalibus de iure ciuili non repellitur à teſtificando.*

5 *Minor 25. annis, in criminalibus non admittatur.*

6 *Teſtes viles & vacillantes, qui offendunt aures iudicis, poſſunt torqueri.*

7 *Fortuna in criminalibus, in teſte cauſatur ex culpa per imperfectam, & variam locutionem & præſumptionem falſi, vilitatem perſonæ: & talis tortura etiam de iure Canonico admittitur.*

8 *Teſtis ad hoc vt repellatur à teſtificando, non ſufficit accuſatum inquiſitum, & conuentum, ſed condemnatum eſſe.*

9 *Teſtis infamis infamia facti, qui in criminalibus repellitur, fallit, quando teſtificatur cum tormẽtis, quia tunc valet.*

10 *Minor 25. annis, qui in criminalibus repellitur ex defectu ætatis, tamen receptus & examinatus, facit ſolenne indicium.*

11 *Teſtes duo amici, qui propter amicitiam non faciunt integram fidem, vbi duo requiruntur, ſi ſunt tres, ſuppletur per illum tertium: etiam ſi ſit amicus, defectus amicitiæ omnium trium.*

12 *Mulieres ſunt plus verboſæ, quàm viri.*

13 *Teſtes debent concordari, & concordantur per poſſibilem multiplicationem actuum.*

Conſilium XXXVI.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis &c.

Magnifice prætor Lucane, pro plena ſatisfactione animi veſtri, conſideraui, quòd in facto Andreæ mocitus Lucani capti pro armis, virtute demonſtrationis, ſunt tria ſubſtantialiter examinanda; videlicet primò, vtrum ex probationibus factis Andreæ, ſit condemnandus. Secundò, poſito quòd non; vtrum teſtes poſſint torqueri. Tertio, poſito quòd ſic; vtrum ſi perſeuerant in dicto ſuo; debeat ſequi condemnatio?

Ad primum videretur, quòd eſſet condemnãdus,

per

per ea, quæ dicā in vltimo dubio. Sed contrariū pu-
1 to verius, quia in criminalibus † debent eſſe proba-
tiones clariſſimæ, l. ſciant, C. de prob. cum ſimilibus.
2 Maxime hic, vbi † ſtatutū vult, quod ſufficiat vnus
teſtis, cum denunciatore: & ideo, quod admittatē pro
batio priuilegiati, ſcilicet vnius teſtis cum parte, de-
bet eſſe teſtis omni exceptione maior, vt traditur in
capitulo, propoſuiſti. de probatio. & in capitulo 1. de
conſang. & affin. & in l. Theopompus. ff. de priuileg.
Modo teſtes adducti in contrarium optima ratione
non probant. Quia Iacobus eſt infamis infamia facti,
ſaltem per tex. cum ibi nota. in ca. omnipotentis. de
accuſa. attento proceſſu contra eum formato Piſis:
3 & teſtis † infamis infamia facti, non eſt omni exce-
ptione maior, Bal. in l. optimam. C. de contrah. ſtipu-
latio. Et non ſufficit talis teſtis ad condemnationem
ſimpliciter, ſecundum no. in c. teſtimonium. de teſti.
maximè per Pau. de Leaz. & per Bart. in l. 1. C. de ſa-
croſan. eccl. Similiter non ſufficit dictum Ioannæ: q2
eſt defectus in perſona, & in dicto: in perſona, ꝓpter
vitam turpem probatam teſtibus. Et ideo quamuis
4 † mulier in criminalibus non repellatur de iure ciui-
li, Spe. de teſt. §. 1. ver. item quæſt mulier. gl. in ſumma,
& in c. ex eo. 15. q. 3. & in c. forus de foro compe. ver-
bo, ſignifi. Tamen ſi quæſtum corporis ſui facit, l. iu-
lia. circa medium. ff. de teſtibus, eſt etiam defectus in
dicto ſuo, quia contrariatur Iacobo, qui dixerat, ꝙ
alius non vidit Andræam armatum, niſi ipſe & Fran
ciſcus. Et tamen ipſa dicit ſe una cum Iacobo aſtitiſ-
ſe Andreæ furioſo alias furenti, ne impetum faceret:
& ſic dicta iſta adinuicem repugnant. Similiter Pere-
5 grinus non probat, quia in † criminali non admitti-
tur minor 25. annis, l. in teſti. & l. in teſtimonium. ff. de
teſtib. 4. q. 3. §. teſtis. & §. item in criminali. & Hoſt. in
ſumma, de teſti. §. quis poſſit. ver. ætas. Et ideo, atten-
tis iſtis defectibus, non video, quomodo in crimina-
libus poſſit ſequi condemnatio ex eo, quia variant
inter ſe, dum mulier dicit Andræam non habuiſſe
thoracem, quia tetigit eum: & Peregrinus dixit eum
ſine thorace: & mulier dicit ſe vidiſſe in oſtio: & de-
nunciator dicit per viam.

Ad ſecundum dubium, dico breuiter, quòd Iaco-
bus & Ioanna debent torqueri, aut aliquo graui me
tu tormenti, & alia afflictione, quàm tortura affligi:
6 quia concurrunt in eis, & q̄ † debēt inducere torturā
in teſtibus, videlicet, quia perſonæ viles & quia va-
cillant & offendunt aures iudicis, & c. l. nullum. C. de
teſtibus prout loquitur Bartolus in l. ex libro. ff. de
q̄ſtionibus. Ioānes Andreas, & dominus Antonius
in c. cùm in contemplatione. de reg. iu. Baldus in repe
titione l. cunctos, in principio. C. de ſumma Trinita-
te & fide catholica. & Archidiaconus & dominus
Antonius in capitulo, illi q. 5. q̄ſtione 5. in ſumma, &
ibi Archidiaconus & gloſſa, 15. quæſtione 6. in ſum-
ma, & ibi Archidiaconus. Et non eſt torquendus ip-
ſe denunciatus, neq; Peregrinus teſtis: quia in eis nō
ſunt dictæ qualitates, neque de neceſſitate eſt, quod
omnes teſtes torqueantur, ſecundum Baldum in l. da
ta opera. in decima tertia col. C. qui accuſa. Cauſatur
7 † autem tortura non ſine culpa teſtium, ſed imò ex
eorum imperfecta, & ſuſpecta locutione, quæ arguit
præſumptionem falſi, attenta perſonarum vilitate.
Et hoc permittitur etiam de iure canonico, dicto c.
illi, qui. concordant ſupra allegata.

Ad tertium, vtrum data perſeuerantia in dictis, &
maiori conſonantia veritatis ex tortura, debeat ſe-
qui condemnatio? Omiſſis verbis non neceſſariis, vi
detur mihi, quod ſic: Primò reſpectu inefficacis de-
fenſionis. Secundò reſpectu inefficacis probationis,
alias defenſionis.

Et quòd Iacobus hoc modo ex tortura repetitus,
8 ſit idoneus, probatur primò: quia † nō ſufficit teſtem
fuiſſe accuſatum, inquiſitum, ac etiam conuentum,
ad hoc, vt repellatur à teſtimonio: ſed oportet, quod
ſit condemnatus, ſecundum gl. & omnes in c. ſuper
eo. el primo, de teſt. niſi in certis caſibus, de quibus p
9 Imolam ibi. Non obſtat, quòd infamia † facti, repel
lit in criminalib. textus & ibi omnes in dicto capitu-
lo, teſtimonium. Et eſt indubitatum: quia fallit, vbi
deponit cum tormentis, ſecundum Baldum in repe-
titione l. cunctos populos. in ſecunda col. ibi, vt non
niſi in tormentis. & idem vult dominus Cardinalis
in d. c. teſtimonium. addens quòd ſi nō torqueretur,
admittitur in ſubſidium, vt perueniat ad torturā rei,
non quo ad ferendam ſententiam in principali: vigo
ſe ergo ſtatuti ſolus iſte textus ſufficeret.

Accedit teſtimonium mulieris, cui ſimiliter non
obſtat infamia facti, adhibitis torturis, & tormentis.
Et accedit teſtimonium Peregrini: quia examinatus
facit indicium: vnde dicit Baldus in ca. 1. circa prin-
10 ci. de conteſtis. qui. † minor, qui ratione defectus ęta
tis non debuit examinari, examinatus facit ſolenne
Indicium. allegat l. fina. C. ad ſyllanianum. Cum quo
dicto concordant Salycetus in l. finali. C. de quæſtio
nibus. dicens ad hoc eſſe gl. ſingularem in l. finali. C.
de iis, quib. vt indignis. & facit gloſſa in verſiculo, ad-
mittendus. in l. 3. in principo. ff. de teſtibus. per quam
dicit ibi Flor. ſingulariter probari, quòd licet teſtis in
aliqua cauſa repellatur vt ſuſpectus à teſtimonio, fa-
cit tamen indicium, & repellitur à teſtimonio: & for-
tificat dictum Iacobi, qui ſolus ſufficit. & qui nō de-
buit examinari, ſi examinatur, facit indicium: latè ꝓ-
bat Ludouicus in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri-
mon. eſt dictum Innocentij in cap. cùm dilecti. & in
collatione cum iudicio proſequendo ad inquiſitio-
nem, non ad litem finiendam, vt eleganter per Baldū
in l. ſeruos. C. de teſtib. &c.

Confirmantē iſta ex dicto Bal. in l. p̄ſcriptione. in 1.
columna. verſiculo, quinto quæro. C. ſi contra ius.
vbi dicit, quòd exceptio cōtra vnum teſtem, in quo
non pendet ſubſtantia probationis, de qua apparet
per alios teſtes, non impedit proceſſum ordinari. &
dicit Imola in l. qui teſtamento. in prima col. ff. de te-
11 ſta. quod † licèt teſtes amici propter amicitiam non
faciant integram fidem, l. 3. in principio, in verſicu-
lo, amicis. ff. de teſtibus. ſic tres teſtes amici producti,
vbi duo ſufficiebant integri, ſupplebitur per illum te
ſtem ſuperfluum defectus amicitiæ omnium trium:
& eſt gloſſa notabilis in l. 3. §. 1. in verbo, numerus. &
ibi Iacobus Butrigat. ff. de teſtibus. In propoſito ſuffi
ciebat vnus, vnde ſi ſunt tres nō habentes inhabilita
tem ſui dicti inſitientem, ille tertius ſuperfluus ſup-
plet: vnde dicit Angelus conſilio primo, quòd ſuſtē-
tatur dictum teſtis domeſtici, qui habebat teſtes ido
neos, quod intelligunt Baldus & Angelus in l ſi quis
ex argento. §. 1. ff. de edendo. quando teſtis non eſt
ex toto inhabilis: nam alius ſupplere non poteſt, qđ
nullum eſt. & idem Salycetus in dicta lege, in bonæ
fidei. in 10. col. C. de rebus creditis & ſi cert. petā. Cùm
ergo Iacobus non eſt ex toto inhabilis, ſuppletur ne
dum ex vno, ſed ex duobus non ex toto inhabilibus,
dato quòd in quolibet ſit aliqua inhabilitas. Sed ex
quo ſunt duo vltra eū ſufficiunt, ſicut de tribus ami-
cis dicit Imola in dicta l. qui teſtamento.

Non obſtat, quod de veritate eorum dicitur: quia
attento, quòd factum fuit de nocte, impoſſibile eſt,
ꝙ per omnia cōcordent. Et iſta ſtant, ꝙ Iacobus dicit
ſe vidiſſe per viam, & Ioannam non vidiſſe. Et quod
verum ſit ipſum & Ioannam diremiſſe litem, & Ioan
na non negat, imò aſſerat, quòd portauit etiam
per viam, quando dicit, quòd aſſociauit, viſum fui
Iacobo non dicere de illa diuiſione litis, quia non
faciebat

ſaciebat ad propoſitum delationis armorum per ci-
12 uitatẽ. Sed mulier plus dixit, vt† verboſior more mulierum. Nec impugnat, quod vnus teſtis dicat, quòd habuit thoracem, & fœmina cõtradicat: quia poteſt eſſe, quòd ipſa non vidit, nec tactus fuit ille ad hunc finem, vt ſentiret, an eam haberet: quia dicit, tetigi, vt ſentirem hoc. ſed dicit ſe non vidiſſe, & ſenſiſſe thoracinã: potuit enim credere, quòd eſſet ſola diplois: & in hoc multum prudenter habet arbitrium veſtrũ cogitare & meditari:* quia apoſtiliter teſtium trium friuolè mouet ſe.

Ad teſtes productos pro defenſione, omiſſis verbis, non credo, quòd aliud probent, vnica ratione: q̃a poſſibile eſt, quòd quando viderunt rixam, ille eſſet inermis: & tamen paulò poſt ipſe aſſumpſerat arma, & hac ſecunda vice non viderit eum. Et ita ſemper
13 †dicitur in teſtibus contrarijs, quòd concordantur per poſſibilem multiplicationem actuum, & contrarium de teſte oportebat probare præcisè de hoc, & de idẽtitate actus, ad hoc, vt diuidatur probatio eius, ſecundum notata per oẽs poſt Bar. in l. nõ ſolum §. ſed vt ꝓbaui. ff. de noui operis nũtia. Felinus Sãdęus.

ARGVMENTVM.

BENEFICIVM amiſſum per ſentẽtiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, an ille, contra quem eſt lata talis ſententia, huiuſmodi beneficium repetere poſſit, & ei obſtet quod non appellauerit à collatione alteri facta.

SVMMARIVM.

1 *Infamis in iudicio comparere non poteſt.*

2 *Infamis dicitur ille, qui eſt eiectus propter inobedientiam, vt in clerico, & religioſo, & eſt infamia iuris.*

3 *Infamis non poteſt promoueri ad beneficium.*

4 *Spoliatus, quia dicitur ante omnia reſtituendus, fallit, quando ſibi obſtat notorius defectus: quia tunc non reſtituitur ante omnia.*

5 *Religionis alterius ingreſſus per monachum factus tollit omnem maculam, ſ. quo ad actus temporales, vt poſſit eſſe in iudicio, qui prius eſſe non poſſet: ſed ad actus ſpirituales remanet macula & inhabilitas.*

6 *Religio tollit maculam peccati, ſed non iuris, vel facti.*

Conſilium XXXVII.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.

Omnibus ruminatis, non audeo conſulere, quòd iſte poterit repetere beneficium. Primò non appellauit à collatione epiſcopi: ergo ille actus extraiudicialis, ſcilicet dicendo, tranſiuit in rem iudicatam. capitulo, concertationi. de appellatio. in 6.

Secundò, aduerſarius poſſedit decem annis pacificè: ergo præſcripſit reſpectu iſtius gloſſæ ſingularis in capitulo, contingit. de dolo & contumacia. Non
1 obſtat, quod lis fuerit cõteſtata: †quia iſte non potuit comparere in iudicio, per l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus. propter infamiam.

Tertiò, aduerſarius poſſedit pluſquàm triennio: ergo obſtat dict. regula, cui reſponſio prædicta non ſatisfacit. Et licèt poſſet aliter reſponderi, tamẽ nõ ac-
2 ceptaretur in curia. †Quartò & fortius, eiectus ꝑpter inobedientiã eſt infamis infamia iuris. Hoſtienſis de apoſtatis. §. qualiter. poſt principium. de maioritate & obedientia. § finali. quia dicitur reus fracti voti ſolennis, in quo promiſit obedientiam, & ſic periurus: c. cùm in eccleſijs. in fi. de maioritate & obedientia.
3 modò infamis †non poteſt ꝓmoueri ad beneficium, ſecundùm dominum Abbatem & omnes in c. que-
4 relam. de iureiurando. Si diceretur † ſpoliatus ante omnia reſtituitur. Solutio: verum, niſi obſtet ſibi notorius defectus, capit. ad petitionẽ. & ibi doctores. de accuſationibus. capitulo, quoniam. de filijs presby.

Quòd iſte ſit notorius, patet, quia confitetur ſe ex inobedientia eiectum, capitulo finali, de cohabitatione clericorum & mulierum.

Nec poteſt dici ob aliud eiectus, quia regula prædicatorum ſolùm in caſu incorrigibilitatis admittit
5 eiectionem. Si dicis, ingreſſus† alterius religionis tollit omnem maculam, in Authentica, de monachis. in principio. Soluitur, Primò illud eſt verum, quo ad actus temporales, puta, quòd poſſit eſſe in iudicio, q̃ prius non poſſet. Et ideò illud bene prodeſſet ad validandam dictam litis conteſtationem, niſi alia obſtarẽt: & de hoc gloſſa in capitulo, cùm deputati. in gloſſa prima, in fine, de iudicijs.

Sed ad actus ſpirituales remanet macula, ſecundũ gloſſam in ſumma, 56. diſtinctio. dummodo ſit macula ex proprio delicto. Secus, ſi à natura, ſecundùm Dom. ibi.

6 Secundò, religio† tollit maculam, ſ. peccati, ſed nõ infamiam facti, vel iuris: gloſſa eſt expreſſa in dicta Authen. de monachis. in principio.

Res ſubtilizari poſſet iſta tollendo, ſed non cum ſecuritate conſcientiæ.

Veritatem amori præponens, ſubſiſtere cogor.

Felinus Sandæus. Reſponſio pro veritate.

ARGVMENTVM.

SCRVTINII forma in electione, quomodò fiat: & ſcrutinium non fit, niſi in electione prælatorũ maiorum, & habẽtium iuriſdictionem: nõ autem in electione inferiorum.

SVMMARIVM.

1 *Scrutinij forma eſt difficilis, & in ea multi etiam viri perfecti deficiunt.*

2 *Scrutinium in omni electione non eſt fiendum, niſi illorũ prælatorum, qui habent iuriſdictionem ordinariam, & cognoſcunt de criminalibus & ciuilibus cauſis: in alijs ſufficit, quod conuentus & congregatio eligat.*

3 *Monaſterium, qui acceptauit, & induxit aliquẽ ad ingrediendũ eius monaſterium, vt eius bona haberet, & ſpe lucri, debet priuari dictis bonis: & tamen profeſſio facta a monacho, valet.*

4 *Monaſterium pro monacho ingrediente, pretium aliquod recipere nõ poteſt, etiã ſi ſit pro ſua cella.*

5 Petitio

5 *Petitio eius, qui cogere poteſt, facta in aliquem, ſi ſequatur ſolutio vel factum talis petitionis, non dicitur talis ſolutio ſpontanea, etiam ſi ceßet petitio.*

6 *Monaſterium, quod eſt pauper, & non poteſt facere expenſas victus omnibus eum ingredientibus: ſi nouitius monachus vult ingredi, tali caſu monaſterium pro eius victu licitè poteſt petere expenſas, ſecundùm Tho. de Aquino, nec eſt ſimonia.*

8 *Simonia mentalis aboletur per pœnitentiam.*

7 *Iura ſemper ponderant actiones hominis verbis expreſſas, non corde retentans.*

9 *Ordinandus ab epiſcopo, ſi quid notario offert, vel epiſcopo præſentat, eſt ſimoniacus, & à ſolo Papa poteſt diſpenſari.*

10 *Religioſi non excuſantur ignorantia iuris, niſi ſint monachi, qui nunquam exeunt monaſterium.*

Conſilium XXXVIII.

DIRIGE domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ.
Ad primum quæſitum præmitto, quod
dicitur gl. in c. cum expediat. de ele. in 6.
1 † quod forma ſcrutinij difficilis eſt. In
qua multi etiam viri perfecti deficiũt
2 † ignorantes practicam: facit illud Pſalmiſtæ: Defece
runt ſcrutantes ſcrutinio. Secundo præmitto, quòd
ſi in electione interuenit purus & immaculatus con-
ſenſus eligẽtium, dato quòd in forma electionis vel
ſcrutinij ſit erratum, & ex hoc electus poſſit turbari
in foro contentioſo: tamen in foro conſcientiæ tu-
tus eſt electus quò ad Deum, quãdo maior & ſanior
pars elegit eum purè & ſine fraude. Nam illæ formæ
ſolum ſunt inuentæ ad euitandam fraudem, qua ceſ
ſante ſtat Deus conſcientiæ puræ electi: licèt forus fo
ri non ſtet dicto eius, ſecundùm Innocentium in
capitulo, quapropter. de electio. & Petrum de An-
charano in regula, poſſeſſor. de regulis iuris. in 6. &
dominum Abba. in capitulo 6. in fine, de reſtitutio.
in integrum. Et traditur in capitulo, quia plerique. de
3 immunitate eccle. Tertiò præmitto, † quòd non eſt
vtendum ſcrutinio in omni electione. ſed ſolùm in
electione epiſcoporum, & illorum prælatorum, qui
habent iuriſdictionem generalem; & cognoſcunt
de cauſis criminalibus: vt Epiſcopi, & Abbates. Sed in
electionibus prælatorum inferiorum ab iſtis, vt ſunt
priores & ſimiles, ſufficit, quod conuentus congre-
gatus eligat. & ſufficit maior pars, ſecundùm gloſſam
ſecundam, & doctores in capitulo, ſicut. de electio-
ne. in ſexto. & glo. fin & doctores in capitulo, ſi cui.
de electione. & Ioãnem Andream & dominum An-
tonium in dicto capitulo, quia propter.

His præmiſſis, ex quorum tamen trigeſimum du-
bium petitum non eſſet neceſſarium, dico, quod vbi
ſunt electores adeo pauci, non fit ſcrutinium, ſecun-
dum Hoſt. & dominu Abba. in d. c. quia propter. Poſ-
ſunt ergo primò eligere per viam inſpirationis, vt
ibi in verſic. niſi. Si autem omnes in vnum non con-
ueniunt, poterunt eligere, aut ſeruãdo formam ſcru-
tinij eo modo, quo poſſunt, puta capiẽdo vnum ſcru
tatorem cum notario, tenẽdo opinionem antiquo-
rum, quòd de neceſſitate non debeant eſſe niſi tres,
vel poterũt eligere more antiquo ſine aliqua forma,
Et cùm ſint pauci, non compellunt compromittere
vel transferre votum ſuum in alios, cùm ipſi fidelius
poſſint ipſum proſequi.

Forma autem ſcrutandi ſcrutatores, reperitur di-
uerſa. Communis eſt, vt duo ex eis ſcrutentur tertiũ.
Et eſt vtile ſecundùm Ioannem Andream, vt primò
ſcrutentur ſeipſos, nec reſeruentur in fine: quia cùm
aliorum vota ſint eis nota, poſſet electio pendere ab
eorum poteſtate. Et eſt vtile, vt conuentus hoc ex-
primat à principio, vt duo ex eis ſcrutentur tertium
ante ſcrutinium aliorum.

Scribere vota, pertinet ad ipſoſmet ſcrutãtes, quo-
rum officium in hoc eſt approbatum. Communiter
tamen tenetur, quòd notarius poſſit adhiberi, etiam
laicus, ſecundum dominum Abbatem late in dicto
capitulo, quia propter. tamen non eſt opus ſcrutinio:
tum quia pauci, tum quia prior.

3 Secundus caſus † eſt dubitabilis & periculoſus. Pri-
ma facie videretur, quòd profeſſio deberet tenere, &
tamen monaſterium de bonis iſtis nihil debere huic,
quia quoties ſub ſpe lucri aliquis inducitur ad reli-
gionem, & apparet ex coniecturis, quòd monaſteriũ
deſiderat eius bona: tunc in odium monachorum
priuatur bonis, & profeſſio valet: textus eſt vigeſima
quæſtione tertia, conſtituit. per quem dicit Ludoui-
cus Romanus ſe ita reſpondiſſe auditoribus de Rota
in l. prima. §. ſi ſtipulari. de verborum obligationibus.
not. Speculator de ſtatu monachorum. quaſi in fine.
& ibi in allegatione quadrageſima ſeptima. & gloſſa
& dominus Abbas in capitulo, in noſtra, de ſepultu-
ris. & Dominicus in capitulo, non ſolum. de regulari
bus, in ſexto. & Baldus in authẽtica, ſi qua mulier. in
vltima col. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & hoc in the-
mate apparet, quòd prior volebat iſtum recipere, niſi
ille flexiſſet cum compromiſſione pretij & tertij: vn-
de lucrum dedit cauſam conſenſui.

4 Nec obſtat, † quod capiet pretium pro cella: quia
etiam pro proprio vſu in talibus nihil exigitur, capi-
tulo, ex multis. prima quæſtione tertia. & dicto capi-
tulo, conſtituit. cum quicquid monaſterio applica-
tur, ſemper ſit ad pium vſum. Non obſtat, quod prior
receſſit à petitione: quia ex quo declarauerat inten-
tum ſuũ, videtur poſteà nouitius quaſi exactus hoc
feciſſe: quia dicit Ioannes Andreas in capitulo, præte
5 reà. de iure patronatus. quòd vbi † p̃ceſſit petitio eius,
qui poteſt cogere, nunquam ſolutio ſequens dici-
tur ſpontanea, etiam ſi ceſſet petitio. Et ideo in
caſu, vbi videtur, quod eſſet locus capituli. quoniam.
in fine, de ſimonia. & pœnæ ibi appoſitæ, niſi Papa di
ſpenſaret, vel eius pœnitentiarij, nihilominus bene
cogitando credo. quod teſtamentum nouitij teneat
quia ad hoc, vt geſta per prælatum noceant monaſte
rio, oportet, quod fiat communicato conſilio con-
uentus: gloſſa eſt in capitulo, cùm dilectus. de ordi-
ne cognitionum. Modò in iſto actu fuit ſolus prior:
ergo ſolus non nocet monaſterio. Et ſi diceretur, quod
iſtud procedit in quæſitis, non autem in quærendis,
vt dicit gloſſa in cap. cum dilectus. de regul. iur. in
6. & Baldus in l. ſi pupillorum, C. de repudianda hæ-
reditate. & Federicus conſilio 9. Reſpondeo, quòd
ſtatim condito teſtamento, imò facta profeſſione, eſt
quæſitum ius monaſterio cui ſolus prælatus non p̃-
iudicat. Et ſi quis diceret, quod delictum præcedens
tollit ius futurum: Reſpondetur ex ſequẽtibus, quòd
non fuit delictum. Conſiderandũ ergo eſt, quòd non
præceſſit pactum, ſed intimauit prior nouitio ordina
tionem ſuperiorum, & incommoditatem monaſte-
rij, & nihil petijt: & etiam nouitius dixit ſe nihil proui
ſurum: quo caſu dicit Ioe. meus ſanc. Thomas de
Aquino,

Aquino, ſecunda ſecundæ, quæſtione centeſima, articulo tertio in fine, quòd propter ingreſſum monaſte-
6 rij non †liceet aliquid exigere, vel accipere, quaſi pretium: tamen ſi monaſterium ſit tenue, & non ſufficiat ad tot perſonas nutriendas, gratis quidem debet ingreſſum monaſterij exhibere, & accipere aliquid ꝓ victu perſonæ, quæ in monaſterio recipit. hęc illo.

Modò cùm pro cella facienda opes monaſterij impræſentiarum non ſufficerent, licitum fuit recipere, præſertim, quia dicitur in caſu, quòd cõuentus ipſum purè recepit.

Et ideo ſi forte prior cogitabat in corde, quòd eũ nullo modo recepiſſet, niſi ei decimam dediſſet, iſta
7 fuit ſimonia mẽtalis, †quæ actum non vitiat, ſed aboletur per pęnitentiã eo modo, quo alia peccata, cap. finali. Non obſtat, quòd præceſſit petitio: quia dictũ Ioannis Andreæ in capitulo, præterea. de iure patronatus, debet intelligi, quando ille petijt, qui poterat cogere non ſoluentem, & non reuocauit petitionẽ, licet ẽt non perſeuerauit in ea. Sed hic neque petens poterat cogere, neq; perſeuerauit in petitione, imò reuocauit, & poſuit iſtum in libertate. Si verò teſtando habuiſſet hãc credulitatem, quòd niſi ſit teſtatus, fuiſſet receptus: per hoc non vitiatur teſtamentum,
8 nec ꝓfeſſio. ſed ſibi, vt dixi de ſimonia †mentali, iniũgi debet pęnitẽtia. Iura enim ſemper põderãt actiones verbis expreſſas. non corde retentas. Ad tertium
9 caſum †de ordinante, non dubitandum, quòd eſt ſimoniacus, & à ſolo Papa poteſt ſecum diſpenſari, prima quęſtione prima, erga. & capitulo penultimo, de ſimonia. Si vult ordinatus ſoluendo vel dando aliquid notario, vel epiſcopo p̄ſentare, eſt ſimoniacus, c. 1, & ibi latè doctores, de ſimonia. & à ſolo Papa ſecum diſpenſatur, ſecundum Calderinum, dominum Abbatem, & Cardinalem, in c. 1. de ſimonia. & Imolam in c. poſt tranſlationem. de renuntiatio. & religioſus non excuſatur ab ignorantia iuris, ſecundùm Hoſtienſem in dicto capitulo, quoniam. de ſimonia. Tamen excuſatur iſte, ſi eſt Carthuſienſis: quia ſubdit Hoſtienſis, niſi ſint monachi. qui nunquàm exeũt. Et ideò credo iſtum non eſſe ſimoniacum, ſi ignorabat ius. & de hoc ſtatur dicto ſuo in conſcientia, & etiam extra, ſi per coniecturas excuſatur, ſecundùm dominum Cardinalem in clementina 1. in principio, in trigeſimanona quæſtione, de priuilegijs.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

MATRIMONIVM ſeu ſponſalia an dicantur contracta in hunc modum: Matre puellæ interrogata præſente eo, qui puellam petebat, an promitteret in ſponſam & vxorem filiam tali, reſpondens, quòd ſic, & viro, qui eam petebat, dicente: & ego eam in vxorem accipio. Item, abſente viro corã matre, puella vocata, & ei dictum, Mater tua maritauit te tali, es contenta? & ipſa reſpõdit: Domine, ita ego ſum contenta de eo, quod mater mea fecit. & hoc dicto mater iterum dixit ſe eſſe contentam: an ſint cõtracta ſponſalia, & matrimonium inter eos.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſeu ſponſalia an ſint de præſenti, vel de futuro, cùm de hoc eſt probabile dubium; ſemper pro præſenti eſt iudicandum, etiam quòd communis opinio eſſet de futuro, & vnus ſolus doctor probabiliter teneret de præſenti, illi ſoli ſtãdum eſt.*

2 *Matrimonium conſiſtit in ſenſibili actione ſuſcipientium ſacramentum, ſecundùm Richardum de media villa, in quarto ſentent.*

3 *Matrimonio contrahendo non requiritur, quòd cõſenſus ſimul præſtetur, ſed ſufficit, quòd vnus per prius, alter per poſterius eo durante accedat.*

4 *Voluntatis mutatio, non præſumitur.*

5 *Matrimonio reſpõſio facta ex interuallo nõ nocet.*

6 *Conſenſus, quòd ſtatim interuenire debet, eſt ſpeciale in ſtipulatione.*

7 *Matrimonium per verba Angeli fuit contractum inter Deum & virginem Mariam, & quomodo.*

8 *Virginalis pudoris in matrimonio ſeu ſponſalibus contrahendis eſt, non ita præciſè conſentire.*

9 *Virginalis pudoris non eſt de per ſe maritum ſuſcipere, ſeu partitum eligere, ſed parentum expectare iudicium.*

10 *Matrimonij exemplum trahere de beata virgine ad alia matrimonia licet.*

11 *Matrimonium re præſenti nõ de futuro, iſta verba important: Mater tua maritauit te.*

12 *Sponſus & maritus differunt, ſunt tamen correlatiua.*

13 *Sermo & locutio alicuius loquentis, refertur & interpretatur ſecundum illud, quod loquitur.*

14 *Matrimonij verba inter contrahentes debent interpretari, quòd ſi non valet vt agitur, valeat vt valere poteſt.*

15 *Feudum conceſſum ſub his verbis, Titius prædeceſſor meus conceſſit patri tuo tale feudum, ſic & ego tibi concedo illud: ſi non apparet talem prædeceſſorem conceſſiſſe, an talis conceſſio valeat.*

16 *Procurator dicens & faciens pluſquam habet in mandato, præſente domino & tacente, obligat ipſum dominum etiam ad pœnam.*

17 *Procurator excedendo fines mandati, ſciente ſeu præſente domino, niſi reuocet, dicitur fieri à domino.*

18 *Iura contentantur ea probatione, quæ haberi poteſt, vbi probatio eſt difficilis.*

19 *Iudicandum eſt pro matrimonio in dubio.*

Conſilium XXXIX.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.

A principe philoſophorum eleganter ſcribitur in libro Ethicorum, c. 2. Diſciplinati eſt intantum certitudinem inquirere ſecundùm vnumquodque genus, inquantum rei natura ſufficit. quam ſententiam verificare oportet in hac pulchra dubitatione nata in inclyta ciuitate

tate Mantuæ. Et ea talia eſt, verum videlicet inter
dominum Paulum de Crema & Ceciliam filiam do-
minæ Claræ, ſit contractum matrimonium, an verò
ſponſalia? quoniam interrogata ipſa mater, an pro-
mitteret filiam abſentem in vxorem dicto doctori
præſenti: Reſpondet quòd ſic. & ipſe dixit, & ego eā
in vxorem accipio. demum excepto dicto doctore,
Cecilia, coram matre & patrno interrogata fuit in
hunc modum, videlicet: Mater tua maritauit te do-
mino Paulo, es contenta? Reſpondit, miſſere ſi iò, ſo
no contenta de cio che ha fatto mia madre. Et hoc
dicto mater ſua iterum dixit ſe contentam. Dico er-
go in hoc eleganti & quotidiano dubio, quòd inter
dictas perſonas eſt matrimonium contractum: &
omiſſis non neceſſariis, procedo quanto breuius
poſſibile eſt, vt eſt moris mei in cunctis: & facio
quædam ſuppoſita: deinde induco quædam motiua.
Præſuppono, quòd vbicunque de verborum virtu-
1 te oritur probabile dubium An† ſint de futuro, an de
præſenti ſemper iudicandū, q ſint de præſenti. ſecun-
dum Ioannem Andream poſt Hoſtienſem in cap. ex
parte. ante finē. de ſpōſalibus. per textum in capitulo,
licet ex quadam in fine, de teſtibus. & in capitulo fi-
nali, de re iudicata. Addo etiam, quòd ſi communis
opinio Doctorum teneret, quod eſſent de futuro, &
vnus ſolus probabiliter teneret quòd eſſent de præ-
ſenti, eius opinioni ſtādum eſt, ut eleganter dixit Ho-
ſtienſis in capitulo, ſi vir. de cognatione ſpiritu & ſe-
quuntur ibi dominus Antonius & dominus Abbas
& Imola, in lege. 1 ff. ſoluto matrimonio. & domi-
nus Abbas in capitulo finali, de re iudicata. licèt aliàs
communis opinio mutanda, decimanona diſtin-
ctione in capitulo, in canonicis. notat Ioannes An-
dreas in capitulo primo, de conſtitutionibus. cum
ſimilibus.

Itē præſuppono verba Richardi de media villa, in
quarto ſententiarum, diſt. 26. q. 4. art. 2. in reſponſio-
ne ad primum argumentum, dico q matrimonium
2 † cōſiſtit in ſenſibili actione ſuſcipiētium ſacramētū:
vnde verbū prolatum ab altero eorum habet ratio-
nē materiæ, & verbum ſecundo prolatum ab alio, ra-
tionē habet quaſi formæ, eo modo, quo verba ſunt
forma in ſacramēto. Sicut enim cum verbum ac-
cedit ad elemētum, fit ſacramētum, vt ipſe prius pro-
bauit. Ita cum procedit verbum viri dicentis: accipio
te in vxorē. & ſequitur verbum vxoris conſentientis,
3 fit ſacramētum ex materia & forma. Itē† præſuppono
q ad matrimonium cōtrahēdū nō requiritur, q con-
ſenſus præſtetur ſimul ex eodē tēpore, ſed ſatis eſt,
quod vnus conſentiat per prius, & eo durante in pro
poſito ſuo pōt alter ſuū cōſenſum accedere ea poſt fa-
cto, ſecundum Hoſtienſem in capitulo, dilectus. de
ſponſalibus quem ſequuntur ibi omnes doctores. ex
cepto domino Abbate, qui dicit, quod licèt illud ſit
æquum, & tenendum in practica, tamen de ſubtilita-
te iuris contrarium eſſet dicēdum, propter gloſam
in lege. cōſenſu. ff. de actionibus & obligationibus.
& in lege prima, in fine. ff. de contrahēdā emptione Sed
illæ gloſæ non obſtant, vt latè videtur oſtendere ibi
quidam nouiſſimi, quos non rectio alterā & licèt ip-
ſi non dicant, verba ſua ſunt vera. Ludouicus Roma
nus in lege ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulator. ff. de verbo-
rum obligationibus. Bene facit, quod notat domi-
minus Antonius in capitulo ſi inter. verſiculo, quar-
to primò, de ſponſalibus. vbi dicit, quod ſi vir dicat,
accipio te in vxorem, & illa non reſpondēte recedat,
deinde ipſa reſpondeat, & ego te in maritum: eſt ma-
4 trimonium, niſi probetur illud diſſentiſſe, quod † in
dubio non præſumetur, quia non præſumitur muta
tio voluntatis, c. maiores. de baptiſ. & ſequitur Do-
minic. in capitulo ſecundo, de litis conteſtatione. in

ſexto, § ſecūda col. vbi dicit, q ſi vir vna die exprimat
uerba apta ad matrimonium, & mulier nihil reſpon-
det. & poſteà alia die reſpondet per verba apta ad
matrimonium: quod matrimonium eſt contra-
5 ctum: quia reſponſio † ex interuallo facta non nocet.
allegat Ioannem Andreā in capitulo pe. de ſponſali
bus & Archidiaconū in capitulo, ſufficiat. vigeſima
ſeptima quæſtione ſecunda. & eſt ſpeciale in ſtipula-
6 tione. vt † conſenſus debeat ſtatim interuenire. ſecun-
dum Baldum & Ludouicum Romanum in lege pri
ma, in principio, per illum textum, de verborum
obligationibus. & expreſſe notat Archidiaconus in
dicto capitulo, ſufficiat.

Preſuppoſitis iſtis, ex quibus datur clarior intro-
ductio ad ſequentia, oſtendo quinque viis conclu-
dentibus, quod in caſu iſto ſit indubitanter iudican-
dum pro matrimonio.

7 Primò moueor, quòd ex eo quòd † Hoſtienſis in
ſumma tituli de bigamia. §. quare bigamus in verſicu
lo, contractum per verba Gabrielis: vbi dicit, quod
inter Deum & beatam virginem Mariam fuit con-
tractum verum matrimonium per uerba Angeli:
Aue gratia plena Dominus tecum. Et per reſponſio-
nē illam: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. modo
verba prædicta, ſcilicet, mater ſe maritauit, vt talia im-
portant. Idē cum dicit Paulus datus eſt tibi in mari-
tum. Reſponſio verò ad illud es contenta, dicendo,
Miſſere ſi, io voglio quello c'ha fatto la mia madre.

Illi duo teſtes æquipollēt illis. Fiat mihi ſecundum
verbum tuum. quia non dixit, volo, ſi mater voluerit.
Sed primo dicit, Miſſere ſi, ſcilicet quod ſit con-
8 tenta cæteris: quia pudoris † virginalis eſt, non ita
præciſè ſentire, ſed ad iudicium parentum ſe dimit
tere. Ideo ex honeſtate conſiliena, referens ſe ad ma-
trem ſubiunxit dicta verba quę ſemper à puellis ſub-
duntur vt videmus ex communi vſu iuxta illud Am-
broſij in capitulo honorandę. 32. q. 2. Illa iudicium
9 expectat parentum: † non eſt enim virginalis pudo-
ris eligere maritum.

Cum itaque verba illius religioſi ſonarēt expreſſè
matrimonium eſſe cōtractum, & puella diceret ſe cō
tētā profecto ſumus in ſimili cauſa glorioſę virginis
& matris Mariæ. quæ ſolum dicendo, fiat. &c. effica-
citer contraxit. Et quod exemplum de beata virgine
10 Maria trahatur † ad alia matrimonia. eſt deciſio Ho
ſtienſis in ſumma tituli de ſponſalibus. §. qualiter. uer
ſiculo, econtrà. vbi propter dictum exemplum in-
fert generaliter, q ſi nuntius diceret dominus meus
te accipit in ſuā uxorem; puella reſpondeat, ſic, con-
ſentio iis, quæ mihi nunciaſti: eſt contractum matri-
monium, &c.

11 Secundo moueor, quia † iſta uerba, maritauit te.
ex propria ſignificatione & ex cōmuni uſu loquēdi
importent rem per uerba de præſenti. Non enim dici
tur materia, q ſolum promiſſa eſt, vt notat Domini-
cus per illum textum in c. Valentio. 34. q. 1. facit lex
cum fuerit. ff. de conditionibus & demonſtratio-
12 bus. Differt enim maritus † à ſponſo, vt per omnes in
rubrica, de ſponſa. & matrim. Sunt ergo correlatiua:
& ſicut is dicitur maritus, qui matrimonium con-
traxit Ita illa dicitur maritata, cum qua matrimo-
nium contractum eſt. Facit quod notat Bartolus in
lege, cum pater. ff. de parricidiis. Quod ſponſa de præ
ſenti dicitur vxor, eſt gloſa tertia, capitulo, cano-
nica. de ſententia excommunicationis. & gloſa in
capitulo ſecundo, in verbo, electorum. de transla-
tione prælatorum. Facit capitulo quamuis. de pa-
ctis, in ſexto, ibi, nuptui tradebatur. vbi ſponſa non
dicitur nupta. Cùm ergo dictus religioſus dixe-
rit eam maritatam, & Reſponderit ſe eſſe conten-
tam, cenſendum eſt eam conſenſiſſe vt de præſenti.

Ter-

Tertiò moueor ex eo quod notat Archidiacoous
in capitulo, nec illud. in fine, quæſtione finali. vbi di-
cit, quòd poſtquam vir conſenſit de præſenti in ali-
quam, ad hoc, vt ſit matrimonium cum illa, ſufficit
quòd illa dicat ſe contentam, non ſolùm ſi hoc dicat
nuntio illius, qui conſenſit: ſed etiam ſi alteri cuicun-
que, adeo ꝙ illi deinde innoteſcat. Et hoc vltimũ ſe-
quitur Baldus in rubrica, C. de cõfeſſis. in fine. & Do-
minicus in capitulo fina. § ſanè. io ſecunda col. de ꝓ-
curatoribus. in ſexto. Modò dominus Paulus cõſen-
ſit in Ceciliam per verba de præſenti, & ipſa in eum
per verba apta ad matrimoniũ de pręſenti: ergo cui-
cunque dixerit ipſa, vel qualitercunque interrogata,
ſufficit, quòd idem ſentiat, quod dominus Paulus,
ad hoc, vt dicatur inter eos conſenſus, id eſt, ſimul
ſenſus: in quo interuallum temporis nõ nocet, vt eſt
dictum in tertio præſuppoſito.

Quartò iuxta hoc moueor etiam ex eo, quòd do-
minus Ant. dicit in capitulo, tuæ. de ſponſalibus. vbi
expreſsè ſentit, quòd ſi Titius conſentit in Bertham
per verba apta ad matrimonium, & ipſa ſciens hoc
conſentit in eum per ſimilia verba, dicitur inter eos
eſſe matrimonium. Et intelligo ſanè ſequuta ratifica
tione, vt per modernos in capitulo, dilectus. de ſpon-
ſalibus. & Dominicum in dicto capitulo finali, de ꝓ-
curatoribus. in ſexto. Cùm ergo conſenſus domini
Pauli inducentis, innotuerit Ceciliæ ex verbis, quæ
ſibi nunciata fuerunt, & cõſenſus puellę innotuerit
domino Paulo, vt præſupponitur, profectò dici po-
teſt: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. capi-
tulo, quos Deus, trigeſima tertia quæſtione ſecunda.
cum ſimilibus. Quintò & vltimò, ad confirmationẽ
prædictorum reſtat tollere vnum coloratũ motiuũ,
per quod videtur, quòd ſint ſponſalia, non autẽ ma-
trimonium: quia verba illius religioſi referebant fa-
ctum matris, & puella refert ſe ad factum matris. Sed
ſic eſt, quòd mater nõ videtur vſa verbis aptis ad ma-
trimonium de pręſenti: Ergo Intentio, ſcilicet puellę,
non fuit alia, quàm eſſet intentio matris. Et per con-
ſequẽs fuit promittere per verba de futuro, quia vbi
13 loquens refert ſe ad aliud, interpretatur † ſecundùm
illud, lege, ait prætor. §. primo. & lege, in ſumma. ff.
de re iudicata. capitulo, præterea. & ibi doct. in tertio
notabili, vigeſima tertia diſtinctione. lege, Pompo.
C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. cum concordantijs.

Sed ad hoc accommodantur quinque reſponſio-
nes efficaciſſimæ concludentes. Prima eſt, quòd imò
verba matris erant apta ad matrimonium de præſen
ti: Et ad hoc probandom refero me ad allegationes
clariſſimi doctoris domini Bartholomęi Heunacij,
quibus tanquam plenis & concludentibus, nihil ad-
do, ſed ex abundanti ſubdo ſequentes reſponſiones.
Secunda reſponſio, quòd etiam ſi ſint verba de futu-
14 ro, tamen reſponſio puellę produxit, quo † ad Deum,
manifeſtum ſenſum de præſenti: quia in matrimo-
nijs verba contrahentium debent interpretari, ſi fie-
ri poteſt, vt ſi non valet quod agitur vt agitur, valeat
vt valere poteſt. capitulo primo. §. idem quoque. de
ſponſa. in principi. in 6. per quem tex. dicit do. Abb. in
c. cum ſuper. de offi. dele. quod in dependẽtibus à cõ-
ſenſu partium, habet locum dicta regula, contra Bar.
in l. r. in principio. ff. de verbo. obli. & dicit do. Ab.
pulchre in d. §. idem quoque. quòd licèt in electione
& in multis alijs caſibus non valeat ſemper actus vt
valere poteſt, tamen in matrimonio ſecus eſt: nam
alij actus vt plurimum, fiunt à ſapientibus, quorum
culpa multum contaminat: ſed fatui & fatuæ, maio-
res & minores matrimonium contrahunt, vt à tali-
bus accepimus, quod elici poteſt ſecũdum eum, poſt
lo. An. ibi. Modo in propoſito, ſi reſponſio Ceciliæ
non concludebat matrimonium, referendo ipſam
ad verba matris, & ſi prout actus ſonabat: tamẽ cõ-
cludebat virtualiter referendo ipſam ad verba fratris
Ioannis, cui dicenti: maritata es, vel æquipollens. Re-
ſpondit, ſum contenta. valeat ergo reſponſio, vt re-
ſponſio facta verbis illis, ſi non, vt conformis illis ver
bis maternis. & ſic, ſi non vt agitur, ſaltem vt valere
poteſt. Quia reuera conſonum & indubitatum eſt
eam fuiſſe contentam de effectu verborum, licèt pro
maiori honeſtate retulerit etiam ſe ad matrem,

Tertia puellæ reſponſio, quòd puella dixit ſe eſſe
contentam, & velle idem quod mater, credens ma-
trem eam maritaſſe, non autem ſpopondiſſe, & non
vidit amplius puella nec intellexit ſe non fuiſſe prin-
cipaliter informatam. Modò dico, quòd licèt de cõ-
ſenſu formali matris remanſerit indemnis, ſatis eſt,
ex quo de contrario non ſenſit. Et adduco quod no-
tat Ioannes Andreas in Speculatore, in titulo, de feu-
dis. in principio, in additione incipiente: ſic confectò,
15 &c. vbi dicit, dominus † concedit feudum per hæc
verba. Venerandus prædeceſſor meus conceſſit pa-
tri tuo tale feudum: ſic & ego tibi concedo. vtrum
ſi appareat prædeceſſorem no conceſſiſſe, valeat iſta
conceſſio? Et decidit quod ſic, per legem, demonſtra
re. §. quod autem. ff. de condi. & demon. dummodo
ea cauſa non exiſtente vera, concedens non fuiſſet
conceſſurus: quod haberet probare qui hoc diceret,
ſecundum eum. Modò ex quo puella dixit ſe conten
tam, vt ſuprà, & non apparuit ſibi, quòd mater aliud
ſenſerit, quàm ſicut ei fuerit dictum, debet ſuus con-
ſenſus haberi pro integro. Et quòd puellæ non con-
ſtiterit de ampliori relatione illius fratris, probat re-
ſponſio ſequens. Quarta reſponſio eſt, quod ex quo
præſente matre, & non contradicente, dixit ille fra-
ter, mater te maritauit, & filia dixit ſe contentam. Et
eodem ſequenti momento mater etiam dixit ſe cõ-
tentam, profectò cuicunque ſyncero & eleuato in-
tellectui conſentire videtur, quòd puella ita reſpon-
dens, & videns matrem nihil mutare & ſimpliciter
affirmare ſe eſſe contentam, videatur pro indubitato
tenuiſſe ſe eſſe nuptam: & ita conſenſiſſe eo modo,
16 quo ille retulit. Et pro hac reſponſione † adduco tex-
tum in capitulo finali, de iureiurando, in ſexto. vbi
verba procuratoris dicentis plus, quàm habeat in mã
datis: ſi dicit præſente domino, & eo tacente, obliga-
uit ipſum, etiam ad pœnam, & per illum textum de-
cidit etiam Ioannes Andreas in c. cum quis. de ſen.
excõ. in ſexto, poſt Ioannem mona. quòd licèt alias
geſta per falſum procuratorem non noceant domi-
no, lege, falſus. C. de fur. cum ſimilibus. Et licèt mul-
ti dubitent de opinione Innocentij in capitulo, ex
parte decani. de reſcriptis. dum dixit, geſta à falſo pro-
curatore nocere domino ſcienti. Tamen illud clarũ
17 eſt, quòd vbi procurator † non eſt falſus, ſed facit ali-
quid excedendo fines mandati, hoc dicitur fieri à do
mino, niſi reuocet, per dictum capitulum fina. Modo
procurator domi. Claræ, frater Ioannes non eſt men-
titus puellæ, ſed aliquid plus dixit, & ipſa domina Cla
ra nedum tacuit, ſed firmauit: ergo ab ea dictum vi-
detur: & per conſequens filia volens idem quod ma-
ter, & eodem contextu videns matrem fateri eam ſe
maritaſſe, videtur proculdubio conſenſiſſe in domi-
num Paulum tanquam in maritum. Quinta reſpon-
ſio eſt, quòd puella conſenſit credens matrem ſe ma
ritaſſe, prout dixit illud. Poſito ergo, quòd de cõſen-
ſu matris aliter non apparuiſſet, dico, quòd ex quo
audiuit poſtea matrem ratificantem, vt proximè de-
duxi, iſta continuatio & perſeuerantia Ceciliæ, ſi non
vt ex tunc, ſaltem vt ex nunc, conualidat illum in
ſufficientem ſuum conſenſum, & facit eum efficacẽ.

Pro hac reſponſione adduco ſolennem deciſionẽ
domini Antonij conſil. 72 incipiẽte, multa dubia. &

Petri

Petri de Anchara. ſubſcribentis illi conſilio ſuo 156. Incip. Præſupponitur pro veritate. & in regula, rati. lib. 6. in quibus conſuluerunt in arduo caſu, vbi Rex Cypri conſtituit procuratorem ad contrahendum matrimonium cum vna ex filiabus domini de Barnabois, & antequam procurator contraheret, reuocauit eum: qui reuocata hęc ignorans, contrahit, & ſic nulliter, ca. fin. de procuratoribus. in 6. Deinde rex ſentiens hoc, habuit ratum: puella vero recuſauit ſciens de illa reuocatione: conſuluerunt longiſſimis rationibus, quòd ſi puella non ſit contenta, non ſit matrimonium: quia tempore initij contractus fuit decepta. Idem conſenſit in illum, qui tunc non conſentiebat in ipſam, vt ibi per eos.

Aſſumo ergo iſtam deciſionem, & omnes rationes a contrario ſenſu, & dico eos apertiſſimè fateri, quòd ſi puella nõ recuſaſſet, illa ratihabitio regis cõfirmaſſet, vt ex tunc. Ergo hic cum domi. Paul. ſemp conſenſit, & ipſa poſt auditum fratrem, non mutauerit ſuam reſpõſionem, & audiuerint matrem approbantem illa verba, maritata es. viſa eſt nouum, & clariorem conſenſum aperire. Sicut enim in cauſam illorum, ſi filia perſeueraſſet in conſenſu prius imperfecto, effectus fuiſſet perfectus, vt patet eos legendo. Ita hic conſenſus filię, dato & non conceſſo, quòd in reſpondendo fuiſſet imperfectus: tamen ex quo incontinenti mater dixit ſe eam maritaſſe, vt probant verba ſua, cum interrogatione, & puella audiẽs, perſeuerauit, videtur perfectum dictum ſuum reddidiſſe conſenſum. Et quòd illa mutatio verborum non obſit conſenſui obligatorio, probat optimè cap. tua. de ſponſalibus. inducendo, vt in allegationibus mihi tranſmiſſis, præfati dom. Bartho. ad quas in hoc, & in aliis hic omiſſis, me refero, volens idem per idem reaſſumpſiſſe.

Quòd autem mater audiens illum dicentem verba apta ad matrimonium, & interrogata, an eſſet cõtenta, reſponderit quòd ſic, probant omnes teſtes, & quòd filia non dixerit ſimpliciter, volo idem quod mater, ſed quod expreſsè dixerit ſe contẽtam, & velle. Idem probant duo teſtes. Ergo capiendo fundamẽta prædicta, & has reſpõſiones, quarum quęlibet ſufficit, nec dãtur inſimul, ſed inſolidum, deducitur ad cognitionem veri, ſcilicet quòd ex coniecturis euidẽtiſſimis, & pręſumptione uiolenta iſta Cecilia intendebat accipere maritum, & non ſponſum: & ita cor ſuum, & linguam informauit totus tractatus.

Debent ergo habentes in hoc ſententiam ferre, cõſiderare dictum Philippi in principio notatum, ꝙ tãtam habent certitudinem, quantam natura rei exi-
18 git. Sicut & iura contentantur ea † probatione, quæ haberi poſſit, ubi difficilis eſt probatio, ut capitu. tertio loco. & ibi dom. Anto. & Imola, de probationib. cum concor. Meminerint etiam in dubio, pro matrimonio eſſe iudicandum, & periculum eſſe maxi-
19 mum in diſſoluendo † à Deo coniunctos: at nullum periculum eſſet in pronuntiando eos eſſe coniuges, cum re vera ita ſint, & ita eos Deus benedicat, & natos natorum, & qui naſcentur ab illis.

ARGVMENTVM.

OECONOMVS ſede vacante archiepiſcopatus Piſani, conſtitutus per capit. Piſanum ad curam rerum temporalium dicti archiepiſcopatus, an dicatur legitimus defenſor in temporalibus, & ſpiritualibus, adeo quòd coram eo iudiciales cauſæ occurrentes agitari poſſint, ac ſi paſtorem eccleſia præfata haberet.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo in remotis exiſtente, adeo quòd conſilium haberi non poteſt, collatio tunc beneficij vacantis fieri poteſt, quæ aliàs fieri non poteſt, eo inconſulto, ne in eo expectando periculum incurratur.*

2 *Argumentum de tempore præterito ad futurum, valet.*

3 *Oeconomus conſtitutus a capitulo ſede vacante, an poßint coram eo agitari cauſæ, & alia fieri, ac ſi viueret paſtor, & eccleſia non vacaret.*

4 *Epiſcopus electus, & nondum adeptus poſſeßionem epiſcopatus, nõ dicitur epiſcopus, & adhuc dicitur ipſa ſedes vacare, etiam quòd Papa ipſum epiſcopum nominet.*

5 *Actus facti a non habente poteſtatem, ſeu poſſeßionem rei, non tenent.*

6 *Capitulum cathedralis eccleſiæ non tenetur recipere nuncium, nec mandata ſui epiſcopi electi, etiam ſi ſciat, quòd ſit electus, niſi præſentatis ei literis apoſtolicis.*

7 *Prælatus ante prælationem ſeu poſſeßionem ſuæ prælaturæ, vel beneficij, nihil agere aut adminiſtrare poteſt, etiam quòd Papa ipſum epiſcopum pronunciauerit.*

8 *Capitulum ſede vacante in quinque caſibus cauſas epiſcopatus agere, & exercere poteſt.*

9 *Oeconomus ſede vacante conſtitutus, temporalia ſolum adminiſtrare poteſt, non eccleſiaſtica, nec iuriſdictionem contentioſam.*

Conſilium XL.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. Piſani archiepiſcopatus ſede vacante, & attenta vacatione, quæ iam per annum duraſſe dicitur, & in futurum durare dubitatur, duplex orĩ dubium, vtrũ œconomi per capitulum conſtituti ad curiam rerum tẽporaliũ, dicantur legitimi defenſores eccleſię, adeo quod coram eis ita poſſent cauſę archiepiſcopatus agitari, ſi quę occurrant, prout poſſent, ſi paſtorem haberet eccleſia? Dubium primum, prima facie faciunt duo motiua. Primum, quia videmus, quòd ubi alias ſede vacante nihil innouatur: tamen quando non eſt proxima ſpes de habẽdo pręlatum actus perinde expeditur, ac ſi haberet pręlatũ, ut eſt tex. in c. 1. ad fi. ne ſede vacante. in 6. vbi epiſco-
1 po in remotis exiſtente, † adeo quòd eius conſilium haberi non poſſit, poteſt fieri collatio beneficij, quæ alias fieri deberet eo conſulto, ne in eo expectando periculum incurratur. facit lex, ſi longius. ff. de iudicijs. ibi, nedum pater expectabatur. Et faciunt quædam vulgata dicta Ange. in repetitione legis, ſi vacãtia. C. de bon. vacan. libro 10. vbi quando non eſt ſpes proxima, quòd actus poſſit expediri a Iudice ad illum actum deputato, poteſt expediri per alium,

& per alios ad illos actus non deputatos. Et idem in
pleriſque caſibus habemus deciſum, vt extenſè colli
gi poteſt ex iis, quæ notat Bart. in lege prima. §. ſi plu-
res. ff. de arb. & Dominicus in c. 2. in ſecunda col. de
teſt. in 6. Et dominus Cardinalis in clemen. 1. in prin
cipio, in 6. quæſtione, de ſupplen. negli. prælato. & do
minus Abbas in capitulo fina. de electio. & in l. ſi ve-
ro. §. de viro. in 28. fallentia. ff. ſolut. matrimo. & Do-
minicus in capitu. ſi per te. de præbend. in 6. & domi-
nus Abbas in capitulo, cum olim. in ſexto, de arbi-
tris, cum multis aliis. in quibus locis deciditur, quòd
vbi alias neceſſarius eſt ſuperior ad authorizandum
in actu, tamen quando non eſt veriſimilis ſpes de ad
uocato ſuperioris, receditur a regula iuris commu-
nis. Vnde hic arguendo a tempore præterito, infer-
2 tur ad futurum, † quòd de nouo paſtore venturo nul
la eſt ſpes, niſi, vt dicit dominus Anton. in capitu. 1.
de officio delegati. Deus vel vicarius ſuus manum
apponat. ergo non videntur cauſę agitandæ debere
teneri in ſuſpenſo. Secundum motiuum eſt, quia nõ
videtur eccleſia carere legitima defenſione, ex quo
habet canones. Tales enim vidẽtur iura eccleſię poſ-
ſe iudicialiter proſequi, & tueri iura eccleſiæ, vt vo-
luit Lud. de Pom. in cap. vobis, & c. vulteranæ. duo-
decima quæſtione ſecunda, motus per illos text. vbi
Papa dicit, œconomus omnia prædicta eccleſię Vul
teranæ reuocetis, & c. facit cap. in pertractandis. de iu
ram. cal. ibi, per œconomos qui cauſam omnino nõ
3 neſciãt. Verum, iſtis non obſtantibus, quæ in aliis † ca
ſibus militant, tenendum eſt, quòd dicta archiepiſco
patus ſedes non habeat proprium paſtorem eam gu-
bernãtem, nulla cauſa quoquomõ eam tangens, agi
tari poteſt, vt in iure apertè deciſum eſt in capitulo
finali, ne ſede vacante. & glo. & ſcribentes omnes. Et
dicta deciſio procedit, ſiue iudicium ſit agitandum
per eam, vel contra eccleſiam, ſecundum Innocen-
tium in ca. finali, per illum textum. Et procedit etiã,
ſi cauſa fuiſſet inchoata viuente prælato, vt probatur
in clementina finali, de procuratoribus. & notat In-
nocentius & alii, in capit. fina. per illum textum hoc
probantem.

Et vlterius hoc procedit non ſolum, ſi tangat ma-
teriam principalem in præiudicium eccleſiæ, ſed ẽt
ſi in aliquale præiudicium, vt determinat dominus
Abbas in c. verum. in ſecundo notabili, de foro com
petenti, per illum tex. quem dicit ad hoc eſſe notabi
lem. Et procedit iſta deciſio, nedum ſi ageretur iudi-
cium, ſed etiam ſi fieret compromiſſum, vel tranſa-
ctio nomine eccleſię vacantis: quia non tenet, ſecun
dum dominum Antonium & Imolam poſt Hoſtien
ſem in capitulo, ſtatuimus. de tranſactionibus. per
textum in capitulo, ſi qua de rebus. duodecima quæ
ſtione ſecunda. Quinimo reperio in propoſito, quòd
licet Papa contulerit hunc archiepiſcopatum Reue
rendiſſimo domino Franciſco Saluiato, & cum ap-
pellet archiepiſcopum, & ipſe etiam ſe gerat, & no-
4 minet archiepiſcopum: nihilominus † ex quo non-
dum adeptus eſt poſſeſſionem, dicitur adhuc ipſa ſe-
des archiepiſcopalis carere legitimo defenſore, & ha
betur pro vacante. Ita decidit Hoſtienſis in capitulo
cum olim. el primo de reſtitutione ſpoliatorum. di-
cens, quod iſta duo æquiparantur ad hoc, quòd ec-
cleſia vacet, vel quòd habeat nouum præſulem, nõ-
dum exiſtentem in poſſeſſione. Mouetur per tex. be-
ne facientem in capitu. cum veniſſent. verſ. ipſe vero
5 totiens. de iudi. vbi non tenent † actus facti a non ha
bente poſſeſſionem, quia dubitatur in cupiditate cã
habendi minus legitimè, eam tueatur. Nec hoc di-
ctum eſt expeditum per c. auaritię. de elect. in 6. quia
loquitur etiam in confirmato, qui non poteſt admi-
niſtrare ante inſtallationem, ſecũdum Dominicum
& alios ibi. Confirmatur hoc per extrauagantem Bo
nifacii Papę octaui, quæ incipit, Iniunctum nobis de
bitum ſeruitutis expoſcit, &c. vbi pręcipitur capitu-
6 lis eccleſiarum † cathedraliũ, quòd ſi etiam habeant
certiſſimum nouum de nouo epiſcopo per Papam
creato, tamen non debent ipſum, vel nuntios ſuos
admittere, donec viderint literas ſedis apoſtolicę. Er
go patet, quòd habetur eccleſia pro vacante, quo ad
hoc videlicet, vt nihil innouetur in caſibus, in qui-
bus iura exigunt præſentiam legitimi defenſoris. Et
ideo dicit domi. Abb. in cap. qualiter. in primo nota-
bili, de elec. quòd licèt pronunciatus per Papam, ſit
7 verus prælatus: tamen ſi poſt pronunciationẽ † vel-
let uicariatũ exercere, vel aliquid facere, nõ poteſt.
Similiter dicit dom. Abbas in cap. noſti. de electio. ꝙ
ſi ſciretur, & probaretur per teſtes, quòd Papa pronũ
ciaſſet quem epiſcopum, licèt hoc ſufficiat, vt ſit ve-
rus prælatus: tamen adminiſtrare non poteſt, nec in
eccleſia recipi, niſi oſtenſis ſuæ promotionis literis.
Similiter dicit dom. Abb. in c. in noſtra. ad fi. de teſti.
quod multę eccleſię errant in hoc, quia recipiũt prę̨
latos a Papa creatos, vel eorum nuncios, antequam
videant literas: quia incurrunt graues pœnas, de qui-
bus in dicta extrauaganti. & alleg. et iam Baldum in
capitu. humanum. in fine, de legibus, & per hoc ap-
paret, quòd eccleſia cathedralis Piſana habetur pro
vacante, quo ad effectum, de quo quæritur, ſcilicet
facultatem agitandarum cauſarum. Excipiuntur ta-
men caſus certi, quibus iudicium agitari poteſt. Pri-
8 mus eſt, † quando eſſet talis cauſa, quę commodius
de ſui natura veniret tractanda ſede vacante, vt eſt
cauſa electionis, vt probatur in capitu. primo, in glo.
in verbo, procuratorem. de reſtitutione in integr. Et
eſt tex. in cap. cum dilectus. de conſuetu. ſecundum
unum intellectum, quem ponit Innocent. & refert
ibi dominus Antonius, & dominus Abb. & Imola,
& dominus Anton. in capitu. edoceri. de reſcript. &
Imola ibi.

Secundus caſus eſt, quando cauſa non poteſt diffe-
ferri abſque periculo ſuo irreparabili: quia tunc capi
tulum tãquam coniuncta perſona habet agere cum
debitis cautionibus, ſecundum do. Ant. & Imo. in d.
c. edoceri. poſt Hoſt. & Io. And. ibi. Hinc eſt, ꝙ ſede va
cante poſſent recipi teſtes valetudinarii, & alii, de q-
bus in c. quoniam frequenter. in prin. vt lite non con
teſt. ſecundum do. Ant. do. Abb. & Imo. in d. c. fi. ne ſe
de vacante. lib. 6.

Tertius caſus eſt, quando capitulum vacante ſede
litigauerit, ut tueretur exercitiũ, & officium iuriſdi-
ctionis, occaſione interdicti lati per epiſcopum, ſecũ
dum Imo. in c. cum inter. in ver. nota, ꝙ licitũ. de cõ-
ſue. Quartus caſus eſt, quando ageretur de bonis ca-
pituli ſeparatis a bonis Epiſcopi: quia licèt ſuper illis
non poſſit capitulũ agitare iudicium viuẽte prælato,
ſine eius conſenſu, d. c. edoceri. & ca. cauſam. de iudi-
ciis. & c. 1. de proc. Tamen ſede vacante libere pote-
rit capitulum ſuper talibus litigare, ſecundum Hoſt.
& dom. Abb. in d. c. fi. ne ſede vacante. Quintus caſus,
quando vacat ſedes non epiſcopalis, ſed inferiorum
eccleſię, ſecundum Innoc. in c. cum dilectus. de con-
ſuetudine. de quo ibi per dom. Abbatem ſuper gl. Ex
tra iſtos caſus facit firma regula, de qua ſupra, & iſtæ
fallentię, & cętere firmãtur per l. nam quod liquido.
§ fi. ff. de pe. leg. Et per hos caſus reſpondetur ad om-
nia, & ad illud de expectatione incerta, reſpondetur
ex ſecundo caſu, quod diſpoſitio primi c. ne ſede va-
cante. in 6. nõ procedit, niſi vbi imminet periculũ ir-
reparabile, vt probant ultima verba illius text. &
expreſsè notant dominus Abb. & Imo. in c. ex parte,
de

de conſtitutio. Ad illu l de œconomis, dicitur ex de-
ciſione Hoſtien. in ſumma, in titu. ne ſede vacante. §.
primo, verſicu. dixi autem. vbi repræhendens Lau. di
9 cit, quòd ęconomi† vacāte eccleſia habēt ſolùm gu-
bernare temporalia. Ad rex. c. nobis, &c. Vulteranæ.
reſpōdetur, & bene, ꝙ loquuntur non in ęconomo
proprio, ſed in coadiutore, qui in ſpiritualibus & tem
poralibus habet adminiſtrationem: de quo etiā plenè
in c. is cui. de electio. in 6. & pro hac deciſione Hoſt.
facit, quod notat Io. An. in addit. Speculato in titulo,
10 de ęconomo. ſuper verbo, tractātur. vbi† refert Vber-
tum dixiſſe ſe nunquam vidiſſe ęconomum agere
cauſam eccleſiaſticā. Et per hoc remanet veritas cla-
ra, quod prout res ſtant, ſicut ſteterunt iampridem,
nulla cauſa poteſt agitari vel contra epiſcopatum ex-
ceptis caſibus, vbi ſuprà: & ſic apertiſſimè computa-
tis his & diſcuſſis, ita dico & conſulo ego Felinus San
dæus, vtriuſque iuris doctor perexiguus, Canonicus
Ferrarienſis, ordinariam matutinam ſedem in iure
Pontificio ad præſens indignus regens Piſis: & iſtis p
me ſcriptis me ſubſcripſi, & ſigillo meo ea ſubſigna-
ri feci, alterius rectius ſentiētis (qui tamen, vt puto, ab
ijs non diſſentiret) conſilio ſemper ſaluo.

ARGVMENTVM.

TESTATOR de bonis ſuis diſponens inteſta-
mēto, & dicens, quòd reliquū de bonis eius ſit altaris
ſui in tali eccleſia: an per hoc tale altare beneficium
dicatur de per ſe ab eccleſia: & valeat impetrari, etiā
quod ad dictum altare teſtator mandauerit miſſas
pro anima ſua celebrari.

SVMMARIVM.

1. *Fundans ſeu erigens eccleſiam aut altare, ad hoc vt acquirat patronatum, antè debet habere conſenſum & approbationem epiſcopi: aliàs non valet.*
2. *Beneficium non eſt conſtruendum in præiudicium alterius beneficij: & ſi fiat, eſt deſtruendum.*
3. *Epiſcopus non poteſt creare nec erigere beneficium in præiudicium alterius.*
4. *Impetrans & petens eccleſiam ſimplicem, cenſetur etiam petere capellam, quæ eſt de menſa eccleſiæ.*

Conſilium XLI.

DIRIGE domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ.
Vicarius Epiſcopi Lunenſis malè
inſtructus in facto, tulit ſententiam
contra presbyterum Paganum eccle
ſiæ villæ Manarolæ, diœceſis Lunenſis,
adiudicando altare ſancti Petri martyris ſitum in di-
cta eccleſia cum ſuis pertinentijs presbyterorum cō
munis dictæ villæ: reſtat oſtendere denuo iudici, cui
cauſa appellationis commiſſa eſt, partes ſuas eſſe, in
pronuntiando male iudicatum, & bene appellatum,
& dictum altare ſpectare & pertinere ad dictum pre-
sbyterum Paganum, & ſucceſſores ſuos. & ad hoc li
quidiſſime oſtendendum moueor claris & lucubra-
tis fundamentis, tangendo radices rei, omni verboſi-
tate mote meo reiecta.

Et principaliter non eſt beneficium, nec vacat, nec
vacauit vnquam, nec poteſt conferri in titulum. nec
eſt ſeparatum ab eccleſia ſanctæ Mariæ de Manaro-
la, ſed eſt ſimplex altare, tanquam pars & membrum
vnius corporis, videlicet ipſius eccleſiæ Ergo eodem
iure cenſeri debet cum ipſa eccleſia, ſicut alia altaria
aliarum eccleſiarum, non habentia per ſe alium gu-
3 bernatorem. Et ad probandum† hoc fundamentum
quod per ſe ſufficit, primò induco Gaſparē Cald. in
ſuis cōſilijs, in titulo, de iure patronatus. conſi. vige-
ſimo, quod incipit, Quidam ædificauit altare: efficia-
tur beneficium. & ad hoc, vt ædificans, efficiatur pa-
tronus, requiritur approbatio Epiſcopi, per capitulū,
nouerit. c. regēda. & c. decretum. decima quæſtione 1.
& debet præcedere eius examinatio ſuper qualitate
ædificij, vel altaris fiendi, per tex. in §. illud in Auth.
de mona. & in c. nemo. & in capitulo, nullus de con-
ſecratione. diſtinctione 1. Modò iſtud non interue-
nit in ædificatione huius altaris: ergo non eſt benefi-
cium. nec poteſt conferri vt beneficium: quia Ioan-
nes Maria ex ſua deuotione fecit pingi in muro ima-
ginem ſancti Petri martyris in dicta eccleſia ſanctæ
Mariæ: deinde authoritate propria erexit ibi altare,
quod non fuit conſecratum: & tandem reliquit quę-
dam bona dicto altari. Quapropter non video, quo-
modo ſoli dicti tres actus ſint ſufficiētes ad faciendū,
quod iſtud altare ſit beneficium aptum conferri.

Quinimò eſt pars indiuidua ipſius eccleſiæ, adeò
quòd legatum factum contemplatione dicti altaris,
acquiritur ipſi eccleſiæ, vt infrà patebit. Et quòd nō
dicatur beneficium ante approbationem epiſcopi,
patet expreſſè de præbendis. 17. diſtinctione, in an i-
q uioribus. Secundò allego deciſionem Hoſtienſis in
ſumma, in titulo, de eccle. ædifi. §. cuius autoritate.
vbi dicit, quòd in conſtructione cuiuſcunque rei re-
ligioſæ debet interuenire conſenſus epiſcopi, & au-
thoritas: aliàs nihil agitur. ad idem Roma. de iure pa-
tronatus, ad finem. & eo. titu. & allegat multa, ex qui-
bus videtur, quòd iſtud altare non eſt beneficium. Et
confirmatur hoc optima ratione. Nam certum eſt,
quòd ſi iſtud eſt beneficium de per ſe, iſtud eſſet in
grande præiudicium eccleſiæ S. Mariæ, propter obla-
tiones. & alia commoda, quæ non eſſent amplius al-
taris maioris in totum. ſed fierent etiam altari, & ap-
plicarentur rectori altaris: vnde epiſcopus etiam vo-
lens non poſſet tale, vt decidit Hoſtienſis in dicto ti-
tulo, §. ex quibus cauſis. verſicu. quartò quæro ſi fiat.
2 vbi dicit, quod regulariter vnum beneficium† non
eſt conſtruendum in præiudicium alterius, per capi-
tulum, eccleſiæ. & capitulum, quicunque. 16. quę-
ſtione 1. Et ſi fiat, deſtruendum eſt à ſuperiore epiſco-
pi. per capitulum primum, & ſecūdum de operis no-
ui nuntiatione. niſi fieret ex aliqua maxima cauſa, vt
quia populus non poteſt commodè accedere ad ec-
cleſiam iuxta capitulum, ad audientiam, eo. li. de ec-
cle. ædifi. aliàs non. Sed in caſu noſtro fieret præiudi-
ciū dictæ eccleſiæ. Nec eſt iuſta cauſa erigendi aliud
beneficium in facie, imò in viſceribus ipſius eccleſię:
3 ergo† epiſcopus non poſſit hoc beneficium creare,
& ſic nihilominus debuit creatum conferri, vt crea-
tum. & ibi hoc fundamentum per ſe ſufficeret ad vi-
4 ctoriam cauſæ, Item clericus† petens eccleſiam ſim-
plicem, cenſetur etiam petere capellam, quæ eſt de
menſa eccleſiæ, ſecundum Baldum in præludijs ſe-
cundi libri decret. in pc. col.

Tertiò adduco gl. primam in fine in cle. 2. de deci-
5 mis. quæ clare probat, quòd† capellæ vel altaria non
ſunt beneficia, niſi ſint per epiſcopum ordinata: al-
leg. prima quæſtione tertia. quæſitum. & capitulo,
ſignificatum. de præbendis. Et tranſiuit ibi Ioan. de
Imola poſt Gulielmum, dicens, quòd talia altaria

conſtructa pro vno presbytero cum anthoritate
epiſcopi, ſunt beneficia. Ergo ſecus, ſi ſimplici-
ter conſtruantur, non requirendo ſpeciale in presby
terum, &c. De hoc facto iterum conſului, vt infra
conſilio 47.

Et ita optimè colligitur ex dictis Gulielmi de Mō
te Lauduno in extrauag. Ioan. vigeſimiſecundi, exe-
crabilis ſuper verbo, diſpenſatione. vbi dicit, quòd al
taria, quæ non ſunt creata ad hunc finem, vt non cō-
ferantur in titulum, non dicuntur beneficia.

Et licet quis habeat plura de illis, non contrauenit
canonibus. Secus, ſi ſolent dari in titulum. Et ita etiā
latè reſidet Domin. de Sancto Geminiano in capitu-
lo primo, de cōſuetu. in ſexto. Modo iſtud nunquàm
fuit datum in titulum, nec potuit dari, quia non fuit
factum ad hunc finem: ergo non eſt beneficium. Et
bene facit, quod notat Gaſp. de Calderi. in repetitio-
ne capituli, in noſtra. in quarta quæſtione, de reſcri-
ptis & Pet. de Anchara. in repetitione regulæ primæ,
de regulis iuris, in ſexto, dum ponunt quatuor requi
ſita ad hoc, vt aliquid dicatur beneficium eccleſiaſti-
cum, quæ non concurrunt hic, &c.

Facio ſecundo principaliter aliud efficaciſſimum
fundamentum, ponderando verba teſtamenti illius,
quæ dotauit altare, dum dicit: reſiduum bonorum
ſuorum ſit altaris ſancti Petri martyris, hoc modo,
ꝙ dictum altare ſeu capella ſit ſuppoſita rectorię Ma
narolę, & teneatur et ſit obligatus dictus rector cele
brare miſſas duas ſingulo menſe pro anima ipſius te
ſtatoris, vel teſtatricis, gaudendo & poſſidendo dicta
bona. Iſta ſunt verba formalia teſtamenti. Modo
nō poſſum excogitare, ſeu imaginari, quo ſpiritu fre-
tus dominus vicarius pronunciauerit ſubuertendo
hanc euidentem, & validiſſimam voluntatem teſtan
tis. Et quòd iſtud teſtamentum ſit ſeruandum, prout
ſonat, adduco imprimis deciſionem domini Cardi-
nalis Florentini ſupremi doctoris noſtri in quodam
ſuo conſilio incipiente, Quædam domina condidit
teſtamentum, & eſt in ordine meo 83. Nam quędam
domina inſtituit vniuerſalem heredem quoddam al
tare, dando certum modum ipſum erigendi, & (ſi be-
neficiatus habet redditus particulares pro capella ſi-
ta in eccleſia ſua, vel in clauſtro, ideo videtur duplex
ex beneficio: immo habere principale, & illud ſecun
dario: ita probant verba Rotæ tertiæ de præbendis.
in antiquioribus. facit capitulum, ſuper. & quod dixi
ibi, de præbendis, in ſexto.) officiandi: ſubiungens, ꝙ
vſusfructus bonorum, quæ reliquit dicto altari, eſſet
certi presbyteri.

Ipſe primo diſputat, an tenuerit illa inſtitutio de al
tari: poſtea ſubdit valde ad propoſitum noſtrum, ꝙ
etiam ſi inſtitutio altaris nō teneret, tamen quòd de
bonis ſuis potuerit teſtatrix liberè diſponere, & ſta-
tuere. quòd pertinerent ad certum rectorem: quia ni
hil repugnat, cur hoc fieri non potuerit. Et ita reſidet
in d. conſi. & ita dico accommodatè hic, ꝙ ex quo te
ſtatrix expreſſit, quod rector eccleſiæ ſanctæ Mariæ
poſſideret, & teneret dicta bona, licèt hoc fecerit in-
tuitu altaris, tamen diſpoſitio ſua reſpectu bonorum
tenet, & eſt obſeruanda.

6 Secundo, pro iſto fundamento † moueor, quia te-
ſtator dando bona ſua eccleſiæ, poteſt apponere legē
illis bonis decernendo, ad cuius vſus debeant appli-
cari, vt notant dominus Antonius & dominus Abb.
in c. verum de cond. appo. & dominus Ant. in c. fin.
de donationibus. & gloſſa vulgata, & Bart. in lege,
ſi ita quis. § ea lege. ff. de verborum obligationibus,
& Bald. in lege. ea lege. C. de condi. ob cauſam. Et
ideo dicit Dominicus de Sancto Geminiano in cap.
cum in eccleſia. de præbendis, in ſexto, & Bal. in lege
tertia. C. de inſtitutionibus, quòd fundans eccleſiam
poteſt in donatione dotis apponere legē, quòd ſem-
per conferatur illis, qui reperientur idonei de domo
7 ſua, & non alijs. Eſt bene verum, † quod poſtquàm ec
cleſia eſt conſecrata, nulla conditio poteſt ei appo-
ni ſine conſenſu epiſcopi, vt per gloſſam in c. cum di
lectus. in verbo, conſtitutum. de conſuetud. & ꝑ Imo.
poſt alios, ſed in princ. fundationis, ſecus: vnde dicit
eleganter Bal. in ca. ſignificauit. in principio, de reſti.
8 quod eccleſia, quæ tempore † ædificationis naſcitur
libera, nunquam recipit ſeruitutem.

Cum ergo laicus hic apponat legem ſuæ piæ volū-
tati, diſponendo de ſuis bonis, non irrationabiliter,
nec contra iura: Immo talis diſpoſitio debet omni-
no ſeruari, capitulo, vltima voluntas. trigeſima
quæſtione ſecunda. §. diſponat. in Authentica, de
nuptijs.

Tertio, pro iſto fundamento facit optime text. in
clem. quia contingit. in prin. cum gl. in verbo, apoſto
licæ. ubi altari relicta ad pium vſum, vt aliter diſpo-
natur. quàm teſtator diſpoſuerit, pertinent ſolum ad
Papam, excluſis omnibus etiam legato de latere: fru
ctus relicti altari ſancti principalis conſen. & c. ſi teſta
tor non dicit: vide Petrum de Perուſio in quarta epi-
ſcopali. centeſimaſeptima, verſicu. quòd ſi teſtator. vi
detur tamen de hoc domi. Abb. in c. primo, ad finem
de ſucceſſ. ab inteſtato. Si ergo teſtator voluit, quòd
bona ſua eſſent rectoris Manarolæ, & quòd eius ſacer
9 dos celebraret, vt ſupra, quomodo potuit dictus † vi
carius auferre bona iſta relicta vno modo, & diſpo-
nere alio modo contra expreſſiſſimam voluntatem
teſtatoris, quam ſolus Papa immutat? Profectò diffi-
cile eſt inuenire coloratam rationem. Et ꝙ in transla
tione bonorum licitè apponatur onus dicendi miſ-
ſas, eſt tex. & ibi omnes doc. in c. ſignificatum. de præ-
bendis. notat Bald. in l. vnica, in fin. C. de rei vxor.
actione.

Expeditis duobus ſufficientiſſimis fundamentis,
reſtat tollere ad cautelā aliqua motiua, quæ poſſent
adduci pro eo, qui habuit primam ſententiam. Et pri
mo ſic: Nam non videtur, quod conditiones iſtæ te
ſtatoris poſſint valere, ex quo fuit ſine authoritate
epiſcopi, per id, quod notat Compoſtelanus in ca. cū
dilectus. de conſuetu. Et ibi dicit Imola poſt domi-
num Antonium notanter pro illis, qui ordinant ec-
cleſias, & capellas, & diſponunt de modo conferen-
di aliter, quàm ius diſponat: quia non valet diſpoſi-
tio ſine conſenſu epiſcopi.

Ad iſtud reſponſio patet: nam loquitur in cōditio-
ne, quæ eſt contra ius, ſed in caſu noſtro non eſt ſic,
d. c. ſignificatum. Item non diſponit teſtatrix de mo
do conferendi, quia non vult, quòd beneficium cō-
feratur magis vno modo, ꝗ̄ alio, cum non intendat
creare bñficiū. Sed ex deuotione habita ad ſanctum
Petrum martyrē inſtituit illud altare animo ꝓficien
di animæ ſuæ, & ſecundario rectoriæ ſanctæ Mariæ.

Secundo obſtare videt, ꝙ ex quo altare iſtud non
eſt beneficium, nec erectum ſolenniter, videtur quòd
male fuit dotatum; ergo bona iſta deberent iudicari
caduca, & remanere hæredi, per id, quod notat An-
gelus in l. alienæ. § ſi is cui bona. ff. de fideicommiſſ.
10 liber. vbi dicit: Teſtator † grauat heredem de emen-
do aliquo loco, in quo fiat eccleſia, vel hoſpitale de
licentia diœceſani, quòd ſi dominus loci non vult
vendere locum, bona remanebunt hæredi. Ita hic re
ſpondeo, quod illud dictum eſt falſum, & reproba-
tum, maximè per Salycetum in lege prima. C. de inge
nuis manumiſſ. vbi decidit, quòd ſi teſtator reliquit
pro anima ſua hoſpitali, & deinde epiſcopus decla-
ret non poſſe ibi tenere hoſpitalitatem: tamen heres
cogitur erogare bona pro anima defuncti. Idem Bal.
in authentica, hoc ius porrectum. ad finem. C. de ſa-
croſanctis

croſanctis eccleſijs,& in lege,ſi quis ad declinandam. C.de epiſcopis.& clericis. de verborum ſignificatione. Dato ergo,quod diſpoſitio teſtatricis reſpectu altaris haberet aliquid ineptitudinis, vel impoſſibilitatis,quorum quodlibet negatur : adhuc planè tenendum eſt,quòd diſpoſitio bonorum applicatorum in directè ſecundariò eccleſiæ ſanctæ Mariæ, eſt ad vnguem obſeruanda,per prædicta: & maximè,per dictũ conſilium domini Cardinalis,83.

Tertio obſtare videtur allegata conſtitutio ſynodalis epiſcopi Lunenſis, volens in effectu, quòd ſi poſt vacationem beneficij non notificetur infra triduum, perditur ius præſentandi rei pro illa vice. Et ad hoc,quòd nihil vrget reſponſio ex prædictis,quòd non ſumus in caſu conſtitutionis:quia hic non cadit vacatio.Nam beneficium non creatum, non vacat, clemen.fina.de reſcrip.& ideo non fuit opus denunciare.Et ſic ſunt ſublata, quæ poſſent adduci pro ſententia vicarij. Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

EMPHYTEOSIS domus canonialis ſeu cantoriæ, conceſſa laico in euidentem vtilitatem dictæ cantoriæ,& cauſa cognita cum conſenſu ordinarij à rectore data, an ſucceſſor canonicatus ſeu cantoriæ poſſit illam annullare ſub prætextu, quòd non ſit data cum conſenſu capituli: & quia dicta domus erat pro cantore,& vſu eius dignitatis,& non poterat cõcedi tanquam deſtinata rectori,& ad vſum pium.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ bona & piorum locorũ ad certum vſum deſtinata, in alios vſus conuerti non poſſunt, etiam authoritate epiſcopi, & legati,niſi authoritate Papæ, & cum clauſula,non obſtante.*

2 *Eccleſiæ bona, quæ ſunt data in euidentem vtilitatem; quæ vtilitas eſt euidens, & notoria,ſi in ea conceßione ſunt omiſſæ ſolennitates neceſſariæ, non vitiatur per hoc talis conceßio.*

3 *Solennitates,quæ aliàs in aliquo facto requirũtur, ſi de facto notorie conſtat, & claro,tales ſolennitates relaxantur,nec eis eſt opus.*

4 *Alienatio prohibita per teſtatorem,etiam ex cauſa,tamen de tali re alienari prohibita poteſt fieri permutatio,& non obſtat prohibitio.*

5 *Alienatione rei eccleſiaſticæ facta, etiam in caſu non licito,ſi tamen eccleſiæ datur quantum valet res alienata, ſufficit ad validitatem alienationis.*

6 *Conſenſus capituli requiritur in alienatione menſæ epiſcopalis:non autem in alijs alienationibus extra menſam.*

7 *Emphyteoſis eſt inuenta de iure canonico, & qua de cauſa fuit inuenta.*

8 *Emphyteoſis quibus caſibus reuertatur ad dominum.*

9 *Emphyteoſis melioramenta ſeu meliorationes, quomodo ſoluuntur, & quomodo de eis fiat æſtimatio.*

10 *Emphyteoſis non debet nec poteſt à quoquam iudicari mera alienatio.*

11 *Paulus de Caſtro vir maturi capitis appellatur.*

12 *Emphyteoſis data ab anteceſſoribus prælati, quam ſucceſſor videt melioratam,non poſſunt,nec debent eam reuocare,dato quòd alÿ maiorem penſionem offerant,nec augeri debet penſio.*

13 *Prælatos Bartolus vocat inſatiabiles.*

14 *Emphyteoſis ſolennitas requiſita in alienatione rei eccleſiaſticæ, non habet locum in alienatione modici,& parui pretij.*

15 *Statutum dictans,quòd poßidens apothecam,non poßit capi perſonaliter,non habet locum in poßidente viliſsimam apothecam.*

16 *Poſsidens immobilia, qui lege vel alias à ſatiſdatione releuatur, non habet locum, ſi poſsidet vilem terra ceſpitem, vel vnam domunculam.*

17 *Legatum impoſsibile, vel difficile a teſtatore ex cauſa pia epiſcopus mutare poteſt.*

Conſilium XLII.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis,& iuſtitiæ.

Cantor eccleſię cathedralis Meſſomenus ciuitatis conceſſit in emphyteoſim perpetuam, quandam domũ, quæ erat de bonis ipſius cantoriæ, & de qua modica penſio annuatim percipiebatur,cum eſſet parui valoris,& ruinoſa. Et pactus eſt cum emphyteota,de ſoluendo annuatim imperpetuum cantoriæ iure recognitionis maiorem quantitatem, quam poſt ex locatione perciperet, videlicet ducatum vnum cum dimidio,vel circa:& huic conceſſioni interpoſuit decretum epiſcopus loci, cauſa cognita,& viſo diligenter id reſultare in euidentem vtilitatem dictæ cantoriæ, & ita etiam aſſenſerunt,& firmauerunt decanus eiuſdem eccleſiæ, & duo canonici. Mortuo dicto cantore,ſucceſſor videns plura melioramenta facta in dicta domo, nititur conceſſionem prædeceſſoris infringere tanquàm factam ſine debita ſolennitate, videlicet ſine conſenſu capituli.Item tanquam facta de re deputata ad vſum pium, videlicet,pro habitatione cantoris. Vnde ſtantibus ſic omnibus,prout inaniter,quæritur, quid iuris.

Et primo aſpectu videtur dictam conceſſionẽ non tenere. Primo, quia in ea non interuenit tractatus capituli,prout requirit textus in authen.hoc ius porrectum. C.de ſacroſanctis eccleſijs.canonizata 10. quæſtione ſecunda,ibi,maiori parte ibidem ſeruientium conſentiente.& cap.ſine exceptione.duodecima quæſtione ſecunda,ibi,totius cleri tractatu,abſque conſenſu,&c.

Secũdo,quia ſi verum eſt,ꝙ dicta domus fuerit relicta ad vſum,& habitationẽ cantorum, nõ potuit ꝑ
1 epiſcopũ fiẽt cum quacunque ſolennitate ab illo vſu

 remoueri,

remoueri, per textum in clementina, quia cõtingit,
de religio. domibus. ibi, quæ ad certum vſum largi-
tione ſunt deſtinata fidelium, ad alium vſum non de-
bent conuerti, ſalua ſemper apoſtolica authoritate.
& ibi, & c. gl. quia etiam legatus tẽtaliter viui pio de-
ſtinatam amouere non poteſt: imo in Papa requiri-
tur clauſula, non obſtante. per Baldum in lege, ſi te-
ſtium. C. de teſtamẽ nec valeret ſtatutum ciuitatis
ſuper hoc aliter diſponens, ſecundum eum. Et de ꝓhi
bita tali mutatione ſcribit etiam Bartolus in lege, ſi
legatum. ff. de vſuf. leg. & Baldus in lege, ſi quis ad de-
clinãdam. C. de epiſcopis & clericis. & Imola in lege,
nos quidem. de teſta cum concordantijs. Sed iſtis nõ
obſtantibus, quæ, vt infrà patebit, caſum noſtrum nõ
attingunt, puto dictam conceſſionem validam eſſe.

Et primo moueor, quia in priuato pręſupponitur,
quod dicta domus erat ruinoſa, adeo quòd niſi fuiſ-
ſet cõceſſa laico, reddita eſſet prorſus inutilis. Ex quo
2 infero, quòd eccleſia conſequuta † eſt vtilitatem ne-
dum euidentem, ſed euidentiſſimam: ergo omiſſę ſo
lennitates aliàs neceſſariæ non vitiant hãc alienatio-
nem. Conſequentiã probo ex deciſione expreſſa do-
mini Petri de Ancharano conſilio mihi 193. incipiẽ
te, Subtiliter & ad plenum. vbi dicit, quòd ſi appareat
de euidentiſſima vtilitate eccleſiæ, non eſt neceſſaria
ſolennitas eſine exceptione.

Nam ideo adhibetur tractatus & alia, vt liqueat de
vtilitate eccleſiæ, & ne res diſtrahatur: Sed vbi vtili-
tas eſt notoria, non eſt opus coniecturis, lege, conti-
nuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligationibus. Dat
ſimile in ſumma, quam præcedere debet ſolennis &
exacta diſcuſſio, & iuris ordo, lege, prolatam. C. de
ſenten. trigeſima quæſtione vltima. capitulo, iudicã-
tem. Et cum in facto notorio talis ſolennitas doceã-
3 tur, aliàs † relaxatur. c. ad noſtram. el ſecundo. C. de iu-
reiurando. & hoc dicit ſe concedere eſſe verum, & eſ-
ſe notandum.

Secundo moueor, quia cùm ſit aucta penſio, quã
cantoria ſolebat ex hac domo percipere, & iſta noua
penſio ſit firmior, quam prima, propter ruinam, quę
tunc imminebat: ſequitur, ꝙ melior eſt conditio ec-
cleſiæ, quo caſu conſuluit efficacibus rationibus, dñs
Paulus de Caſtro, conſilio decimoſexto incipiente,
In Chriſti nomine, dubitatur nunquid hoſpitale, qđ
4 ẽt † ſi teſtator relinquens rem eccleſiæ expreſsè, & ex
cauſa prohibuiſſet omnem alienationem: tamen po
teſt fieri permutatio cauſa meliorandi: quia non vio-
latur cauſa, propter quam teſtator vetuit alienatio-
nem: quia res permutata ita deſeruit, ſicut res relicta
à teſtatore. & ita hic. Nam ſicut domus locabatur pro
penſione vnius ducati, & habitabatur à conductori-
bus: ita alia melior poterit pro illa penſione condu-
ci & habitari à cantoribus. Tertio moueor, quia ec-
cleſia ẽt ſi non conſequeretur euidentẽ vtilitatẽ, quã
tñ conſequitur, ſatis eſſet ad validitatẽ cõceſſionis, ꝙ
nõ eſſet eius cõditio deterior: ita voluit dñs Abbas
conſi. 11 incipiente, Saluatoris, & c. Vnde nedum eſt
in effectu, an dicti fratris. & allegat textum in d. c. ſi
quis quamlibet. cum § præcedenti, duodecima quæ-
ſtione ſecunda. & expreſſius ea. cauſa, quæſtione 5. ſi
5 epiſcopus. vbi facta alienatione rei eccleſiaſticæ † in
caſu non licito, ſufficit quod eccleſia aliunde tãtun-
dem conſequatur, quãtum alienatum ſit. Modo hic
tantum percipit, & plus, quantum percipiebat & re-
mãſit domina rei alienatæ reſpectu dominij directi,
vt ponderabo in fundamento. Et euitauit eminen-
tem ruinam: ergo ſumus etiam in terminis fortio-
ribus, quàm in caſu dom. Abbatis, cuius verba in
illo conſilio ſeruient in hac cauſa, ad ſuſtentandum
decreiunt epiſcopi, videlicet quod pro ipſo præ-
ſumatur.

Quarto moueor, quia non eſt verum hoc, quòd
hic requireretur conſenſus capituli, immo ſufficie-
bat conſenſus epiſcopi, & fuit ſuperfluus conſenſus
decani, & duorum canonicorum. & ad hoc moueor,
6 quia capitulum, ſine exceptione, † & alia iura loquen
tia de conſenſu capituli, loquuntur ſolum in aliena-
tione, quam facit epiſcopus de bonis eccleſiæ catho-
dralis. Sed in alijs alienationibus ſufficit cõſenſus epi
ſcopi. Paulus de Leazariis in capitulo, hac conſultiſſi
ma. de rebus eccleſiæ non alienandis. in textu. Et ſe-
quitur ibi Dominicus in fine, allegans etiam, quod
ſcribit Ioannes Andreas in additionibus Speculato
ris ſuper rubrica de ægro. vbi dicit, quod tractatus in
actibus capituli non requiritur, niſi in caſibus a iure
expreſſis. Et ideo textus in capitulo, abbate. duodeci
ma quæſtione ſecunda, & in capitulo, in venditioni
bus. decimaſeptima quęſtione 4. nihil dicunt de con
ſenſu capituli. Et iſtud fundamentum eſt bene pon-
derandum. Quinto moueor: nam licèt contractus
emphyteoticus ponatur pro alienatione in hac ma-
teria, capitulo, nulli. de re. eccleſiæ non alienandis, ta
men conſiderando præiudicium eccleſiæ, longè dif-
fert, an eccleſia in totum abdicet rem, an vero vtile
dominium tantum, prout eſt in emphyteuſi. Eſt n.
7 emphyteoſis † idem, quod melioratio, & eſt inuen-
ta, quia & à canonibus approbata clerici beneficia-
ti non curant res inutiles, ſteriles, vel ruinoſas melio
rare: quia cum non habeant de rebus eccleſiæ teſtã-
ri, volunt expenſam meliorandi ſoluere.

Sed laici inueſtiti de talibus rebus, vidẽtes eas ad
hæredes tranſitorias, diligenter ipſas reparant, & bo
8 nificant. Eccleſia verò interim eſt domina † directi do
minij, & in multis caſibus poſſit eandem rem ſic me
lioratam recuperare: puta. ſi biennio ceſſatur a ſolu-
tione canonis, vel ſi linea tertiæ generationis illius in
ueſtituræ deficeret, vel ſi ipſe inueſtitus eccleſia irre-
quiſita in alium transferret: quibus caſibus reuerti-
tur ad eccleſiam cum melioramentis. Et licet ſoluã-
9 tur ſibi † aliquando melioramenta, tamẽ non fit ſo-
lutio habita æſtimatione ad valorem præſentem: pu
ta vnius vineæ vbertimæ ibi leuatæ. Sed fit æſtimatio
pretij plantarum præutarum: cæteri labores compen
ſantur in fructibus perceptis, vt per dom. Abb. in c. 1.
de reſtituito. in integ. Iſta habentur per docto. in cap.
potuit. de loca. & in Specul. de loca. §. nunc aliqua. in
10 principio, & ſunt no. in iure noſtro. Ex † quibus in-
fero, quòd habentes iudicare in hac materia non de
bent ponere ꝓ hoc ꝓ mera alienatione. Licuit enim
prelato rem ruinoſam ſic cõcedere. capitu. ad aures,
de rebus eccle. non alienand. Et propterea do. Paul.
11 de Caſtro, vir maturi capitis. † conſilio ſuo 61. mul-
tum latè oſtendit, quòd prælati videntes res bonifi-
12 catas, quas anteceſſores locauerunt † ſeculari, non
debent, nec poſſunt eas reuocare, dato quòd alij
modo maiorem penſionem offerant, nec qui ſuis ſu-
doribus rem meliorauerunt, augeri poteſt penſio.
& multum notat dictum cap. ad aures. allegando etiã
l. fi. C. de omni agro deſerto. lib. 11. Vbi probatur, ꝙ
non debet augeri penſio. & ibi Barto. dicit nota. con
13 tra inſatiabiles † prælatos, ex quibus concludit domi
nus Paulus, quod vtilitas eccleſiæ non ſemper eſt iu-
ſta cauſa reuocandi Inueſtituras factas eis, qui bona
eccleſiæ meliorauerunt: & ita in propoſito. Sextò &
vltimò moueor, quia præſupponitur, quod iſta do-
mus, quando ab eccleſia tenebatur, erat res ſterilis
& parui valoris, & quædam domuncula: & iſtud eſt
veriſimile, attenta paruitate penſionis. Vnde hoc
pręſuppoſito, quòd etiam ſi fuiſſet alienata, nullo
dominio penes eccleſiam remanente, vel attento
etiam omiſſa ſolennitate, valeret alienatio, per tex
tũ in capitulo, terrulas. 12. quæſtio. 2. Quem textum
allegat

allegat Angelus in Authen. de alienatione, & em-
14 phyteuſi. §. hoc etiam. in fine. dicens, quòd † ſolenni
tas alias neceſſaria in conceſſione rei emphyteoticę,
non habet locum, quando res eſt modici pretij: quia
ſolus epiſcopus clero irrequiſito eã alienare poteſt.
Idem Petrus de Ancharano conſil. 116. ſecundum
quotam meam, quod incipit, Ex narratis in facto.
vbi multum in propoſito ſuſtentat conceſſionem in
emphyteoſim factam de re eccleſiæ ruinoſa, in cuius
alienatione non requiritur ſolennitas, per dictum
capitulum, terrulas. Bene facit gl. in Auth. de hæredi-
bus, & falcidia. §. hinc nobis. in verbo, inuitis. per quã
15 dicit ibi Ang. quòd ſi ex forma † ſtatuti poſſidēs apo
thecam, non poſſit capi perſonaliter, nõ habebit lo-
cum in poſſidente viliſſimam apothecam.

Similis gloſſa in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cog.
16 vbi licet poſſidens immobilia, † releuetur à ſatiſdan
do, fallit tamen, vbi poſſideret vilem ceſpitem terrę.

Idem dicit Baldus, ſi poſſidet vnam domũculam. Ad hoc textus optimus in propoſito, in l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de legatis primo, vbi ſenatuſconſultum de non alienandis immobilibus, non procedit in domuncula. Et licet capitulum, terrulas. 12. q. 2. loquatur in epiſcopo: idem eſt in inferiore, ſecundum dominum Abbatem in capitulo finali. in tertia columna, de eccleſiis ædifican. per capitulum, cæterum de donatio. & capit. ad hæc. & capitulum, relatum. el 2. de teſtamen.

Non obſtant adducta in contrarium: Nam ad primum patet reſponſio ex iam dictis: quia non requirebatur conſenſus capituli: tum quia vtilitas erat notoria: tum, quia illę requiruntur ſolum in alienatione rerum epiſcopi: tum, quia non requiritur in modicis.

Ad clem. quia contingit. primo reſpondeas formans argumentum, quod non conſtat domum hãc fuiſſe relictam ad hoc, ut eam inhabitarent cantores. Secundo dato, quod conſtaret illam relictam, clemẽtina intelligitur, quando illud, quod teſtator conſiderauit, iam eſt in eſſe productum, ut quia eam habitarent. Sed ſi hoc nunquàm fuit, quia nunquam habitauerant, poteſt per epiſcopum res aliter diſponi ꝓ bono eccleſiæ. Ita dicit Ioannes de Imo. in l. 1. in quarta colum. verſiculo, pro hoc etiam videtur. ff. de conditio. inſti.

Tertio reſpondeo, quia iſtud dictum Imolæ nõ ſoleo ſequi propter verba dictæ clementinæ. Et dico, ꝙ ex quo illa domus erat parua, vel ruinoſa, nõ potuiſſet ſine difficultate commode habitari à cantoribus: ergo potuit epiſcopus alterare legatum teſtãtis. Probo conſequentiam ex deciſione domi. Dominici de Sancto Geminiano in capitulo, in canonicis. poſt principium. decimanona diſtinctio. & in capitulo, ab exordio. circa finem, trigeſimanona diſtinctione, vbi
7 dicit, quòd ſicut † epiſcopus poteſt mutare legatum
pium, quãdo eſt impoſſibile, quod vertatur ad vſum deſtinatum: cap. nos quidem. de teſt. Ita etiam, quando eſt difficile. Et per hęc ſublata ſunt contraria. Cõcluditur ergo ex omnibus, quod dictus emphyteota moleſtari non poteſt tanquam inueſtitus de domuncula, vel etiam, ſi non eſſet talis, ſufficit quòd interuenit ſolẽnitas neceſſaria, & pluſquam neceſſaria, cùm alienans eſſet inferior ab epiſcopo. Et etiam, ſi fuiſſet neceſſaria, quod eſt falſum, non ſumus in mera alienatione. Item, quia ſumus in euidentiſſima vtilitate eccleſiæ: ergo eſt abſoluendus, & ita puto iuris eſſe. Et ita dico, & conſulo ego Felinus Sandæus canonicus eccleſiæ maioris Ferrarienſis, vtriuſque iuris doctor, ordinariam iuris canonici ſedem regens; in renouato feliciter gimnaſio Piſano: in cuius rei fidem ſigillo meo conſueto ſubſignari iuſſi, & propria manu, iſtis per me ipſum ſcriptis, me etiam ſubſcripſi, alterius rectius contemplantis (qui tamen, ut puto, ab his non diſſentiret) conſilio ſemper ſaluo.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

LOCATIO domus facta per inſtrumentum alicui ſub iſtis uerbis: quòd durante termino, & tempore locationis, locator etiam ſi vellet domum locatam pro eo non poſſit ipſum expellere: an ſi domus locatori ſit neceſſaria, poſſit non obſtante pacto diſcedere a locatione, & domum pro ſe habere.

SVMMARIVM.

1 *Verba contrahentium non trahuntur regulariter ad incogitata.*

2 *Verba contrahentium intelliguntur ex cauſa de præſenti, etiam ſi partes vtantur verbis futuri temporis.*

3 *Renuncians omni iuri, quod habet, ſeu quod habere ſperat, in tali re non dicitur renunciaſſe iuri, quod de nouo ſuperueniret ex cauſa non exiſtente tempore contractus.*

4 *Verba in contractibus aliquid debere operari, intelliguntur, dummodo ius commune non lædant.*

5 *Verba in contractibus appoſita, nihil operantur, quando ſunt contraria iuri communi, & ex eis reſultat abſonus intellectus: quia tunc ſecundum ius commune interpretantur.*

6 *Conſideratio de futuris non habetur.*

7 *Fortuitos caſus in ſe ſuſcipiens, & generaliter omne periculum, non tenetur ad caſus fortuitos inconſuetos, vel non veriſimiles.*

8 *Gabellam emens Piſtorij quadruplo plus ſolito, quia ibi erat Papa, & Papa recedens ſtatim, ei, qui gabellas emit, debet remitti de pecunijs ſolutis, quia veriſimiliter ſi Papam receſſurum credidiſſet, non tam carè gabellam ſeu gabellas emiſſet.*

9 *Renuncians omnibus caſibus fortuitis, & quibuſcunque caſibus, non intelligitur renunciaſſe caſui inſolito, & ſic de eo non cogitaſſe.*

10 *Obligans ſe ſoluere precium frumenti, quando creditor ab eo petierit, & creditor petens illud tempore penuriæ, & cariſtiæ non tenetur tunc debitor ſoluere, quia non cenſetur debitorem de iſto caſu cogitaſſe.*

11 *Conceßionibus epiſcoporum, quantumcunque plenis, generaliter factis per Papam, non veniunt, nec includuntur conceßiones inſolitæ.*

12 *Obligatio facta verbis, non obligat obligatum, ſi iudex nullo iuris ordine ſeruato, condemnauit obligatum.*

13 *Charitas prima incipit à ſeipſo.*

14 *Donatio cauſa mortis facta, promittens non reuocare, ſed attendere & obſeruare: tamen non obſtante tali clauſula donatio à donante poterit reuocari.*

15 *Contractus verba, quæ non apponuntur in vim principalis diſpoſitionis, ſed ad quandam executionem, nihil operantur.*

16 *Mandatum procuratoris, dicens, releuans dictũ procuratorem, vel eius ſubſtitutum ab onere ſatiſdandi, non per hoc talis procurator poteſt ſubſtituere, cùm verba principaliter non ſint poſita ad ſubſtituendum.*

17 *Papa iniungens ordinario, quod de eius officio ſpectabat, & in fine dicens, & habebimus ratum quicquid authoritate noſtra feceris. per hoc non facit eum delegatum.*

18 *Verba appoſita contractibus, & alijs ſcripturis cauſa maioris vehementiæ, ſeu quodam viſitato ſtylo, non inducunt alterationem ſubiectæ materiæ etiam ſi remaneant fruſtratoria.*

Conſilium XLIII.

DIRIGE domine verba mea in viam
veritatis, & iuſtitiæ. Obſtat fortiter
do. Gerardo, quod ſcribit Ange. in l.
eodem. C. locati. dum dicit, quod ſi in
inſtrumento locationis promiſit ex-
preſſe locator non expellere inquili-
num, ad hoc, vt iſta verba aliquid operentur. non po
terit expellere eum, etiam ſi vellet domum habitare.
& allegat in arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. di
cens hanc habere cautelam, &c. Et ideo cum in iſto
contractu locationis ſunt illa verba, promiſit dicta
bona tãto dicto tempore non tollere, &c. videtur ex
iſto capite, ꝙ dicto domi. Gerardo nõ competat ius
expellendi dictum inquilinum: vnde pro reſpõſione
ad hoc, quod non exiſtimo obſtare, facio tria pſuppo
ſita, deinde tripliciter reſpondeo. Primo præſuppo-
1 no, quòd † verba contrahentium non trahuntur re-
gulariter ad incogitata, l. tres fratres. ff. de pactis. l. cũ
Aquiliana. ff. de tranſactionib. etiam ſi apponatur iu-
ramentum. per capitulum ſecundum, de renũ. Et ibi
no. dominus Antonius, Dominicus & Imola, dicen-
2 tes, quòd verba contrahentium † intelliguntur ex cã
de præſenti, dando exempla notanda, de quibus per
eos, ampliantes etiam ſi partes vtentur verbis futu-
ri temporis, per illum textum in verbo, vlterius, nam
intelliguntur ſcilicet in futurum ex cauſa tunc non
3 exiſtente. Ideo † dicit ibi Imola, quod qui renũciat
omni iuri, quod habet, vel habere ſperat in tali re, nõ
dicitur renunciaſſe iuri, quod de nouo ſuperueniret
ex cauſa non exiſtente tempore contractus. Et eſt de
ciſio famoſa Bartoli in l. qui Romæ. §. duo fratres. in
ſecunda, & 5. quæſtio. ff. de verborum obligationi-
bus. & in l. qui cum tutoribus. in principio. ff. de tran-
ſactio. & in l. ſi uxor. §. diui. ff. de adulterijs. & Bald. in
l. pactum, quod dotali. in 30. quæſtione. C. de colla-
tionibus, & Barto. in authentica, hoc amplius. in
fin. C. de fideiuſſoribus. Et Petr. de Anchara. conſi-
lio 200. incipiente, viſis & ponderatis. in 5. colum. &
Bald. in l fina. C. de actio. emp. & in capitulo primo,
§. ſiquis miles. in titulo, conſtitutiones feudales. Se-
cundo, præſuppono, quod quando in contractu ex-
primitur illud, quod tacite ineſt de iure communi
ibi non exprimitur aliter quam inſit, videtur apponi,
non vt addat, vel derogat iuri communi, ſed ad ma-
iorem dubitationem tollendam, vbi nihil operatur.
Ita decidit Dom. in capitulo, ſi Romanorum. in 4. co
lum. 19. diſtinct. verſi. ita dicit limitari regulam, quòd
verba debent aliquid operari: quia † ea quæ in con-
4 tractibus ponuntur cauſa dubitationis tollendæ, ius
commune non lędunt, l. qui mutuam. ff. mandati. ad
hoc capitulum, à multis. de æta. & qualita. & c. Item
de dilatio. ſecundum eum. facit l. 3. de legi. & l. non re
ctè. ff. de fideiuſ. ubi dicitur in pacto, illud, quod de iu
re ineſt, nihil operatur.
Tertio præſuppono alium caſum, in † quo verba
5 nihil operantur, videlicet, quando reſultaret abſo-
nus intellectus contrarius iuri communi: quia tunc
verba interpretantur ſecundum ius commune. Hãc
ſententiam ponit etiam Dominicus in capitulo, ſi Ro
manorum. per capitu. cauſam quæ. de reſcriptis. Et
videtur bonus textus in d. l. quęro. §. inter locatorẽ.
vbi illa verba, promitto te non expellere, non tol-
lunt ius commune, quo cauetur, quòd inquilino nõ
ſoluente penſionem, poteſt dominus eum expellere.
His præmiſſis reſpondeo tripliciter. Primo, quòd di-
cta verba, non tollere &c. intelliguntur, & interpre-
tantur ſic, videlicet, niſi domus eſſet mihi neceſſaria
pro habitatione: quia de iſto caſu non cogitauit lo-
6 cans: quia de futuris † non habetur conſideratio, vt
in primo præſuppoſito. Et ſi fuiſſet dictum locatori,
veniet caſus, in quo tibi erit neceſſaria domus: profe-
cto non voluiſſet obligatus remanere ex dictis ver-
bis. Stante ergo præſuppoſito, primo dicta verba non
extenduntur ad hunc caſum nouum inſolitum etiã
prorſus incogitatum, & non veriſimilem, ſcilicet ꝙ
ſtudium eſſet Piſis renouandum, cum tanta commo
ditate domini Gerardi. Et adduco optimè, quod ſcri
bit Bartolus in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis
cautio. & Angelus conſilio 180. incipiente, In Chriſti
nomine, præmittendum eſt. & dominus Antonius
in capitu. 1. de commodato. ubi dicunt, quòd ſi quis
7 aſſumit † in ſe generaliter periculum omnium ca-
ſuum fortuitorum, non tamen venirent caſus for-
tuiti inconſueti, vel non veriſimiles. per l. fiſtulas. §. 1.
de contrahenda emptio. bonus tex. in l. Seio. §. medi-
co. ff. de annu. legatis. vbi legata annua præſtatione
non intelliguntur de annua præſtatione inſolita, vel
rara: & dato, quòd aliqui recedant a Bartolo, tamen
in caſu noſtro militat deciſio ſana, cum hic non fue-
rit illa plenitudo verborum, quæ erat in caſu Bart.
Bene facit ſolenne conſilium Petri de Ancharan.
395. in libro meo. Et incipit, Pluribus rationibus.
8 † Cum enim Papa reſideret Piſtorij, quidam emit
gabellam in quadruplo pluſquam ſoleret vendi, ꝗa
de receſſu Papę nulla coniectura erat: deinde receſ-
ſit Papa. conſuluit Petrus remitti debere emptã mer
cedem. Quia non eſt veriſimile, quòd ſi crediſſet
Papam repente receſſurum, quòd uoluiſſet ſe obli-
gare, & tamen inſtrumentum ſimpliciter loqueba-
tur. Et quia uideri poteſt, non refero rationes
ſuas, per quas infero hic, quòd iſta reuerſio ſtu-
dij fuit res inopinata non veriſimiliter cauſalis,
de quo ſi locatores aliter locantes cogitaſſent, non
locauiſſent,

locauiſſent, nimiſtum &c. Ergo verba qualiter-
cunque ceſſant in hoc caſu. & reperio, quòd domi-
nus Alexander de Imola iuriſconſultus immortalis
cōſuluit ſecundùm Bartolum in dicto §. quæſitum.
& incipit conſilium, Redemptoris, &c.
9 Et videtur prima facie † dicendum, nullam remiſ-
ſionem, &c. ſecūdum quod ꝓpter caſum fortuitum
& inſolitum receditur ab illis verbis, in quibus quis
renuntiat omnibus quibuſcunque caſibus: quia de
inſolito non creditur cogitaſſe. Et ita hic optimè fa-
cit. & induco, quod ſcribit Im. in l. pretia rerum ff. ad l. fal-
10 cidiam. vbi dicit, quòd † cùm quidam eſſet obliga-
tus ad dandum pretium frumenti, quando creditor
petierit: & deinde creditor petijſſet cùm eſſet maxi-
ma cariſtia. Reſpondet Imola, debitorem non tene-
ri ad tantum pretium: quia de iſto caſu inſolito non
cenſetur cogitaſſe, per dictum §. frumēta. & dicit hoc
eſſe dictum ſuum nouum, & non tactum ab aliquo:
quia eſt eius caſus nouus & inſolitus: & tunc nō ima
ginabilis ab aliquo etiam omnia præuidente. Quòd
ſi quis obligat ſe ad omnes caſus, tamen non veniēt
caſus ardui. Et Baldus in c. cùm olim. de conſue. quòd
11 t. in conceſſionibus † epiſcoporum quantuncumque
plenis non veniunt inſolita & Angelus conſilio 174.
dicit, quod obligatus verbis generalibus, non eſt ob-
12 ligatus † in caſu, in quo iudex nullo iuris ordine ſer-
uato cōdemnauit emptores: quia eſt caſus inſolitus.
Secundò reſpondeo, poſito, quòd iſta verba debeant
aliquid operari, certè debēt taliter interpretari, quòd
minus recedatur à iure communi, quàm fieri poteſt,
& dummodo aliquid operentur, etiam & ſi illud eſt
modicum, illud ſufficit, vt eſt text. quem omnes no-
tant in c. cùm dilectus. de conſue. & allegatur l. ſi ter-
ui veſtri. & ibi Saly. C. de noxalib. & ita eſt hic, quia
poſſunt operari, & nō modicum, videlicet quòd etiā
ſi locantes vellent domum reficere, non poſſent: &
ſic iſte eſt vnus effectus illorum verborum. Alius, ꝙ
etiam ſi inquilinus malè vteretur, non poſſet expelli:
& hoc modo dicta verba non erunt inania. Et certè
non video, quare Ang. voluerit, quòd potius operē-
tur illum effectum, de non expellendo caſu, quo do-
minus velit habitare. Et nihil dicit de iſtis caſibus, ꝑ
eandem rationem, per quam dicit ſolùm de illo caſu.
Potuiſſet etiam dicere de vno iſtorum, vt non intel-
ligatur de iſto, qui eſt præiudicialior valde, videlicet
quòd re propria quis non poſſit vti, quando eſt ſibi
neceſſaria: bonus text. in l. præſes. C. de ſerui. & aqua.
13 † vbi prima charitas incipit à ſeipſo: & qui ſolet alie-
nos agros peragrare, non tenetur ad hoc in agris ſi-
tientibus, vt ibi, & ſuper hac expoſitione poſſunt ad-
hiberi bona aduertitia. Tertiò reſpondeo, quòd di-
cta verba non mutant naturam locationis, quæ eſt,
vt ita demum ſtet, ſi dictus re ſua nō indiguerit: & ad-
duco in ſimili ſolenne conſilium Angeli 250. quod
incip. Peruentus domina Antonia de Florentia. Quæ-
14 dā domina donauit cauſa mortis: Et † appoſita fuit
illa clauſula, quæ omnia promiſit attendere & obſer
uare, & nunquam reuocare. Conſuluit Angelus, ꝙ
his verbis non obſtantibus, poſſet donationem reuo
care, etiam ſi per hoc dicta verba nihil operentur.
Inter cætera mouetur Ang. quia d. verba, non re-
uocare, reijciunt hunc intellectum, videlicet, niſi mo
pœnituerit. Nec mirum, ſi nihil operarentur: quia ad
hoc reſpondendo dicit ipſe illia verba multum nobis
ſeruiētia, videlicet, quaſi, vbi quòd per Italiā in quo-
libet contractu apponi ſolent dicta verba per nota-
rios, qui ſententiā eorum verborum ignorant, & po-
nūtur potius ex errore & imperitia notarij, ꝗ ex volū
tate & ſcientia contrahentis: ita dicit ipſe ad literam.
Quæ verba pondero, dum vult, quod donās cauſa
mortis, non prohibetur reuocare, etiam ſi notarius
contrarium ſcribat: quia ſic ſe habet natura contra-
ctus, vt eſt glo. formalis in l. ſi alienam §. Marcellus. in
verſiculo, acceperit. ff. de dona. cauſa mort. vnde cū
natura locationis facta de domo ſit, vt non excludat
dominum volentem habitare, certè dicta verba, non
tollere, &c. non includunt alium caſum. Et maxi-
mè, quia poſſent operari alios effectus, de quibus ſu-
prà: vnde non veniat iſte grauior & minus cogitatus.
Secundo pondero, quòd Angelus non curat, imò ha
bet pro abuſione, quòd hoc ſemper apponatur per
notarios, vnde dico, quòd cùm ipſe velit in dicta l. ea
dē, quòd cùm hoc apponatur, & dicat hoc quotidie
apponi, profecto eadē ratione dicendum ſunt vſum
oriri ex corruptela tabellionū, non ex voluntate cō-
trahentium: ſicut videmus, ꝙ ſi notarius ſcribit in te-
ſtamento, peroptimè facit, quod notat egregiè domi
nus Abbas in diſputatio. ſtante ſtatuto, hoc ſuum vlti
mum, & irrationabile teſtamentum, &c. Et tamē po-
teſt quandocunque, l. ſi quis in principio teſtamēti.
de lega. tertio. Tertio pondero, quòd illa verba nihil
operātur penitus in caſu Angeli. Ergo idem hic à for
tiori operari poſſunt & cū illa opinione Angeli con-
ſuluit Florentiæ, & Imolæ, dominus Salluſtius de Pe-
ruſio, & obtinuit, vt refert dominus Alexander in l.
vbi ita donatur. ff. de donatio. cauſa mort. in ſuis apo
15 ſtillis. Confirmo, † quòd vbi verba non apponuntur
in vim diſpoſitionis principalis, ſed ad quandam exe
quutionem, nihil operantur: text. aureus in clem. 1. in
fine, de præbend. Ex quo intulit eleganter Domini-
cus in cap. 1 §. 1. de procuratoribus. in 6. quòd licèt in
16 mandato procuratoris dicatur, releuans † dictū pro-
curatorem, vel eius ſubſtitutum ab onere ſatiſdandi.
Tamen per hæc verba non eſt procuratori data po-
teſtas ſubſtituendi, niſi aliud dicatur: quia non ſunt
per viam principalis diſpoſitionis. Et ita hic per textū
optimum in dicta clementina 1, per quem dicit etiam
Io. de Imol. in c. quoniam Abbas. de procur. in 6. facit
quod notat Ant. in c. fi. in 9. collat. de accuſa. Quòd li
17 cet Papa iniungens ordinario † id, quod ad eum om-
nino ſpectabat, dicat in fine: Et habebimus ratum, q̄c
quid authoritate noſtra feceris. Iſta verba non faciut
eum delegatum prout alias facerent, iuxta capitulū,
cum aliquibus, de teſtibus. in 6. Quia non ſunt appo-
ſita principaliter animo ampliandi diſpoſitionē. Et
ſic per hæc dicta vltima habemus caſum ſeruientem
18 in propoſito, in quo † verba appoſita cauſa maioris
vehementiæ, ſeu ex quodam viliato ſtylo, non indu-
cunt alterationem ſubiectæ materiæ, etiam ſi rema-
neant fruſtratoria. quod non eſt mirum, attentis pri-
mis præſuppoſitis. & iſtæ deciſiones non parum fa-
ciunt. Ex quibus ſine vlteriori proſequutione cōclu-
do, quod non obſtat dictum Ange. in caſu iſto habē
te in ſe ſpeciales rationes, quibus de mente locātium
non videtur eſſe vel fuiſſe de hoc caſu cogitare. Hoc
ergo ſublato, adhæreo firmiter concluſioni aliorum
conſulentium.

Ego Felinus Sandæus, &c.

ARGVMENTVM.

RELIGIOSVS ordinis Eremitarum, & pro-
feſſus obtinens beneficium eccleſiaſticum, vltra de-
cennium, habens titulum & prouiſionem ab epiſco
po loci ſine habilitate obtenta à ſede apoſtolica, an
dictum beneficium vacare cenſeatur, & vt vacās poſ-
ſit impetrari: & an regula Cancellariæ apoſtolicæ opi
tuletur tali religioſo, vt amplius moleſtari non poſ-
ſit, ex quo pacificè per triennium poſſedit: & de intel-
lectu dictæ regulæ cancellariæ.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Regulæ apoſtolicæ cancellariæ de triennali poſſeſſore non moleſtando, intellectus.*
2 *Clauſula in literis Papæ, ſupplentes omnem defectum, ſi obtinens dictas literas eſt excommunicatus, vel aliàs inhabilis, per illam clauſulam non habilitatur.*
3 *Triennalis curſus licèt excludat hæredem ab impugnatione ſoluendi legata, vigore ſtatuti iuxta l. 1. C. de fideicommiſ. tamen non excludit a facultate impugnandi teſtamentum per inhabilitatem teſtatoris.*
4 *Clauſula, ſi quis. poſita in regula cancellariæ vel in priuilegio gratiæ conceſſo, intelligitur de habili perſona, ſi quis &c.*
5 *Intruſus in beneficio quis proprie dicatur.*
6 *Priuilegij reſtrictio cenſetur benigna & pia, cùm per reſtrictionem reducitur ad ius commune.*

Conſilium XLIIII.

DIRIGE domine verba mea in viam
veritatis & iuſtitiæ.
Titius profeſſor ordinis eremitarũ
detinuit vltra decennium beneficiũ
eccleſiaſticum, habẽs titulum ab epi-
ſcopo ſine habilitate ſedis apoſtoli-
cæ. Caius cupit impetrare dictum beneficium, vt va-
cans: an poſſit? Præſuppoſito, quod impetratio con-
tra regulam Cancellariæ, quæ ſemper ſit nulla, & ꝙ
Papa nolit illi derogare, propter regulam 33. quæ in-
cipit, Itẽ ſtatuit, & ordinauit dominus noſter, quòd ſi
quis quæcunque beneficia, &c. Irritatur beneficij im
petratio triennio poſſeſſi ex titulo colorato ab habẽ-
te poteſtatem aliàs conferendi, &c.
Excipi videntur tres caſus in dicta regula. Primus,
vbi per ſimoniam quis ingreditur. Secundus, vbi be-
neficium eſt reſeruatum Papę. Tertius, vbi quis intru
ſus eſt: non videtur, quòd regula obſtet iſti, quomi-
nus iſte poſſit impetrare beneficium, vt vacans. Et ad
hæc faciunt tres rationes, videlicet prima, quia dicta
1 †regula dicens indefinitè, ſi quis, debet intelligi, ſi ſit
habilis ratione profeſſionis, c. cùm ad monaſterium.
de ſtat. mona. cum materia, & c. 2. & c. quod rei. per lo
cum à ſpeciali. eod. titu. Et dicã infrà: ergo, &c. Quod
debet intelligi de habili ſimpliciter, & multipliciter
probari poteſt. Cõſiderando, quòd ſi dicta regula de-
beret habilitare inhabilem ex ſolo curſu temporis p̃-
cedente titulo colorato, ſequeretur inconueniens, ꝙ
laicus & oĩs criminoſus inhabilis eſſet hoc mõ habili
tatus. Et hoc nõ eſt veriſimile papã voluiſſe. Pro hoc
2 ſufficiat, quod not. Archid. in c. † Cenomanenſem. ſu
per verbo, ſuſcipimus. 56. diſtinctio. vbi dicit, quòd
etiam, quando Papa ſcribit cum clauſula, ſupplẽtes
omnem defectum. tamen ſi is, de quo agitur. erat ex-
communicatus, vel vt inhabilis vel illegitimè natus,
nõ cẽſetur habilitatus. Et ideò Specu. in titulo, de leg.
§. nunc oſtẽdẽdum. ver. ſicut. 18. Et Hoſtienſis & alij
in c. 1. de trãſactionibus. cum cõcordantijs. Ad idem
quod not. Angel. in l. ſi certis annis. C. de pactis. vbi di
3 cit, †ꝙ licèt curſus triennij excludat hæredem ab im-
pugnando ex ſtatuto, cuius vigore eo tempore ſol-
uit legata, iuxta l. 1. C. de fideiuſ. tamen nõ excludit à
facultate impugnandi teſtamentum propter inhabi
litatem teſtatoris: quia lex reſiſtit potentiæ teſtandi,
vt ibi per eum. & ita hic ad tollendum iſtud de curſu
temporis, faciunt ẽt nota. per Bartolum in l. 1. §. nun-
tiatio. verſi. venio ad quędã dicta. ff. de operis no. nun
tiatio. & Bart. & Bald. & Saly. in repetitio. l. 1. C. de fa-
croſan. eccle. & Ang. in l. nõ eſt nouũ. ff. de legib. vbi
dicũt latè, quòd diſpoſitio generalis loquens de actu
iam cõceſſo, recipit reſtrictionẽ, dummodo videlicet
4 perſona ſit habilis. & ita clauſula, ſi †quis, &c. intelligi
tur de habili. ad hoc quod notat Barto. in lege, non
putauit. §. non quæuis. per illum optimum textum.
ff. de contra tabulas. & Bartolus in l. lecta. ff. ſi certum
petatur. & Angelus in l. 1. in principio. ff. de ædi. edict.
& in l. 2. ff. de inoffi. teſtam. cum ſimilibus.
Secunda ratio eſt, quia cum iſta regula exorbitet
plurimum à iure cõmuni, ſecundùm qđ de titulo ca-
nonico apparere debet, nec ꝓhibetur alius de iniuſti-
tia eius quãdocunq; docere, per not. in c. ordinarij. de
offi. ordi. in 6. & Hoſtiẽſis Io. An. & oẽs in c. illud. de
pręſcript. debet latè intelligi: quia in illis redit ad ius
commune, vt dicit in c. 2. in verbo, minãdũ. poſt prin
ci. de pręben. in 6. quæ reputat̃ valde difficilis & nota-
5 bilis. Modò ſic, †intruſus largo modo põt dici is, qui,
licèt fuerit authoritate ſuperioris poſitus in benefi-
cio, tñ habet vnum vitium vel defectum, ꝓpter quẽ
deberet priuari, c. veniẽs. de accuſatio. Et ideo gl. ma-
giſtraliter vocat iſtos tales quaſi intruſos, in c. cùm
ſuper. gl. 2. de cauſa poſſeſ. & ꝓprie. & ſępe Domi. in c.
ꝓpter. ad finem. 18. diſ. facit conſiliũ 1. Cald. de verb.
ſig. Ergo fallẽtia de nauſo, verificat̃ de iſto, q nedum
eſt priuãdus, imò videtur ipſo iure priuatus. & ſic p di
ctã diſpoſitionẽ & ſignificationem diſpoſitio valde
exorbitans à iure cõmuni, reuertet̃ ad ius cõmune.
Pro quo ẽt facit tex. in c. 2. ibi, cùm nõ ſit. de deci. in 6.
6 vbi †reſtrictio priuilegij ſup noualib. cẽſet̃ pia & beni
gna: qa per ipſam res magis vadit ad ius cõe, prædi-
cto c. ab exordio. 35. diſt. & ibi docto. cum cõcordã.
Tertia ratio perſuaſiua & conſonans valde eſt, qa
licèt dicta clauſula releuet poſſidentẽ diu beneficiũ
ab onere oſtendendi titulum, quia ab ipſo præſumi-
tur: nihilominus ſi cõſtaret de intruſione, vel alio vi
tioſo ingreſſu, omnino poterit remoueri, ſecundum
Hoſtiẽſem in c. illud. de præſumptio. Et ſequitur ibi
domi. Abbas ſiculus poſt alios in 7. col. per nota. in c.
dilecto. de prębend. Idem notat Domi. poſt Lapum &
Calderi. in d. c. ordinarij. dicens, ꝙ ſi agẽs vellet ꝓbare
nullitatẽ tituli, &c. in facto antiquo audiretur. allegat
nota. in c. dilecto. & ibi bonus text. per quem colligit
domi. Abb. ibi poſt alios in 2. colum. ꝙ licèt prælatus,
qui diu tolerauit ſubditum ſuũ in beneficio ſuo, non
poſſit eum compellere ad oſtendendum titulum be
neficij, vt no. in d. c. illud. tñ põt aſſumere in ſe onus
probandi defectum tituli, per illum textum. Et idem
notat do. Abb. in c. licet Hely. de ſimo. Et ſic in caſu
iſto vr̃ poſſe fieri impetratio. per quam impetrãs gra
uatus ſit onere probandi nullitatẽ tituli. Et licèt iſtæ
rationes præſertim prima facie mihi ſufficere videan
tur, tñ pro maiori cautela, narrando qualitatẽ intru-
ſionis, conſulerem, vt ſupplicaretur Papæ, narrando
qualitatem intruſionis, & petatur illum detẽtorem
amoueri, ſi ita eſt, nã ex quo Papa habet tunc talẽ in-
truſionẽ ꝓ digna priuatione, non poterit deponi, an
de iure ſit ꝓpria intruſio, an nõ, ꝓpter ea, q̃ decidit la
tè Petrus de Anchara. in cõſilio ſuo 288. incipiẽte, Vl
tra alia ſolẽnia. Tamen &c. ſine iſta cautela credo, ꝙ
ſimplex impetratio valeret. Hęc ꝓcedũt, ꝑſuppoſita,
vt dixi, inhabilitate, quæ probatur ex conſtitutioni-
bus regulæ eremitarum. Itẽ, quia ſine licentia pręla-
ti acceptauit religioſus eccleſiam, quod non potuit

ſecundùm

ſecundùm doctores in cap. quod Dei. de ſta. mona. & ibi domi. Abb. in fi. propter gloſ. in ca. quã ſit. 18. q. 2. & tex. in c. ſi religioſus. de electio. in 6. ſi enim ceſſaret alterum ex iſtis duobus, non eſſet tutum affirmare iſtum eſſe inhabilem: cum multi tenerent epiſcopum poſſe habilitare religioſum ad curatũ de licẽtia epiſcopi, & ipſius prælati, vt per Ioan. Andream in regula, quæ à iure. in mercur. & domi. Anto. in clemen. 1. de electio. quem imitatur latè ibi Domi. in ca. 2. in quinto. not. 58. diſtinctio. licet domi. de Rota aliter ſentiant, volentes, quod epiſcopus non poſſit hac vti, deciſione 62. incipiente, In religioſo profeſſo. in nouis. à quibus recedit etiam domi. Abbas in c. quod Dei. de ſtatu monacho. dicens cõmunem opinionẽ eſſe contra eos. Et idem Dominicus in c. cum ſingula. de prebẽd in ſexto. & in c. priſcis. 5. diſt. Et ſuper iſtis ſubijcio me correctioni dñorum curialium.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

BENEFICIVM an dicatur erectũ, ſi teſtator legauit quædam bona vni altari vnius eccleſiæ ſpecialiter, & dicatur nouum beneficium, ſi poſt tale legatum relictum interueniat authoritas epiſcopi loci, & ipſum confirmet & approbet.

SVMMARIVM.

1 *Multa dicunt aliqui, vt multa ſcire videantur.*
2 *Veritas in paucis conſiſtit.*
3 *Epiſcopi authoritas requiritur in creando beneficium: vnde ſi teſtator dotat altare, exprimens ſe velle creare beneficium, non per hoc eſt beneficium, niſi approbetur ab epiſcopo.*
4 *Epiſcopus non poteſt approbare, nec confirmare beneficium, quod eſt in eccleſia alicuius rectoris, ſine conſenſu dicti rectoris.*
5 *Epiſcopi conſenſus, quando uenit in beneficio per viam authoritatis, debet præcedere collationem beneficij.*
6 *Altare fundatũ in eccleſia alicuius rectoris per aliquẽ, ſemper in dubio ſpectat ad ipſum rectorẽ.*

Conſilium XLV.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.

Quinque doctores collegij noſtri Piſani magiſtri tam legibus, quam canonibus imbuti, cõſuluerunt ante me, prout poſtea indicauit vicarius epiſcopi Lunenſis; quę ſententia cum fuerit ex conſilio meo reuocata, iterum cauſa commiſſa, oſtenſa ſunt mihi prædicta conſilia de quibus ante notitiam non habebam. Nec putabã neceſſarium aliquid addere conſilio meo, licet iſti multa dicant: quia viſis fundamentis meis rectè contemplando, ceſſant omnes viæ, quibus nituntur probare, qd bona dicta non ſint rectoris. Nihilominus, vt domini delegati, quorum doctiſſimo iudicio res iſta iterum committenda eſt, remaneãt clariores, addam quædam ad illuminandam eorum mentem. Nec mirentur, ꝙ breuibus vtar verbis, reſpectu aliorum, qui iuxta Ciceronem in proœmio Rhetoricæ
1 nouæ, multa † dicunt, vt multa ſcire videantur. Nam
2 † veritas in paucis cõſiſtit: mirentur magis, quòd tot ſollennes doctores in conſultando in hac materia diſcurrunt tot circuitus, & nullum doctorem allegent enucleantem in terminis, & iudicio occurrentiam noſtram. Cuius contrarium feciſſe puto in cõſi. meo. Et accedendo ad maiorem lucubrationẽ, ſumpto tædio ex loquacitate ipſorum, quædã optime feruentia breuiſſim: more meo rememorando, multùm ſe fundant in voluntate teſtatricis, conantes oſtendere, quod intentio ſua fuerit creando nouum beneficium: & fundamenta eorum non replico. Secundò fundant ſe in eo, quod dicit dominus Abb. in c. 1. ad fi. de ſucceſ. ab inteſtato. dũ vult, quòd relicta altari non debeantur prælato uel rectori. Et iſta eſt ſumma ſummarum omnium, quæ ipſi aggregant. Pro reſponſione reaſſumo primum fundamentum conſilij mei, vbi per deciſiones authẽticas probaui, quòd non ſufficit teſtatorem uelle facere beneficium, niſi ſequatur authoritas epiſcopi. Fortifico ex ſolemni deciſione dominorum de Rota in cõcluſionibus nouiter impreſſis per ordinẽ rubricarum in titu. de præbendis, deciſione decimaſeptima, quæ incipit, quidã patronus. in antiquioribus. vbi la-
3 tè concludunt, ꝙ licèt † fundator beneficij exprimat ſe uelle creare beneficiũ, tamẽ per hoc nõ eſt beneficium, niſi eṗs expreſsè approbet. Et ideò expectans apoſtolicus nõ pot ipſum petere, quia facta approbatione eṗi, erit nouũ beneficiũ, & ſic poſt literas creatũ: ergo ſuccedit cle. fi. de reſc. Et hęc. deciſ eſt alias in antiquis impoſita per rub. in tit. de iure patr concl. 10. in antiq. Si dicatur, Eṗs approbauit conferendo: Eſt
4 duplex reſponſio. Prima, ꝙ nõ potuit approbare † niſi cum conſenſu rectoris eccleſiæ, de cuius præiudicio agitur. Ita decidit Hoſtiẽ. in ſumma, vt allegauit in conſilio. Secunda reſpõſio eſt reiecta: prima eſt ꝙ
5 iſte conſenſus uenit per viã auth. ideò † debuit pręcedere ſolenniter collationem. Et opus erat iſtis verbis authoritatem interponere ſecundũ Innocen. in cap. conſuetudinis. de conſuetu. in fi. Et ſequitur expreſsè Archi. in c. dudũ prope fi. 18. quæſt. 2. & in c. in venditionibus. 17. quæſtio. 4. & Bald. in l. quocunq; in fi. C. de bonis quæ libe. & multi alij. & notat Bart. in l. ſi quis mihi bona. § iuſſum. ff. de acquiren. hęredi. Bald. in l. fi. C. ad macedo. Imo. in c. cum vos. de iis, q̃ fiũt à p̃lato. & de tali author nõ apparet. Ergo nõ eſt beneficiũ. Prętereà vult teſtatrix, ꝙ rector eccleſię principalis officiet illud. Cogitemus, q̃ coniectura eſt iſta ꝙ voluerit ipsũ eſſe beneficiũ de per ſe: quia in facultate eius nõ eſt habilitare clericũ ad falſa beneficia. Et dico, quòd oportet, ꝙ expreſsè dicat ſe uelle ibi eſſe beneficium. Ita deciditur in dicto opere nouiter impreſſo, in dubijs Tomæ faſtoli, auditor. Rotę, cauſa 29. dubio verò 56. incipiẽte, ſecundò dubitatur & poſito, ꝙ dixiſſet, (quod tamen eſt falſum) requiritur authoritas epiſcopi, vt dixi. Primò, nemo negabit, quin hoc ſit dubium, an teſtator fecerit beneficium
6 an nõ: tũc ſic ſemper altare fundatũ † in eccleſia alterius, ad ipſum ſemꝑ ſpectat in dubio. Ita dicit Rota, cõcluſione 158. & eſt poſita in titulo, de rebus eccle. nõ alienãd. cõcluſione 9. Ergo ita interpretemur hic. Idẽ tenet Rota conſilio 72. incipiente, In eccleſia. & eſt in titulo de iurepatro. 15 in antiquis, &c.

Primò conſidero, ꝙ bona relicta huic altari ſunt loco mercedis illarum miſſarũ, & nõ propriè dos. Et iſtud deputatũ pro labore, non facit, vt ille beneficiũ conſtitueret. Ita dicit Rota in antiquis deciſionib[9], 589. quę eſt de cõceſſiõ. prębẽd 47. in ſecũda allegat. ibi, quia capellanus. Nõ obſtat dictum domi. Abbatis in

c. 1.

c.1.de ſucceſſio.ab inteſta. cum quo concordat Pet. de Peruſio in tractatu quartæ canonicæ epiſcopalis, c.ſeptimo. in trigeſima prima col. ver. quid ſit teſtator. quia loquuntur, vbi altare eſt beneficium de per ſe: & hoc fateor. Sed negatur hic, quòd ſit beneficium. Cùm ergo teſtator non intendat facere beneficium, & poſito, quòd hoc intenderet, dum non fuerit creatum beneficium. Item, cum verba teſtamenti ſint clariſſima, & ſubmittant hoc altare presbytero pagano, non video ad quid tendant tot verba dominorũ conſulentium. Et ideò hac clara breuitate contentus, concludo intrepidè, partes dominorum delegatorum eſſe in pronuntiando bene iudicatum per ſecundum iudicem, & malè appellatum.

Felinus Sandęus iuris vtriuſque doctor.

ARGVMENTVM.

TRIBVTVM impoſitum à principe in regno ſuo, an bona laicorum tranſlata in eccleſiam, vel in clericos, ſint per hoc exempta à tali tributo, aut tranſeant cum illo onere: & tributum & taxa, an inter ſe differant. Et taxa generalis, de qua in præſenti conſi. cuius ſit conditionis. & Rex Neapol. an potuerit imponere de iure dictum onus ſoluendi omni anno in perpetuum dictam taxam generalem, de qua hic.

SVMMARIVM.

1 *Tributum quale dicatur, & quid ſit.*

2 *Collectæ dicuntur, quæ non habent certam regulã, & arbitrio ſuperioris imponuntur.*

3 *Agens eſt nobilius patiente.*

4 *Prædicatum eſt nobilius ſubiecto.*

5 *Tributum eſt illud, quod pro pace & quiete, & pro ſalute populi ſui ſoluitur principi.*

6 *Tributum largè quid dicatur.*

7 *Taxa generalis, quæ dicatur.*

8 *Munera ordinaria & extraordinaria, quæ dicantur.*

9 *Tributum dicitur onus merè reale.*

10 *Vectigalia, collectæ, & pedagia, an poſſint per alios reges, quàm per Imperatorẽ de nouo imponi.*

11 *Neapolitanum regnum recognoſcit ſuperiorem; quia eſt feudum ſub eccleſia datum, & tota Sicilia eſt de patrimonio eccleſiæ.*

12 *Tributaria non poſſunt eſſe prædia in Italia, ſed in prouincia, ſic.*

13 *Imperium Romanum, hodie ceſſat.*

14 *Vectigalia hodie reges ſaltem de conſuetudine imponere poſſunt, & pedagia ſuis ſubditis, maximè in Italia.*

15 *Species in ſpecie ſua tantum operatur, quantum genus in genere ſuo.*

16 *Tributaria bona laicorum, ſi tranſeant ad eccleſiam, vel in clericos, tenentur ad illa tributa.*

17 *Onus impoſitum generaliter rebus, vt onus reale, tranſit cum onere ſuo, etiam ſi dictæ res & bona tranſeant in clericum vel eccleſiã. Secus, ſi tale onus ſit variabile & incertum.*

18 *Statutũ ponens vinculum laico ante clericatum, ſi poſteà factus eſt clericus, tale vinculum tranſit cum illo in clericatum.*

Conſilium XLVI.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. In Chriſti nomine, ac inuocata Spiritusſancti gratia. Pro prædictæ quæſtionis ampliori declaratione, quatuor dubia principaliter mihi videntur examinanda.

Primum dubiũ eſt, quòd proprio nomine appellari de iure debeat illa ſola facienda, quæ in conuentione prædicta vocatur taxa generalis.

Secundum eſt, cuius naturæ, & conditionis ſit prędicta taxa generalis.

Tertium, ſi Rex potuit de iure imponere dictum onus ſoluendi dictam taxam generalem.

Quartũ, poſito quod ſic, cui eccleſiæ, vel clerici, quos in bona prædicta laicorum in cataſtro poſita tranſlata fuerint, teneantur ſoluere illam taxam generalem pro rata poſſeſſionum per eos acquiſitarum.

Primũ dubiũ principale, quo ſ. pprio noĩe de iure appellari debeat illa taxa generalis, prius intelligẽdũ operæ pretiũ exiſtimaui quia niſi homo cognoſcat ſpeciẽ cõtractus, nõ pòt intelligere naturã eius, nec qualiter differat ab aliã ſpecie, vt pbatur in l. fi. & ibi hoc not. Bal. in primo notabili. ff. de condi. ob cauſam.

Diuerſa enim nomina in huiuſmodi materia reperiuntur. Sed omiſſis multis nominibus, pòt dici, quod
1 appelletur † tributum: quia illud eſt tributũ, qđ pręſtatur ratione ſoli a poſſidẽtibus, 23.q. . tributum. & in c.ſe in §. hinc datur intelligi. & no. gl. in l. 1. §. 1. in ver. pẽdeat. ff. de publica. quæ dicit, quod quotiẽs lex tractat de tributis, ponit de poſſeſſionibus & poſſidentibus, quæ coguntur ea præſtare, & eã ſequitur ibi Bar. & pbatur in l. 1. in fi. iuncta glo. in ver. poſſeſſiones. C. de exact. tri. li. 10. & notat Paul. de Caſt. in l. placet. C. de epiſ. & cle. Sed dicta taxa generalis pręſtatur p poſſeſſionibus: ergo pòt dici tributum. Itẽ pbatur alia ratione: Illud eſt tributũ qđ pſtat p poſſeſſione, certũ & nõ variabile. & ppetuũ, vt ſentit Spe. in ti. de cle. cõiug. §. ad huius aũt articuli euidẽtiã. in fi. & idẽ tenet Bal. in l. omnis. verſi ſed hic pòt dubitari. C. ſine cẽn. vel reli. vbi dicit, quod quãdo pro quolibet mãſo terræ ſoluunt 10. in perpetuum, dr tributum, ſicut quãdo de quinquẽnio in quinquẽnium prouinciales ſoluębãt ferrum vel aurum p pdijs tributarijs: allegat no. p gl. in
2 rub. C. de indictio. li. 10. † Collectæ vero dicunt, quãdo nõ habent certã regulã, ſed arbitrio ſuperioris imponunt, ſecũdum Spe. in d. ver. ad huius autẽ. Et hoc de tributo tenet Archi. & Io. An. in c. 1. de immu. ec. in 6. & Bald. in l. neminẽ. C. de ſacroſan. ec. & Pau. de Caſt. in l. placet. ante fi. eo. tit. q dicit quod de natura tributi eſt, quod ſit vniforme. Et hoc ẽt parebit eſſe verũ p ea, q dicunt in ſe. & in vltimo dubio principali. Sed dicta taxa gñalis fuit certa de ducẽtis & triginta milib. ducatorũ, & nõ variabilis, & in perpetuum ſoluẽda, vt patet ſuprà in facti narratione: ibi, quod ex tunc & in perpetuum numerus ſeu quantitas dictæ taxæ generalis cenſeatur certa & determinata, de communi concordia inuiolabiliter: ergo debet dici tributum.

Sed fortè poſſet circa hoc dubitari, quod imò non ſit certum, ſed variabile munus ſoluẽdi iſtã taxã, ex parte ſoluentium: quia ſolutiones ponuntur in cataſtro, & illi, q poſſident, & ſub cuius nomine ſunt poſitæ in

aſtimo,

æſtimo,ſoluunt quia æſtimum variatur propter mu
tationem dominij illarum poſſeſſionum: ergo vide-
tur munus incertum & variabile.
Sed poteſt dici eſſe certum,& nõ variabile,ex par-
te rei, ex qua fit ſolutio taxæ: licèt ipſum Regnum,
quod non uariatur.Item reſpectu taxæ,quę ſoluitur,
& reſpectu Regis recipientis:quod potius debet attẽ-
3 di,quàm ex parte dantis:† quia agens nobilius eſt pa
tiente,ſicut in ſimili dicimus, ꝙ prædicatum eſt no-
4 bilius † ſubiecto,vt not.glo.ſecundum Boetium in l.
ſemper § conductores.in ver idonei.ff.de iure immu
nit. Item etiam quòd ex parte omnium ſoluẽtium,
eſt certa taxa, & inuariabilis, licèt variatur quando-
que reſpectu certarum perſonarum particularium,
quæ alienant bona ſua,vt de ſe patet. Item quòd illa
5 taxa dici poſſit tributum, probatur † & alio modo:
tributum eſt illud, quod pro pace & quiete ſoluitur,
quia nos tueri & defenſari debet Princeps,perſoluen-
dum eſt,vt dicit Vrbanus Papa,& habetur 23.q.8.c.ſi
tributum.in fi. Sed dicta taxa generalis fuit impoſita
hac de cauſa, vt ſuprà patet ex facti narratione: ibi,
Eius maximum deſiderium & ſtudium erat regnum
ipſum in eadem pace conſeruare, &c. & ita ibi, & 2.
loco,vt poſſit idem regnum in pace perpetua retine-
re, & longè, quouſque hoſtes quouis modo illud in-
uadere,volentes propulſare &c. Ergo illa taxa debet
dici tributum.Item quia tributum pręſtatur in ſignũ
ſubiectionis,vt dixit Beatus Auguſt. ad Romanos ſu
per 13.cap. Et habetur in c.2.de cenſi vbi dicit: Om-
nis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit: &
vos ſubditi eſſe debetis. Ideo enim tributa præſtatis,
quia hæc eſt probatio ſubiectionis: & habetur etiam
11.quæſt.1.magnum & in c.ſolitæ,de maior.& obed.
& iſtud tributum eſt etiam illud, de quo fit mentio
in d.c.tributum, 23 q.8. Et ideo licèt tributum largè
6 dicitur, † quicquid tribuitur ſpecialiter,tamen illud
dicitur tributum,quod Principi tribuitur,vt dicit gl.
in rubr C.de an.& trib.lib.10. Itẽ probatur: illa enim
propriè dicuntur tributa, quæ taxa fuit impoſita ſub
ditis regno pro poſſeſſionibus, & fuit certa & perpe-
tua, & vt ſubditi in pace conſeruentur, & in ſignum
etiam ſubiectionis:ſequitur,ꝙ debet appellari tribu-
tum indictum rebus, vt dicam in ſequentibus, &c.
Cùm ergo dicta taxa generalis fuit impoſita ſubditis
regno pro poſſeſſionibus,& fuit certa & perpetua, &
vt ſubditi in pace conſeruentur, & in ſignum etiam
ſubiectionis: ſequitur quod debet appellari tributũ.
Sed vnum eſt, quod videtur facere dubium: quia
de natura tributi videtur eſſe, vt ſoluatur de fructi-
bus & vniformiter, vt dicit Ange.conſi.13.incipien-
te,In Chriſti nomine,Amen. Eccleſia non tenetur.&
Bald in l.pro locis.C.de anno.& trib.lib.10.& Pau de
Caſtr in l.placet, ante fin. C de ſacroſan.eccl. & hoc
videtur velle gl.in rubr. C.de anno.& trib lib.10. vbi
dicit, ꝙ tributum nomine prædij, præſtatur quanti-
tate frumenti,&c. vnde cùm in caſu noſtro non ſol-
uatur illa taxa de fructibus, ſed in pecunia,ſeu auro,
videlicet in ducentis & triginta milibus ducatorum
auri,videtur non eſſe tributum.Sed poſſet responde-
ri, ꝙ tributum poteſt eſſe etiam in pecunia, 23. q. 8.
tributum. & per gl.in rubr. C.de anno.& trib. lib.10.
ibi,vel annonam in ſpeciebus tributam, in pecunijs.
& idem vult Bart.in l.1.ver.10. patet exemplum.ibi,
& in omnibus legibus tractantibus de hoc tributo,
ſeu vectigali, quod ſoluitur in pecunia. C.de mulier.
& in quo loco lib.10.Et idem vult expreſsè Bal.in l.fi.
verſ.ſed hic poteſt dubitari.C.ſine cenſu vel reli. vbi
dicit, ꝙ ſi fiat ſtatutum, ꝙ pro manſo terræ ſoluan-
tur decem in perpetuum quolibet ànno, erit tribu-
tum, ſicut quod de quinquennio in quinquennium
prouinciales ſoluerunt aurum vel ferrum pro præ-
dijs tributarijs,vt no.in d.rubr.C.de indic.lib.10. Nec
obſtant allegata in contrarium quia concedo tribu-
tum eſſe etiam illud, quod ſoluitur de fructibus poſ-
ſeſſionum. vt not.glo.in dicta rubr.& Bart in d.l.1.in
penult.col. in principio.
Secundum dubium principale eſt,cuius naturę &
7 conditionis ſit dicta taxa generalis. Et primo † dico,
quòd eſt munus ordinarium, non extraordinarium,
quia ordinaria munera ſunt illa,quę habent certam
8 & ordinatam præſtationem. Extraordinaria † verò
ſunt illa, quæ per accidens quandoque inducuntur,
l.Scio.§.medico. ff.dę ann.leg. & l ſed & ſi per præto-
rem.§.ſi feriæ. ff.ex quib. cau. maio ſecundùm Guil.
de Cu. qui ita not.in l neminem. C.de ſacroſan eccl.
quem ſequitur Bald. in d.l.1. in princ C.de mu. & in
quo loco.lib.10. Et idem tenet Cyn in l.placet.in 1.q.
C.de ſacroſan.eccl. & Albert.de Roſa. in ſuo tractatu
de mun.& hono. in verſi. alij circa munera patrimo-
nialia dicunt,&c.& Bald in l.ſi circa med.in verſ ad-
uentus tamen. C.ſine cenſu vel reli. Et idem vult Sa-
9 lic.in l.placet. C.de ſacroſan.eccl. & vbi † dicit,quòd
dicitur munus ordinarium, puta, quando ſingulis
menſibus ſolueretur certum quid,ſine temporis pre-
finitione.ſed ita eſt in caſu noſtro.ꝙ dicta taxa habet
certam & determinatam præſtationem, ſecundum
temporis conditionem: ergo eſt munus ordinarium.
Item probatur ſimili ratione.Illud dicitur munus or-
dinarium,quod poteſt prouideri. Et illud dicitur ex-
traordinarium, quod propter ſarcinam repentinam
inducitur,& prouideri non poteſt, vt colligitur in l.fi.
C.de indict.lib.10.ſecundum Bald. ibi. Sed iſte eſt hu-
iuſmodi: ergo,&c. Item probatur alia ratione: Nam
quando legibus vel Senatuſconſulto,vel per Princi-
pem imponitur aliquod onus, illud dicitur ordina-
riũ,vt not.Bar.in d l.1.C.de mu & in quo loco. lib.10.
in l.1.C.de agric.& cenſi.lib.10. & in l 2.ff.de iure im-
mun.& in l.licet alio.§ mercatores.ff.de pub.& idem
ſi imponeretur à ciuitate:ſecus,ſi à prioribus,vt no Bar.
in d.l.2. & ideo cum dictum munus ſit impoſitum à
Rege in regno ſuo, & quodam alio per viam contra-
ctus,qui vicem legis obtinet, vt l pen.C de don.inter
vir.& vxo. dicitur munus ordinarium,vt vult glo in
l.placet. in ver.illa nouem, quæ exponit ordinarium
tributum.C de ſacroſan.eccl & ita vult etiam Anto.
de Butr.in c.non minus. verſ. quædam ſunt munera.
de immun.eccle. vbi dicit,ꝙ munera ordinaria ſunt
quæ certum ſunt, vt tributa, & cenſus certi. Idem te-
net Sal.in d.l.placet. in prin ibi,aut ſunt merè realia,
vt tributa.& idem tenet Pau de Caſtr.in d l.placet.in
1.col. qui dicit tributum eſſe munus ordinarium.
Cùm ergo illa taxa ſit tributum, vt dixi in primo
dubio principali, & habeat certam & determinatã
ordinatam & perpetuam præſtationem,& a Rege ſit
impoſita: ſequitur,ꝙ debet dici ordinaria. Secundo
principaliter dico, quòd iſta taxa generalis eſt merè
realis, quia dicitur impoſita principaliter rebus, &
nõ perſonis:quod probatur ex modo & forma impo-
ſitionis dictæ taxę generalis. Nam ſi Rex vel Impera
tor ordinat vel mandat, ꝙ talis prouincia mittat ſi-
bi mille marcas argenti, quaſi onerans locum & to-
tã prouinciam, videlicet res,quę ſunt in ipſa prouin-
cia, hoc committat, & ideo tunc omnes poſſeſſores
dictæ prouinciæ tenentur contribuere,licèt non ſint
ciues vel incolæ: quia iſtud onus videtur magis im-
poſitum rebus quam perſonis. facit l.forma. §.ſi verò
agrum. ff.de cenſi. Sed ſi Imperator vel Rex ordinat
vel mandat, ꝙ Lombardi vel Tortonenſes mittant
ſibi mille marcas, & ſic perſonis prioribus, quas vbi-
que habent, videtur facta impoſitio: tunc ſoli ciues
& incolæ

& incolæ illius ciuitatis, vel ꝓuinciæ,& nõ alij poſ-
ſeſſores, tenẽt & ita intelligi poteſt gl. in l. in dictio-
nes. C de an. & trib.lib.10.ita dicit eleganter Alb. de
Ro.ĩ ſuo trac.de mu.& ho.in 12.col.i uer.qa & aliud
patrimoniale munus.ibi,cõſiderari tñ debet. & ĩ 23.
col. uer. diſtin. prædicta. Et idem tenet Saly. in rep.l.
ſcripto in §.ſciendũ.in 7. col.ver.ſed prout debere at
tẽdi modũ indictionis.Sed ĩ caſu nr̃o,ſi cõſideramus
formã impoſitionis dictæ taxæ gñalis, fuit impoſita
regno,& nõ regniculis,ut patet ĩ ea ibi,ꝙ extũc in an
teã regię curiæ deberẽtur annuatim ꝑ ipſum Regnũ
ducati ducẽti & triginta milia.& licẽt illa taxa fuerit
promiſſa ꝑ ſubditos ipſi regi,& ſic fuerit perſonalis,
quo ad promittentes, vt Inſti.de act.§. 1.tamẽ reſpe-
ctu formæ impoſitionis dicẽt fuiſſe impoſita regno,
& nõ ſubditis i regno: ergo illa taxa debet dici merè
realis,nõ autẽ perſonalis, uel miſta.Item hoc proba-
tur,quia de natura tributi eſt,ꝙ ſit merè reale, vt per
glo.in ru. & in nigro,C. de an.& tri. li.10.Et ita tenet
An.de But.in c.nõ minus.in ver.quędã ſunt munera
ordinaria,de im. ec. & Saly. in l. placet. de ſacroſan-
ctis eccle. poſt mediũ,ibi aut ſunt merè realia & idẽ
vult ibi Pau.de Caſtro, & idẽ vult Saly. in l. neminẽ.
eo.ti.ibi,onera autẽ merè realia, ut tributorũ. Et idẽ
tenet D. An.in quodã ſuo conſilio, quod incipit, in
nomine patris & filij, & Spũs ſancti, Amẽ: Chinellis
quidã alias, Ad laudẽ Dei & beati Antonij,in prin.&
ibi dicit,quædã ſunt munera mere realia & ordina-
10 ria,q̃ rei imponũtur vt tributa.Et † ꝙ tributũ ſit onus
mere reale,tenet Fed.de Senis in cõſi. 73. incip. Lai-
cus de prædio ſuo.& ita tenẽt cõiter docto.tributa eſ
ſe onera merè realia. Tertiũ principale dubium fuit,
an Rex Neapolis potuit de iure imponere ſubditis
ſuis dictũ onus ſoluẽdi omni anno in perpetuũ dictã
taxã generalẽ? Primo videtur dicendum quòd non
11 ratione ipſius Regis imponentis: quia huiõi † gra-
uamina, vt ſunt collectæ pedagia vectigalia, & ſi-
milia,nõ poſſunt imponi,niſi ꝑ Imperatorẽ.nõ aũt ꝑ
reges inferiores ab imperatore, vt in ca.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea.de ver. ſi. ibi, quæ no apparet impe-
ratorũ vel regũ.ſ. Romanorũ, nõ aliorũ regũ, ſecũdũ
quod exponit & intellexit ibi Hoſt.& Io.An.In.& idẽ
tenet Car. & Ab. in cle. 1. in ver. notabili, & plenius
verſic.2.q.de cen.& ita videtur eſſe intelligẽdum ca.
innouamus. ibi, regum & principum. de cenſi. & ita
tenet Bal. in l.placet.C. de ſac.ſan.ec.& Bart.in l. ve-
ctigalia.C.no.vec.imp.nõ poſ.in ver.3. quæro. in rep.
quę ſibi aſcribatur. vbi dicit,ꝙ Rex,vel baro. ĩ regno
ſuo non pot imponere pedagiũ, vel nouũ vectigal,
qa eſt de reſeruatis principi: & ibi,& l.nõ ſolẽt eo.tit.
ergo cũ ſibi reſeruauerit videt̃ alijs ademiſſe, l. apud
Iul.§.de le.r.& l.cũ ita. ff.de cond. & demon. Nec eſt
verũ dicere, ꝙ hodie in regẽ ſit collata omnis pote-
ſtas Imperatoris,l.2.§. nouiſſimè. & §.minutio. ff. de
ori. iur. & pręſertim in Ferdinando Rege Neapol.
gelus in l. per hanc. C. de tempor. appellatio. Bal. &
Imola in l. ſi quis filio. §. his autem. ff. de iniuſto rupto
& irrito teſtamento. facit quod not. dominus Anto-
nius in c. cum ſuper. de re iudicata. vbi dicit quòd ter-
10 tius comparens † pro intereſſe ſuo, poteſt ſemper ap-
pellare. Facit quod not. Angelus in lege, quidā con-
ſulebāt. ff. de re iudicata. vbi dicit, quod exceptio de-
11 clinatoria † omiſſa à partibus, poteſt opponi per ter-
tium, pro ſuo intereſſe. & quoniam, vt prędixi, iſta
non fuit citata, quando imponebatur, quod ipſo fa-
12 cto † expelleretur: re vera tale præceptum præſuppo-
nēs falsò, eius dolum dēt de facto relaxari, ex quo ap
paret eam non fuiſſe in dolo, nec in contumacia: qa
per hanc notoriam iuſtitiam reuocari debet illa in-
terlocutoria: vt notat Innocentius in capitulo. 2. in
fine, de purgatio. vulga. & dominus Abbas in c. frater
nitatis. de frig. & malefic. Facit textus in lege, Titia-
13 nus. ff. quòd cum eo. vbi iudex † ex cauſa noua poteſt
reformare ſentētiam ſuam: & ipſum notat Bartolus
in l. tertia. C. quomodo & quando iudex. Sic ſenten-
14 tia lata † ex falſa cauſa, eſt nulla, l. diuus. ff. de re iudica
ta. c. licet cauſam. de ꝓbationibus. l. cùm verò. §. ſub-
uentum. ff. de fideicommi. libertatibus. capitu. in præ
ſentia. & ibi Imola de probat. & non ſufficiebat deli-
ctum Thomę, ſi delictum dici meretur: quia ipſa non
citata, non debuit ſpoliari. nam propter appellationē
15 factam à ſententia veſtræ reuerentię, eſt ſuſpenſa † om
nis præſumptio pro ſententia: vt nota. in dicto c. in
præſentia. l. ventri. §. finali. & ibi Bartolus. ff. ad Sylla.
omnes in capitu. quoniam contra. de appellationib.
vnde poſſeſſio ſua propter dictam ſententiam ſuſpē-
ſam per appellationem non debuit turbari: cum pen
dente appellatione nihil eſt innouandum vnde pote
rat ipſi Thomæ præcipi, ne ab ea exigeret debitum.
Sed quòd ipſa bona fide ſibi iuuata ex ſola ſententia,
alio errore non præcedente debuerit expelli, nō fuit
iuridicum, ſed excuſatur reuerentia veſtra: quia cre-
debat ipſam contra prohibitionem eccleſiæ nuptijs
conſenſiſſe. quod etiam ipſe putabam, quando in alle
gationibus tentaui de ſeparatione ad impediendum
matrimonium. Sed detecta veritate, debet tale præ-
ceptum relaxari, iuxta c. veritatem. octaua diſtinctio
ne. immò etiam ſi Thomas fuiſſet excommunicatus,
non erat ipſa ſpolianda iure ſuo. c. quoniam. vndeci-
ma quęſtio. tertia. quod non apparet: & poſtquam de
prædictis cōſtiterit reuerentię veſtrę ad hanc relatio-
nem, quòd aliqua ſolennitas adhibeatur: quia cōtra
non citatum eſt de facto erratum: debet error reuo-
cari alio non citato qui cauſam dedit errori. vnde di
cit Innocentius in c. querelam. in fine. ſecunda col.
16 de electio. quòd † poſſeſſio data de facto, poteſt de fa
cto reuocari, nō vocato poſſeſſore. Sequitur Baldus
in l. ſi pacto quo pęnam. C. de pactis. & in l. ſecunda in
vndecima col. verſiculo, quarto quarto ſi iudex. C. de
ſeruituti. & aq. & dicit Abbas in c. quia clerici. de iu-
17 re patronatus. quòd clericum † notoriè intruſum, po
teſt ipſo non citato ſpoliare. & dicit Petrus de Ancha
rano conſilio decimooctauo incipiente, Dominus
18 noſter. in fine, ꝙ executor qui poſuit † de facto quem
in poſſeſſione beneficij, debet eum de facto remoue
re. & idem Petrus conſilio centeſimo octuageſimo
19 quarto, dicit quòd iudex ſecularis, qui de † facto iudi
cauit contra clericum cōuentum, poteſt de facto ſen
tentiam retractare. & dicit Ludouicus Romanus in
l. ſi minor. ff. de action. & oblig. & conſi. vndecimo.
20 † quòd citatio facta die feriata pōt die feriata reuo-
cari. Et dicit Calderinus in conſilio, quod captus ne-
21 mine citato, † nemine citato eſt relaxandus. ex qui-
bus patet reuerentiam veſtram debere de plano rela
xare innocentiam ipſius Thomæ, & pœnam: quia
iſta præiudicant ipſi dominæ Luciæ innocenti, &
mandare poteſt ipſi Thomæ, vt non exigat debitum,
vt iura volunt.

Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

LOCANS pratum ad affictum pro annuo redditu, & poſtea vendens, an poſſit emptor prati capere fructus: an vero conductori competat ius colligendi fructus, & rixa proueniens pro conſeruatione fructuum ex parte conductoris, imputetur ſibi ad culpam, & dato quòd imputetur, vtrum per teſtes liquido conſtet de culpa, vel dolo in proceſſu.

SVMMARIVM.

1 *Tradidit, & vendidit, per iſta verba in inſtrumento venditionis dominium transfertur, cum ſuis pertinentijs immediatè in emptorem. Nec requiritur alia poſſeſſionis appræhenſio.*

2 *Conſtitutio transfertur naturalis, & ciuilis poſſeſſio, & non requiritur alia appræhenſio.*

3 *Poſſidere non dicitur colonus, ſed dominus.*

4 *Contractus ſimpliciter factus, & ſine vlla conditione ſimpliciter, & purè intelligi debet.*

5 *Contractus perfectio emptionis, & venditionis, cōſiſtit in ſcriptura.*

6 *Locatio expirat per venditionem ſimpliciter factam, niſi pactū aliter fiat præſente conductore.*

7 *Paciſci alteri nemo poteſt.*

8 *Teſtium varietas, infringit dictum eorum.*

9 *Allegare non ſufficit, niſi probetur.*

10 *Turbato de facto, licitum eſt incontinenti reſiſtere, & ſi verba non ſufficiunt, etiam per vim defendere bona.*

11 *Vim vi etiam clericis eſt permiſſum expellere pro conſeruatione rerum ſuarum.*

12 *Conceſſo vno, conceſſum cenſetur totum id, ſine quo illud expediri non poteſt.*

13 *Dolorem iuſtum temperare in prouocato difficillimum eſt.*

14 *Defenſio vt dicatur facta cum moderamine inculpatæ tutelæ quæ requirantur.*

15 *Poſſeſſionem rei naturalem tantum habens, & nō ciuilem, non poteſt incurrere pœnam l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.*

16 *Defenſionis cauſa geſta, nō habent culpam, etiam ſi modum exceſſerint.*

17 *Metus & rixa inſtantis periculi, tollit ſpatium conſultæ deliberationis.*

18 *Iracundiæ incenſo calore motus homo nō eſt in plenitudine ſui intellectus.*

19 *Motus violentus corporis ad offenſam, non poteſt menſurari.*

20 *Statutum permittens bānitum impune occidi, intelligitur etiam quod poſſit occidere: quia non eſt in poteſtate percutientis motum temperare.*

21 *Offenſus ab aliquo, qui poſtea fugit, ſi reaſſumptis viribus currat poſt fugientem, & eum occidat, non tenetur de homicidio.*

22 *Fraus cognoſcitur ex coniecturis, & fraus prodeſſe non debet.*

23 *Teſtis ita punitur de falſo, ſi verum taceat, ſicut ſi falſum deponit.*

24 *Teſtis corruptus, etiam ſi verum dicat, nō probat.*

25 *Occidendi animus cognoſcitur ex loco & re, in quibus quis eſt percuſſus.*

26 *Teſtis, qui factum obſcurè narrat, & implicat cō tradictionem, non probat.*

27 *Teſtibus contrarijs attendi debent, qui veriſimiliora dicunt.*

28 *Teſtes negantes in criminalibus, præponuntur teſtibus affirmantibus, etiam dignioribus negātiū.*

29 *Teſtium minorum numero fide dignorum magis creditur, quàm maiorum numero vilium.*

30 *Iudex in criminalibus ſi dubitat per coniecturas probabiliter quid faciat, & eſt aliqua præſumptio pro reo, non debet eum condemnare.*

31 *Iudex, cui plene in ciuili de debito conſtat, & ſemi plene de ſolutione per unum teſtem idoneum, elidit illa plena probatio per ſemiplenam.*

Conſilium L.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.

Viſo proceſſu, & teſtibus pro vtraq; parte examinatis in cauſa criminali, quę vertitur inter Ioannem de Bonamentis, & Iacobum Cremonenſem eius famulum, ex vna parte, ſeu eorum procuratores, & Antonium de Furlanis, & fratres, ac quoſdam alios accuſatores ex altera, & conſideratis omnibus & diligentiſſimè ruminatis ad oſtendendum manifeſtiſſimam innocentiam dicti Antonij, & aliorum, videntur tria breuiter eſſe conſideranda. Primò, vtrum Antonio & fratribus competat facultas de iure colligēdi fructus prati, de quo in accuſatione. Secundo, vtrum rixa conueniens pro cōſeruatione fructuum, imputetē ſibi ad culpā. Tertio poſito, ſed nō cōceſſo, ꝙ imputetur, vtrū p teſtes liquidò cōſtet de eorū culpa.

Ad primum videretur dicendū prima facie, ꝙ dñs Antonius nō potuerit colligere de iure eo tēpore fructus prati, ex eo, q̃a vēdēs pratū, ꝙ locauerat ad affictū Ioāni de bonamentis, expreſſit ꝙ teneret pſens locatio pro iſto anno, antèq̃ caperetur alia poſſeſſio prati quod probatur per teſtes. Nec obſtat ꝙ in inſtrumento hoc ſcriptum nō ſit: q̃a ſufficit, ꝙ ſolo verbo dicatur: vt eſt in lege, emptorē. C. locat. ex quo ſequitur, ꝙ colonus habuit iuſtā cauſam colligendi fęnū. & ideò ſibi cōpetit interdictū de vi & vi arma. per textum in leg. colonus. ibi, niſi ꝑpter iuſtā & ꝓbabilem cauſam. ff. de vi & vi armata. Sed iſtis nō ob. cōtrariū puto verius, videlicet ꝙ ipſi Iacobo cōpetebat facultas de iure colligēdi fructus dicti prati. & cōſidero verba inſtrumēti vēditionis, puta ſimplicia, & nō ꝯditionalia: ex qb. ꝑgnāter daē facultas & libertas omnimoda capiēdi dictos fructus ſine aliqua ꝯditione. Sed dr̄

tradidit,

1 tradidit,vēdidit.ex quo ſequitur,† ꝙ dominium fun-
di iā pertinens immediatè fuit tranſlatum in empto
rem,vt latè per Baldum in rubrica. C. de contrahen-
da emptione.in decima nona quæſtione.& nō requi
rebatur alia apprehenſio tenutæ, quo ad reddendum
ius emptoris fortius: quia in inſtrumento venditor
conſtituit ſe procuratorem in rem venditam.& ideò
2 per † tale conſtitutum trāſfertur poſſeſſio naturalis,
& ciuilis: & non requiritur alia apprehenſio, vt no-
tat Bartolus in lege,quędam mulier. ff. de rei vendi-
catione.& Angelus in lege ſecunda. C. de acquiren-
da poſſeſſione.& Imola poſt gloſſam in c. a.in penul
tima col. de conſuetudi. & dominus Antonius de
Butrigario.conſ.trigeſimonono,quod incipit, caſus
emphyteota,&c.& in c.ex literis. de fide inſtrumen-
torum.& Ioannes Andreas in additionibus Specula
toris de emptione & vēditione.§.1. verſiculo,hoc eſt
ſciendum.in additione,quæ incipit, hic dubitauit &
Imola, & Romanus in lege prima. §. per procurato-
rem.ff.de acquirenda poſſeſſione. Et probatur in le-
ge,quod in eo,eodē titulo, dummodo tempore cō-
ſtituti cōtractus vendens poſſideret.& ita erat hic q a
colonus non dicitur poſſidere,ſed dominus. lege pri
ma.C.cōmunia de vſucapionibus.lege prima.§.dece-
ciſſe.& l.fi.ff.de vi & vi armata.lege, nō ſolet. cum ſi-
3 milibus.ff.locati.& ideò ſi†dominium & poſſeſſio ci-
uilis & naturalis, propter plenitudinē verborum in-
ſtrumenti, erat tranſlata penitus in emptorem: non
in diem,non ſub conditione, non implicitè: merito
ad eum pertinebant iſti fructus. & illa multum fun-
dant demonſtrationem innocentiæ ſuæ. Nō obſtat
quod in contrarium adducebatur de exceptione fa-
cta in voce:quia reſpōdetur dupliciter. Primò, ꝙ nō
eſt ſufficienter probata:quia ad oſtendendum, quòd
inſtrumētum recipiat aliquem intellectum : oportet
probare,ꝙ ille intellectus ſeu illa reſeruatio extrinſe
ca fuerint facta tempore confecti inſtrumēti. nec ſuf
ficit tractatus præcedens:quia per actum purè & ſim
pliciter factum,ſi nō replicatur cōditio, nō videt̄ de
ipſa illa vice cogitatum.c.de illis. in fine. & ibi gloſſa
penultima & vltima,de condition. apposi.

Teſtis autem dicens tunc fuiſſe dictum de hoc, nō
probat.Nam Iacobus de Ciarlono primus teſtis, p̄tē-
dit commodum ex ſuo teſtificatu: quia alias teneret
cōductori actione ex locato,vt notāt gloſſa, Baldus,
& Salycetus in d. l. emptorem. & probatur in l.ſi fun-
dus.ff.locati.& ideò redditur ſuſpectus. l. omnibus.l.
nullus.ff.de teſtib.& ēt dicit ipſemet, ꝙ tempore con-
fecti inſtrumenti, de hoc nihil fuit dictum. & ideò im
putetur,ꝙ hoc non replicauit in confectione inſtru
menti, l.veteribus.ff.de pactis,l. quicquid adſtringen-
dæ.ff. de verb.oblig. Nam contractus ſimpliciter fa-
ctus fuit,nulla conditione ſcripta,vel non ſcripta,nō
4 appoſito die vel tempore. & ideò ſimpliciter † debet
intelligi.l.de pretio.ff.de publicia. c.ſi romanorū. de-
cimanona diſt.& in oblig.de præſenti, vbi non poni-
tur dies,ſtatim debetur.l.in cōtractibus. ff. de regulis
iuris. Alius teſtis Io.Barth.vt de ſe patet,non conclu-
dit: quia verba ſua non denotant aliquam claritatē
pacti:vnde omnino Salycetus in l.emptorem.verſicu,
lo,quæro.cum glo.C.locati. Alius Teſtis ſcilicet To-
leninus, remanet ſingularis, & dicta iſtorum duorū
non vrgent: quia non audiuerunt hoc in perfectio-
ne contractus,vt atteſtatur ipſe vendens,quod eſt ne-
ceſſarium,vt plenè per Bal. Angelum,& Imolam in l.
ſiquis. ff. de verborum obligationibus. & Bartolum
& doctores in lege,pactum nouiſſimè. C.de pactis.&
5 †perfectio contractus emptionis,conſiſtit in ſcriptis,
Inſtitu.de contrahenda emptione.in principio.

Secundò reſpondetur, ꝙ poſito, ſed non conceſſo,
ꝙ iſtud pactum interuenerit: tamen nihil prodeſt cō-
ductori. Et oſtenditur,quia facta venditione ſimplic
ter, locatio expirat.dicta l. emptorē. niſi pactum fiat
6 præſente cōductore,& † ſic fuit in eius abſentia. imò
ex eo non quæritur ſibi ius.c. ſi tibi abſenti. de p̄bēdis,
in ſexto.l.qui abſenti. ff. de acquirenda poſſeſſione.l.
7 abſenti.ff.de donationibus.& nemo†poteſt alteri pa
ciſci.§. alteri. inſtitu. de inutili. ſtipulationibus l. ſti-
pulatio iſta.§. alteri. ff. de verborum obligationibus.
& ſic ante conceſſionem non competebat ius con-
ductori ad iſtud interdictum de vi armata. propterea
vt dicitur in allegationibus mihi traditis,teſtes depo-
nentes ſuper exportatione herbæ ſunt contrarij . ali-
qui dicunt,ꝙ omnes accuſati exportarunt: alij quoſ
8 dam† excipiant de accuſatis. & iſta varietas infrin-
git dicta teſtium.l.qui falſa,vel varia. ff.de teſtibus.&
notat Bart.in l.eos.ff.ad l. Cor. de falſis. & ideò teſtis
variando in vno c.reddit totum dictum ſuum nullū,
ſecundùm Imolam in c.fraternitatis . de hæreticis. &
Oldradus cōſi. trigeſimoſexto incipiente , ad primā
quæſtionem.& Speculator in titulo de teſte.§.1.verſi
culo,item ꝙ ſi aliquid.& Bal.& Salycetus in l.ſi ex fal
ſis.C.de trāſactionibus.& ex iſtis pro certo ſine ſeru-
pulo demonſtratur,ꝙ iſti fratres de Furlanis accuſa-
ti , tanquam habentes plenum dominium in prato,
potuerunt colligere dictos fructus . & nō eſt verum,
ꝙ ſuper hoc ſcilicet de prorogatione locationis, fue
rit aliquid determinatum per alium iudicem , prout
mihi præſuppoſitum eſt pro vero . Verum eſt , quòd
9 ipſi†accuſantes allegant in proceſſu, ſed non probāt,
& hoc non ſufficit:vt dicit gl.in l. 1.in verſicu.feciſſe.
ff.ſi quadru pau.feciſ.dic. & in c.non eſt. in verſiculo,
dixerunt.de crimine falſi.& in l.etiam.in verſiculo di
cere.ff.de minoribus. & in cap. cùm contingat.in gl.
finali,de decimis.& in l.1.verſiculo, dolo malo. ff. de
dolo.cum concordantijs.

Sit ergo firmandum hoc fundamentum pro po-
tiſſimo , ad oſtendendum innocentiam iſtorum,ad
quam clarius deſcendo,& aſſumo ſecundùm dubiū,
vtrum rixa eueniens pro conſeruatione ſuarum re-
rum, imputetur iſtis accuſatis . Et prima facie videre-
tur ꝙ ſic,propter regulas generales.quæ volunt nemi
ni licere omiſſa via iuris,ius ſibi dicere: vt l.1.C. ne q̄s
in ſua cauſa. & non licet rem etiā propriam per vim
inuadere.l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.l.extat.ff.quod
met.cauſa.c.cum,qui.de prob.in ſexto.c. placuit.ſex-
decima q.6.Item,quia ipſi Antonio videtur imputan
da rixa: quia non prouocatus à Ioanne de bonamen-
tis,qui benigniter ſibi reſpondit , Interrupit exporta-
tionem fęni,ex qua inchoata eſt rixa,& ideò qui cau-
ſam propinquam dat,punitur vt faciens.c.de cętero.
cum gl.de homicidio.meritò actus ſociorum ſibi im
putatur.c.ſicut dignum.de homicidio.& eodem mo
do alij opem præſtantes videntur teneri. leg. is, qui
opem.ff.de furtis.plenè Angelus in l.1. C. de Nili ag-
geribus non rumpendis.Salycetus in l. 1. C.de rapto
ribus virginum.etiam ſi illi adſtantes nihil fecerunt,
dummodo ex eorum præſentia inſultatus efficiatur
timidior,& inſultans audacior. ſecundum Innocē-
tium in c. continentiam. de clerico percuſſo. & Bal.
in l.data opera.in nona col.C. q̄ accuſa. non poſſunt.
& in l.1.poſt principium. C. de ſeruis fugitiuis . & Pe-
trus de ancharano in regula acceſſorium. in 6. char.
de regul.iuris,in ſexto.& Albericus in ſecunda parte
ſtatutorum,q 38.& Bal.in le. non ideò. in penultima
col.C.de accuſati.& Imola in cap.petitio.de homici-
dio. & dominus Abbas in c.ſignificaſti , el ſecundo.
eodem titul.Item.quia colonus ſciens non eſſe fini-
tum tempus locationis,excuſabatur, ſi inſiſtebat poſ
ſeſſioni.l. colonus. in fine. ff. de vi & vi armata.ex q̄-
bus videtur accuſatis debere imputari rixa eueniens.
Sed iſtis non obſtantibus cōtrarium puto veriſſimū
& indubitatum.

& indubitatum.& ſi verum eſſet,quod eis opponitur,
ſcilicet quòd percuſſiſſent, &c. quod non cõſtat nec
concedo,adhuc dico quòd deberent abſolui tanquã
innocentes:& moueor primò per regulam notabilẽ
10 quę vult,quòd quando dominus †fundi turbatur de
facto,& auferuntur ſibi fructus: eſt licitum inconti-
nenti reſiſtere.& ſi verba nõ ſufficiunt etiam per vim
defendere bona: vt eſt tex.cum gl.in c.1. §. ſi quis ho-
minem.de pace tenenda. & expreſsè notat Bartolus
in l.ſurem.ff.de ſicarijs. & in l. itaque,in principio. ff.
ad legem Aquiliam. & in l. 1. C. vñ vi. & ibi Baldus,
11 Angelus ,& Salycetus. Imo etiam clericis † eſt per-
miſſum pro conſeruatione rerum ſuarum expellere
vim vi: vt eſt caſus in c. olim.el primo.de reſtitutione
ſpoliatorum.& in c.dilecto.in fin. & ibi gl. de ſentẽtia
excommunicationis,in ſexto.& gl.in c.primo, in ver
bo,hactenus. vigeſimatertia quæſti. octaua. & in §.1.
in verbo,ſugiens.vigeſimatertia q.tertia. & notat In-
nocẽtius in c. niſi cum pridem.in decimaquarta col.
de renunciatione.& gl.in c.ſignificaſti.el ſecundo.de
homicidio. Nec obſtant doctores , dominus Anto-
nius,& dominus Abbas in c.interfeciſti.per illum tex
tum,de homicidio,cum alijs quæ in contrarium ad-
duci poſſent,quia ſi permittitur expellere vim vi,cer
te illud,quod inde ſequitur , nõ debet imputari:quia
12 vno †conceſſo , cẽſentur concedi ea , ſine quibus il-
lud expediri non poteſt. c. propterea. de offi.delegati.
l.ſecunda.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Mo
do in propoſito iſti fratres de Furlanis,videntes ſe tur
bari in poſſeſſione prati,non animo rixandi, non do
lo , non inſtigante diabolo , ſed inermes ſecundum
omnes teſtes,acceſſerunt ad locum intendentes bo-
nis verbis turbatorem poſſeſſionis remouere & reti-
nendo fęnum , non auferretur, primus & principalis
actus rixæ proceſſit à Ioanne de bonamentis:quia fa-
cienti rem licitam , ſcilicet retinendo fęnum ſuum,
ſimpliciter intulit percuſſionem in cupa cum vno
palo,ex quo apparet quòd intendebat per vim com-
peſcere illos de Furlanis,& violenter auferre fructus
ſuos. Nec timebant alios adſtãtes:quia vt infra oſtẽdã,
bene certus erat,quòd nõ erat ibi animo opem pręſtãdi:
ſed ipſe cum ſuis famulis cępit offendere Antonium
intendens vim inferre ſibi & fratribus.Si ergo fratres
Antonij commoti cęperunt violenter illis reſiſtere,
aggrauando pugnis:non videntur culpabiles,tanquã
moderatæ conſeruationi rerum ſuarum inſiſtendo,
13 & prouocati iuſto dolore,quem † temperare difficili
mum eſt.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores.
ff.de adulteri. & iſtud primum fundamentum breui-
ter intendit hoc,quòd iſti potuiſſent accedere opina-
ta manu ad reſiſtendum violẽto turbatori rerum ſua-
rum,& fuiſſent excuſati.ergo multò fortius excuſari
debent,ſi non irati,non dolo,ſed tanquam ſimplices.
confidentesque in verbis prouocati mouerunt ma-
nus,dubitantes ne eis grauiora inferrentur,quæ expe
14 ctare non turbantur:quia ſufficit ad primum † ictum
repercutere ad hoc,vt defenſio dicatur cum modera
mine Inculpatæ tutelæ,vt notat gl.magna in c. ſigni-
ficaſti.el ſecundo , de homicidio. & omnes doctores
in l.1.C.vñ vi. & plenè Salycetus in l. ſi quis à ſe fun-
dum.C.eodem titulo.& iſtud fundamentum appen-
ſate & eleuato intellectu, cõtemplet dominus habẽs
iudicare: quia deducet realiter ad viam clariſſimæ
iuſtitiæ. Secundo moueor , per ea quæ notat Petrus
de Ancharano,dominus Antonius, & dominus Ab-
bas in c.primo.de immunitate eccle.vbi dicũt , quòd
ille,qui habet ius in aliqua re,puta ſeruitutẽ,vel aliud,
ſi impediatur ab aliquo obſtaculo, puta ſi quis feciſ-
ſet murum vel ſepem ne re vteretur: poteſt violenter
irruere,& frangere obſtaculum , etiam ſi alius reſiſte-
ret:per dictum c.olim.& c.ſignificaſti. Ita in propoſi-
to impediebantur iſti in colligendis fructibus & aufe
rebantur eis. merito excuſatur Antonius ſi proiecit
fęnum ad terrã quaſi volens remouere obſtaculum.
Facit quod notat Bartolus in l.1.§. hoc interdicto.ff.
de itinere actuque priuato.vbi dicit, quòd ſi in collegio
vel capitulo adunato aliquis vult ſe intromittere: poſ-
ſunt illi de collegio per violentiam eum expellere.
Facit, quod notat Speculator in titulo , de locato.§.
nunc aliqua. verſiculo quadrageſimooctauo.vbi di-
cit , quod habens naturalem poſſeſſionem , etiam ſi
15 non habet †ciuilem,non poteſt incurrere pęnam l.ſi
quis in tantam. C. vñ vi. quod eſt bene notandum,
& expreſsè not.d.Anto.& dominus Abbas in d. c.pe-
nultimo,de immunitate eccleſi. dicentes , quòd ha-
bens actionem hypothecariam , vel aliam ad conſi-
guandam rem,bene punitur.vt l. extat. & dicta lege,
ſi quis in tantam . ſed habens poſſeſſionem alicuius
iuris,puta vſusfructus.poteſt violenter remouere ob
ſtaculum : quia non vult conſequi aliquid nouum
propria authoritate,vel ſibi ius dicere: ſed ſolùm ius
ſuum & poſſeſſionem defendere, quod eſt licitum:
vt in iuribus præallegatis.

Tertio ad defenſionem iſtorum , allego textum in
terminis iuncta gl.per quem punctualiter determina
tur iſta q.tertia l. cùm fundum. in verbo , emptorem
quoque.ff.de vi & vi armata. vbi expreſsè habetur, quòd
emptor fundi, qui expellit per vim,armata manu co-
lonum ex fundo, non tenetur interdicto vnde vi. nec
imputatur ſibi inſultus , quando non ex interuallo,
ſed incontinenti turbatus in poſſeſſione ſe defendit:
& ita propriè erat hic : quia eodem tempore,eodem
inſtanti , in quo Ioannes de bonamentis conabatur
expellere emptores,ipſi ſe defenderunt tũ pro ſecurita-
te perſonarum: tum pro ſecuritate rerum & poſſeſ-
ſionis, & per illum tex. valde clarè apparet de iuſtitia
ipſorum : quia excuſarentur etiam ſi animo rixandi
acceſſiſſent.quod tamen non fuit.

Quartò conſiderãdum eſt, quòd quicquid dicitur
fuiſſe factum ab iſtis de Furlanis, fuit factum culpa
Ioannis de bonamentis : quia non debebat incipere
à percuſſione, licet etiam iſti de Furlanis proiecifſent
fęnum in terram, propter hoc non intendebant ſe-
cum rixare, nec ipſi de hoc cogitare poterãt . Quod
autem cœperit percutere fuit expreſsè prouocare
iſtos accuſatos,& ſi quid ipſi fecerunt,fuit mera & na
turalis defenſio : quia dubitabat ne ille cum famulis
faceret ſe fortiorem.& ideò geſta ſe defendendo , nõ
habent culpam , etiam ſi expręſſiſſet modum , quod
negatur.& allego Bal.c.1.§.ſi quis. el primo in titulo,
de pace iuramento firmanda.vbi dicit,quòd mens &
17 rixa inſtantis †periculi , tollit ſpacium conſultæ deli-
berationis.l. Graccus. C. de adulter. homo enim in-
18 tenſo calore †permotus,non eſt in plenitudine intel
lectus,ſecundum eum.& allegat Ioannem Andream
in c.ſignificaſti.de pęnitentijs & remiſſionibus. vbi di
cit,quòd prouocatus,qui ſe defendit, & exceſſit mo
19 dum, mitius punitur. & eſt ratio, † quia motus cor-
poris violentus ad offenſam non poteſt menſurari:
vt pulchrè per textum in c.finali,de homicidio.in ſex
to,per quem pulchrè dicit Bartolus in l. tertia. ff. de
20 adimen.legat.quòd ſtatutum †permittẽs bannitum
impunè offendi, intelligitur permittere , quòd poſſit
occidere:quia non eſt in poteſtate percutientis , tem
perare motum : & ideò principium motus licitum,
excuſat tranſgreſſorem. & ideò dixit Antonius in c.
olim.el primo,de reſtitutione ſpoliatorum.quòd ex-
cedens moderamen,non punitur tanquam doloſus.
imo dicit plus allegando Iacobum Butrigar. quòd ſi
21 offenſus †ab aliquo, qui poſteà fugit , reaſſumptis vi-
ribus,currat poſt eum fugientem , & eum occidat,
non tenetur de homicidio : quia inconſultus calor

vitio caret, lege prima ff. ad Turpilianum. & ſequitur dominus Abbas in dicto capitulo. olim. de reſtitutione ſpoliatorum. in decima col. per dictam legem, ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. vbi difficillimum eſt iuſtum temperare dolorem. Et hic in terminis noſtris apparet magnitudo iuſtiſſimi doloris illorum fratrum de Furlanis: quia inermes vocans certis teſtibus caſualiter inuentis, monebant colonum vt de facto non moueret fructus fundi & tamen ille perſeuerabat: & quia iſti retinuerunt fœnum, ille poſuit manum in perſonas eorum, percutiendo malo animo in nucha, ex quo videntes illi, & in rebus & in perſonis ſe offendi, fecerunt reſiſtentiam valde excuſabilem, & leuem. Quinto oſtenditur innocentia iſtorum: quia probatum eſt in actis, quod contra præceptum iudicis ille Ioan. de Bonamentis iuit ad ſecandum fœnum non maturum: & ex hoc præcepto cōtempto nō poteſt allegare, quòd ipſe ignoret ius iſtorum: merito ipſis competiit interdictum de vi & vi armata. vt eſt textus notabilis in l. colonus. ff. de vi & vi armata. vbi conductor, qui non tradit poſſeſſionem emptori, tenetur interdicto illius tituli. Non obſtant adducta in contrarium: quia ad dictam legem, ſi quis in tantam. reſpōſum eſt ſuprà, ſecundùm dominum Abbatem in capitulo primo, de immunitate eccleſia. Non obſtat lex prima. C. ne quis in ſua cauſa. quia illi ſimpliciter intendebant ad conſeruationem rerum ſuarum: & licitum eſt vim vi expellere. lege, vt vim. ff. de iuſtitia & iure. cum ſimilibus. Non obſtat præſentia aliorum ſociorum: quia non eſt verum, quòd eſſent armati: & ideò non procedunt quæ allegabantur. nam præſentia adhibita maleficio, debent eſſe ex propoſito, vt habilius maleficium committatur: nō autem ſe immiſcendi, ſi oporteret. Sed hic non fuit illud propoſitum: quia nec principales, nec alij habebant arma. Et poſito etiam quòd principales habuiſſent; tamen per alios, nec per eos Iacobus non fuit effectus timidior: quia ſi timuiſſet, non incepiſſet ipſe percutere. prout incepit. Item aſſiſtentes non intromiſerunt ſe, niſi ad pacificandum, vt fatentur teſtes ſui. Non obſtat quod colonus probabiliter ignoret ius emptoris: quia hoc non apparet: imò videtur ſciuiſſe quia allegat in proceſſu de hoc fuiſſe agitatum coram quodam iudice. Item propter præceptum ſibi factum, cauſatur ſcientia: iuxta legem, ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſtitutio. & capitulo, cum in ſua. cum ſimilibus. qui matri. accuſare poſ. Ex quibus remanet lucidiſſimè declaratus iſte ſecundus punctus, per quem concluditur, quòd ſi verum etiam eſſet, quod iſti mouiſſent arma, & feciſſent inſultum: tamen licitè fecerunt, & prouocati iuribus & rationibus ſuprà allegatis. Venio ad tertium articulum, vtrum probatum ſit ex parte accuſatorum illud, quod ipſi opponunt. Et prima facie videtur dicēdum quod ſic: quia teſtes producti ex parte ipſorum, videntur concludere de vulnere illato famulo illius Ioannis de proiectione ad terram, & de inſecutione facta vſque ad domum, ſed non uidetur, quod teſtes pro parte eorum, qui accuſantur, ſint idonei, quia ſunt correi ſimul accuſati cum illis de Furlanis: ergo tanquam ſocij videntur ſuſpecti, quaſi prætendentes intereſſe, per iura vulgaria. Sed illis non obſtantibus contrarium de iure veriſſimum eſt, & libratis dictis omnium teſtium, oſtendo ad oculum, quod teſtes producti ex parte eorum, qui accuſantur, præualent teſtibus accuſantium. Item quòd teſtes accuſatorum non probant: & per conſequens apparebit, quod etiam iſti de Furlanis non habuiſſent iuſtam cauſam rixandi, quod ex toto negatur, per prædicta Tamen nihil eſt probatum, propter quod debeant in aliquo condemnari, & hoc probatur multipliciter.

Primò, moueor & conſidero, quòd aliqui teſtes eorum, qui accuſant, dicunt quòd certæ perſonæ ſtabant in illa rixa, ad videndum, nihil agendo: & nihilominus ille Ioannes accuſauit etiam illos, cum iſtis de Furlanis ſimul. Item aliqui muratores vocati & interrupti ab exercitio eorum, vt eſſent teſtes de exportatione fœni, fuerunt accuſati per illos: & pro certo iſtud manifeſtè oſtendit euidentem fraudem accuſantis: quia fecit hoc, vt nihil habentes agere in facto non poſſent eſſe teſtes. Et clarum eſt, quod fraus cogno-
22 ſcitur † ex cōiecturis. l. filia ff. ſoluto matrimonio. c. a. de renuntiatio. in 6. & ideò iſta fraus non debet prodeſſe, vt expreſſè ſcribit Bartolus in l. prima. §. cum quis. verſiculo, ego vidi. ff. de quæſtionibus. vbi ponit de eo, qui dedit alapam teſti, vt poſteà ille teſtis non probaret, tanquam inimicus ſuus: quia ſi de iſta fraude apparet, non repellitur teſtis. & idem not. Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſtibus. in penult. colum. & in l. ſed ſi quis cautioni. & in l. ſecunda. §. ſed ſi agant. ff. de iudicijs. & notat Romanus in l. facere. In 3. columna. ff. ſoluto matrimonio. notat dominus Abbas in capitulo, repellant. de accuſatio. & Ioannes Andreas in capitu. fina. de teſtibus. & iſta fraus apparet hic eo modo, quo prædixi: quia apparet ſaltem in vno: quia accuſauit illos, quorum innocentia per teſtes ſuos probatur. & ideo ratione iſtius partis cognoſcitur fraus totius accuſationis. & hoc debet Dominus habens iudicare cum optima ſubſiſtentia & maturitate conſiderare: quia iſta ponderatio reddit legitimam perſonam teſtium qui comparent pro reo. Secundò eſt diligenter conſiderandum quòd teſtes producti per accuſatores, vltra hoc, quòd ſunt contrarij, & vilis opinionis, habent vnum defectum valde notabilē: quia omnes tacent veritatē: quia non dicunt, quòd Ioannes de bonamentis incepit percutere: quia iſta qualitas ſupplebat mirumimmodum iuſtitiam iſtorum de Furlanis, & non dicunt, quod Ioannes de bonamentis reuerſus fuerit cum armis veris, & cum ſagittis & arcubus, animo occidendi iſtos de Furlanis. & probatur per teſtes alterius partis, inter quos etiam aliqui dicunt ſe hoc intellexiſſe ab ipſis teſtibus accuſatorū, ſcilicet Franciſco Cozono, & Matfeo. & ideo valde clare cognoſcitur ſubornatio & falſitas iſtorum teſtium, & allego textum, & ibi dominum Antonium & Ab. ac omnes in cap. 1. de crimine falſi. vbi expreſſè
23 habetur, quòd teſtis † ita punit de falſo, ſi verum taceat, ſicut ſi falſum dicit. & allegat Baldum in capitulo, fraternitatis. in fi. de teſtibus. vbi dicit, quod teſtis etiam non interrogatus debet dicere veritatem, & plenè & ſine calumnia factum narrare, non exprimendo falſum, nec tacendo verum.

Nam propter tacendi fraudem, teſtis punitur de falſo. allegat l. presbyteri. vbi eſt textus. C. de epiſcopis & clericis. & ibi etiam hoc notat Bald. & Bart. & in l. finali per illum textum. C. ſi contra ius vel vtilita. publi. & Angelus in l. argentarius. §. cum autem. ff. de edend. & ibi Bald. in lectura antiqua, & Bald. in l. quæ ſæpe. §. finali. in ſuis reportatis. ff. de contrahenda emptione. & ex iſto capite multum ſigillate infringitur dictum iſtorum teſtium.

Tertio conſidero, quod per duos teſtes qui nō fuerunt in rixa, & omni exceptione maiores, eſt probatum, quod Ioannes de bonamentis dicit ſe inſtruxiſſe teſtes ſuos. & hoc denotat identitas ſermonis ipſorum teſtium: quia omnes incedunt per eadem veſtigia cum ſermonibus præmeditatis. & ideò dico, quòd eo ipſo quod probatur teſtem corruptum, etiam ſi verum dixit, non probat, vt voluit textus ſingularis iuncta gloſſa, in l. prima. in principio. ff. ad legem Corneliam de falſis. & habetur per Baldum in capitulo, licet cauſam. in 8. colū. de probationibus. Quartò

conſiderandum

conſiderandum eſt, ꝙ teſtes producti contra iſtos, de-
clarãt factum obſcurè. nam primus teſtis dicit, quòd
omnes erant armati palis, poſteà dicit ꝙ Ioan. Furla-
nus accepit vnum de palis cum quibus illi portabant
fęnum. ergo ipſe nõ erat armatus. Item dicit, ꝙ cepit
Bartholomęum per capillos, & ꝙ habebat animum
25 occidendi. & iſtud non † eſt veriſimile, quia qualitas
inſtrumenti cum quo quis percutit, & locus in quo
percutitur, denotat animum c. ſignificaſti. el 2. de ho
mi. & in accuſa. dicitur. ꝙ percuſſerunt à gula infrà, &
ſic non fuit animus occidendi, per d. c. ſignificaſti. &
ideo dicit Bald. in l. ea, quę commendandi. ff. de con-
tra. empt. ꝙ teſtis, qui narrat factum obſcurè, & impli
cat contradictionem, non probat. Item diſcordant in
26 tẽpore: quia † vnus dicit de vno tẽpore, alius de alio,
vt ſubtiliter cõſiderauit, D. allegãs in certis allegatio-
nibus mihi oſtẽſis: ad quem in hoc me remitto. & in-
quantum dicunt de illo animo occidẽdi, deponunt
ſuper nõ veriſimili, In quantum autem teſtes pro par
te eorum qui accuſantur, dicunt, quod ierunt cum
muratorib. vt haberẽt teſtes: iſtud eſt veroſimilius. &
ideo dicta iſtorum debent ꝓponi. ſecundùm Innocẽ-
tiũ in c. auditis. in vlti. col. de p̄ſcrip. vbi dicit, ꝙ in te-
27 ſtibus † contrarijs debent attendi, qui veriſimiliora
deponunt. Et ſequitur Bald. in c. 1. de ꝯtrouer inueſt.
& Petr. de Ancha. in c. r. de præſcript. in 6. & cõſi. 278.
& ideo in ꝓpoſito dicit Bal. in l 2. 3. col. C. de ſer. fu-
git. ꝙ illud, quod eſt longè valde veriſimile, eſt quæ-
dã falſitatis imago. Quintò, ꝙ teſtes iſtorum debeant
præponi, facit vna notabilis conſideratio: quia habe-
28 mus ꝙ in criminalibus † teſtes etiam negantes, etiã
minus digni, præponũtur affirmãtibus dignioribus,
cæteris paribus: vt eſt gl valde ſingularis & famoſa in
c. ſi clerici. 81. diſt. quæ dicit, ꝙ ſi duo laici negant cle-
ricum fuiſſe in tali loco cauſa delinquẽdi, & duo cle
rici affirmant contrarium, præponuntur laici: licet
aliàs plus credatur affirmantibus, quam negantibus,
& dignioribus, quam minus dignis. & hoc eſt fauo-
re rei. & illam gl. propriè ad hoc ponderauit Bald. di-
cens eam eſſe veram in cauſa criminali: in l. data ope
ra. C. qui accuſ. nõ poſ. & Lud. Roma. in l. in illa ff. de
ver. ob. & Abb. in c. ad noſtrã. de ꝓb. in c. ex tenore. &
in c. in noſtra. de teſtib. & Bal. in l. 2. C. de bon. poſſeſ-
ſio. ſecun tab. & Ro. in l. 1. §. fi. de verb. obl. & do. Car
di. conſi. 27. & Abb. in c. bonæ. de electio. & in c. ex li-
teris. de ꝓbationi. in 6. Cõſidero qualitatem teſtium
qui producuntur ab vtraq; parte. nã iſte Ioannes de
Bonamẽtis producit duos famulos ſuos ſub cuius re-
gimine vitam ducunt. nam ad ipſum ſpectat expel le-
re eos de molendino, quando vult: & non curo vtrũ
comedant ſemper vel bibant ſecum. ſatis eſt, quòd ip
ſe habet eos ad mandata. & ideò non ſunt idonei: vt
l. 3. cum vulg de teſti. ff. & per Specu. in tit. de teſte. ver-
29 ſicu. itẽ, quod eſt famulus. & ideo dicit Hoſt. ꝙ † plus
creditur minori numero fide dignorũ, quàm maiori
numero vilium perſonarum c in noſtra. de teſtib. &
not. Saly. in l. ob carmen. ff de teſtib. & ille Franciſcus
Cozonus per plures teſtes aſſeritur eſſe homo vilis.
ergo repellẽdus, per tex. in §. ſancimus. in Auth. de te
ſtib. vbi notat quoſdã ignobiles artifices nec nõ vilıſ
ſimos. Conſidero quod valde elegãter ſcribit Petrus
de Anch. cõſ. 278 incipien. iure ſtatutorum. vbi dicit,
30 ꝙ in criminalibus † quando iudex per coniecturas ꝓ-
babiles dubitat, quid faciat, ꝙ eſt aliqua p̄ſumptio
pro reo: non debet condẽnare. nã in ciuilibus ſi con-
31 ſtaret † iudici plenè de debito, & ſemiplenè de ſolu-
tione, per vnum teſtẽ idoneum: eliderettur illa plena
ꝓbatio per cõtrariam ſemiplenam: vt no. l. in bonę
fidei. C. de iureiu. quantò fortius in criminalibus, per
l. ſciant cuncti & l. qui ſententiam. C. de pęnis. Certè
hic plus, quam ſemiplenè conſtat de innocẽtia ex p̄-
dictis, in quantum ſunt plures teſtes integerrimi. fa-
cit quod not. Inno. in c. veniens. de p̄ſcript. ſecundum
Petr. de Ancha. vbi dicit, ꝙ teſtes qui concordant cũ
eo, qui præſumit maximam, & plus habet fidem, po-
ſtea ſubdit idem Petrus ꝙ etiam vbi non eſt præſum-
ptio iuris, nec hominis, ſed ſemiplena de innocẽtia p
vnum teſtem integrum, nõ poſſet iudex ex probatio-
nibus quantumcumq; plenis ſalua conſcientia cõdẽ
nare reum. quia debilitatur illa plena ꝓbatio, per ꝓ-
bationẽ cõtrariã ſemiplenam, poſtquã ſemiplena eſt
compaſſibilis cum plena. tunc ſumus in caſu l. abſen
tem. ff. de pęnis. ibi, ſanctius. ſecundum eum. & iſtis be
ne penſatis, conſtat quanta fides ſit adhibenda teſti-
bus vtriuſque partis. Felinus Sandæus.

ARGVMENTVM.

COMPROMISSVM an poſſit fieri in laicos, ſuper iure patronatus, & laudum latum ab arbitris de dicto iure patronatus, valeat: maximè ſi hoc non fuit in compromiſſo deductum.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus cenſetur annexum ſpirituali, & di citur res ſacra.*

2 *Compromiſſum nõ extenditur vltrà quam ſit deductum in eo: vnde non poteſt laudari. nec valet laudum de alia re vltra deductum etiam ſi in laudo dicatur, quod abſoluit ab omnibus quæſtionibus, & toto eo, &c. & numero. 3.*

4 *Acceptilatio generalis, ſicuti nõ porrigitur ad aliã rem quam ad expreſſam & connexam, ita & arbitramentum.*

5 *Argumentum de tranſactione ad compromiſſum, procedit.*

6 *Laudum latum extra compromiſſum, etiam ſi ſit emologatum, eſt nullum.*

7 *Compromiſſum ſuper decimis, poteſt fieri in arbitratorem.*

8 *Arbitrator poteſt eſſe laicus in cauſis ſpiritualibus ſicut & amicabilis compoſitor, niſi vnum arbitramentum contineat ſymoniam.*

9 *Compromiſſo vniuerſali facto, an includatur taci tè ius patronatus, etiam ſi de eo nihil dicatur cũ tranſeat cum vniuerſitate & cum hæreditate.*

10 *Arbitrator vtrum poſſit laudare, etiam ſuper non petito: maximè quando præiudicat pro bono pacis.*

Conſilium LI.

DIRIGE domine verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ. In quæſtione præmiſſa, vtrum valuerit laudum vel arbitramentum de iure patronatus, maximè ſi hoc deductum non fuiſſet in compromiſſo. videtur dicẽdum quòd non, quia ius ſpirituale vel quaſi, non pertinet ad cognitionem laicorum: ſed eſt iuriſdictionis eccleſiaſticæ. c.

1 cæ.c.quanto.de iudicijs.cum ibi allegat.& tales†cau-
ſæ non expediuntur per viã compromiſſi.c.cõtingit.
de arb.& ius patronatus cenſetur annexum ſpiritua-
li.c.j.de iure.de iurepat.& d.c.quãto.vnde iudicaĩ de
annexis,prout de principali.cle.diſpẽdioſam. de ind.
l.quæ religioſis.ff.de relig.& ſump.fune.& dicitur ius
patronatus,res ſacra,vt no.gl.in l.in rem.§.pe.in ver
bo,in noſtra.in fi.iuncto tex.ibi.ff.de rei vendi. & poſi
to,ꝙ de hoc potuiſſet fieri cõpromiſſum:tamen par
tes non compromiſerunt ſuper hoc,ſed iſti arbitrato
2 res vltra proceſſerunt ꝓnuntiãdo† ſuꝑ non petito:er
go nulliter pronuntiarunt quantum ad hoc, per id,
quod no.Bar.in l.Aquilia.ff.de tranſact.ver. præmit-
to tamen alia.vbi dicit, ꝙ erat contentio inter te, &
me de quodam fundo:compromiſimus in aliquem,
& dedimus ei poteſtatem arbitrandi.quæritur an ille
arbiter poſſit cogere aliam partem, dare alteri parti
aliquam rem, de qua non erat contentio? Et deci-
dit,ꝙ non.per l.non diſtinguemus.ff.de arb.§.de offi-
cio.& l.ſi cum dies.§.plenum.ver.ſi ſorte.ff. eo. & ibi
dicit Bal.idem eſſe in arbitratore. facit ꝙ dicimus de
iudicio communi diuidundo,vt non poſſit rõne rei
non communis apponere manum ad aliam rẽ non
communem.l.arbor.§.de veſtibulo.ff.communi di-
uid.& iſtud etiam no.Ang.in l.de his.ff.de tranſac.vbi
argum.illius l.& l.Aquiliana.ff.eo.dicentem ſe audi
3 uiſſe Bar.in voce dicentem, ꝙ† ſicut generalis acce-
ptilatio nõ porrigitur ad aliam rem,vt l.plurib.ff. de
acceptilationibus.ita nec arbitramentum.vnde ſi pe-
to a te librum,non poterit adiudicare tibi librum,&
condemnare te, vt des mihi alium librum:ſicut nec
poteſt iudex communi diuid.d.§ de veſtibulo. facit l.
quid tamen.§.fi.ff.de arb.& loquuntur etiam iſti,qñ
arbitrator habuit pleniſſimam poteſtatem: ꝓut fuit
hic. Vnde dicit Bart.vbi ſuprà,ꝙ nihil operãtur hodie
4 †verba arbitrorum quando volunt,ꝙ vna pars gene
raliter abſoluat aliam ab omnibus quæſtionibus,quę
forent inter ſe.& iſta procedunt etiam ſi adeſſet clau
ſula de omni,& toto eo,quia intelligitur de contro-
uerſiis.de quibus eo tempore poſſet compromitti:
quia eſſent ortę,ſed non compręhendit ea,quę tunc
per partes compręhendi non poſſent.l. ſi pater.ff. de
his,quæ in frau.cred.l.Lucius.§.idem reſpondit.ff. ad
munici. arguendo de tranſac. ad compromiſſum l.
poſt rem.ff.de tranſac.& in l.ſi diuerſa.& l.ſi cauſa co
5 gnita.C.de tranſ.Nõ obſtat prima†facie,ꝙ iſtud arbi-
tramentum fuerit emologatum per partes: quia lau
dum latum extra compromiſſum,eſt nullum,etiam
ſi ſit emologatum,l.examinata. de confirmatio. vti.
vel inut.per quem tex.hoc no.Bal.in ti de pa.conſt.in
verbo ſententiæ quoque.in 10.col. ex quibus videt
tale arbitramentum non tenere, quibus non obſtat
contrarium. puto verius, quia fuit compromiſſum
in iſtos tanquam amicabiles compoſitores, vt ex cõ-
promiſſo apparet. & ideo potuerunt extẽdere manũ
ad ſpiritualia,vt per plura determinat Pet.de Ancha.
conſi.94.quod incipit,Quæſtionem dubiam.& conſ.
29.quod incipit, In hac cauſa Ludouici, quia tũc vĩ
actio oriri ex laudo arbitratoris.ſ. ex præambula par
tium conuentione,vt late traditur in c. quintauallis.
7 de iureiu.ex quo infertur,ꝙ ſuper†decimis poteſt fie
ri compromiſſum in arbitratorem. Nec ob.ca. ſuper
eo.de tranſ.& c.niſi eſſent,de præb. quia dicta iura lo
quuntur in beneficijs eccleſiaſticis. Sed quando con
tenderetur inter laicos de proprietate decimarũ,quæ
ſunt conceſſæ in feudum ab antiquo: videtur ꝙ poſ-
ſit per laicos tranſigi. & per conſequens compromit
ti in amicabilem compoſitorem,& etiam vbi in tali-
bus non poſſet fieri tranſactio,quæ ſui natura requi-
rit,ꝙ aliquid detur, vel promittatur,poteſt tamẽ fie
ri amicabilis cõpoſitio:quia arbitramenta quæ fiunt
quotidie fiunt tanquam in arbitrum, & arbitratorẽ,
& amicabilem compoſitorem:& iſtud multum not.
inſignis doc.Io.de Anania in ca.poſt miſerabilem.in
fi.de vſu.& ex quo iſti proceſſerunt, vt dicitur de pla-
no,ſine ordine iudiciario, videntur voluiſſe aſſume-
re viam arbitrorum:per doctri.Spe.in ti.de arb.§ fin.
ver.qui dedit compromiſſum, & Bart. in l.ſi ſocieta-
tem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio. & Bal. in l.non codi-
cillum.C.de teſt.& in l.1.C.de arb.& Sal.in l.cum an-
tea.C.eo.& Inn.& alij in d.c.quintauallis, & ꝙ iſti ar
bitratores potuerint de hoc cognoſcere,no.Bald.in
c.decernimus.in vl.col.de iud.dicens, ꝙ laicus poteſt
eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualibus, ſicut & amica-
bilis compoſitor,niſi ſuum arbitramentum cõtineat
8 ſymoniam,per c.niſi eſſent.†de prob.& idem no.Bal.
in l.pe.in 12.col.C.de confeſ.verſi.& nunc, quia arbi-
trari decent,ꝙ tales non derogant iuriſdictioni eccle
ſiaſticæ,nec eam vſurpant,ſed ex mera partium con
uẽtione.& voluntate iuriſdictionem accipiunt,& vi-
detur de his eſſe gl.in c plures in verbo,utranque.16.
q j.facit maxime ratio, quia hoc non fuit principali-
ter cognitum,ſed incidenter:vnde ſuccedit doctri.in
ti.de reconuentione.§ nunc videamus.ver. ſed nun-
quid incidenter quem ſequitur Bal.in l. Titia.ff.ſol.
mat.& tex.& ibi Bal.in l quotiens la 1.C.de iudi & eo
maxime,quia hic non fuit cauſa ſpiritualis, ſed anne-
xa ſpirituali.unde non regulatur per omnia, vt ſpiri-
tualis,quia non poſſet præſcribi.c.cauſam.de præſcr.
& tamen iſtud ius præſcribitur.c.querelam. de elect.
not.Archid.in ſimili.71.diſt.Nec mirum, ſi in cõpro-
miſſo uniuerſali includi poteſt tacite ius patronatus:
9 quia tranſit†cum vniuerſitate,etiam ſi de ea nihil di
catur.c.ex literis.c.cum ſeculum.de iurepat. facto er-
go compromiſſo ſuper iſtis teſtamentis,in quo per
præmiſſa expreſſe potuiſſet deduci ius patronatus,ve
10 nit ẽt acceſſorie iſtud ius,qđ erat vnũ ex tacite†cau-
ſantib.diſcordiã:& inquantum dĩ ꝙ non valuerunt
iudicare ſuper non petito,reſpondeo ꝙ illud nõ pro
cedit in arbitratore. ſecũdum do. Ant.& Abb.in c.li
cèt Heli.de ſimo.& in c.conſtitutus.de relig.domib.
maxime,quando pronunciat pro bono pacis,vt fecę
runt iſti,per c.niſi eſſent.de præb.& ad ca.examinata.
de confirmatio.vtili. vel inutil. Dico quod non pro-
cedit,quando uitium nullitatis compromiſſi depen
det à conſenſu partium ſecundum dominum Ab-
batem ibi : quia valere poteſt ſententia nulla per ap-
probationem,ſi non ſit ſententia, ſaltem ut pactum.
l.s.cum ſuis concor.C.communia vtriuſ.iud.

Felinus Sandæus vtriuſque iuris doctor.

F I N I S.

† †† A B C D E F G.

Omnes ſunt quaterniones,præter † qui eſt duernio,& †† & G,
terniones.

FINE

Digitized by Google